Sed satis de operibus illo tempore, quantum suspicari liceat, a Platone in lucem emissis. Sequitur, ut dicendum sit de institutione discipulorum, qua ipsa quoque magnam nactus est nominis sui famam. Sed quanquam haec disputatio et iucunda est et ad cognoscenda Platonis studia longe gravissima, quandoquidem inter alia attingit etiam quaestionem illam de *ἀγράφοις* Platonis placitis nuper studiosius agitatam, tamen quia longiorem requirit orationem quam pro nostro instituto, neque libris Platonis, quos habemus superstites, multum lucis afferre videtur, eam in aliud tempus reiicere placet *). Itaque ad reliquam partem vitae Platonis enarrandam redimus.

Quum igitur philosophus viginti circiter annos post reditum in patriam doctrinam suam et docendo

---

*) Docte de hoc argumento nuper exposuit Brandis in Diatribe de perditis Aristotelis libris de ideis et de bono. Bonnae 1823. 8. De docendi ratione, quam Plato in Academia tenuerit, v. Tennemann. l. c. p. 46 sqq. et quae nuper in Prolegomenis ad Phaedrum ed. 2. p. XC sqq. disputavimus.

et scribendo explicuisset, factum est, ut Dionysius, tyrannus Syracusanus, moreretur, eique succederet adolescens Dionysius. Quod quidem ex Corsinii ratione accidit Olymp. CIII. 2. a. 367 a. Chr. n. Hic quum imprimis regeretur Dionis consiliis, qui iuvenile eius ingenium doctrina et sapientia ad iustitiam, moderationem, virtutem flectere studebat, Dio faciendum censuit, ut arcesseret Platonem, cuius consilio et auctoritate in ea re uteretur. Quanquam vero philosophus superiore tempore satis graviter erat monitus difficillimum esse tyranni animum ad virtutis et sapientiae studium convertere, tamen et Dionis amicitia et consilii magnitudo effecit, ut, provincia in Academia docendi Heraclidi Pontico tradita, cum Speusippo, sororis filio, denuo Syracusas proficisceretur *). Nec frustra ab initio videbatur hoc iter institutum esse. Audiebat enim tyrannus philosophum magno cum studio de rebus gravissimis disserentem, adeoque omnem tyrannidis speciem ita abolebat, ut cives optima quaeque de eo sperarent. Prodibat enim in publicum et cum civibus versabatur non satellitio tyrannico stipatus, sed a viris sapientissimis et prudentissimis circumdatus. Vitam item agebat eam, ut in optimis studiis versaretur, nihil turpitudinis in se admitteret. In imperio denique nihil faciebat crudeliter, nihil iniuste, nihil sine prudentissimorum virorum consilio **). At enim quam spem optimi quique de Dionysio ex his rebus conceperant, eam invidia et calumnia, vulgaris illa aularum pestis, repente reddidit irritam. Desiderabant enim improbi quidam, ut pristinam ipsi recuperarent scelerum licentiam, priorem rerum conditionem, et imperii habenas ad se trahere conabantur fracta Dionis auctoritate. Quantum vero valeant calumniae et obtrectationes non solum apud principes, sed etiam apud privatos, quis est qui nesciat? Itaque quum Dio sororem Dionysii in matrimonio haberet, tyrannum isti callide monebant, ne affini nimiam potentiam concederet, ut qui regnum concupiscere videretur. Quae criminationes non caruerunt eventu. Pulsus enim ex patria est Dio, frustra ob-

---

*) V. quos laudat Tennemannus l. c. p. 52.
**) Plutarch. Dion. p. 963. cap. 12 sqq.

nitente Platone, ne quid in talem virum iniuste statueretur. Quo facto non solum improborum potentia crevit, sed etiam animus regis ita coepit mutari, ut, quid eventurum esset, viros sapientes non amplius praeterire posset. Etsi igitur Dionysius Platonem omnibus modis retinere studuit, cuius discessum sibi dedecori fore arbitrabatur, tamen philosophus, qui artes civium improborum perspexisset, in patriam sibi redeundum iudicavit. Quocirca impetrata rei venia tandem rursus Athenas revertit. Quod quidem ex Corsinii ratione ita accidit Olymp. CIII. 4. a. 365. a. Chr. n. biennio post quam profectus erat Syracusas *).

Quod autem fecerat ex primo itinere redux factus, ut se totum dederet philosophiae studiis, id quominus nunc quoque faceret, prohibuerunt tempestates mox insecutae. Quum enim Dio Athenis exsul viveret, ipse autem tyranno pollicitus esset velle se reverti Syracusas, si Dio in patriam revocaretur, praeter exspectationem accidit, ut non ita multo post tertium iter in Siciliam esset suscipiendum. Invitatus est enim a Dionysio, sive quod is improborum hominum consilia nunc ipse reiiceret et improbaret, sive quod discessum Platonis prae inani quadam ambitione laudisque studio aegre ferret, ut Syracusas reverteretur. Quibus tyranni precibus etsi ab initio nihil tribuendum putavit, tamen quum ille non solum ipse polliceretur velle se Dionem restituere bonisque consiliis obtemperare, sed etiam amici Platonis, imprimis Archytas Tarentinus aliique Pythagorei, regem ad bonam frugem redisse affirmarent, tandem spe rerum meliorum animo concepta tertium iter Syracusas suscipere constituit. Itaque navigavit in Siciliam Olymp. CIV. 4. a. 361. a. Chr. n. anno aetatis sexagesimo nono. Sed spes eius tum quoque in irritum cecidit. Nam tyrannus neque Dionem revocavit in patriam et grassari omni scelere coepit. Platonem vero reditum in patriam parantem non solum omnibus modis itinere prohibuit, sed etiam vexavit crudelissime, ut omnibus clarissime appareret non posse

---

*) De his omnibus legendus est imprimis Plutarchus l. c. cf. Tennemann. p. 54 sqq., qui rem uberius exposuit.

coire amicitiam inter philosophos atque tyrannos. Neque profecto philosophus salvus fuerat evasurus, nisi Archytas misisset Lamiscum legatum, qui commovit Dionysium, ut eum non sine munere dimitteret. Ita factum est, ut Plato anno proximo, qui est 360. a. Chr. n., maximo periculo liberatus, in patriam reverteretur *).

Septuagenarius factus non turpi consenuit otio, sed docendo et scribendo excitare et iuvare perrexit sapientiae studia. Quid quod etiam perhibetur Cyrenaeis, Arcadibus, Thebanis, Cretensibus, aliis populis, in ferendis legibus atque rebus publicis emendandis inde ab hoc tempore consilio suo affuisse? **) Nimirum qui tam multorum populorum mores, leges, instituta cognoverat, is non poterat fieri quin omnium optime iudicare posse videretur, quid ad communem civitatum singularum salutem conduceret. Quanquam quae de his rebus a veteribus scriptoribus tradita sunt, ea non temere videntur pro veris habenda esse. Vellemus vero aliquid certius exploratum haberemus de via et ratione studiorum, quam illo tempore philosophus tenuerit. Ita enim etiam de libris eius illo tempore scriptis certius posset iudicari, accuratiusque definiri tempus, quo litteris consignati sint. Nunc hoc tantum accepimus, eum uno et octogesimo anno scribentem obiisse adeoque in tabulis suis reliquisse initium Politiae multis modis variatum, verbis alio atque alio ordine collocatis ***). Ex quibus narrationibus, si quid iis subest veri, recte colligere videmur eum extrema aetate scriptis potioribus olim in vulgus editis limam adhibuisse. Nam qui eum suspicati sunt Politiam illo demum tempore composuisse, eos certum putamus

---

*) V. Plutarch. l. c.

**) V. Plutarch. ad Princip. inerud. p. 779. D. adv. Colot. p. 1126. C. Aelian. V. H. II. 46. Diog. Laert. III. 23. ibique Menag.

***) V. Cicer. Cato mai. c. 5. Euphorion et Panaetius ap. Diog. Laert. III. 37. Dionys. de compos. verb c. 25. Vol. V. p. 209. ed. Reisk. = p. 406 sqq. ed. Schaefer. ubi v. intpp. Quintil. Inst. VIII. 6. § 64. Ex hac tamen narratione qui continuo collegerunt Platonem ad grandem usque senectutem id egisse, ut scripta superiorum temporem omnia usque limaret et perpoliret, ii profecto iudicio suo falsi sunt. Nec vero de hoc ipsius studio veteres scriptores quidquam memoriae prodiderunt.

coniectura sua a vero aberrasse. Neque tamen integros illos annos, qui usque ad vitae finem interfluxerunt, videtur unice perpoliendis libris suis impendisse, sed etiam in senectute nova condidisse ingenii monumenta. Quae qualia fuerint, etsi non potest certo definiri, tamen coniectura assequi licet. Perlustrantibus enim nobis omnem Platonicorum librorum numerum semper visum est opus de Legibus scriptum non solum senile quiddam habere, quod a ceterorum librorum vigore et venustate plurimum distaret, sed etiam confirmare narrationem eorum, qui Platonem tradiderunt, postquam tertium in patriam rediisset, animum advertisse et tanquam ex idearum meditatione remisisse ad rerum humanarum, quales re vera essent, contemplationem. Quod certe nemini mirum videbitur, qui secum reputaverit cum rerum usum, tum ipsam senectutem etiam praestantissimorum hominum animos ab iis, quae sola ingenii sublimitate attinguntur et una mentis consideratione percipiuntur, revocare solere ad sobriam cogitationem earum rerum, quae in ipsa vita humana cernuntur atque non mentem tantum, sed etiam sensus propius attingunt. Itaque philosophus quum olim mente et cogitatione plerumque in idearum doctrina esset versatus, vergente aetate potius ad hominum vitam considerandam animum adiecit, ut quasi compararet ipsam rerum veritatem cum doctrina illa, quam olim divini ingenii subtilitate atque celsitate condiderat. Quum vero, priusquam Academia relicta in Siciliam iterum navigasset, admirabile illud opus, quod est de optima civitate, composuisset, et postea animum ad res civiles aequalium suorum advertere quasi necessitate quadam coactus esset, eundem illum sapientiae locum denuo tractavit in iis libris, quos de L e g i b u s inscripsit, in quibus ab ultima optimae civitatis forma ad ipsius vitae veritatem descendit, atque rem ita instituit, ut leges scripsisse videretur, quae possent veris civitatibus prodesse quam plurimum, quantumvis ab earum institutis multum essent diversae *). Qua in re etsi ita versatus est, ut quae de origine civitatis exposuit, ea consentiant fere cum iis, quae in Politia disputaverat, tamen quae pertinent ad exemplar illud

---

*) V. Legg. V. p. 739. VII. p. 807.

optimae civitatis, quod civibus proposuerat, non attigit, plurimum operae collocavit in describendis officiis et muneribus magistratuum atque institutione puerorum. Videtur autem Plato, quum libros de legibus consignaret, in animo habuisse consilium alius etiam scriptionis componendae, qua doceretur, quae esset optima civitatum emendandarum ratio pro varia temporum et locorum conditione *). Quem tamen librum quominus vel inchoaret vel absolveret, senectutis imbecillitas aut mors prohibuit. Obiit autem Olymp. CVIII. 1. a. 348. a. Chr. n. anno aetatis octogesimo primo **).

Et haec quidem sunt, quae de vita divini philosophi vel memoriae sunt prodita vel ex scriptis eius probabili coniectura colligi possunt. Quae omnia qui uno quasi obtutu consideraverint, ii tam de viri ingenio, quam de eius philosophia et scriptis rectius iudicabunt, quam fieri vulgo solet. Quemadmodum enim audiendi non sunt qui Platonem singulas doctrinae suae partes ex aliorum philosophorum placitis collegisse dictitarunt, ita etiam reiiciendam censemus opinionem eorum, qui illum contenderunt solis ideis quasi deditum et tantum non consecratum fuisse, ab omni rerum humanarum meditatione remotum et alienum. Etenim tota Platonis sapientia paullatim quasi nata est ex aetatis, qua ipse vixit, institutis, moribus, opinionibus, iudiciis, adiuvante naturae bonitate, qua excelluit philosophus, ut fieri non potuerit, quin ad eadem etiam referretur, praesertim quum accederet rerum usus ex hominum multorum consuetudine collectus. Quum autem indefessum veritatis studium philosophum impulisset, ut superiorum philosophorum placita pervestigaret, cognosceret, exploraret, tum ingenii virtus et praestantia effecit, ut neque temere illis acquiesceret, et paullatim ad eam contenderet philosophiae perfectionem et excellentiam, quae non solum aequalibus, sed etiam posteris merito visa est prorsus singularis et paene divina.

Iam vero reputantes animo, qualis fuerit vitae cursus, quem philosophus emensus est; porro quibus

---

*) V. Dilthey in Examine Platonicorum librorum de Legibus p. 10 sq., qui hoc veri similiter collegit ex loco libri V. p. 739.

**) V. Corsin. l. c. p. 37. Cicer. Cat. mai. c. 5.

gradibus paullatim ad eam pervenerit sensuum et cogitatorum sublimitatem, quam ei propriam esse omnes consentiunt; denique quibus scribendi ac docendi opportunitatibus usus libros suos in publicum prodire iusserit; non temere videmur tria potissimum genera et classes scriptorum Platonicorum *) pro temporum, quibus consignata sunt, diversitate ac pro varietate argumentorum ac disserendi rationis, qua usus est philosophus, discernere et statuere.

*) Variam ac diversam omni tempore critici inierunt scriptorum Platonicorum digerendorum atque certo quodam ordine disponendorum iungendorumque rationem. Primi editores, Aldus et Basilieenses, secuti sunt Thrasyllum, qui auctore Scholiasta Iuvenalis ad Sat. VI. 576. p. 257. ed Cram. coll. Sueton. Tiber. c. 14. Tacit. Ann. VI. 20 sq. intpp. ad Dion. Cass. V. II. p 783. ed. Reimar. Fabricio Biblioth. Gr. Vol III p. 190. Augusti et Tiberii aetate floruit et multarum artium scientiam professus postremo se dedit sectae Platonicae ac deinde mathesi, qua praecipue viguit apud Tiberium. Is enim teste Diogene Laert. Vit. Platon. Lib. III. §. 56. et Albino Isagog. in philos. Platon. in. libros Platonis secundum tetralogias distribuit ad exemplum poetarum scenicorum, qui fabularum tetralogias in scenam dedissent. Complexa autem secundum eius sententiam prima tetralogia est: Euthyphronem. Apologiam Socratis. Critonem, Phaedonem, secunda Cratylum, Theaetetum, Sophistam, Politicum; tertia Parmenidem. Philebum, Symposium, Phaedrum; quarta Alcibiadem I. et II. Hipparchum, Erastas; quinta Theagem, Charmidem. Lachetem, Lysidem; sexta Euthydemum, Protagoram, Gorgiam, Menonem; septima Hippiam maiorem et minorem, Ionem, Menexenum; octava Clitophontem, Politiam. Timaeum, Critiam; nona denique Minoem, Leges et tredecim Epistolas. Eam vero distribntionem merum esse grammaticorum inventum, neque superioris antiquitatis fide et auctoritate niti, facile intelligitur. Nam primum quidem illa etiam eos complectitur dialogos, quos spurios esse et Platoni per malam fraudem suppositos hodie pro certo et explorato habetur. Deinde ea perquam est fatua et inepta, propterea quod multa idemtidem in unum iungit, quae per argumentorum naturam arctius inter ipsa iungi et copulari plane nequeunt. Praeterea vero etiam ideo est vere ridicula, quia tetralogiis veterum poetarum neutiquam respondet, quandoquidem nihil in ea reperitur, quod fabulis satyricis, more tragicorum cum trilogiis Fabularum consociatis, ulla ex parte conveniat. Nec vero ad eius antiquitatem demonstrandam quidquam valet, quod Varro De. Lingua Latin. Lib. VII. §. 37. ad Phaedonem respiciens haec scripsit: Plato in quarto de fluminibus apud inferos quae sint, in his unum Tartarum appellat: unde fuerunt qui eum tetralogiam primam Thrasylli ob oculos habuisse contenderent. Nam

Et primum quidem genus complectitur eos libros, qui scripti sunt a Platone ab eo inde tempore, quo

---

verissime ibi Scioppius corrigendum vidit in quattuor fluminibus, quae coniectura nuper etiam Odof. Müllero unice probata est. Inepta igitur ac prope fatua est ista Thrasylli ratio. At nimirum videtur bonus homo perverso studio aemulatus esse superiorum criticorum laudes, qui opera Platonica non secundum tetralogias, ut ipse voluit, sed secundum trilogias disposuissent. Quod quidem Alexandrina critices aetate ita factum esse constat. Audias enim Diogenem Laert. l. c. §. 61: *ἔνιοι δέ, ὧν ἐστι καὶ Ἀριστοφάνης ὁ γραμματικός, εἰς τριλογίας ἕλκουσι τοὺς διαλόγους.* Quod quidem eodem teste hunc in modum fecerunt. Statuerunt enim primam trilogiam confici et absolvi Republica, Timaeo, Critia; secundam Sophista, Politico, Cratylo; tertiam Legibus, Minoe, Epinomide; quartam Theaeteto, Euthyphrone, Apologia; quintam Critone, Phaedone, Epistolis; cetera autem scripta promiscue ac sine ordine posuerunt, quum scilicet dividendi negotium dehinc procederet parum prospere. Nimirum probabilis sane videri potuit haec distributio, quandoquidem philosophus ipse ternos sermones inter se arctius coniunctos bis promisit, primum quidem Sophistam, Politicum et Philosophum, quorum tamen postremus non sub hoc nomine, sed potius, ut videtur, Parmenidis nomine insignitus in publicum prodiit; de quo v. Prolegg. ad Sophistam p. 45 sqq.: deinde etiam Rempublicam, Timaeum atque Critiam, quos apertum est arctius inter se coniunctos esse. Nihilominus autem minime errare videmur hanc quoque librorum Platonicorum distributionem existimantes grammaticorum arbitrio acceptam referri. Nimirum instituerunt eam Alexandrini rei librariae caussa. Deducti autem in illam sunt eo ipso, quod binas trilogias librorum Platonicorum animadverterent tanquam exstare in propatulo, ac praeterea meminissent Platonem iuvenem scripsisse et in scenam inducere voluisse trilogiam tragicam; ex qua naratione, de qua v. Aelian. Varr. Hist. II. 30. ibique intpp., continuo suspicati sunt philosophum etiam dialogos suos ad trilogiarum similitudinem comparavisse. At enim vero homines optimi mox ipsi senserunt, quam lubricam viam essent ingressi ideoque opus inchoatum neutiquam profligarunt, sed in medio reliquerunt, quippe quum probe animadverterent plerosque dialogos tam argumento quam forma et compositione ita esse comparatos, ut ad trilogiarum coniunctionem minime quadrarent. Quo magis profecto perversum videri debet eorum iudicium, qui vel nuper adhuc contenderunt trilogiarum divisionem admodum esse antiquam adeoque ab ipso Platone institutam, quo tempore senex grandaevus scripta sua perpolire et in ordinem redigere constituerit. Nam caret certe haec opinio omnino fundamento idoneo. Sed haec quidem de criticorum veterum consiliis et rationibus. Pergimus ad recentiores. Ex quibus quidem silentio transmittere placet Francisc. Patritium et Samuelem Petitum, quorum alter in Discussionibus

maxime deditus erat disciplinae Socraticae, usque ad magistri obitum et paullo post hoc tempus. Quorsum

---

Peripateticis Vol. III. alter in Miscellan. Lib. IV Cap. II. de ordine librorum Platonis disputavit. Neque enim illi quidquam in medium attulerunt, quod hodie usui esse possit. Ac silentio etiam Io. Serranum transmissuri eramus, nisi Henr. Stephanus et Platonis editores Francofurtani et Bipontini ordinem Platonicorum scriptorum ab eo constitutum in editionibus suis essent sequuti. Etenim distribuit ille dialogos Platonis in syzygias quas dixit. Earum vero primam complecti voluit eos libros, qui ad defensionem Socraticae rationis ac doctrinae pertinerent; alteram habere censuit sermones isagogicos, qui agerent de vera philosophia oppugnarentque sophisticam; tertiam arbitratus est continere dialogos logicos; quartam ethicos generales et speciales; quintam physicos et metaphysicos; sextam epistolas et libros spurios ac supposititios. Quae quidem satis est paucis indicavisse. Sponte enim apparet Serranum utcunque fieri posset libros Platonis argumentorum et consiliorum habita ratione in certa quaedam genera descripsisse, sive ut ipse eos certo quodam ordine interpretatus esse videretur, sive ut legentes haberent tanquam filum aliquod, quo in studiis suis Platonicis tanquam regerentur. Ac simile quiddam postea etiam alii facere conati sunt, quorum opera mentione fere indigna est. Itaque transgredi continuo placet ad eos criticos, qui nostra aetate de dialogorum Platonicorum ordine et coniunctione subtilius disputaverunt Et primus quidem nostris temporibus hoc in genere studiosius elaboravit Tennemannus System. Philos. Platon. T. I. p. 115 sqq. Is enim princeps conatus est ex temporum indiciis singulis sermonibus hic et illic impressis accuratius definire, quando illi scripti et in lucem emissi essent. In quo tamen quod non adeo multum profecit, caussa rei in eo quaerenda est, quod variam librorum Platonicorum materiam atque compositionem minus curavit neque omnino id egit, ut quaestionem susceptam profligaret ulterius aut ad exitum perduceret. Longius aliquanto progressus est Fr. Schleiermacherus Prolegg. ad Platonicorum Operum Interpretat. German. Vol. I. p. 3 sqq. et Praefat. ad Phaedrum. Is enim ordinem et cohaerentiam scriptorum Platonicorum maxime ex eorum argumentis definire constituit. Quod quidem si quaeritur qua ratione effecerit, rem pro consilio nostro quanta maxima fieri poterit brevitate exponere licebit. Anquisivit enim ille primum primarios quosdam dialogos, qui et merito germani haberentur utpote etiam primariorum gravitate firmati et placitorum quadam continuatione ita iuncti essent, ut denique universae philosophiae Platonicae tanquam summam quandam conficerent. Ex quo simul haec duo effici voluit, ut et doctrinae Platonicae tanquam origo ac progressio intelligeretur, singulis philosophi scriptis perpetua serie apte inter se iunctis et mutua necessitudine quasi constrictis, et quorumque aetas probabili coniectura cognosceretur. Quocirca primariorum illorum dialogorum, qui tanquam sapien-

referimus Ionem, Alcibiadem primum, Hippiam maiorem, Hippiam minorem, Lysidem,

---

tiae Platonicae omnis stirpem conficerert, tria genera constituit. Quorum primum esse voluit eorum librorum, qui versarentur in explicanda et illustranda dialectices natura atque virtute et quasi elementares vel propaedeutici viderentur. Quorsum retulit Phaedrum, Protagoram et Parmenidem. His vero tanquam alterum genus adiunxit Theaetetum, Sophistam, Politicum et Phaedonem, qui maxime occupati essent in scientiae humanae notione enucleanda. Tum tertium etiam genus eorum librorum statuit, qui illis, quos diximus, dialogis tanquam graviorum disputationum fundamentis superstructi essent ac de homine et rerum natura agerent a Platone aetate provectiore litteris mandati, quorsum retulit Politiam, Timaeum et Critiam, in quo scribendo teste Plutarcho Vita Solon. p. 96. E. grandaevus philosophus morte fuerit oppressus. Hos igitur undecim libros criticus acutissimus primarios esse indicavit, qui tanquam arcem omnis sapientiae Platonicae continerent et ex quorum argumentis etiam de reliquis scriptis vulgo Platoni tributis iudicium esset repetendum. Censuit autem reliquos dialogos vel spurios esse, quatenus parum aut nihil ad explendam doctrinae Platonicae summam conducerent, praesertim si etiam elegantiae laude essent destituti, in quorum numero praeter eos, qui dudum commuui consensione a Platone abiudicati sunt, habendos esse statuit Hippiam I. et II. Ionem, Alcibiadem I. et II.; vel singularibus quibusdam temporibus fuisse destinatos, ut per se seorsum spectandi iudicandique essent, quales voluit esse Apologiam et Critonem; vel denique primariorum dialogorum, quos constituit, tanquam comites esse atque administros, quorsum ab eo referuntur novem aut decem dialogi, quandoquidem Lysidem, Lachetem, Charmidem et Euthyphronem dialecticis sive propaedeuticis sermonibus quasi famulari voluit; Gorgiam porro, Menonem, Euthydemum, Cratylum et Convivium illustrandis et consummandis operibus de scientiae natura scriptis inservire arbitratus est; denique libros, qui sunt de Legibus cum Politia, Timaeo et Critia tanquam adpendices connexos esse statuit. Haec igitur Schleiermacherus de scriptorum Platonicorum primordiis atque interiore nexu et cohaerentia. Quae quidem omnia sicuti ingeniosissime excogitata sunt, ita etiam plurimum ad Platonem vel rectius intelligendum vel prudentius aestimandum iudicandumque valuerunt. Nihilominus autem etiam gravissimis plurimisque locum dederunt dubitationibus. Nam ut nihil dicamus de singulis dialogis, quorum argumenta et consilia vir summus saepe ideo aliorsum quam quo debebat retulit, quia alios dialogos voluit ex aliis tanquam aptos et suspensos esse; primum quidem in eo visus est aliquantum a recto aberravisse, quod in iudicanda singulorum scriptorum fide et auctoritate illud imprimis spectavit, quantum quodque conferret ad absolvendum doctrinae Pla-

Charmidem, Lachetem, Menonem, Protagoram, Euthyphronem, Apologiam Socra-

---

tonicae corpus, quale ipse informaverat; praeterea vero etiam eo multas movit controversias, quod libros illos, quos primariis dialogis tanquam socios quosdam atque comites adiunxit, et argumentorum necessitudine arctius cum his coniunctos esse et eodem fere tempore litteris exaratos esse iudicavit, licet illi nec ad sapientiae ubertatem nec ad artis laudem et perfectionem cum iis comparandi videantur. Ut igitur vir praestantissimus multorum dialogorum interiorem cognationem acute demonstraverit, illud quidem non videtur assecutus esse, quod ipse voluit, ut quid de Platonicorum librorum primordiis, argumentis et consiliis, fide denique et auctoritate existimandum sit, omni ex parte exploratum haberetur. Atque sensit hoc ipsum is, qui proxime post Schleiermacherum rei difficillimae quaestionem denuo suscepit. Nam Frider. Astius quum facile pervidisset, quam esset lubricum ac difficile Platonem eum informare, qui tanquam praemeditato studiorum itinere singulos philosophiae locos perpetuo ordine deinceps illustravisset eaque ratione dialogos alios ex aliis nexos et suspensos continua serie elaboravisset, relicta via, quam ille inierat in libro De Vita et Scriptis Platonis. Lipsiae, 1816. 8 edito, sic potius in huius rei disputatione versandum esse statuit, ut omnino Platonici ingenii tanquam species quaedam atque imago informaretur, unde Platonicorum scriptorum repeteretur iudicium eorumque origo pariter atque coniunctio ac necessitudo cognosceretur. Censuit autem Platoni eam sentiendi cogitandique sublimitatem et altitudinem fuisse propriam, ut omnia semper ad rerum divinarum idearumque meditationem retulerit, in una vitae quotidianae consideratione aut diiudicatione neutiquam substiterit, denique summae perfectionis speciem rebus humanis atque terrestribus tanquam divam quandam reginam praefecerit. Quocirca omnes illos libros, qui in dialectica rerum disceptatione ita versarentur, ut sublimitatis illius essent expertes neque mentem animumque altius eveherent ad divinioris celsiorisque sapientiae cogitationem, Platoni falso adscriptos esse arbitratus est, quo ipso magnam partem dubitationes illas de iis libris de medio sustulit, quos Schleiermacherus videretur minus recte primariis Platonis operibus tanquam socios et administros adiunxisse. Damnavit enim tanquam spurios Legum libros, Menonem, Euthydemum, Charmidem, Lysidem, Alcibiadem primum et secundum, Menexenum, Lachetem, Hippiam maiorem et minorem, Ionem, Euthyphronem, Apologiam, Critonem, ut taceamus de ceteris libellis minoribus, quos dudum ab aliis Platoni merito abiudicatos esse constat. Genuinos vero quos putavit esse dialogos, numero tredecim, quum argumentorum tum dialecticae virtutis habita ratione alio quam factum esset ordine sese excepisse atque iungendos esse iudicavit. Sunt autem hi: Protagoras, Phaedrus, Gorgias, Phaedo, quos vocat dialogos Socraticos; porro Theaetetus, Sophista, Politicus, Par-

tis, Critonem, Gorgiam. Vocari autem hi dialogi iure possunt Socratici iique elenchtici atque ethici,

---

menides, Cratylus, quos dialecticos libros nominavit; denique qui visi sunt doctrinae rationem subtilius illustrare ac vere Platonici: Philebus, Symposium, Politia, Timaeus, Critias. Haec igitur Fr. Astius; qui licet ipse quoque multa eleganter et subtiliter de re controversa disputaverit, tamen de summa re apud paucissimos fidem invenit, quandoquidem fieri non potuit quin vel ista severitas et audacia, qua Platonem tantum non fecit dimidiatum, utpote ingenti parte scriptorum ei vulgo adscriptorum insolentius privatum, erroris suspicionem apud homines cautos et circumspectos excitaret. Nec vero defuit qui Platonis opibus suis violenter privati patrocinium susciperet. Prodiit enim mox in medium vir sobrii pariter atque acuti iudicii Josephus Socherus, Monacensis, qui in Opere doctissimo et maxima perspicuitate scripto: „Ueber Platons Schriften." München, 1820. 8. superioribus criticis gravissimam movit controversiam. Ostendit enim perquam dilucide, in iudicio de scriptorum Platonicorum origine, ordine, auctoritate, ante omnia id esse agendum, ut cum veterum scriptorum testimoniis iustum pretium statuatur, tum etiam vitae ac temporum vicissitudines, quas ipse philosophus sit expertus, diligenter respiciantur. A qua sententia profectus non modo fidem librorum a Schleiermachero et Astio damnatorum facile sustentavit, sed etiam probabiliter docuit tempora ipsa ita tulisse, ut philosophus paullatim et doctrinae rationem et vero etiam stilum atque disserendi rationem variaret. Itaque omnino quidem eas dubitationes, quae vel Schleiermacheri vel Astii ratione excitatae essent, de medio sustulisse iudicandus est. Quanquam in una quaestionis parte iustis virorum doctorum desideriis non satisfecit. Neque enim satis ponderavit momenta rerum, quae in scriptis Platonicis tractatae sunt. Ex quo evenit, ut neque de ordine librorum Platonicorum usquequaque satis caute statueret, ut quum Cratylum a iuvene Platone scriptum esse censuit, aut Ionem et Hippiam maiorem eidem Platonis aetati attribuit, qua Protagoras, Gorgias et Theaetetus scripti sint, neque de fide, et auctoritate nonnullorum librorum recte iudicaret, quandoquidem Politicum, Sophistam, Parmenidem, Charmidem, Lysidem, praeter opuscula illa minora, dudum in malam suspicionem adducta, pro subditiciis esse habendos audacius pronuntiavit. Quocirca nos quidem etiam a Socheri sententia nostrum iudicium seiungendum esse putavimus. Censemus enim in hac caussa diiudicanda ita esse versandum, ut et librorum Platonicorum argumenta atque consilia, et philosophi vitae vicissitudines atque studiorum tamquam cursus, et disserendi varia temperamenta, et vero etiam veterum scriptorum testimonia de libris Platonis prodita simul quam diligentissime respectentur atqae ponderentur. Qua persuasione ducti aute hos fere triginta annos ea litteris perscripsimus, quae in superiore commentatione nunc, paucis mutatis, fideliter repetita exposuimus. Nec vero temere ita statuisse videmur, quan-

quandoquidem in iis id agitur, ut dum sophistica aut vulgaris disserendi ratio deluditur ac vana et inanis

---

doquidem ab illo inde tempore exstiterunt plurimi, qui sententiam nostram vel assensu suo comprobarent, vel etiam doctius exponerent et suis additis commentationibus ad communem doctorum hominum approbationem commendarent. Quod quidem imprimis fecisse censendus est Car. Frid. Hermannus in opere praestantissimo: Geschichte u. System d. Platon. Philosophie. Vol. I. (proh dolor unicum!) Heidelberg. a. 1839. qui licet plurima accuratius sit rimatus doctiusque exposuerit, tamen in universum nostrae sententiae plane accessit. Neque ab ea multum discesserunt, qui nuper eandem telam sibi denuo tractandam sumserunt, Car. Steinhart. in Introduct. ad Platon. Opera ab Hieron. Müllero nova interpretatione Germanica mactata, atque Franciscus Susemihl: Genetische Entwickelung der Plat. Philosophie. Vol. I. et II. Lips. 1855 et 1857. 8. Quanquam hi quoque doctrina et subtilitate sua quum singulorum librorum argumentis tum universae de eorum ortu et necessitudine quaestioni plurimum novae lucis affuderunt, qua gaudere huic demum aetati post diuturniora sapientiae Platonicae studia contigit. Quanquam nec defuerunt nuper qui aliam viam et rationem difficillimae quaestionis expediendae ingrederentur. Ex quorum numero duos nominasse sufficiet, alterum G. F. W. Succowium, Wratislaviensem, in libro: Die wissenschaftliche u. künstlerische Form der Platonischen Schriften. Berolin. 1855. 8. alterum Eduardum Munkium, Glogaviensem, in opere sic inscripto: Die natürliche Ordnung der Platonischen Schriften. Berolin. 1857. 8. Et Succowius quidem postquam oratione admodum prolixa ostendit, probari sibi unice rationem Schleiermacheri, qui dialogos quosdam primarios, fide testimoniorum munitos, constituerit, unde quum ratio ac doctrina Platonis tum scriptorum eius necessitudo et coniunctio cognoscatur, improbari penitus illorum sententiam. qui lustrato vitae et studiorum cursu, quem philosophus exegerit, scriptorum Platonicorum ordinem constituerint, quoniam scilicet isto modo interior eorum nexus et cohaerentia non intelligatur; deinde eo progreditur, ut ipsum Schleiermacherum doceat ab Albino Platonico multum esse superatum, qui scripta Platonis etiam melius illo ordinaverit ac disposuerit; v. p. 27sqq. Itaque sese fatetur Albinum ducem sequentem disputationem institutam persecuturum esse. Quo facto examen testimoniorum, de scriptis Platonis proditorum, imprimis Aristotelis, instituit, quo secundum ipsius sententiam Hippiam maiorem, Menexenum, Politicum, Leges, Epinomidem et Critiam, Platoni per fraudem subiectos esse efficitur, siquidem Aristoteles aut etiam alii scriptores veteres, quorum auctoritati aliquid tribuendum sit, eos non diserte commemorent, vel etiam ea prodita reperiantur, unde eos non a Platone profectos esse colligere liceat, id quod imprimis in Leges convenire ait, quas spurias esse ac sub-

esse arguitur, non modo Socraticae disserendi rationis praestantia in clariore luce collocetur, sed eadem opera tecte quidem et quasi per transennas etiam illud ostendatur, quantum quum in omni cuiusque rei quaestione, tum maxime in virtutum consideratione referat, ut omnia ad scientiam, qualem Socrates informaverat, hoc est, ad communium notionum conscientiam, refe-

---

diticias argute ex loco Isocratis Orat. ad Philipp. p. 84. ed. Steph. = p. 93. ed. Bekker. Berol. 1823. vers. 18. et 19. demonstrare conatur, ubi scilicet Leges et Politiae non ab uno homine scriptae dicantur, quia omnino σοφισταί perhibeantur earum esse auctores, de Platone autem quamvis non nominato necessario cogitandum sit. Qua disputatione per multas ambages ducta denique p. 180. paucis significat germanos eosque primarios Platonis dialogos sibi hos videri: Phaedrum, Symposium, Politiam, Timaeum, quibuscum tamquam secundarii itemque procul dubio genuini consociandi sint: Phaedo, Philebus, Theaetetus et Sophista; ex ceteris autem dialogis, qui a Thrasyllo in tetralogiis memorentur, quinam genuini sint, quive subditicii, amplius esse quaerendum, cuius rei iudicium omnino ex eo pendeat, ut per omnia regnet singularum notionum bipertita vel bimembris divisio (v. imprimis p. 220 et p. 421 sq.) atque trimembris partium descriptio (p. 220 sqq.), sicuti ex Phaedro fiat perspicuum. Haec igitur Succowius, qui quod sibi in ratione sua informanda Albinum ducem exstitisse professus est, de quo vide in edit. Hermann. Vol. VI. p. 150 sq. Cap. VI., ipse falsus est mirifice. Neque enim Albinus aliud quid spectavit, quam ut doceret, quomodo lectio Platonis habita ratione ipsius philosophiae (κατὰ φιλοσοφίαν) saluberrime instituenda esset (vid. Cap. IV. et V.) quare libros philosophi divisit, more veterum Platonicorum (v. Diog. Laert. III. 49) in καθαρτικούς s. πειραστικούς vel ἐλεγκτικούς, a quibus lectio ordienda sit; porro in ἐπεγερτικούς, qui post illos sint tractandi; denique in δογματικούς, qui ipsam scientiae et doctrinae laudem efficiant, ideoque physica, theologica, ethica et politica tradant. Quorum omnium apud Succowium nec vola nec vestigium comparet, qui potius Schleiermacherum sectatus Platonem nobis exhibuit mire coarctatum, ut qui non modo praestantissimis sui partibus privatus sit, verum etiam ita disserere cogatur, ut perpetuo trimembres faciat operum suorum descriptiones atque notiones semper dividat bifariam. Verum satis haec de nova ista planeque inaudita sapientia. Restat ut etiam de Munkii sententia paucis dicendum sit. Is igitur aetatem scriptorum Platonicorum plane metitur aetate ea, quam Socrates, qualis loquens in sermonibus Platonis inducitur, habere existimandus sit. Quocirca quo vel adolescentior vel aetate provectior sapiens in quoque Platonis libro loquens prodeat, eo adolescentiorem vel etiam aetate maturiorem vult ipsum fuisse Platonem, quo tempore eum

rantur vel potius evehantur. Disputatur enim in illis plerumque sic, ut quum de vi et natura alicuius rei, veluti pulcritudinis, rhapsodiae et poesis, fortitudinis, temperantiae, pietatis, disciplinae virtutis, quaestio instituatur, tamen nihil certi affirmetur, sed opiniones rerum vulgares ac notiones temere animis susceptae facete rideantur et captiose redarguantur, sophistae

---

litteris consignaverit. Ex quo effici vult, ut primus dialogus, quem Plato scripserit, Parmenides, postremi autem libri ab eo litteris consignati, exceptis Legibus et Menexeno, Euthyphro, Apologia, Crito et Phaedo fuisse existimandi sint. Quod nobis quidem, considerato librorum illorum argumento, artificio et consilio, nulla ex parte verisimile videtur. Constituit vero tres tanquam dialogorum ordines. Quorum primum quidem voluit illa complecti tempora, quibus Socrates adversus falsam aequalium sapientiam decertaverit; ad quem refert dialogos complures sic sese excipientes: Parmenidem, Protagoram, Charmidem, Lachetem, Gorgiam, Ionem, Hippiam maiorem, Cratylum, Euthydemum, Symposium: quos quidem libros quinquennio intra a. 389 et 384 a. Chr. n. a Platone scriptos esse censet. Iam vero secundum ordinem vult eorum temporum periodum continere, quibus Socrates ut verae germanaeque sapientiae magister in medium prodierit; ad quem pertinere arbitratur: Phaedrum, Philebum, Politiam, Timaeum et Critiam, scriptos illos secundum ipsius coniecturam septennio intra a. 483 et 470 a. Chr. n. Denique tertium ordinem eorum dialogorum constituit, in quibus Socrates is inducatur, qui veritatem doctrinae suae confutandis contrariis opinionibus adeoque morte, quam pro ratione sua occubuerit, certius confirmaverit. Huic vero dialogorum generi accenset Menonem, Theaetetum, Sophistam et Politicum, Euthyphronem, Apologiam, Critonem et Phaedonem, quos putat post annum 470 a. Chr. litteris consignatos esse, h. e. inde ab ea aetate, qua ne Socrates quidem iam natus erat, nedum discipulus eius, Plato, quem anno demum 429. a. Chr. n. lucem adspexisse certum et exploratum habetur. Ex quo item existimari potest, quo iure Munkius Phaedrum, Philebum, Politiam, Timaeum et Critiam intra annos 483 et 470 a. Chr. n. editos putaverit, quo certe tempore Plato nullusdum fuit, ut facile intelligatur criticum temporum rationes incredibiliter conturbavisse. Iam vero etiam scripta quaedam Platonica exstare arbitratur, quae cyclo illi, quem ipse constituit, minime congruant, in quo numero haberi vult Alcibiadem I., Lysidem et Hippiam minorem; postrema autem opera cyclis suis non inscripta esse putat Menexenum, utpote post a. 387. editum, atque Leges circa a. 367. a. Chr. n. scribi coeptas. Verum satis haec de consiliis criticorum, quibus Platonicorum operum vel originem vel coniunctionem ac necessitudinem indagare atque demonstrare conati sunt. Ex quibus omnibus iam apertum erit. quid in hac caussa hactenus omnino actum sit.

autem et homines vana sapientiae opinione inflati aut nimium argutiis suis dediti erroris convincantur et ad ignorantiae confessionem adigantur. Quod tamen callidissime fere ita instituitur, ut rerum in disceptationem vocatarum vera ratio tanquam notis quibusdam atque signis prodatur, ipsis iis, quibuscum sermo habetur, plerumque id ne sentientibus quidem. Nimirum ista ratione non modo facete deluduntur, qui pravae dialecticae et falsis opinionibus dediti sunt, sed etiam dialectica Socratica fit illustrior, siquidem legentes per eam tecte ad rectam veramque rerum notionem inveniendam instituuntur mentis cogitatione a rebus externis atque visis, in quibus istiusmodi homines ipsique sophistae fere haerebant, ad innatas quasi animis rerum species et communes notiones traducta. Iam vero quod ad hoc genus dialogorum etiam Apologia Socratis atque Crito accesserunt, quae opera non multo post Socratis mortem videntur in lucem prodiisse, sistunt hi libri nobis etiam ipsum Socratem tantum non ad ipsius vitae veritatem adumbratum atque descriptum. Informatur enim ibi ille talis, qualis in illis dialogis fere esse solet, qui per totam vitam hominum quum aliorum, tum imprimis virorum civilium et sophistarum errrores et vanas opiniones confutaverit; scientiam, hoc est, certas exploratasque rerum notiones anquisiverit; veritatem virtutemque ubique sectari consueverit; denique veri rectique conscientiam certamque de eo animi persuasionem tanquam optimam recte et cum virtute vivendi ducem constanter sequutus sit, ita ut non modo boni hominis, sed etiam boni civis munere et officio perfecto defunctus esse iudicari debeat. Quae certe nemo erit quin sponte videat, quam arcte cum argumentis et consiliis superiorum librorum conveniant, siquidem ille tanquam exemplo suo revera comprobasse fingitur, quae in illis disputata leguntur. Sunt igitur hi libri, ut diximus, ad unum omnes vere Socratici, siquidem et Socraticam disserendi rationem, pravae dialecticae oppositam, depingunt, et scientiae Socraticae vim in omni philosophandi genere maximeque in virtutis iudicio declarant ac patefaciunt. Nec vero Gorgias ab hoc scriptorum Platonicorum genere ullo modo segregandus est, qui et ipse non multo post obitum Socratis videtur scriptus esse valetque etiam

ad eius defénsionem. Docetur enim in eo oratione disertissima, artem civilem atque rhetoricam, qualem imprimis Gorgiae disciplina commendavisset, prorsus alienam esse a veritate atque honestate omninoque turpem ac perniciosam, ac propterea a viro sapiente spernendam potius quam sectandam et exercendam; qua ratione Plato videri debet etiam sua ipsius consilia defendisse, qui Socrate interemto apud animum constituerat a republica abstinere atque privatim degere vitam, quo liberius studiis philosophiae operam impendere liceret. Quamobrem sponte intelligitur hunc librum tam cum Menone, non multo ante Socratis condemnationem scripto, quam cum Apologia Socratis et Critone arctissima contineri coniunctione ac necessitudine.

Atque haec quidem de primo genere librorum Platonicorum, quos quoniam Plato litteris exaravit, quo tempore uni maxime disciplinae Socraticae deditus erat, merito dicere licebit Socraticos. Habent autem illi sibi non pauca tanquam priva atque propria, quibus veluti signis quibusdam suis a ceteris scriptis Platonicis dignoscantur. Nam formam eorum ubi primum spectamus, prope omnes prae se ferunt miram quandam quum compositionis tum doctrinae simplicitatem atque perspicuitatem Xenophonteae haud absimilem, quanquam ut quique sunt posteriore aetate scripti, ita etiam ad maiorem artis perfectionem propius accedunt, quae laus perfectionis maxime Protagorae atque Gorgiae tribuenda est. Praeterea formae habita ratione etiam eo sunt conspicui, quod sunt fere *πειραστικοί* et *παιδευτικοί* (Diog. C. III 49.). Nam quum in iis varia tractentur argumenta, tamen nihil videtur certius exquiri et ad perspicuitatem usque explicari. Versantur enim omnia in utramque partem: nam argute vexantur colloquentium opiniones et tanquam vanae et inanes exagitantur; exploduntur notiones rerum ab iis conceptae; labefactantur et revelluntur definitiones, quas proponunt, atque saepe iterum iterumque in disceptationem vocantur; quin etiam ipsi colloquentes, imprimis homines vana sapientiae opinione inflati atque acutuli et gloriosi sophistae, ut temerarii sapientiae ac virtutum professores, acerbissime saepe traducuntur et erroris convicti ad turpis ignorantiae confessionem adiguntur.

Itaque legentes postremo sese ipsi quoque sentiunt fere consilii inopes relinqui, quandoquidem nihil quidquam videtur disputando effectum esse. Nimirum exploditur isto modo vulgaris ac sophistica dialectica, quae per ludibrium quoddam suis ipsius armis impugnatur, illustraturque vis disserendi rationis Socraticae, quae, etiamsi captiosis sophistarum utatur cavillationibus, tamen talis esse iudicatur, ut suis ipsa sustentata praesidiis de vana adversaria facile reportet victoriam atque legentium animos ad veritatis quaestionem rectius prudentiusque suscipiendam instituat. Sed haec quidem de forma horum dialogorum; nam de ornatu scenico, de artificiosa dialogi tractatione, aliis rebus similibus, et alibi diximus, nec opus est ut hoc loco de industria exponatur. Addimus igitur nunc pauca de iis, quae materiae habita ratione iis propria videantur. Et hic quidem ante omnia diligentissima adimadversione dignum censemus, quod quum in his sermonibus nihil certi explorari ac doceri videatur, tamen revera docentur res longe gravissimae. Nam primum quidem callidissime fere sic institutum est, ut rerum in disceptationem vocatarum ratio et natura tecte et ne sentientibus quidem iis, qui cum Socrate colloquuntur, significetur, ita ut legentes ipsi, quid verum sit, indagare atque reperire queant. Quocirca etsi in Lachete et Charmide nihil de fortitudine et temperantia, in Hippia maiore nihil de pulcritudine, in Lyside nihil de amicitia doceri videtur, tamen, si verum quaerimus, longe sunt gravissima, quae ad rectas de iis notiones informandas ibi tanquam clam et furtive prudentioribus suppeditantur, praesertim quum non pauca etiam negando certius definiantur. Deinde his libris etiam illud gravissime admonemur, omnis scientiae principium et fundamentum in una scientia, i. e. veri persuasione ex communibus notionibus vel ideis oriunda, positum esse, ad quam omnia ita revocanda et provehenda sint, ut germana dialectica utamur, quae sit ipsius illius scientiae indagatrix, eoque vulgarem ac sophisticam dialecticam longissime superet, quod neque in visis et rebus adspectabilibus haereat neque fraudulentis utatur persuadendi artibus, sed tota ad veri scientiam attemperata sit et in indagandis rerum notionibus hominum mentibus tanquam a natura ingeneratis versetur. Hoc

igitur illud est, quod materiae habita ratione primum fatendum est his dialogis propium esse, quod quidem haudquaquam errare videmur tantum esse iudicantes, ut in hac ipsa re omnis doctrinae Platonicae tanquam initium et principium contineri existimandum sit, sine cuius notitia nec reliquae illius partes aut plane intelligi aut recte iudicari queant. Nimirum multum profecto iudicio suo falsi sunt, qui quae posterioribus temporibus philosophus condidit ingenii sui monumenta, ea ab hisce Socraticis scriptis tanquam omnino diversa longo intervallo segreganda et tantum non prorsus divellenda putaverunt. Neque enim Plato postea neglexit aut reiecit quae olim erat commentatus; immo ea magis perfecit, explevit, consummavit, ita ut quae postero tempore et aetate maturiore etiam opibus aliorum philosophorum, imprimis Megaricorum et Pythagoreorum, sustentatus excogitavisset maiora atque ampliora, ea illis tamquam primis fundamentis superstrueret. Sed satis de his. Pergimus ad aliud quid, quod hisce libris Socraticis, de quibus agitur, proprium dicere liceat. Explicantur enim in iis atque perquiruntur singuli tantum philosophiae loci, qui nulla fere inter se coniuncti sunt argumentorum continuatione, qualis sane in operibus Platonis postea scriptis magnam saltem partem animadvertitur, ut ne quaestiones quidem de virtute eiusque formis ac partibus institutae arctius inter se coniunctae sint. Nimirum istud quidem apertum est more plane Socratico ita factum esse, quandoquidem virum sapientissimum constat de rebus diversissimis liberius disputare solitum esse, prouti ferret variorum temporum opportunitas. Hoc igitur ipsius exemplum etiam Plato imitatus est, et imitari tanto rectius potuit, quod illo tempore non id egit, ut aliquod doctrinae systema conderet, sed satis habuit ostendere, quantum ad virtutem ac sapientiam vel veritatis cognitionem referret, ut vera scientia ubique spectaretur atque recta disserendi ratio, quae ad illam perduceret, usurparetur. Omnino vero hic monuisse iuvabit falsos esse iudicio suo, qui nobis Platonem finxerunt iuvenem aliquem philosophiae professorem, qui quo tempore philosophari coeperit, debuerit iam in compendio consignata habere quae ordine deinceps esset traditurus. Neque enim compendiaria fuit Platonis sapientia, sed tempore pro-

cedente libere nata, quae quum naturalibus ingenii dotibus, tum doctrinae studiis temporum opportunitatibus adiutis denique ad eum florem adolevit, quem postea est consecuta. Quanquam divinum viri ingenium iam ab initio certum quendam tenuit cursum, quo persequendo denique ad celsam illam sapientiam pervenit, quam non modo aequales, sed etiam posteri iusta admiratione prosequuti sunt. Iam vero his ita expositis etiam alia quaedam memorasse iuvabit, unde horum librorum et proprietates et origines accuratius cognoscantur. Quorsum primum referimus, quod sane animadversione est longe dignissimum, quod in iis Platonicae de ideis doctrinae, qualem philosophus postea informavit, vix tenuia quaedam, immo vero nulla reperiuntur vestigia. Spectantur enim notiones generales et communes non iam *μεταφυσικῶς*, ita ut iis tribuatur *τῶν ὄντων* sive *τῶν ὄντως ὄντων* vis et natura, sed more fere Socratico logice explorantur tanquam merae mentis notiones; de quo discrimine v. etiam Aristotel. Metaph. XIII. 4. coll. 1. 6. Nimirum *οὐσίας* naturam Plato postea demum ideis impertivit, quo tempore Socraticam rationem consociare coepit cum Megaricorum de ente placitis ab Eleatis repetitis. Quanquam fatendum est eum iam in Charmide et Lachete prope ad eam rationem accessisse adeoque in Euthyphrone *ἰδέαν* et *εἶδος* de mentis notionibus dixisse. Quod tamen nemo mirabitur, qui etiam meras mentis notiones rerum quasi imagines atque species perfectas exstare meminerit. Sed huc accedit denique etiam aliud quid, quod his libris, quamvis multis atque amplitudine sua insignibus, proprium esse iudicari debet. Quippe nulla dum in iis reperiuntur doctrinae Pythagoricae accuratius cognitae indicia. Quod certe eiusmodi est, ut iure inde suspicari liceat philosophum, quo tempore eos litteris consignaverit, nondum interioribus scholae Pythagoricae sacris fuisse initiatum. Quod quidem eo confidentius ita statuere licet, quo studiosius ipsum novimus in Politico, Parmenide, Politia, Timaeo, Legibus, aliis libris, Pythagoreorum doctrina suam rationem exornasse et locupletavisse. At enim vero cognovit ille postea demum, quum in Italiam inferiorem et Siciliam profectus est, testibus locupletissimis si qua fides est (v. Proll. ad Politic.), Pythagoreorum

placita accuratius, ut mirandum non sit eum aetate adolescentiae eorum copiis, si quae ipsi suppetierint, neutiquam usum esse.

commemorat in Eclogis in dialogos Platonis omnes, quas Platoni suo adiecit. Eclogas Cornarii separatim edidit I. Fr. Fischerus. Lips. 1771. 8.

Praeterea memorandum est praestantissimum opus Germanicum Fr. Schleiermacheri, cuius prodierunt T. I. P. 1 et 2. T. II. P. 1. 2 et 3. T. III. P. I. In prolegomenis subtiliter disputatur de ordine scriptorum Platonicorum recte instituendo. Singulis autem dialogis praeter praefationem adiectae sunt observationes criticae.

Praeter hanc interpretationem German. simili nomine laudandae sunt etiam aliae Platonis conversiones, quae nuper prodierunt, imprimis Hier. Mülleri, Lip. 1850 – 1857. 8. mai. ap. Brockhaus. Vol. I – VI. quae egregia habet Car. Steinharti Prolegomena. De Fr. Astii, Josephi Socheri, Car. Fr. Hermanni, Franc. Susemihli, Ed. Munkii, G. F. W. Succowii operibus supra dictum est.

Scholia in Platonem e codd. collegit D. Ruhnkenius. Lugd. Bat. 1800. 8. Haec in edit. Bekkeri, Turicensium, nostra Tauchnitz. a. 1856. et C. Fr Hermann. edit. Teubner. aucta et locupletata reperiuntur.

Timaei Lexicon vocum Platonicarum c. animadvv. Ruhnkenii. Ed. 2. Lugd. Bat. 1789. 8. Novam editionem eamque multis partibus auctam curavit Aenoth. Kochius. Lips. 1828. 8.

Corrigenda.

Prolegg. p. XXVIII. v. 3. ab inf. lege inane**m**, et v. 1. ab inf. ver**u**m. Prolegg. ad Apolog. p. 16. v. 20. lege et pro te. Prolegg. ad Criton. p. 185. v. 13. lege qu**ae**rendum pro querendum. Commentar. ad Criton. p. 198. col. II. v. 1. leg. cr**i**ticus. Ibid. p. 224. col. I. v. 6. ab inf. leg. Heinichen.

PROLEGOMENA

AD

PLATONIS APOLOGIAM SOCRATIS.

PROLEGOMENA
AD
PLATONIS APOLOGIAM SOCRATIS.

Apologia Socratis, communi semper omnium consensione Platoni auctori adscripta *), etsi tam veteri quam recentiore aetate in criticorum quorumdam incurrit reprehensionem **) adeoque nuper pro opere summo philosopho fraudulenter supposito habita est ***); tamen, scripti fine et consilio diligentius considerato,

*) Laudatur sub Platonis nomine a Dionysio Hal., Themistio, Proclo, Diog. Laertio, Origine, Aristide, Grammaticis vett., aliis, de quibus exposuit I. Fr. Fischer. edit. 3. p. 66.

**) Ut Cassii Severi ap. Senec. excc. Controv. 3. p. 425. T. III. ed. Gronov. qui ipsam, utpote caussidicus, nec patrono nec reo dignam iudicavit, et Forchhammeri in libro: Die Athener u. Socrates v. Peter Wilhelm Forchhammer. Berlin. 1837. 8, ubi Platonem censet callide potius et fraudulenter quam vere Socratis caussam defendisse. Cui adversatus est verissime Petrus van Limburg Brouwer in libro: Apologia Socratis contra Meliti redivivi calumniam. Groning. 1838. 8. Artem defensionis laudat Dionys. Hal. De admir. vi Dem. T. VI. p. 1026. et Art. Rhet. c. 3. ed. Reisk.

***) Nam Fr. Astius eam esse opus supposititium docere conatus est in Beckii Comment. Societat. Phil. Lipsiens. Vol. IV. P. I. p. 27 sqq. et in libro De Vita et Scriptis Plat. p. 474 sqq.

nemo facile dubitare poterit, quin in praestantissimis antiquitatis Graecae monumentis habenda sit, ut, etiamsi copias sapientiae Platonicae peculiares nullas prope offerat, tamen nomen Platonis non iniuria prae se ferre videatur. Quum enim philosophus Atheniensis in scriptis reliquis omnibus suam ipsius doctrinam suumque ingenium, unis Legibus, Timaeo et Critia exceptis, sub Socratis nomine prodiderit et in lucis publicae celebritatem eduxerit, tum hoc in libro ipsum Socratem ad vitae veritatem descriptum produxit in medium, ut non modo testaretur, qualis ille sibimet ipsi visus esset, verum etiam palam faceret, quam iniustum fuisset iudicium, quo ab Atheniensibus capitis esset condemnatus. Nam de consilio si quaeritur, quod scriptor in elaborando Apologiae libello sequutus sit, argumento operis vel leviter considerato nemo certe temere dubius haerebit, quorsum illud denique pertineat. Produxit enim in hoc libro Socratem, magistrum suum, caussam suam in iudicio ita orantem, ut ex ipsius defensione plane fiat perspicuum, qualia fuerint illius studia et vivendi consilia, quaeque cum privatis et publicis temporis sui rationibus necessitudines, quandoquidem eum ita dicentem fecit, ut quid philosophando egerit, quid de cultu et veneratione deorum senserit, quid ad civium suorum mores emendandos duxerit necessarium, quodnam sibi ipsi munus divinitus impositum esse putaverit, denique cur in plurimorum aequalium invidiam atque odium incurrerit et iudicio ipsis Atheniensibus denique poenitendo de medio sit sublatus, clarissime intelligatur, totaque scriptione lecta atque cognita imaginem Socratis ad vivum adumbratam atque descriptam intueri videamur. Quod quidem artificiose sollerterque ita instituit, ut quam illi tribuit orationem, eam simul etiam ostenderit verae eloquentiae, philosopho dignae, esse exemplum quoddam, quae neque inanibus dicendi artificiis utatur neque a rerum veritate ullo modo abhorreat, sed sustentata acerrimo studio veritatis ab animo sapientiae opibus munito et recti verique conscientia firmato vim ac robur suum accipiat. Hoc igitur illud est, quod scriptor Apologiae consideratis rebus omnibus in opere hoc componendo atque elaborando spectavisse existimandus est. Quod certe merito iudica-

bitur esse eiusmodi, ut Platonis ingenio atque animo dignissimum censeri debeat, quippe qui hac ratione non modo pietatis suae monumentum posuerit ad omnem posteritatem duraturum, verum etiam eam magistri speciem et imaginem delineaverit atque descripserit, unde quales illius mores et quale ingenium fuissent et quaenam viro sapientissimo cum aequalibus suis necessitudo intercessisset, ab omnibus quam clarissime perspiceretur.

Sed quum hanc institutae scriptionis rationem atque hoc illius consilium fuisse pro certo et explorato haberi posse videatur; tamen quoniam res non semper satis perspecta atque nuper etiam a criticis quibusdam in controversiam vocata est, iuvabit, opinor, de libri indole et argumento hoc loco accuratius paullo disputare, si forte fieri possit, ut harum rerum disquisitione aliquid ad pleniorem eius intelligentiam proficiatur. Itaque primum quidem libri argumentum in breve contractum referemus, quo nexus et consecutio sententiarum hic et illic paullo reconditior et abstrusior facilius animadvertatur certiusque cognoscatur. Deinde singulas eius partes ita dilucidare conabimur, ut quatenus ad Socratis imaginem collustrandam aut ad ipsius Platonis scribendi consilium patefaciendum valeant, ordine deinceps demonstretur. Tum vero breviter quaeremus, quanam scriptor usus sit in argumento tractando arte et ratione. Denique quid de tempore libri natali existimandum sit, paucis exponemus. Quibus omnibus explicatis futurum esse speramus, ut libri praestantissimi lectio et interpretatio et facilior habeatur et vero etiam fructuosior atque utilior fiat, quam alioquin futura fuerit.

Itaque primum quidem iuvabit argumentum orationis paucis delineavisse, quod quidem huc fere redit.

Constat omnis liber pro ratione iudiciorum Atticorum tribus partibus. Quarum prima continet defensionem, quam Socrates habuisse putandus est priusquam iudices primis sententiis omnino decernerent, essetne reus absolvendus an condemnandus, ob der Beklagte schuldig sei oder unschuldig (cap. I — XXIV.); altera complectitur ea, quae facta condemnatione pro se dixit, quum litem suam aestimare

iussus esset (cap. XXV—XXVIII.); tertia denique ea comprehendit, quae postquam secundo iudicio morte erat condemnatus, peroravisse putari debet.

Et primae quidem partis argumentum huc redit. Primum orator se excusat, quod usurus sit dicendi genere novo et in iudiciis inusitato, siquidem repudiatis vulgaribus dicendi ornamentis atque orationum lenociniis unice id sit acturus, ut quae vera sint in medium proferantur, atque sermones audiantur, quibus vulgo etiam uti consueverit; neque enim se iudiciali dicendi generi unquam adsuefactum esse (p. 17—18. A.). Deinde duplicem esse ostendit accusationem, adversus quam sibi dicendum sit, alteram clandestinorum criminatorum, qui sibi iam inde a longo tempore invidiam et odium conflare conati sint; alteram apertorum adversariorum, qui ipsum nunc publice accusaverint. Itaque contra illos primum dicere instituit (p. 18. B. — 24. A.). Et criminationem quidem eorum hanc ait esse, ut ipsum dictitent perpetuo in scrutandis rebus coelestibus et inferis versari atque caussam meliorem dicendo reddere solere deteriorem. Quam quidem criminationem eo truculentiorem esse censet, quod vulgus hominum talibus dicteriis acceptis protenus in eam suspicionem perducatur, ut eiusmodi homines putet omnem funditus evertere religionis pietatem atque deorum publicorum cultum ac venerationem de medio tollere. Eo autem accedere, quod istiusmodi rumores iam dudum in occulto sparsi ac disseminati sint, ut paullatim in animis audientium tamquam inoleverint, quodque iis etiam publice in scena usi sint poetae comici, quum defensio adversus tales criminationes omnino suppetat nulla (p. 18. B. — 19. A.). Negat vero orator, sese umquam talibus quaestionibus dedisse operam, nec vero concedit sese accepta mercede, sicuti sophistae faciant, adolescentes ad sapientiam instituisse (p. 19. A. — 20. C.). — Fontem autem et caussam illarum criminationum hunc esse docet. Obtigisse sibi ait singularem quandam sapientiam eamque vere humanam, quam ipse deus Delphicus oraculo quodam summis ornaverit laudibus. Chaerephonti enim aliquando ab illo hoc datum esse responsum, Socratem mortalium esse sapientissimum. Id vero sese primum non credidisse,

ideoque animo secum reputare coepisse, quaenam tandem dei sententia esset. Tandem vero se ad illos accessisse, qui et sibi et aliis visi sint sapientissimi, hoc est ad viros civiles, ad poetas, ad opifices, eorumque sapientiam institutis cum iis sermonibus explorare conatum esse. Ibi vero accidisse sic, ut quam vana esset istorum hominum omnium sapientia perspexerit, qui quum sibi mirum quantum sapere visi sint, tamen revera insipientissimi fuerint; ideoque sese intellexisse, aliquanto meliorem esse suam ipsius conditionem, qui se hoc unum scire senserit, quod nihil sciret. Itaque deum Delphicum ait sibi visum esse hoc significavisse, humanam sapientiam revera nihili faciendam esse, eumque iure sapientissimum haberi, qui, sicuti Socrates, quam ea vilis aut potius nulla esset, bene perspectum haberet. Iam vero ex ista hominum vana sapientiae opinione inflatorum exploratione atque confutatione sibi narrat exortas esse simultates et inimicitias longe gravissimas; natum item exinde ait nomen sapientis invidiose sibi attributum. Nihilominus autem sese fatetur nunc quoque perpetuo id agere, ut dei sententiae obsecundans alios vana sapientiae opinione repletos inscientiae coarguat. Cuius rei quoniam multos adolescentes non modo testes ac spectatores, verum etiam imitatores nactus sit, inde vulgo ita fieri arbitratur, ut adolescentes a se impie corrumpi dictitentur. Quodsi tamen calumniatores isti interrogentur, quidnam tandem sit quod doceat Socrates et quo tam nefarie peccet, eos nihil aliud ait proferre solere nisi vulgare illud opprobrium, quod in omnes philosophos coniici consueverit, scrutari ipsum res coelestes atque inferas, nullos deos statuere, et caussam superiorem dicendo reddere inferiorem (p. 20. C. — 24. A.). — Iam vero ex clandestinorum illorum calumniatorum turba prodiisse dicit etiam accusatores istos publicos, qui nunc litem sibi intenderint, Meletum, Anytum, Lyconem, contra quos sibi secundo loco dicendum arbitratur. Recitat igitur iuratam litis formulam ab illis conceptam hanc: Socratem iniuste facere, quod et adolescentes corrumpat, et deos publicos non statuat sed alia daemonia nova. Quo facto priorem accusationis partem sic refellere instituit. Nescire enim ostendit omnino Meletum, qui-

nam illi sint, qui ad mores iuventutis corrigendos atque emendandos operam suam atque studium conferant (p. 24. C. — 25. C.). Praeterea esse hominis male feriati, corrumpere iuventutem studere, quandoquidem omnes certe malint inter cives bene moratos quam inter improbos vivere. Si autem per fraudem et errorem sibi acciderit, ut adolescentes corrumperet, debuisse certe Meletum ipsum privatim admonere et meliora edocere, non publice accusare (p. 25. C. — 26. B.). — Iam vero si quaeratur quibusnam rebus et quonam modo iuventutem corrumpat, formulam accusationis eius rei caussas exinde repetere, quod publicos deos non statuat, sed semper daemonium quiddam in ore habeat. Se vero primum quidem asseverat Solem, Lunam, alios deos, pro numinibus habere neque in Anaxagorae concessisse sententiam, qui corporibus coelestibus divinitatem ereptum iverit (p. 26. B. — E.). Praeterea etiam accusatorem arguit proferre pugnantia, perinde ac si dicat Socratem impie agere, quod deos nullos esse credat, et tamen deos esse credat. Nam Meletum ipsum largiri, sese daemonium sive divinum quiddam credere. Iam vero sicuti humana nemo possit statuere, nisi qui item homines esse credat, et quae sint id genus alia similia, ita nec divina posse statui nisi ab eo, qui deos esse arbitretur (p. 26. E. — 27. E.). — Absoluta vero et ad finem perducta hac argumentatione, dialectice magis quam oratorie tractata illa, revertitur ad simultatis et inimicitiae gravitatem ex suis consiliis sibi subnatae. Quam quidem caussam fore auguratur, cur denique afficiatur supplicio. Neque tamen sese ait vitae anteactae ullo modo poenitere, quippe quum recti conscientia sustentetur; imo sibi plane ita esse persuasum asseverat, ut bono ac sapienti viro non periculi aut detrimenti aut supplicii et mortis, sed unice virtutis et honestatis rationem ducendam esse existimet. Itaque sese hac frui dicit animi consolatione, quod constanter fortiterque in ea vitae statione permanserit, in qua ipsum Deus collocaverit, ex eoque vel maxime perspicuum fore sperat, impietatem in deos sibi immerito exprobrari. Nam eos, qui prae metu mortis ab honestatis et probitatis studio recedant, utique impie pariter atque stolide agere, propterea quod, quum improbitatis

turpitudinem tamquam oculis cernant, tamen ipsam non refugiant, sed mortem potius vitent, quae tamen num in bonis an in malis ducenda sit, minime ab ipsis exploratum habeatur. Itaque graviter denique asseverat, se quidem, si ipsi ea conditione impunitas concedatur, ut in posterum alios explorare aut coarguere intermittat, non esse commissurum, ut munus sibi a Deo mandatum derelinquat, sed paratum esse contemto mortis periculo ad gravissima quaeque mala subeunda atque toleranda, siquidem sibi plane persuasum sit, nullumdum civibus suis bonum contigisse maius quam suum erga deum obsequium, quo ad animi quam optime formandi curam et virtutis studium graviter excitentur atque impellantur (p. 27. E. — 30. B.). Praeterea iudices etiam illud admonet, se condemnato futurum esse, ut non tam ipse quam potius Athenienses gravi poena afficiantur. Se enim a Deo Atheniensibus datum esse, quo recta consilia monerentur, propter pravitatem castigarentur, denique ad meliorem frugem perducerentur; non facile autem eventurum esse, ut alter eiusmodi monitor et hortator iis obtingat. Divinitus vero sese urbi missum esse vel ex eo apparere arbitratur, quod neglecta re familiari perpetuo vixerit in maxima paupertate, illud agens unice, ut virtutis et sapientiae caussa iuvaretur ac sustentaretur (p. 30. C. — 31. B.). — His vero expositis ad vitam publicam suam transgreditur. Mirabile enim multis visum iri dicit, quod quum privatim singulis prodesse studuerit, tamen publice civitati consulere noluerit. Cuius rei caussam repetit a daemonii admonitione, qua semper a publicorum negotiorum administratione avocatus sit atque deterritus. Nec vero se dubitare profitetur futurum fuisse, ut, si olim ad rempublicam accessisset, dudum morte esset mulctatus. Neminem enim, qui recte iusteque agat, in tali civitate salvum et incolumem posse evadere, nisi vitam degat privatam; sese autem semper iustitiam et honestatem etiam in publicorum munerum administratione fuisse sequuturum, vel ex eo intelligi debere, quod olim et democratia vigente iniustis populi consiliis restiterit et sub triginta virorum imperio tyrannorum minis nihil tribuerit et concesserit (p. 31. C. — p. 32. E.). His addit, nec discipulis suis privatim quidquam iniusti umquam a se permis-

sum esse aut mandatum; nec vero se magistri partes agere voluisse, sed potius ita degisse vitam, ut cum omnibus, qui sibi obvii facti essent, vario sermone colloqueretur. Quamobrem si inter eos, qui ipsum audiverint et secum sint conversati, etiam extiterint, qui improbi evaderent, eius rei culpam iniuria in se conferri. Nam expetiisse adolescentes familiaritatem et consuetudinem suam propter eam tantum caussam, cuius antea mentionem fecerit, nec vero quemquam eorum, qui olim sua consuetudine usi fuerint, postea adultum sibi aut succensuisse aut litem intendisse, quia adolescens a se corruptus fuerit, neque cognatos ac necessarios adolescentium de iniuria iis illata ullo tempore conquestos esse; plurimos autem etiam nunc reperiri, qui sibi, corruptori scilicet, succurrere ac patrocinari parati sint (p. 33. A. — 34. B.). — Postremo ingenua cum libertate declarat, non iam sese imitaturum esse eorum morem et consuetudinem, qui iudicum animos indignis modis, fletu, precibus, obtestationibus, ad misericordiam flectere conentur, idque se ita facere constituisse non propter superbiam aliquam, sed propter suam pariter atque civitatis dignitatem et propter ipsorum iudicum religionem, quippe qui iureiurando promiserint, se ex re et veritate bona cum fide iudicaturos esse. Quamobrem si qui reperiantur, qui ab his postulent, ut gratiae, ut precibus, ut obtestationibus concedant, eos aperte flagitare videri periurium eaque re in maximae impietatis crimen incurrere (p. 34. C. — 35. E.).

Haec igitur Socrates prima oratione, quam sui defendendi caussa habuit. Sequuntur dehinc ea, quae dixit, quum primis iudicum sententiis damnatus ex iure Attico litem suam ipse aestimare iussus esset (p. 35. E. — 38. B.). Quo quidem loco imprimis cognoscere licet liberam illam viri contumaciam, quam Cicero alicubi appellat. Nam postquam significavit, minime se mirari hoc, quod condemnatus sit, sed illud mirum accidisse, quod Meletus vix iustum suffragiorum numerum tulerit, sese ostendit id honoris meruisse videri, ut sibi publice in prytaneo victus praebeatur; quum enim aliis nunquam iniuriam intulerit, ne hoc quidem se committere velle, ut in semet ipsum statuat iniustius. Si tamen aliqua poena irroganda sit, mulctam se optare, quandoquidem pecu-

niae iacturam facillime sit laturus. Nec vero plus sibi pecuniae suppetere quam unam argenti minam; amicis tamen sponsoribus se triginta minas offerre, quae poenae loco solvantur (p. 36. A. — 38. B.).

Tertia pars libelli continet orationem post secundam iudicum damnationem habitam. Vaticinatur igitur orator iis, qui ipsum damnavissent, venturum esse aliquando tempus, quo ipsos iniustitiae suae poeniteat. Illis vero, qui absolvissent, confirmat, se non invitum morti obviam ire sed laetum quiddam exspectare. Neque enim daemonium sibi domo egredienti in iudicium aut suggestum dicendi caussa adscendenti adversatum esse, unde divinari posse videatur, mortem non esse in malis ducendam. Omnino enim rem ita se habere: mortem, sive auferat sensus sive nos in alium locum tráducat, non esse pro malo habendam sed tamquam divinum beneficium amplectendam; neque vero viro bono et honesto mali quidquam posse accidere, quippe cuius res omnes a diis sapienter ac benevole gubernentur. Denique optat ‚ut iudices de filiis suis hanc sumant vindictam,' ut si aut divitias et opes virtuti anteponant, aut inani sapientiae opinione inflati sint, similiter reprehendantur, corripiantur, castigentur, atque ipse de Atheniensibus facere consueverit (p. 38. C. — 42. A.).

En habes argumentum defensionis Socraticae in brevius contractum omissis quibusdam partibus minus gravibus. Quod quidem contuentibus nobis uno mentis obtutu diligentiusque considerantibus dubium certe non videtur, quin omnia ita sint comparata, ut species et imago Socratis ultra popularium suorum studia elati quam fidelissime ad vitae veritatem deformata exhibeatur. Nihil enim usquam reperias, quod uni Platonis debeatur ingenio; nihil quod laudandi caussa mero arbitrio positum aut confictum sit; nihil quod a persona Socratis, qualem aliunde cognitum habemus, alienum esse suspicari liceat. Imo omnia atque singula, quae de eo dicuntur, adeo in ipsum conveniunt, ut, licet partim singularia sint, et in hoc uno Platonis opere litteris perscripta reperiantur, tamen ipsi priva atque propria esse nec cuiquam alii mortalium attribui posse unicuique fatendum sit.

Nam ut primum dicamus de indole atque ingenio ipsius defensionis, refert illa profecto planissime

morem et consuetudinem Socraticum. Etenim omnino quidem sectatur oratio spretis artificiis rhetoricis omnibus, quorum usus p. 17. A. sqq. in adversariorum orationibus graviter notatur acerbeque ridetur, simplicitatem illam atque tenuitatem, quam Socratici sermones fere apud Xenophontem habent, ita ut omnia non tam grandi oratione aut sublimiore philosophandi ratione, quam populariter et ad vulgarem captum accommodate disputentur; unde ea identidem etiam abit in dialogum, siquidem orator non uno loco suos cum aliis sermones ita narrat, ut etiam interrogandi et respondendi vices animadvertantur. Quod imprimis videre licet p. 19. E. — 20. B. p. 21. A. — D. p. 24. C. — 27. E. ubi Meletus quaerendo atque respondendo confutatur. et p. 28. B. sqq. al. Quippe reiicitur ornatus verborum ac sententiarum artificiosior una cum sublimitatis affectatione maxime propterea, quod illius usus non videtur bene cum veritatis rationibus consistere atque oratoris officium illud unum maxime postulare, ut vera dicantur (p. 18. A.). Quod iudicium planissime decet Socratem, quem constat hac ipsa dicendi simplicitate cum subtilitate coniuncta ideo usum esse, quod per omnia veri scientiam quaeritabat. Quamquam apud Platonem p. 17. D. et 18. A. sese etiam ideo iudiciali dicendi genere abstinere profitetur, quod plane careat illius facultate, quandoquidem nunquam in iudicii suggestum adscenderit; in quo tamen apertum est urbanam quandam irrisionem adversariorum omninoque Atheniensium litigandi cupidissimorum inesse. Quemadmodum vero oratio simplicitate dictionis et argumentationis ad Socraticorum sermonum similitudinem comparatae insignis est planeque spirat amorem veritatis eum, quo Socratem incensum fuisse novimus, ita eadem etiam singulari quadam oris libertate est conspicua a generosa recti verique conscientia profecta illa, qualem item Socrati propriam fuisse aliunde compertum habemus. Quod enim ille per totam vitam egerat, ut alios inscientiae argueret, moneret, increparet, castigaret, si qui reperirentur, qui quum essent vana opinione repleti et in agendo transversi agerentur, tamen sibi viderentur egregie sapere, idem etiam reus in ipsa defensione sua agit, ne ironia quidem illa abstinens, qua in docendo usque

usus erat. Cuius rei per totum libellum tam luculenta extant exempla, ut singula demonstrare paene poeniteat. Neque enim libera illa contumacia, quam Cicero *) ait in defensione Socratis regnare, in ultimis tantum eius partibus cernitur, ubi tamen imprimis eminet, verum etiam in prima parte dominatur. Quocirca mirari sane subit, qui factum sit, ut nostra aetate criticus quidam **) passim etiam ignaviae ac timiditatis signa et indicia in libro deprehendisse sibi visus sit. At nimirum ille quae huc referuntur accepit aliter quam oportebat. Quod enim orator identidem utitur solemni illa in iudiciis formula: *μὴ θορυβεῖτε, ὦ ἄνδρες*, vel *μὴ ἄχθεσθε, ὦ δικασταί*, ut p. 17. D. p. 21. A. 30. C., hoc certe non timiditatem dicentis arguit, sed pertinet ad iudicum admonitionem, qui aegre laturi videbantur, si quid diceretur liberius, quantumvis recte vereque dictum esset. Quemadmodum autem ista ignaviae criminatio vana est et inanis, ita etiam crimen inanis iactantiae superbaeque magniloquentiae in Socratem coniectum ***) idoneis caussis et rationibus omnino est destitutum. Nam quaecunque eo pertinere iudicata sunt, quale hoc est, quod de oraculo Chaerephonti dato narrat (p. 20. C. sqq.); quod se divino munere profitetur Atheniensibus monitorem et castigatorem datum esse (p. 30. C. — 31. B.); quod persona sua indignum esse pronunciat iudicum clementiam et misericordiam implorare (p. 34. C. — 35. E.); quod se in litis aestimatione declarat publico prytanei honore dignum esse (p. 35. E. — 38. E.); quod denique iudicibus, qui ipsum condemnavissent, divinam minitatur vindictam (p. 38. C. sqq.); haec igitur omnia atque alia similia, ubi considerata fuerint diligentius, certe ita comparata esse apparebit, ut non vanam iactantiam, non inanem superbiam, non intolerabilem fastum et arrogantiam dicentis arguant, sed potius animum prodant ultra vulgarem hominum sortem longissime elatum ac vere celsum atque divinum, qui summa dignus sit admiratione. De qua re

*) v. Tusc. I. 24. De orat. I. 54.
**) Astius l. c.
***) v. Astius l. c.

posthac accuratius disserendi opportunitas erit. Nempe dominatur in oratione Socratis etiam ea animi altitudo eaque sublimitas sensuum, ut inde ingenium viri plane divinum esse facile perspiciamus, modo ne praeiudicatis mentis opinionibus occupati et ad sensus nobiliores obdurati simus. Spirat enim per omnia etiam pius quidam sensus ac vere religiosus, quandoquidem is, qui impietatis fuit accusatus, sese fatetur munere divinitus sibi iniuncto pie usque et religiose perfunctum esse. Quod enim monitor honestatis, castigator erroris ac sceleris, hortator virtutis extiterit, quodque sibi semper professus sit divinum quiddam adesse, quo officium suum sit admonitus, id totum sibi Socrates ostendit divina quadam fortuna obtigisse; ut p. 20. A — 24. p. 30. A — C. 31. B. Atque ex hoc ipso fonte originem habet etiam magnitudo illa animi, quam per omnia ostentat; inde profecta est invicta fortitudo, quam in capitali caussa palam facit; inde sensuum et iudiciorum celsitas et magnificentia exorta est, quam vel imminente mortis periculo coram iudicibus in publico iudicio declarat, quae ipsum ne ea quidem proloqui impedit, quae speciem superbiae prae se ferant. Nempe animus interiore virtutis et honestatis conscientia sustentatus atque divini numinis tamquam spiritu agitatus rerum humanarum contemtor est refugitque et turpis adulationis humilitatem et curiosae modestiae, quae veritatis rationes negligit, turpitudinem. Quid vero? nonne hanc quoque virtutem concedendum est Socrati vere recteque esse adscriptam? Nimirum ut Plato hac in parte Socratis speciem et imaginem aliter paullo, atque ab aliis factum esse novimus, adumbraverit, tamen eum ab ipsa vitae veritate vel tantillum discessisse minime est verisimile. Imo confirmantur quae apud ipsum legimus non mediocriter eorum testimoniis, qui similia de Socrate memoriae prodiderunt. Quod enim etiam apud Xenophontem aliosque testatum reperimus, fuisse illum pium et religiosum hominem, perpetuum virtutis et honestatis hortatorem, assiduum scientiae scrutatorem, inscientiae castigatorem, eundemque semper divinum quiddam intus in pectore suo sensisse, quo id, quod in officii exercitatione sequendum esset, commoneretur, est hoc profecto et ipsum eiusmodi,

ut Platonici Socratis speciem atque imaginem vere adumbratam esse luculente testificetur. Atque his omnibus ita expositis primum quidem videmur non iniuria ita statuere, ut universae orationis indolem talem esse existimari oporteat, unde Socratem non alium quam vivum germanumque cognoscamus.

Nec vero aliter iudicandum videtur, ubi etiam ipsas res, quae in Apologia traditae sunt, propius consideraverimus. Quaecunque enim de philosophia, quam coluerit Socrates, de religione, quam probaverit, de vita civili, quam egerit, de caussis odii, in quod incurrerit, denique de varia necessitudine, qua cum civibus suis coniunctus vixerit, vel copiosius vel etiam brevius exponuntur, ea profecto omnia valent eo, ut iis cognitis, dummodo diligenter perpendantur, vitam viri sapientissimi tanquam in tabula quadam ad veritatis normam descriptam cernere videamur.

Nam de studiis philosophiae ipsius si quaeritur, primum quidem ipse p. 18. B. — 20. C. ostendit numquam se aut quaestionibus physicis dedisse operam aut artem dicendi sophisticam, quae veritatis rationes pervertere soleat, coluisse atque exercuisse. Quod plane esse veritati consentaneum, nullo negotio ostendi potest. Quotquot enim de studiis Socratis extant veterum scriptorum testimonia, iis certissime confirmatur virum sapientissimum a physicorum occupationibus fuisse maxime alienum. Licet enim superiorum philosophorum de talibus rebus opiniones ipsi non plane ignotae manserint, id quod nemo temere in dubitationem vocaverit, quandoquidem vel ex eo, quod philosophiam de coelo in terras devocasse et in hominum domos introduxisse narratur, facile intelligitur eum philosophiam moralem physicis opposuisse, v. Diogen. Laert. II. 19. Porphyr. ap. Theodoret. Gr. Att. Cur. XII. p. 174. Clem. Al. I. p. 301. ubi Anaxagoram audivisse et Archelao magistro usus esse narratur; tamen longe aliud quid est, doctrinae alicuius notitiam sibi comparare, aliud eam comprobare assensu suo et opera sua adiuvare. Quod quidem Socrates apud Platonem a se factum esse verissime negat, obiurgans etiam et vituperans Comicos imprimisqne Aristophanem, qui ipsum temere in eius rei suspicionem apud magnam multitudinem

adduxerint. Etenim fuit sane ipsi persuasum, quum omnia ad honestam prudentemque vitae actionem referret, interiorem physicae, astronomiae, geometriae, utpote ad praesentem tantum usum destinatae, cognitionem inutilem esse adeoque in ea inquirere, quae dii nos celavissent, impium haberi oportere. Itaque *τὰ οὐράνια* non investiganda putabat, quippe quae *οὐχ εὑρετὰ ἀνθρώποις* essent, quandoquidem eiusmodi curiosae rerum investigationes diis non placerent (*οὔτε χαρίζεσθαι θεοῖς*). Quin etiam studia Anaxagorae istis in rebus posita plane improbabat, de qua re Xenoph. Mem. IV. 7. 6. inter alia: *κινδυνεῦσαι δ' ἂν ἔφη καὶ παραφρονῆσαι τὸν ταῦτα μεριμνῶντα οὐδὲν ἧττον ἢ Ἀναξαγόρας παρεφρόνησεν ὁ μέγιστον φρονήσας ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι*, et Aristot. Met. I. 6. XIII. 4. De Part. An. I. 1. Ethic. Eud. I. p. 1226. b. 2. ed. Bekk.

Iam vero quod illud quoque negat a se factitatum esse, quod Protagorae imprimis eiusque discipulis proprium fuisse novimus, ut argute disputandi te in utramque partem dicendi artem et facultatem profiteretur, sophisticam istam eloquentiam Socratem constat item ex animo odisse, qui consulto suam disserendi quaerendique rationem sophistarum disciplinae opposuerit. De qua re non est quod hoc loco pluribus exponamus; illud unum monuisse satis erit, magno opinionis errore ita evenisse videri, ut Socratica disserendi ratio, quae verum indagare conabatur, cum arguto isto et fallaci sophistarum disputandi orandique genere, ad doctrinae speciem et ostentationem comparato, male confunderetur. Nimirum videtur sane in hac quoque parte non mediocriter grassata esse inimicorum calumnia, quae consulto argutam istam fraudulentamque disserendi rationem, qua utebantur Sophistae, Socrati eiusque discipulis attribuit; videtur item verum depravasse odii acerbitas eorum, qui sermonum Socraticorum libertatem propter sua ipsorum scelera moleste ferrent, id quod etiam triginta tyranni auctore Critia fecerunt, qui teste Xenophonte Mem. I. 2. §. 31. publice interdixerunt, ne sermonum artem doceret (*λόγων τέχνην μὴ διδάσκειν*, et §. 33. *τόν τε νόμον ἐδεικνύτην αὐτῷ, καὶ τοῖς νέοις ἀπειπέτην μὴ διαλέγεσθαι*), quippe propter facinorum suorum iniustitiam ab eo reprehensi et castigati (vid.

ibid. §. 37.) *). Sed utcunque de his rebus existimabitur, illud quidem certe dubitari non poterit, opinor, quin Socrates apud Platonem vere recteque is informetur, qui etiam a sophisticis disserendi atque dicendi studiis semper fuerit alienissimus. Hoc enim quum etiam aliis aliorum scriptorum testimoniis satis certo confirmetur, tum etiam ex omni eius disciplina et ratione tam clare elucet, ut testimoniorum commemoratione omnino non opus sit. Itaque liquidum est Socratem plane ad ipsam veritatem esse descriptum, quatenus is nobis exhibetur, qui pariter a physicorum atque a sophistarum studiis alienus fuerit, ut profecto illi quoque nugas ingentes egerint, qui ipsum nuper a sophistis non diversum fuisse contendere ausi sunt. Atque talis quum fuisse censendus sit, profecto etiam consequens est, ut crimina impietatis in deos atque iuvenilium morum corruptionis vulgo in physicos et sophistas coniecta hac defensionis parte verissime ab eo depulsa esse nobis persuadeamus. Neque enim negligendum est prudentissime iam hoc loco publicae accusationis rationem esse habitam, quae quum admodum ambigue concepta esset, et in incerto relinqueret, quatenus iuvenes corrupisse diceretur, hic quidem universe pravae sophisticae studium ab eo alienum fuisse ostenditur.

Sed revertamur ad ipsum Socratem eiusque imaginem in Apologia vitae veritati convenienter adumbratam atque descriptam esse porro demonstremus. Ostendit vero ille, postquam primum, quid in philosophia non egerit, declaravit, deinceps luculentius, quorsum sua philosophiae studia revera pertinuerint, id quod facit inde a p. 20. C. Docet enim dehinc, studium suum perpetuo in eo fuisse positum, ut scientiae vim et rationem exquireret, ideoque homines sapientiae opinione inflatos inscientiae coargueret et convinceret; ex qua re sibi narrat imprimis etiam

*) Ex scriptoribus veteribus, quaenam inter Socratem et Sophistas diversitas intercesserit, praeter Xenophontem optime perspexerunt Plutarch. Quaestt. Plat. T. X. p. 159 sqq. Dio Chrysostomus Orat. LIV. Maxim. Tyr. Orat. IX. ex recentioribus ea de re consulendus imprimis est Limburg Brouwer Apolog. Socr. p. 72 sqq.

propterea magnam invidiam coortam esse, quod istam suam quaerendi, sciscitandi, coarguendi, refutandi consuetudinem aemulati sint etiam adolescentes ipsum audientes, ut adeo eo nomine corruptor iuventutis dictitatus sit. Quod rursus ita narratum esse, ut omnia atque singula veram nobis repraesentent viri sapientis speciem, certe nemo quisquam negabit, qui bene memor fuerit eorum, quae de hoc more eius cum hominibus omnium ordinum confabulandi atque disserendi Xenophon Mem. I. 1, 10. I. 2, 37 sqq. III. 10. al. memoriae prodidit. Isto autem veritatis studio eum sibi contraxisse odium virorum civilium, poetarum, oratorum ac demagogorum, qui vel dignitatis suae parte se privatos putarent vel res novas ab eo agi suspicarentur, adeo est pervulgatum, ut ab omnibus unanima consensione confirmetur. v. Plat. Euthyphr. et Menon. extr. Menag. ad Diog. Laert. II. 21. al. Quamquam quorsum denique istud scientiae explorandae studium pertinuerit et unde profectum sit, non plene apud Platonem expositum est. Nimirum habuit illud caussas et rationes sanequam reconditiores, quam quae coram iudicibus e populo delectis et maximam partem philosophiae rudioribus commode explicari possent. Sed quid rei fuerit, ex Aristotele et Xenophonte cognoscitur *). Constat enim ex horum scriptis **), Socrati nihil fuisse antiquius, quam ut communes rerum notiones exquireret, in quibus unis veritatis scientiam et cognitionem contentam esse sibi persuaserat. In quibus quidem quaerendis, indagandis, rimandis, ita versatus est, ut quum alios inscientiae convinceret, tum ipse quoque suam fateretur inscientiam semperque illud *γνῶθι σεαυτόν* in ore haberet, hoc ratus esse tale, unde omnis denique sapientiae laus efflouresceret ***). Nimirum ipse in ea videtur fuisse

---

*) v. Schleiermacher. Ueber den Werth des Socrates als Philosoph. Opp. Phil. III. 2, 300. Brandis. Rhein. Mus. v. Niebuhr u. Brandis I. b. 130 sqq. Brandis Geschicht. der griech. röm. Philosoph. II. p. 33 sqq.

**) Xenoph. Mem. IV. 5, 12. IV. 6, 1. 13. Aristot. Met. XIII. 4. al.

***) Nam illud *γνῶθι σαυτόν* etsi plerumque ad recti et honesti conscientiam refertur (ut Xenoph. Mem. IV. 2, 24 sqq.

sententia, ut mortales existimaret veritatem numquam plenam et integram assequi posse omnemque eorum sapientiam putaret in uno veritatis cognoscendae studio et conamine contineri. Huic ipsi autem studio ita demum satisfieri posse iudicavit, si communes rerum notiones, quae essent a visis et adspectabilium rerum natura abductae, indagarentur, exquirerentur atque certius definirentur. Quam rem tanto graviorem tantoque digniorem sapiente habuit, quod etiam verae virtutis laus inde suspensa esse videretur. Etenim virtutem vir sapientissimus neutiquam posuit in una voluntate, sed in veri, boni et honesti scientia, hoc est, in philosophiae persuasione, quam voluit omnes vitae partes tamquam regere atque gubernare. v. Xenoph. Mem. III. 3, 9. III. 6, 17. omninoque III. c. 6. et 7. IV. 4, 15. 18. Diogen. Laert. II. 29 sqq. ubi inter alia §. 31. *ἔλεγεν ἓν μόνον ἀγαθὸν εἶναι, τὴν ἐπιστήμην, καὶ ἓν μόνον κακόν, τὴν ἀμαθίαν.* Quam quidem sententiam constat postea etiam Platoni fuisse probatam, qui eam tamen subtilius exornavit inprimisque iis dialogis, in quibus de virtutis discendae facultate disputatur, ut in Hippia minore, in Charmide, in Lachete, in Menone, in Euthyphrone et in Protagora, fundamenti loco supposuit, ita quidem ut eius ope etiam sophistas ac viros civiles callide illuserit, quippe qui non intelligerent, virtutem civilem, quae vel externarum rerum notitia vel meris opinionibus niteretur, nullo modo doceri posse (Menon. p. 87 sqq. 96 sqq. Protagor. p. 318 sqq.); unam virtutem philosophorum posse intelligentia comprehendi atque disci. Quo quidem nomine Socrates, ut hoc in transitu moneamus, in Gorgia Platonis p. 521. adeo sese unum atque solum rerum civilium vere gnarum ac peritum esse affirmat, abiecta aliquando inscientiae simulatione. Sed redeamus in viam. Intelleximus igitur, quorsum illud Socratis negotium, qui scientiam explorabat, inscientiam arguebat, denique pertinuerit, quidque ipsi fuerit ea in re propositum. Valuit

---

Plat. Symp. p. 216. A.), tamen item ad veri cognitionem pertinuit, quorsum verissime in Apol. p. 28. E sqq. pertrahitur. conf. Phaedr. p. 229. E.

enim quum ad virtutis tum ad prudentiae ac sapientiae nomine suo dignae laudem acquirendam *), sine qua vitae humanae neque dignitas sua neque felicitas atque salus constaret. Grande igitur profecto et magnificum munus fuit ei destinatum, ut mirum non sit, quod ipse identidem sese civibus suis divinitus datum esse professus est, ut vitam moresque eorum emendaret, sapientiam adaugeret, vitae pravitatem reprimeret, de quo mandato divino conf. etiam Theaetet. p. 150 C. D. E.

Atque hinc iudicari licet, quam verisimilia sint etiam illa, quae de oraculo Chaerephonti dato ab ipso apud Platonem narrantur, quae etiam ab aliis innumerabilibus prope scriptoribus memoriae prodita sunt, veluti ab auctore Apologiae Xenophonteae incerto, Plutarcho adv. Col. p. 1116 sq. Athenaeo, Patribus Ecclesiasticis, aliis. Quamquam de illis aliter plane iudicaverunt Van Dalen De oraculis gentil. Dissert. II. p. 194 sqq. et Iacobus Bruckerus Histor. Philos. Vol. I. p. 534 sqq. qui veritatem narrationis varias ob caussas in dubium vocarunt et vel Chaerephontem vel Platonem fraudis et erroris accusaverunt. At nimirum isti quidem granditatem et magnificentiam muneris a Socrate suscepti non videntur satis perpendisse, ut ne intelligere quidem potuerint, cur aut Delphicus deus sapientiam Socratis tam magni aestimaverit, aut Socrates ipse oraculi responso tantum tribuerit. Nempe Delphicum oraculum sapientissime sane perspexit, Graeciae imprimisque Athenis tali mentis animique medicina opus esse, qualem Socrates videretur paratam habere, ideoque prudenti consilio honorificentissimum de eo responsum edidit. Socrates autem quum dudum sua sponte de consiliorum suorum magnitudine ita sensisset, ut ea aequalibus suis saluberrima fore existimaret, tum hoc Apollinis iudicio videtur in sua sententia ita confirmatus esse, ut sese deni-

*) Fuit autem philosophia Socratis nihilominus tota practica. Quam qui nuper censuerunt humilem admodum fuisse et vitae tantum utilitatibus attemperatam (v. Dissen. De philos. mor. in Xenoph. memor. commentat.), ii quantum iudicio suo falsi sint, praeclare demonstravit Petrus van Limbur Brouwer Apolog. Socrat. p. 36 sqq.

que revera ex voluntate divina agere planissime sibi persuaderet. Quamobrem etiam in Apologia Platonica identidem affirmat, se Atheniensibus missum esse divinitus et ex divino mandato omnia fecisse.

Verum satis haec de philosophia Socratis in Apologia descripta vel potius delineata. Quod quidem ita factum esse, ut omnia veritati vitae respondere putari liceat, id certe tanto est credibilius, quoniam quae ad consummanda ea aliunde sunt assumenda, planissime cum illis consentiunt, ut unum tamquam sententiae ac disciplinae corpus conficiant. Transeamus aliquando ad alia.

Acceditur vero inde a secunda libelli parte p. 24. C. sqq. ad accusationis publicae formulam dilucidandam atque refutandam. Quae quum Socrati crimini vertisset adolescentium corruptionem et publicorum deorum contemtionem, demonstrata breviter Meleti hoc in genere inscitia ostensaque talis consilii perversitate, inde a p. 26. B. ad quaestionem de modo et ratione depravandae iuventutis respondetur. Iudicatur autem ille secundum accusatores in eo cerni, quod Socrates publicos deos statuat nullos, sed daemonium quiddam esse credat. Nimirum altera corrumpendae iuventutis ratio, universe ex sophisticis et physicis derivata studiis, iam in superioribus satis refutata est, ut nihil profecto viderint, qui hic callida fraude transmissa esse iudicaverunt, quae ad rem praesentem pertinuerint, praesertim quum ea alibi quoque tangantur. Itaque orator nunc pressius sequens verba accusationis in posteriore eius parte prioris caussam et rationem contineri sumit adeoque acervatim ambo illius capita simul explorat, tamquam de una maxime agatur religione deorumque publicorum contemtione atque neglectione. Ita vero fit, ut nunc etiam comperiamus, Socrates quid de religione senserit.

Sunt autem tres potissimum loci, qui hic dilucidantur. Primum enim ostendit orator, sese Lunam, Solem, alios deos publicos, pro divinis habere numinibus neque Anaxagorae accessisse sententiae, illos in corpora coelestia commutantis (p. 26. B — E.). Tum argumentatione subtiliore ex ipsa daemonii natura consequi demonstrat, ut deos esse credat (p.

26. E — 27. E.). Denique etiam ex consiliorum suorum ratione et pia erga divinam voluntatem reverentia, qua ita factum sit, ut usque fortiter constanterque partes sibi demandatas sustinuerit, perspicuum fore arbitratur, se semper pium atque religiosum fuisse; quos quidem sensus etiam ita testificatur, ut libertate plane admirabili profiteatur, firmissime sibi ita esse persuasum, ut se divinitus datum esse Atheniensibus monitorem et castigatorem existimet, quod quidem munus suum sese adseverat semper religiosissime vel re familiari sua neglecta obiisse (p. 27. E — 31. B.). Haec igitur de Socratis pietate atque religione. Quae si quaeritur, num illius sensus et iudicia de rebus divinis fideliter exprimant, fatemur sane nos quidem nec hac in parte libri quidquam deprehendisse, quod cum germana illius sententia et ratione discordet. Constat enim, ut iam supra ostendimus, illum neque cum physicis aut sophistis fecisse, qui numen deorum tollerent, neque popularium deorum cultum impie neglexisse, de qua re vel ea sufficiet memorasse, quae Xenoph. Mem. I. 1, 2 sqq. exposuit. De fabulosis tantum narrationibus, quae vulgo de diis circumferebantur, deque sacrificiis aliisque sacris ritibus videtur non cum vulgo sensisse, quippe quae nec ipsorum deorum maiestati convenire nec popularium suorum virtuti et honestati satis conducere arbitraretur; de qua ipsius sententia Plato videtur in Euthyphrone vera prodidisse. Quamquam, sicuti ex Phaedri Platonici initio patet, nec vetustas istas de diis narrationes temere spernendas aut arbitrarie interpretandas esse censuit, utpote ratus subesse illis sanctum quiddam, quod subtilibus mentis argutiis vexare aut curiosius disquirere velle perversum atque adeo nefas videretur, nec ceremonias atque ritus temere negligendos putavit, siquidem ad sensus pietatis et religionis alendos valerent ac potentiae divinae opinionem sustentarent. Haec igitur, quantum quidem iudicari potest, vera fuit atque germana Socratis de diis atque rebus divinis sententia. Quam hic quoque plane expressam reperiri nemo quisquam temere infitias iverit. Quamquam tenendum est proferri hoc loco non alia quam quae ad ipsam Meleti accusationem pertinebant. Itaque transmittitur silentio, quid vir sapiens de fabulis religiosis senserit;

neque enim ad id argumentum publica accusatio referebatur, praesertim quum etiam vulgo de fabulis deorum varie sentiretur atque existimaretur, ut criminationis caussae vix inde repeti potuerint; tacetur item de cultu deorum popularium a Socrate non neglecto; neque enim adversarii sacrorum neglectionem ipsi crimini dederant, apertumque etiam erat omnibus, eum virum, qui teste Xenophonte Memor. I. 1. 2. suam deorum venerationem paene quotidie palam fecisset, quique in ipsa defensione sua eandem identidem esset testatus (ut p. 20. E. sqq. p. 29. A — 30. A.), isto quidem nomine nullo pacto publice accusari posse. Illud unum igitur in disceptationem vocatur, unde accusatores speciosam accusationis suae caussam et rationem sumsissent, siquidem vulgo deorum numen de medio tollere et popularium deorum contemtum fovere putabantur, qui philosophando occupati rerum naturalium rationes rimarentur atque sophisticis studiis dediti essent. Itaque primum quidem denuo asseveratur Socratem Anaxagorae placita, quibus ille deos populares in vires naturae et corpora mundana commutavisset divinitate sua plane spoliatos, neutiquam esse amplexum. Quod quidem verissime de Socrate affirmari, iam in superioribus satis ostendisse videmur. Deinde vero ad id acceditur, quod etsi Socrati utique erat proprium et peculiare, tamen item cum philosophia arctiorem quamdam habere visum est necessitudinem, quod nimirum sibi identidem affirmaverat adesse daemonium. Quod quidem nomen quum esset ambiguum, siquidem vere iudicante Aristotele Rhetor. II. 23. §. 8. *τὸ δαιμόνιον οὐδέν ἐστιν ἀλλ' ἢ* (i. e. nisi) *θεὸς ἢ θεοῦ ἔργον*; accusatores fraude callidissima Socratis *δαιμόνιον* substantive pro numine divino acceperant adeoque ipsi numero plurativo *καινὰ δαιμόνια* affinxerant, quo magis videretur expulsis diis popularibus publice sancitis novos in civitatem deos introduxisse. Adversus hanc igitur criminationem Socrates deinceps sese ita defendit, ut *δαιμόνιον* istud quorsum pertineat et quam vim habeat ad demonstrandam suam ipsius deorum venerationem atque pietatem, luculente doceatur. Ostenditur enim primum quidem ipsum *τὸ δαιμόνιον* non intellexisse deum, sed divinum quiddam. Huc

enim spectat disputatio illa p. 27. B. sqq. adversus Meletum instituta, qua ad *δαιμόνια πράγματα* comparantur *ἀνθρώπεια*, *ἱππικὰ* et *αὐλητικὰ πράγματα*, ut clarissime appareat, ipsum divinum quiddam intelligi voluisse, nec vero cogitavisse numen aliquod peculiare, quod vi sua consisteret, quae fuit interpretatio accusatorum per calumniam facta, qui ut speciosius etiam ipsi novarum rerum studium opprobrio verterent, posuerunt istud suum *καινὰ δαιμόνια.* Quo non perspecto etiam nuper extiterunt qui non accusatores, sed Socratem potius calumniae insimulaverunt, quippe qui callide et fraudulenter quod illi posuissent *καινὰ δαιμόνια*, novos deos, nova numina, commutaverit in *τὸ δαιμόνιον*, alia plane notione vocabulo subiecta; de quo multi sunt Frid. Astius De Vita et Scriptis Platon. p. 482. sqq. et Forchhammerus l. c. Enimvero quaenam vera fuerit Socratis sententia, post ea, quae nuper de re multum disceptata subtilius exposita sunt a viris praestantissimis, Frid. Schleiermachero Opp. Plat. Part. I. Vol. II. p. 432 sqq. Gottl. Schneidero Saxone ad Xenoph. Mem. I, 1, 2. Frid. Thierschio in censura Astiani operis Annalibus literar. Vindobonn. (Wiener Jahrbücher) P. III. a. 1818. p. 85 sqq. inserta, Narreyo in diario: Classical Journal a. 1817. n. XXX. p. 105 sqq. Petro van Limburg Brouwer. in Apologia Socratis contra Meleti redivivi (Forchhammeri Kiloniensis) calumniam (Groning. 1836. 8. p. 13 sqq. Raphaele Kühnero Prolegg. ad Xenoph. Mem. p. 18 sqq. ed. Goth. a. 1841., certe non amplius dubium aut controversum esse potest, ut iam aliquando mittendae videantur veterum pariter atque recentiorum diversae de eo opiniones, de quibus v. God. Olearius in dissertat. quae inserta est Stanleii Histor. Philos. P. III. c. 6. p. 130 sqq. Iacobus Brucker. Histor. Philos. Vol. I. p. 542. sqq. Zeller. Histor. Philos. Graec. Vol. II. p. 25. sqq. licet ne hodie quidem lectu indigna sint, quae Plutarchus et Apuleius peculiari opera de Socratis daemonio sunt commentati. Excussis enim Platonis et Xenophontis locis omnibus, quorum auctoritas certe commentis posteriorum scriptorum longissime anteponenda est, perspicue est intellectum, sententiam

Socratis verissime esse expressam a Cicerone De Divin. I. 54. his verbis: Hoc nimirum est illud, quod de Socrate accepimus, quodque ab ipso in libris Socraticorum saepe dicitur, *esse divinum quiddam*, quod daemonion appellat, cui semper ipse paruerit, numquam impellenti, saepe revocanti. Etenim intellexit ille *δαιμόνιον* mentis divinationem quandam, qua in rebus obscuris et incertis acrius sentiret et tamquam divinitus praesagiret, quid faciendum fugiendumve esset, ut inde quasi futurorum eventorum auguria caperet. v. Xenoph. Mem. I. 1. 2 sqq. Itaque habet illud profecto cognationem quandam ac similitudinem cum *θείᾳ μοίρᾳ* Platonis, quam hic iis attribuit, qui singulari quadam ingenii felicitate ducti in consiliis suis capiendis atque exsequendis rectum verumque assequerentur; v. ad Phaedon. p. 85. C. ed. 3. Quod quidem tanto verisimilius ita statueris, quod ex Memorab. Xenoph. IV. 3, 12 — 14. satis certo intelligitur, Socratem tale daemonium non sibi soli vindicasse, sed aliis quoque tribuisse. Quoniam autem ista praesagitio rerum futurarum in ipsius animo casibus dubiis et incertis incidentibus fere erat vehementior et evidentior, quae clarius indicaret atque commoneret quid factu optimum esset, certe minime mirum debet accidere, quod daemonio isti etiam vocem tribuit atque identidem vocem divinam sibi obtigisse dixit. Nam similiter nos quoque de interiore animi voce vel de voce conscientiae loqui solemus. Nec vero multum difficultatis habet, quod Plato et Xenophon de vi et efficacia daemonii eatenus inter se dissentiunt, quod ille consentiente Cicerone scribit, Socratem a daemonio suo saepe revocatum, numquam impulsum esse (v. Apol. p. 31. C. D. p. 40. A — C. Phaedr. p. 242. C. Theaet. p. 151. A. Alcibiad. I. p. 103. A. 124. C. Theag. p. 128. D. al.); hic autem utrumque factum esse testatur, ut Mem. IV. 8, 1. *φάσκοντος αὐτοῦ (Σωκράτους) τὸ δαιμόνιον ἑαυτῷ προσημαίνειν, ἅ τε δέοι καὶ ἃ μὴ δέοι πράττειν*, et I. 1, 4. I. 1, 19. coll. Plutarch. De Genio Socrat. p. 181. A. B. Nam primum quidem utriusque scriptoris sententiam nullo negotio cum Tennemanno Histor. Philos. T. II. p. 33. ita conciliaveris, ut Xenophontem putemus ea, quae vox daemonii spectabat,

atque illa, quae Socrates ex eius silentio colligebat, non satis diligenter discrevisse. Deinde vero etiam propter ipsam rei naturam verisimile est Platonem istum animi motum vel potius instinctum Socratis divinum accuratius ac veritati convenientius descripsisse. Solet enim profecto acrior esse animi sensus atque evidentior mentis divinatio, si quid grave aut periculosum incidit, quod fugiendum videatur, quam si deliberatio de eo suscipienda est, quod fieri commode et utiliter possit. Credibile est igitur, Socratem daemonii sui vocem tum maxime audivisse, quum quid vitandum ac fugiendum esset, dubitatio incideret. Sed ut hoc in medio relinquamus, illud quidem pro certo et explorato habemus, daemonium Socratis secundum locupletissimorum auctorum testimonia non fuisse singularem aliquem deum aut parvulum diabolum, qualem fere finxerunt nonnulli, aut spiritum negantem miserabilem, qualem nuper commenti sunt, sed interiorem animi sensum boni et mali tamquam divinum quemdam praenuntium. Qualis quidem sensus quum ei etiam in Apologia tribuatur, ita ut omnia atque singula, quae de hac re narrantur, plane cum iis consentiant, quae quum ipse Plato in ceteris scriptis suis tum etiam Xenophon in genuinis sermonibus tradiderunt; apparet profecto luculentissime, hac quoque ex parte Socratem in hoc libro planissime ad fidem veritatis esse descriptum, falsosque esse, qui Platonem iudicaverunt hic suo ipsius ingenio nonnihil indulsisse, sive ut magistrum culpa liberaret sive ut eum in illustriore quadam virtutis luce collocaret. Iam vero quod Socrates apud Platonem inde argumentatur, eum, qui tale daemonium statuat, non posse deos negare et vim naturamque divinam de medio tollere, de quo argumento explicat etiam Xenophon Mem. I, 1, §. 2—9., nos quidem hoc quoque ita disputatum esse arbitramur, ut mentem animumque ipsius plane nobis aperiat neque callidae alicui Platonis interpretationi tribuendum videatur. Est enim solis luce clarius, eum, qui divinum quendam animi motum divinamque mentis praesagitionem insolentiorem sibi tribueret, etiam ita sibi persuasisse, ut numen divinum esse putaret, unde motus ille proficisceretur. Quamquam dubitare licet, Socrates ipse

num de singulis quibusdam diis patriis ea in caussa cogitaverit. At enim vero ut hoc non ita fecerit, tamen universe de numine divino cogitavisse existimandus est, quemadmodum Graeci et Latini facere solent, sicubi generatim *τὸν ϑεόν* vel deum commemorant, ita quidem ut communi numinis notione omne deorum daemonumque genus complectantur. Quod si ita est, sponte intelligitur, quo iure Socrates apud Platonem ita loquens inducatur, ut ex *τῷ ϑείῳ καὶ δαιμονίῳ* (nam utrumque p. 31. C. prudenti consilio coniungitur) satis apparere contendat, sese deos atque daemones esse credere. Nam quum divini numinis notio omnes omnino deos ambitu suo complectatur, ipsum autem aliunde constet deos populares cultu divino prosequutum esse, certe non potuit de aliis diis, quam quorum cultus inter cives suos vigeret publicaque auctoritate sancitus esset, ista contendere et asseverare.

Verum satis de his. Brevior erit admonitio de loco proximo, quo Socrates religionem ac pietatem suam etiam ex vitae anteactae memoria atque officii et muneris, quod gesserit, fideli administratione contestatur. Fuisse enim viro sanctissimo penitus persuasum, sese eo, quod cives et populares suos a vanae sapientiae opinione avocatos ad quaerendam veram rerum scientiam institueret eaque ratione imprimis etiam ad virtutem, quae veritatis scientia vacare non posset, usque informaret, munus divinitus sibi impositum obire ideoque etiam ex mandato divino agere, id quidem tam extat manifestum, ut post ea, quae iam in superioribus de hac Socratis persuasione exposuimus, ne verbo quidem ea de re disputandum videatur. Ex quo sponte consequitur, Socratem hac quoque ex parte spectatum in Apologia Platonis talem repraesentari, qualis revera fuerit qualemque sese per totam vitam praestiterit.

Verum satis haec de imagine pietatis et religionis Socratis, quam quidem ad ipsius vitae veritatem in hoc libro adumbratam ac descriptam esse certissimum videtur. Pergimus ad reliquas partes imaginis in Apologia Platonica propositae considerandas, quae certe non minus graves sunt superioribus.

Postquam enim demonstratum est pro defensionis praesentis consilio, quorsum Socratis philoso-

phandi studia tetenderint et quaenam ipsius fuerit de pietate et religione sententia, deinceps etiam illud ostenditur, qualem ille se civem in republica gesserit; qui locus tractatur inde a p. 31. C. usque ad p. 34. B. Fatetur autem orator primum, abstinuisse se republica monitu daemonii, hoc est, praesagitione quadam animi ductum, qua certo praeviderit, operae suae nullum fructum fore. Cui addit, esse se utique in ea sententia, ut putet, si capessivisset rempublicam, futurum fuisse, ut interitus suus iam dudum acceleraretur, quandoquidem semper iniustitiae tam in democratia quam sub imperio populari restiterit *). Quibus verbis significat, tantam ingruisse sibi visam esse in Athenarum civitate morum depravationem, ut ipse quidem utpote sapientiae et virtutis studiosus de communi salute ita tantum bene se mereri posse speraverit, si privatam degeret vitam atque publicis negotiis plane abstineret. In quo Apologiae scriptorem magistro suo nihil affinxisse, quod ab eius persona aut sententia alienum fuerit, profecto nemo quisquam dubitabit, qui aut vitae cursum, quam exegit Socrates, lustraverit, aut paullo diligentius consideraverit, quae fuerit, postrema imprinis viri aetate, Atticae reipublicae conditio. Enimvero dominabantur sane illis temporibus partium studia et malae cupiditates intemperantius, quam ut ii, qui sapientiae studiis essent dediti, sese patriae publice utiles fore sperare posse viderentur. Nam democratia quidem in immoderatam infimae plebis licentiam abierat, quae in petulantia libertatem, in procacia felicitatem positam esse existimaret **), nihilque pro bono et honesto duceret, quod non lubidinibus suis satisfaceret, mentibus etiam inani

---

*) conf. Xenoph. Mem. I. 1, 18. IV. 4, 2. Diogen. Laert. II. 24.

**) Inde factum est, ut Socrates leges Aristidi prope invito extortas, de quibus v. Luzac. Oratio de Socrate Cive p. 18 sqq. cum Isocrate aliisque civibus prudentioribus insanas et publicis commodis adversas diceret. Quis, aiebat, vel domus suae fabrum vel navis gubernatorem sorte legere velit; peritissimum quisque sibi optat, non quem fors obtulerit. Et tamen in hac nostra civitate ita vivimus, ut fabae constituant illos, quibus summa reipubl. sit committenda," Xenoph. Mem. I. 2, 9.

sophistica et rhetorica corruptis ac depravatis. Paucorum autem imperium in saevam degeneraverat dominationem, quae temperantiae, modestiae, sapientiae denique nullum locum relinqueret. Neutram igitur formam reipublicae Socrates poterat probare utpote turpissimis vitiis inquinatam. Quod accusatoribus eius ansam dedit, ut eum apud populares iudices de democratiae odio suspectum redderent, quam calumniam refutant Xenoph. Apol. I. 2, 60. Diog. Laert. II. 24. ἦν δὲ ἰσχυρογνώμων καὶ δημοκρατικός κ. τ. λ. Iam vero haec quum fuerit rerum conditio, quis quaeso est, quin ultro largiatur, Socratem utpote scientiae atque virtutis studio tribuentem omnia iustissimis de caussis republica abstinuisse? Enimvero illi quidem haudquaquam fortiores Socrate extiterunt, qui nuper viro sapientissimo hoc consilium verterunt opprobrio, quandoquidem ipsi, licet miserabiliter saepe conquesti sint de disciplinae publicae ac privatae depravatione, tamen maluerunt in privatae vitae umbraculis delitescere, quam audentiores publice publicis malis obviam ire et laboranti patriae succurrere. Sed mittimus ista; satius erit revertisse ad Socratem. Is igitur pro suo erga patriam amore, cui erat per omnia deditissimus (v. Plat. Crit. p. 50. 51 sqq. Apol. p. 29. Xenoph. Mem. III. 3. 12. III. 5, 2 sqq. et 18 sqq.) in publica ista scelerum et malorum illuvie eum vitae cursum sibi tenendum iudicavit, ut civibus suis privatim potius prodesset quam capesseret rempublicam. Plane enim sibi persuaserat, verum esse quod Seneca De tranquill. an. c. 3. sic effatur: Non solus is reipublicae prodest, qui tuetur reos et de pace belloque censet, sed qui iuventutem exhortatur, qui docet, quid sit iustitia, quid pietas, quid patientia, quid fortitudo, quid mortis contemtus, qui numinis intellectus, quam gratuitum bonum sit conscientia. Quam quidem provinciam Socratem religiosissime administravisse, certe nemo quisquam negaverit, atque etiam exinde perspicitur, quod praestantissimi eius discipuli easdem ob caussas eandem plane vivendi viam ingressi sunt, quandoquidem Xenophon defunctus militiae laboribus relicta patria in solitudine sibi atque litteris vixit; Plato au-

tem non modo republica abstinuit et philosophiae vitam suam destinavit, verum etiam perspectis popularis regiminis vitiis de civitatum administratione ita sensit, ut respublicas iudicaverit non prius beatas fore, quam si aliquando a perfectis sapientibus gubernarentur, qui perfectae rationis in iis vicarii essent et ultra insipidae multitudinis pariter atque tyrannorum intemperantiam et malas cupiditates elati solo rationis imperio ducerentur.

Verum satis haec de Socrate nullis muneribus publicis umquam defuncto. Pergimus ad aliud quid, quod et ipsum ad vitam publicam viri pertinet. Asseverat enim ille p. 33. A. sqq. etiam hoc apud Platonem, numquam se publice mercede aliqua institutionis accepta docuisse, aut familiaribus suis aliquid mali suasisse, ut si qui eorum, qui suos sermones audiverint, denique extiterint pravi vel improbi, ipse eius rei culpam nullam sustineat. Quae omnia rursus videntur ita dicta esse, ut ad historiae fidem diligentissime sint comparata. Nam Socratem numquam sese sapientiae doctorem professum aut institutionis mercedem exigere solitum esse, in vulgus notum est, ut nullis opus sit rei testimoniis. (v. Commentar. nostr. ad Apolog. p. 19. D.) Nimirum egit ille omnino partes contrarias atque sophistae fecerunt; hi enim et sapientiae virtutisque doctores haberi cupiebant et, ducti mala avaritia, ingens saepe operae suae pretium postulabant, quum ille pauperculus degeret vitam atque inscientiam prae se ferret; et dum isti, quo ingenii aut doctrinae praestantiam ostentarent, perpetua oratione utebantur dicebantque fere magnificentius admirationem et gratiam audientium collecturi, Socrates contra brevibus et simplicibus quaestionibus utebatur, quibus torqueret colloquentium ingenia, maximamque sectabatur colloquendi popularitatem, quae nullam plane doctrinae et eruditionis speciem prae se ferret; unde etiam cum infimae conditionis hominibus, cum fabris, cum sutoribus, cum baiulis, confabulatus est. Ita fiebat, ut omnia colloquiis familiaribus, nihil doctis disputationibus aut orationibus peragere videretur, adeoque nullam docentis laudem et gratiam vel affectaret vel colligeret. Accidit tamen interea, ut sermones hominis ingeniosissimi ultro expeterentur imprimis ab

ingeniosis adolescentibus. Neque enim in obscuro latere poterat viri singularis virtus. Itaque soboles Athenarum, principis urbium, eum, ut cum Horatio loquamur, dignata est ponere inter choros doctorum nobilium, ita ut eum studiosissime sectaretur. Est enim iuventus, licet multis saepe opprimatur praeiudicatis opinionibus, tamen item proclivior ad agnoscendas virtutes ingenii, sicubi exsplendescunt insolentius. Sectati igitur sunt hominem pauperculum ac prope famelicum adolescentes nobilissimi. Quorum tamen vitae cursus quum saepe vel propter nobilitatem ac divitias esset lubricus multasque haberet a recta via declinandi opportunitates, factum est, quod hodie quoque fieri assolet, ut inter eos etiam existerent qui peccarent publice gravius eoque magistro optimo, inscienti quidem illi nec volenti, malam famam compararent. Inter quos inprimis eminuerunt Critias et Alcibiades, quorum vitia ex disciplina Socratica orta esse ferebantur *), licet res multo se haberet aliter. Etenim Critias quidem, homo ingeniosissimus, quum esset doctus, eloquens et Socraticis disputationibus eruditus (Cicer. Orat. III. 34.), quamobrem etiam a Platone in Timaeo et Critia, qui ipsius nomine inscriptus est, honorificentissime habetur, tamen postea ubi ad maiorem quandam in civitate auctoritatem pervenerat, disciplinae Socraticae immemor, homo violentus extitit, et relictis democratiae partibus, popularis imperii adversarius factus est acerrimus, ut inter triginta tyrannos crudelitate ac saevitia maxime emineret, adeoque tum Socrati, quod is turpem amorem ei exprobraverat, arte dicendi publice interdicta, non modo negotium facesseret, verum etiam mortem minaretur. v. Xenoph. Mem. I. 2, 32 sqq. Nec vero publicae tantum libertatis osor crudelissimus fuit, cuius odii poenas morte luit a 403. a. Chr. in pugna contra Thrasybulum (v. Xenoph. Hell. II. 4, 19.), verum etiam deorum contemtor factus est. Arguitur enim a scriptoribus deos omnino negavisse. De qua re audias praeter alios Sextum Emp. advers. Physic. p. 562 ed. Fabr. = p. 558. Vol. II. ed. Lips. *καὶ Κριτίας δὲ εἷς τῶν ἐν Ἀθήναις τυραν-*

*) conf. Xenoph. Mem. I. 2, 12.

νησάντων δοκεῖ ἐκ τοῦ τάγματος τῶν ἀθέων ὑπάρχειν, φάμενος ὅτι οἱ παλαιοὶ νομοθέται ἐπίσκοπόν τινα τῶν ἀνθρωπίνων κατορθωμάτων καὶ ἁμαρτημάτων ἔπλασαν τὸν θεόν, ὑπὲρ τοῦ μηδένα λάθρᾳ τὸν πλήσιον ἀδικεῖν εὐλαβούμενον τὴν ὑπὸ τῶν θεῶν τιμωρίαν, κ. τ. λ. et Plutarchum De superstitione, p. 171. qui eum parem dicit Diagorae μήτε τινὰ θεῶν μήτε δαιμόνων νομίζοντι. conf. Baylius Lex. Crit. s. v. Critias. Huius igitur scelera atque impietatem multi Socrati crimini dederunt, quippe ex cuius institutione ac disciplina profectus esset, neque videtur ullo modo dubitari posse, quin huius potissimum hominis memoria reo innocenti per accusatorum calumniam tantum invidiae confecerit, ut ab heliastis condemnaretur. De qua re Aeschines Or. adv. Timarch. p. 118. ed. Bremi. §. 71. ἔπειθ' ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, Σωκράτην μὲν τον σοφιστὴν ἀπεκτείνατε, ὅτι Κριτίαν ἐφάνη πεπαιδευκὼς ἕνα τῶν τὸν δῆμον καταλυσάντων. ubi quod Socrates σοφιστής vocatur, videtur illud, quamquam nomen eo tempore non erat ignominiosum, sed, ut ait Diogenes Laert. I. 12. οἱ σοφοὶ καὶ σοφισταὶ ἐκαλοῦντο, tamen non sine quodam contemtu ita fieri. Sed transeamus aliquando ad Alcibiadem. Is vero Socratem item sectatus est studiosissime, idque eo modo fecit, ut illum magna semper reverentia prosequeretur. Cuius rei testimonium praeter Platonem in Sympos. p. 216. B. ἐγὼ δὲ τοῦτον μόνον αἰσχύνομαι κ. τ. λ. al. exhibet etiam Plutarchus Vol. I. p. 194. B. καὶ δραπετεύων ἀτεχνῶς ἐκυνηγεῖτο, πρὸς μόνον ἐκεῖνον ἔχων τὸ αἰδεῖσθαι καὶ τὸ φοβεῖσθαι. Nec vero Socrates videtur in adolescente praestantissimis ingenii dotibus ornato exiguam spem posuisse; v. Plat. Protag. in. Gorg. p. 481. D. Sympos. p. 212 sqq., ubi indoles atque mores Alcibiadis vividis depicti sunt coloribus. Sed istam primae iuventutis reverentiam cum pudore inter vitia et virtutem medio coniunctam expulit mox atque abolevit superbia, cupiditas, prava ambitio. Nam qui tam praeclaram spem de se excitavisset, is generis nobilitate, divitiarum magnitudine, formae venustate, animi ingeniique felicitate, denique hominum admiratione adeo transversus actus est, ut non modo praecepta Socratis non amplius curaret, sed etiam ipsum magistrum impie negligeret. Quocirca

Xenophon. Mem. I. 2, 47. de Critia et Alcibiade: *ἐπεὶ τοίνυν τάχιστα τῶν πολιτευομένων ὑπέλαβον κρείττονες εἶναι, Σωκράτει μὲν οὐκέτι προςῄεσαν· οὔτε γὰρ αὐτοῖς ἄλλως ἤρεσκεν, εἴ τε προςέλθοιεν, ὑπὲρ ὧν ἡμάρτανον ἐλεγχόμενοι ἤχθοντο· τὰ δὲ τῆς πόλεως ἔπραττον κ. τ. λ.* Quin etiam sicuti Critias in oligarchia dicitur fuisse iniustissimus et violentissimus, ita Alcibiades in democratia extitit omnium petulantissimus maximeque iniurius. Itaque factum est sane, ut Socrates Alcibiadem et Critiam corrupisse diceretur, sed factum id est per calumniae improbitatem, quae plebi propter recens democratiae nuper demum restitutae studium perquam suspiciosae fraudulente imposuit eamque ad iniustitiam omnibus poenitendam per malum errorem abstraxit *). Neque enim dubitari potest quin Socrates hic quoque plane ad historiae fidem descriptus sit omniaque ab Apologiae conditore veritati convenienter sint exposita.

Neque vero aliter iudicandum de iis videtur, quae proxime apud Platonem subsequuntur. Quod enim Socrates asseverat, neminem quemquam eorum, qui sua quondam usi sint familiaritate, sibi postea ideo succensuisse aut litem intendisse, plurimos autem etiam nunc esse, qui sibi usque bene cupiant, id planissime confirmatur etiam a Xenophonte Memor. I. 2, 48 sq. ubi inter alia haec sunt: *καὶ τούτων* (quos modo nominavit) *οὐδεὶς οὔτε νεώτερος οὔτε πρεσβύτερος ὢν οὔτ' ἐποίησε κακὸν οὐδὲν οὔτε αἰτίαν ἔσχεν.* Ac ne illud quidem a veritate et historiae fide abhorrere credibile est, quod in ipso exitu orationis narratur, Socratem spretis omnibus precibus et obtestationibus id unum optasse, ut iudices servata sacramenti dati sanctitate bona cum fide de caussa sua decernerent; alioquin enim violatum iri pietatem (p. 34. C — 35. E). Novimus enim singularem viri pietatem; novimus probitatis et honestatis amorem, quo fuit insignis; novi-

*) Xenoph. Mem. I, 2, 24 sqq. diserte testatur, Critiam et Alcibiadem, quamdiu usi sint Socratis familiaritate, bonos fuisse ac temperantes, sed relicto illo corruptos esse multorumque malorum auctores extitisse. Delirant igitur, qui omnia illorum scelera et flagitia illi imputant, ut nuper fecit quidam criticus.

mus denique eius constantiam et fortitudinem. Itaque nec in ipso exitu defensionis, suae sibi virtutis conscius, iudicibus generosi pectoris robur probare intermisit.

Atque haec quidem de prima parte orationis Socraticae. Quibus expositis perspicuum fore existimamus, Socratem coram iudicibus caussam suam orantem ita in hoc libro descriptum esse, ut viri consilia atque studia plane ad historiae fidem deformata habeantur. Ex quo profecto clarissime intelligitur, Platonem in condendo hoc opusculo nihil aliud spectavisse quam quod supra iudicavimus. Voluit enim imaginem Socratis exhibere tamquam ad vivum exemplar expressam, unde quam clarrissime perspiceretur ab omnibus, quid philosophando egisset, quid de diis eorumque veneratione sensisset, quid iudicasset de statu rerum civili, denique quorsum et quo animo sua vivendi consilia direxisset, ut istis omnibus declaratis etiam caussae iniustissimi supplicii, quo esset affectus, cognoscerentur atque omni posteritati simulacrum viri ad veritatem effictum proponeretur, in quod omnes usque pii atque venerabundi intuerentur.

Ad hanc vero imaginem viri consummandam atque perficiendam sine dubio etiam ea pertinent, quae posteriore libri parte inde a p. 36. A. perorantur. Quae certe dubitari non potest quin et ipsa non ex alio fonte ducta sint quam ex rerum vere actarum memoria. Quod enim primum Meletus narratur propemodum caussa cecidisse (p. 36. A.) iusto damnatoriorum suffragiorum numero vix accepto, eoque modo significatur vel inter heliastas fuisse plurimos, qui de Socrate sentirent melius; quod porro reus litem suam aestimare iussus denuo confirmat se de civibus suis optime meritum sibi videri ideoque munere sibi divinitus mandato, siquidem vita suppetat, perpetuo esse constanter ac fideliter functurum; quod denique idem suasu amicorum suorum eum servari cupientium multam aliquam offert eiusque summae sponsores satis locupletes ex amicis suis quosdam fore pollicetur; valent quidem ista omnia ad illustrandam Socratis magnanimitatem, innocentiam, fidem atque constantiam, sed natura sua item ita sunt comparata, ut plane de media vita sumta videantur.

Neque enim per se credibile est quidquam istorum, quae hic narrantur, mero arbitratu confictum esse, neque potuit Plato talia, praesertim quum se ipsum inter mulctae oblatae sponsores fuisse scribat, arbitratu suo confingere, siquidem caussam Socratis ita ante oculos ponere constituerat, ut omnes eius rationes quam accuratissime perspicerentur.

Atque eadem plane ratio etiam eorum est, quae inde a p. 38. C. exposita leguntur. Postquam enim iudices secundis suffragiis confirmaverant quod ante litis aestimationem de Socrate fecissent iudicium, vir sapientissimus porro ita loquutus esse narratur, ut quam antea expromserat dicendi libertatem, eam iam sic retinuisse censeri debeat, ut plane abierit in generosam illam superbiam, quam nobiles animi, recti conscientia ultra vulgarem humanitatis sortem elati, tamquam ultro assumunt, non quo humana omnia contemnant, sed quod sese humanis imbecillitatibus maiores atque celsiores esse sentiunt. Itaque iudicibus, qui ipsum condemnavissent, vaticinatur facinoris sui poenitentiam, perinde ac si praeviderit, factum iri, quod paucis annis post revera factum esse narratur, ut Athenienses iniustitiae suae poeniteret. Quod quam bene consentiat cum iis sensibus, quos antea vidimus ab eo de muneris et officii sui sanctitate susceptos fuisse, vix monere attinet, ut haec vaticinatio profecto a germani Socratis mente et persona minime aliena videatur. Iam vero quod etiam iis, qui ipsum absolvissent, affirmat haud invitum se morti obviam ire, quandoquidem auguretur, ipsa morte divinum sibi obtingere beneficium, totus hic locus, si quis alius, item refert doctrinae et rationis Socraticae speciem manifestam. Quod enim Socrates p. 40. B sqq. docet mortem non esse in malis ducendam, quoniam, si sensum auferat, nullas habitura sit miserias, sin autem nos in alium locum traducat, etiam maximam beatitatem allatura videatur; contendat mihi aliquis cum hoc loco illa, quae in Phaedone de animorum immortalitate disputantur, ac facile videbit, quantum Platonica a Socratis doctrina recedant *). Quippe Socrates locum de immortalitate

*) Miro iudicio Susemihlius Vol. I. Philos. Plat. p. 90.

fere leviter tantum neque aliter nisi populari sermone attigisse videtur. Quamobrem nec apud Xenophontem usquam de immortalitate subtilius disputat, nisi quis huc referre velit Mem. I. 4, 8., ubi de animi humani cum natura divina cognatione agitur, et IV. 3, 14. quo loco ex animi in corpus imperio colligitur etiam rerum universitati mentem divinam praeesse, quae tamen et ipsa populariter magis quam subtiliter sunt exposita. Neque alia ratio est apud Platonem in Critone p. 44. A. B. et p. 54. B., ubi etsi homini sapientissimo certior de immortalitate persuasio tribuitur, tamen res ipsa popularibus de statu animorum futuro opinionibus accommodata est. Quemadmodum autem Socrates in loco Apologiae, de quo nunc ipsum agitur, nihil omnino certi de re gravissima affirmat, sed ponit tantum de duobus alterutrum, ut mors aut omnem sensum auferat, aut animos ad meliorem vitam traducat; ita etiam Cyrus moriens apud Xenophontem Cyropaed. VIII. 7. §. 6 sqq., quem locum Cicero De senectute c. 22. Latine convertit, dubitanter de eadem loquitur, qui licet ex divina animorum natura spem immortalitatis repetat, tamen extrema oratione sua denique haec addit: „Quare, inquit, si haec ita sunt, sic me colitote, ut deum; sin una est interiturus animus cum corpore, vos tamen, deos verentes, qui hanc omnem pulcritudinem tuentur et regunt, memoriam nostri pie inviolateque servabitis." Qui quidem rex quum plane ad Socraticae rationis similitudinem institutus sit, consequens esse intelligitur, ut etiam Plato Socratem in Apologia de immortalitate dicentem quantum fieri potuit ad ipsam vitae veritatem informasse existimari debeat.

Atque haec quidem hactenus. Videmur enim satis demonstravisse Socratem in Apologia fere talem esse informatum, qualis revera fuit, ut Plato neutiquam ita versatus esse putandus sit, ut suo ipsius ingenio indulgens liberius viri aliquam speciem et imaginem effinxerit, quae vitae veritati minus responderet. Quod si ita est, sponte consequitur, ut phi-

---

„die Unsterblichkeitslehre ist (in der Apologie) eher platonisch als sokratisch."

losophus in scribendo hoc libro nihil aliud sit sequutus quam quod supra indicavimus. Voluit enim Socratem ponere ante oculos, qualis revera fuisset; quem quidem quod in medium produxit caussam suam coram iudicibus orantem, una eademque opera etiam id efficere conatus est, ut notatis simul aetatis vitiis, quam iniquo iudicio vir tam magnus, tam sapiens, tam publice privatimque utilis, de medio esset sublatus, quam' clarissime appareret, magistrique memoria ad omnem posteritatem consecrata haberetur.

Ac potuit sane Plato hoc scribendi consilium tanto rectius vel suscipere vel exsequi, quod etiam Athenienses videbat, perpetrato facinore, poenitentia rei tristissimae tactos esse gravissime. Neque enim de nihilo haustum, quod scriptores non contemnendi narrant, Athenienses post triste Socratis fatum decretum publicavisse, quo interdictum fuerit, ne quis publice vel in theatro mentionem illius faceret, eo scilicet consilio, ut indignissimi facinoris memoria quantum fieri posset aboleretur. Neque fide caret, quod iidem tradiderunt, amicos Socratis, qui, saeviente inimicorum odio et invidia, urbe excessissent et patria relicta in alias terras confugissent, in patriam esse revocatos ibique tam benevole exceptos, ut metus et periculi immunes plane iam securitate fruerentur *). Denique etiam quae a Diodoro Siculo, Laertio, Plutarcho, aliis, de accusatoribus Socratis vel capite damnatis vel male habitis et interfectis memoriae tradita sunt **), ita videntur comparata esse, ut aegre possint in dubitationem vocari. Neque vero causae istius poenitentiae, quae civium animos, turbis civilibus aliquando compositis, subiit, ullo modo obscurae sunt. Nam primum quidem animadverterunt Athenienses, sese eo maxime ab accusatoribus, qui privato potius odio quam propter publicae salutis studium senem sapientem accusavissent, in errorem fuisse pertractos, quod isti callidissime id tempus ad accusandum delegissent, quo facillime animi in reum

---

*) v. Brucker. Hist. Philos. Vol. I. Part. II. Libr. II. Cap. II. §. XI. ed. Lips. 1742. 4.

**) v. Commentar. ad p. 23. et 24. et Luzac. Orat. de Socrate Cive. p. 41 sqq. et p. 131 sqq.

innocentem possent exacerbari et ad calidius de eo iudicium permoveri. Etenim coeperat sane populus, excussa triginta tyrannorum dominatione, quam Anytus quoque fortiter impugnaverat, expulsis illis in civitate etiam factus clarior ac potentior, coeperat igitur populus pristinae reipublicae constitutionem adeo rursus amplecti ac diligere, ut iam acerrime odisset omnes, qui de rerum novarum cupiditate suspecti putarentur. In quorum numero quum imprimis etiam philosophi ac sophistae haberentur, factum est ut iudices populares, qui magnam partem una cum Thrasybulo redierant (Apol. 21. A.), accusatorum calumniae facile crederent, qui Socratem, utpote Critiae magistrum et iam dudum a poetis comicis atque clandestinis adversàriis et calumniatoribus, quales in priore Apologiae parte describuntur, in malam suspicionem adductum, in eorum numero habendum esse arbitrarentur, quum tamen ille non rempublicam sed reipublicae vitia arguisset et salvis legibus publicis non tam instituta publica quam civium mores et ingenia emendare conatus esset. Ita vero factum est, ut qui sub tyrannis damnationem evaserat, libera iterum civitate non evaderet, ab Anyto imprimis, tum magna auctoritate ac potentia inter cives florente, propter offensas quasdam pessumdatus. Deinde vero etiam senserunt Athenienses, illo supplicio revera damnum importatum esse reipublicae. Nam restituta denuo democratia ipsa reipublicae conditio et fortuna graviter sane admonuit, novam disciplinam atque vivendi legem ad servandam publicam privatamque felicitatem valde esse necessariam (v. Eunap. Aedes. p. 35. ed. Steph.). Evanuit igitur tum species periculi, quod ex Socratis disciplina exoriri visum esset. Nam licet ille democratiae minus favisset magisque probavisset paucorum imperium, quippe quod facilius scientiae laudem tueri posset (Xenoph. Mem. III. 9, 10.), quam ad omnia vitae negotia requirebat; tamen clarius intellectum est, voluisse eum rempublicam non evertere aut pessumdare, sed emendandis civium studiis atque moribus iuvare atque stabilire. Quo ipso quum ad perpetuam civitatis salutem nunc cummaxime opus esse videretur, viri certe cordatiores, quanta clades bono publico tristi viri obitu inflicta esset, facile senserunt, alii autem ideo resipuerunt,

quia miseriam civitatis studiis democratiae in dies magis adaugeri non sine dolore animadverterunt. Quae quidem omnia si probabiliter sunt disputata, certe sponte intellectum iri arbitramur, qui fieri potuerit, ut Plato ipsis temporibus ad capiendum exsequendumque consilium illud invitaretur, quod ab eo Apologia Socratis scribenda susceptum et peractum esse iudicavimus.

Certum est igitur et exploratum, de quo hactenus exposuimus, summum philosophum in edendo hoc defensionis libello id unum maxime spectavisse, ut Socratis coram iudicibus caussam suam orantis imaginem quam maxime fidam exhiberet, unde tam viri studia quam iudicii de reo facti rationes plenius cognoscerentur, et quae ipsi cum popularibus suis intercessisset necessitudo accuratius perspiceretur.

Atque haec si vere a nobis disputata sunt, sponte etiam appariturum esse existimamus, quid de orationis Socraticae forma atque compositione iudicari oporteat. Quippe philosophus dum retulit orationem Socratis sic, ut prope ipsum sapientem dicentem audire videamur, una eademque opera etiam speciem quandam effinxit eius eloquentiae, quae homine sapientiae studioso unice digna videretur. Quae quidem qualis sit, statim in ipso libelli initio satis perspicue significatur. Arguuntur enim ibi adversarii vanitatis, quae veritatis rationes callide pervertat. Tribuitur illis porro oratio verborum ac sententiarum venustate splendens et artificiis oratoriis calamistrata, quae careat simplicitatis commendatione. Denique proprium iis assignatur genus dicendi iudiciale, quo tum utebantur fere litigantes, ut illi videantur plane sese composuisse ad eum morem, qui in iudiciis et conventibus publicis regnare coeperat, ex quo Sicula eloquentia Athenis ad summum honorem pervenisset. Haec omnia vero Socrates ultro profitetur sibi nulla ex parte probari. Quocirca manifestum est, Socraticae orationis virtutem in eo ipso positam esse, ut primum quidem specie vel potius fraude oratoria remota omnia tribuantur studio veritatis; deinde spretis orationis ornamentis nativae dicendi simplicitati locus suus concedatur; denique pro iudiciali dicendi genere is sermo adhibeatur, qui disserendi et confabulandi con-

suetudini cognatus et affinis sit ideoque animos ita afficiat atque moveat, ut audientes ratione simplicissima ad persuasionem veri rectique perducantur. Nimirum haec omnia sponte apparet Socratis ingenio ac moribus adeo esse consentanea, ut hoc quoque nomine imago viri plane ad vivum expressa esse iudicari debeat. Quod si ita est, Plato profecto Socratem una opera et ut philosophum atque civem et ut oratorem ad ipsam veritatis speciem elegantissime deformavit. Haec autem si vere a nobis sunt explicata, clarissime apparere arbitramur, Apologiam Socratis Platonicam non esse posse illi Lysiae orationi oppositam, quam celeberrimus orator dicitur Socrati reo obtulisse, ut eam edisceret et in iudicio sui defendendi caussa recitaret, sicuti statuerunt A. Boeckhius in Min. Plat. p. 182. et Franc. Susemihl Genet. Explic. Philos. Platon. Vol. I. p. 87 sq. Nam si vera sunt quae ea de re memoriae prodiderunt Cicer. De orat. I. 54. Quintil. II. 15, 30. Valer. Max. VI. 4. ext. 2. Plutarch. Vitt. X. Oratt. p. 836. B. Diogen. Laert. II. 40., ex quibus Cicero narrat Socratem Lysianam orationem non invitum legisse et commode scriptam esse iudicasse, sed sibi ideo dixisse minus esse commodam, quia parum fortis et virilis videretur; certe multa sunt, quae impediant, quominus Lysiam imprimis editione Apologiae a Platone notatum et reprehensum esse nobis persuadeamus. Nam primum quidem Apologia tota Socratis ipsius refert animum et ingenium, nec vero dedita opera ad carpendum Lysiam comparata est, in cuius oratione si quid desideratum fuit, certe illud unum fuisse narratur, quod esset mollior et delicatior nec satis fortis ac virilis. Nec vero ullo modo fieri potuit, ut, si Socratis animus fideliter exprimeretur, unius Lysiae caussa colores imaginis propositae mero arbitrio variarentur. Itaque vel hanc ob caussam sic potius statuendum est, ut Platonem censeamus significavisse, Socratis rationem ab eorum omnium more fuisse diversam, qui in orationibus iudicialibus nec veritatem rerum curarent et omnia artificiosae eloquentiae tribuerent; quod certe non ad Lysiam sed ad iudiciales oratores omnes pertinuit. Deinde nec ullo pacto credibile est, Platonem, quo tempore Apologiam in lucem publicam emisit, animo adeo in-

grato et inimico erga eum fuisse, qui studio vere laudabili caussam magistri pro viribus sustentare voluisset, ut ipsum ideo etiam haberet ludibrio et inertiae crimine oneraret. Quamquam ipse postea artem illius rationemque propterea improbavit, quod philosophandi subtilitate atque sublimitate prorsus destitueretur. At nimirum istud quidem de celeberrimo rhetore iudicium longo demum tempore post exprompsit, quum ex primis itineribus in patriam reversus philosophiam in Academia docere constituisset, quippe tum sibi faciendum ratus, ut rhetoricam cum philosophia quasi in certamen committeret, et, Lysiae exemplo ob oculos posito, luculentius demonstraret, quam vana esset et inanis laus artificialis istius eloquentiae, quae licet sese mirum quantum iactaret, tamen artis ratione plane carere iudicanda esset. Id quod ab eo in Phaedro ita factum esse in vulgus notum est, posteaquam iam antea in Gorgia et in loco nobilissimo Theaetet. p. 172. C—177. B. ostenderat eloquentiam vulgo in foro et in populi concionibus regnantem non ad probitatem atque honestatem sed ad gratiam et voluptatem comparatam esse. Quae quum ita sint, nos quidem aperte fatemur in ea esse sententia, ut Lysiam a Platone scriptione Apologiae petitum esse nulla ex parte verisimile esse censeamus.

Atque haec quidem hactenus. Superest, ut paucis quaerendum sit de tempore, quo Apologia Platonis litteris consignata et in lucem publicam emissa sit.

Videntur vero origines eius incidere in tempora non ita multo post Socratis obitum insecuta. Cuius sententiae argumenta si qui requirant, sunt illa prope in medio posita. Nam primum quidem vix est credibile, Platonem tale pietatis monumentum, quale hoc est, longiore demum tempore post obitum Socratis elapso conditurum fuisse, quod certe consentaneum est iam tum ab eo fuisse compositum, quum recens adhuc dolor esset ex magistri morte susceptus recensque indignatio, quam fatorum iniquitas atque temporum iniuria excitavisset. Deinde illud quoque, quod Athenienses brevi post Socratis condemnationem facti poenitentia invasisse narratur, de quo supra exposuimus, certe fuit eiusmodi, ut philosophum im-

pellere ac movere deberet ad Socratis memoriam vel instaurandam vel ab iniuria vindicandam, atque id agere, ut aliquando certius confirmarentur popularium suorum de illo iudicia, praesertim quum vel e Gorg. p. 484. C. p. 485. A sqq. p. 500. C. Theaetet. p. 176. A sqq. suspicari liceat, etiam tum fuisse, qui istud defensionis genus, quo Socrates usus esset, non usquequaque probarent. Accedit huc, quod Plato Socrate interemto apud animum constituit in posterum republica plane abstinere, et easdem quidem ob caussas, quas antea vidimus etiam Socratem permovisse, ut nunquam publicis fungeretur muneribus, semper privatam degeret vitam. De qua re vid. Epist. Platonic. VII. init. Itaque quum Athenis aut iam valedixisset aut brevi esset valedicturus, faciendum sibi putavit, ut huius consilii sui caussas civibus suis palam declararet; quod ne tum quidem deseruit, quum multo tempore post ex longinquis itineribus reversus philosophiam in Academia tradere animum induxisset. Denique ad rem certius definiendam nec inutile erit meminisse, arctiorem quandam Apologiae cum Euthyphrone, Menone atque Critone intercedere coniunctionem ac necessitudinem. Nam in Euthyphrone quidem, qui in rimandis explorandisque pietatis notionibus versatur, caussa accusationis ab impietate repetita ita indicatur, ut simul Meleti, qui nuper Socrati litem intendisset, adolescentia atque rerum imperitia subsannetur adeoque Socrati ab Euthyphrone caussae suae victoria promittatur atque praedicatur, p. 2 — 3. E. In Menone porro, in quo de virtutis natura in utramque partem disputatur, eadem opera ostenditur, qui factum sit, ut Socrates virorum civilium, utpote virtute civili fastuose superbientium, iracundiam in se concitaverit, quod quidem ita fit, ut etiam Anytus cur ipsi succensuerit, luculentissime declaretur; v. p. 90. B. — 94. E. Iam vero in Apologia virum sapientem audimus se ipsum defendentem adeoque studia sua atque consilia describentem, quibus de civibus suis per totam vitam suam bene mereri conatus sit. Denique in Critone demonstratur, Socratem eum fuisse civem, qui legibus patriae vel tum, quum captivus in carcere teneretur, per omnia religiose obtemperaverit. Pertinent igitur hi libri omnes ad accusationem Socratis continenturque inter se ar-

gumenti quadam cognatione, ut ultro coniicere cogamur, eos nec temporibus multum diversis litteris consignatos esse. Iam vero Meno sine controversia scriptus est aut paullo ante Socratis accusationem aut caussa eius vixdum in iudicium deducta, sicuti videmur Prolegg. ad Men. ed. Lips. p. LIII sqq. atque edit. Gothan. Vol. VI. P. II. p. 20 sq. ostendisse, cui rationi nostrae nuper alii quoque vel tacite et clam vel aperte ac sincere accesserunt. Neque aliter existimandum videtur de Euthyphrone, quem iure videmur cum Schleiermachero, Sochero et Schierenbergio ei tempori adsignavisse, quo caussa Socratis haud ita pridem erat in iudicium deducta nec iam tristis eius exitus praevideri poterat. De qua ratione v. quae disputavimus in Prolegg. ad Euthyphron. p. XXXVI sqq. ed. Lips. et Opp. Plat. Vol. VI. Part. II. p. 142 sqq. Nam quod nuper Susemihlius Hist. Philos. Platon. genet. Vol. I. p. 125 sq. libellum post Gorgiam demum scriptum esse censuit, duplici certe nomine falsus est. Neque enim in Euthyphrone ulla extant, sicuti ille putat, doctrinae idearum vestigia, quandoquidem locus p. 6. D. E. id minime evincit, ubi εἶδος et ἰδέα nihil aliud est nisi genus notionis, eo sensu, quo Plato Socraticus intellexit. Nec vero disputatio de falsis opinionibus, quae vulgo de diis eorumque cultu circumferebantur, instituta ullo modo caussae Socratis potuit officere, ut vir doctissimus sibi persuasit, qui non videtur legisse, quae ea de re in editione Gothana p. 143 sqq. copiosius exposuimus. Itaque certum et exploratum habemus, Menonem et Euthyphronem scriptos esse quo tempore accusatio Socratis ab eius inimicis modo instituta ac suscepta erat atque lis adhuc in iudicio pendebat. Porro dialogus nomine Critonis inscriptus etsi nulla habet indicia, unde certiorem de eius tempore natali coniecturam capere liceat, tamen Socratem ut civem legibus patriae etiam tum, quum condemnatus esset, religiosissime obtemperantem tam populariter tamque ad vulgi captum accommodate describit, ut non potuerit nisi paullo post Socratis supplicium litteris mandari. Iam vero Apologia Socratem sistit in iudicio publico caussam suam ita orantem, ut omnis eius indoles atque virtus in clarissima luce collocata conspiciatur, pertinetque

item ad illustrandam eius accusationem atque simul etiam condemnationem. Ex quo verisimiliter colligere licet, etiam hunc libellum circa tempora illa periculosissima, hoc est, non ita multo post quam reus capitis supplicio fuit condemnatus, scripto mandatum esse.

Itaque his quidem ita disputatis quid de Apologiae argumento, consilio, arte denique et compositione existimandum sit, satis appariturum esse speramus. Nec vero iam opus erit defendere argumentis pluribus scripti fidem et auctoritatem. Illud tamen non supervacaneum erit admonuisse, notum fuisse libellum iam Aristoteli, quod quantum ad eius fidem tutandam valeat, vix eget admonitione. Is enim in Rhetoricis bis sententias quasdam memorat ex hoc libello desumtas; quod licet suppresso Platonis nomine fiat, tamen huius scriptionem revera significari, perpensis rerum momentis omnibus, nemo temere infitias iverit. Nam Rhetor. Lib. II. sect. 23. p. 1398. ed. Bekker. *ἄλλος (ἔλεγχος) ἐξ ὁρισμοῦ, οἷον ὅτι τὸ δαιμόνιον οὐδέν ἐστιν ἀλλ' ἢ θεὸς ἢ θεοῦ ἔργον· καίτοι ὅςτις οἴεται θεοῦ ἔργον εἶναι, τοῦτον ἀνάγκη οἴεσθαι καὶ θεοὺς εἶναι*: quibus verbis apertum est respici illa Apologiae p. 27. B. C. D. E. Ibidem vero Lib. III. sect. 18. p. 1419. etiam haec leguntur: *πυθόμενον γὰρ δεῖ τὴν μίαν πρότασιν μὴ προςερωτᾶν τὸ φανερόν, ἀλλὰ τὸ συμπέρασμα εἰπεῖν, οἷον Σωκράτης Μελήτου οὐ φάσκοντος αὐτὸν θεοὺς νομίζειν εἴρηκεν, εἰ δαιμόνιόν τι λέγοι, ὁμολογήσατος δὲ ἤρετο, εἰ οὐχ οἱ δαίμονες ἤτοι θεῶν παῖδες εἶεν ἢ θεῖόν τι· φήσαντος δέ, ἔστιν οὖν, ἔφη, ὅςτις θεῶν μὲν παῖδας οἴεται εἶναι, θεοὺς δὲ οὔ*; quae ad eundem illum locum Apologiae spectare propemodum in oculos incurrit.

Sed hic quidem Prolegomenis nostris aliquando finem statuisse consultum erit. Superest ut codices manuscripti enumerandi sint, ex quibus lectionis varietas verbis Platonis subiecta manavit.

Recensus codicum manu scriptorum,

ad Apologiam excussorum.

Clarckianus s. Bodleianus. Coislin. (*l*) Venet a. *ΛΞ*, et, qui nobis b signatus est, II. Vind.

1. 2 (Bekkero Υ). 3. 4. 5. 6. (Bekkero Φ). Flor. a. b. c. d. e. g. h. i. Vatic. Zittav. Angel. u. Paris. BCDEHST. et g, quanquam de hoc aliter Bekkerus in Elencho Codd. p. X., ut voluisse videatur Ricard., quem 𝔤 signavit. v. Commentar. Crit. T. I. p. VII. Praef.

Bodleianum s. Clarckianum excussit Gaisfordius. Parisinos BCDEHST. Coislin. Γ., Angelicum, qui littera u signatus est, Venetos ΔΞ., et incertum 𝔤, Im. Bekkerus contulit, qui de iis exposuit in Indice Codicum. Nos adhibuimus Vindobonenses 1. 2. 3. 4. 5. 6. a Bastio excussos, de quibus, sicuti de reliquis libris a nobis primum usurpatis, Tom. XII. in Platonis Operum edit. Lipsiensi p. III sqq. narravimus. Duos horum Vindobonensium usurpavit etiam Im. Bekkerus, unum 2., quem ille notavit littera Υ., alterum b., quem Φ. esse voluit. Nos in his notandis nostris siglis usi sumus. Praeterea Bastii industriae debuimus Venetos litteris a. et b. notatos. Horum altero b. etiam Im. Bekkerus usus est, insignito ipsi littera Π.; cui praeterea etiam praesto fuerunt duo alii Veneti, quos ab ipso ΔΞ. vocatos esse antea indicavimus. Porro adhibuimus librum Vaticanum item a Bastio excussum; Zittaviensem, ex quo Rudolphus excerpsit varias lectiones; Palatini fragmenta a Creuzero publicata; et Florentinos octo, quorum collationem J. A. C. Weigelius, vir honestissimus, a Cel. Furia impetraverat, signatos illos iis, quas supra posuimus, litterarum formis. Collatos igitur ad Apologiam habemus codices triginta unum vel duo: qui quatenus inter se vel consentiant vel dissentiant et quanti aestimandi sint, quoniam vel levis variae scripturae consideratio docet, non est cur hoc loco exponamus. Illud unum admonuisse non supervacaneum erit, nos optimis quidem, veluti Bodleiano, Vaticano et Ven. b., plurimum, nec vero omnia tribuisse, quandoquidem illi quoque grammaticorum recensionem referunt, quae ad criticam probabilitatis legem comparatis etiam aliis codicum scripturis semper et ubique examinanda est.

Editiones Apologiae et Critonis singulares.

Separatim hi libelli editi et commentariis instructi sunt saepissime. Quamquam editiones superioribus saeculis ab Jo. Sturmio, Esromo Rudingero, Jo. Sam. Müllero, aliis, curatae (de quibus v. Notitt. litterar. ap. Fischerum praef. ad IV. Diall. Euthyphrone Apol. Criton. Phaed. Lips. 1783. p. 203.) nec praesentis aetatis desideriis conveniunt nec omnino multum utilitatis ad eius interpretationem iuvandam ac provehendam attulerunt. Quocirca satis erit hoc loco indicasse eas utriusque libri editiones, quibus Platonis intelligentiae vel critice vel etiam habita interpretationis ratione ita prospectum est, ut hodie quoque mentione dignae videantur. Quod quidem ita faciemus, ut subinde nostrum de iis interponamus iudicium. Accipe igitur iam horum librorum recensum.

Platonis Dialogi V. (Amatores, Euthyphro, Apologia, Crito, Phaedo.) Recensuit, notisque illustravit Nath. Forster. Edit. sec. Oxon. 1752. 8. De interpretatione horum librorum primus melius meritus est; opes tamen criticas peculiares nullas habuit.

Platonis Euthyphro, Apologia Socratis, Crito, Phaedo, Graece. Ad fidem codd. mss. Tubing. August. aliorumque et librorum editorum veterum recensuit, emendavit, explicavit I. Fried. Fischerus. Ed. tert. Lips. 1783. 8. Summa cum diligentia Fischerus versatus est in lectionibus vett. editt. et codicum enotandis et diiudicandis, quanquam non raro iudicio suo a vero aberravit. Nihilo minus vir egregius hac una opera melius de Platone deque universis literis Graecis meritus est, quam multi eorum, qui infami conviciandi et calumniandi licentia usi de laudibus viri summi maligne detrahere conati sunt.

Platonis libri IV. Gorgias, Apologia Socratis, Charmides, Hippias maior. Scholarum in usum edidit L. Heindorfius. Praefixa est annotatio critica in Apologiam Socratis. Berol. 1805. 8. Adnotatio perbrevis.

Platonis dialogorum delectus. Pars. I. Euthyphro, Apologia Socratis, Crito. Ex recensione et cum Latina interpretatione Fr. A. Wolfi. In usum praelectionum Berolin. 1812. 4. min. Adnotationem habet nullam.

Platonis Dialogi IV. Meno, Crito, Alcibiades uterque cum adnotatione critica et exegetica. Ed. IV. Curavit Philippus Buttmannus. Berol. 1822. 8. Editio horum librorum primum suscepta fuit a Biestero et Fr. Gedickio a 1780. tertium repetita assumto socio Phil. Buttmanno, Berolin. 1811. Quartam editionem solus Buttmannus opibus criticis Im. Bekkeri primum usus administravit multisque novis accessionibus locupletavit.

Crito, Laches et particula Apologiae Socratis et Phaedonis leguntur etiam, animadversionibus additis, in Iacobsii, V. Cl., Chrestomathiae Graecae T. III. qui inscriptus est: Sokrates oder Auszüge aus den phil. Schriftstellern der Griechen. Für die mittlern Classen gelehrter Schulen.

Platonis Apologia Socratis et Crito. Edidit et in scholarum maxime usum interpretatus est Car. Guil. Elberling. Havniae, 1837. 8. Editio commendabilis, brevibus commentariis instructa iisque bene Latinis.

Platonis Crito. In usum scholarum edidit J. C. Held. Solisbaci, 1838. 8. Editio aliorum fere annotationes in brevius contractas easque plerumque grammaticas exhibet, quibus unis tamen Platonis intelligentia neutiquam satis adiuvatur.

Platonis Apologia Socratis. In usum scholarum edidit J. C. Held. Solisbaci, 1844. 8. De hac quoque opella iudicandum est, quod de Critone diximus.

Platonis dialogorum delectus. Euthyphro, Apologia, Crito, Phaedo. Ad fidem codicum recognovit et summariis instruxit G. Stallbaum. Lipsiae, ap. Serig. 1838. 8. min. Editio parvo parabilis: addita est etiam annotatio critica.

Platons Apologie des Socrates. Uebersetzt und erläutert von Fr. A. Nüsslin. Mannheim, 1838. 8. ed. 2. 1848. 8. mai. Habet egregias de rebus ac sententiis commentationes.

Kriton. Ein Platon. Gespräch, übersetzt und erläutert von F. A. Nüsslin. Mannh. 1843. 8. ed. sec. 1850. Continet hic quoque liber multa egregia, quae ad interiorem Platonis sensum recludendum valeant.

Platons Vertheidigung des Socrates, übersetzt v. J. H. Voss, olim edita in libro: Deutsches Museum a. 1776. Vol. 10. nunc legitur in libro postumo: Anmerkungen und Randglossen zu Griechen und Römern v. J. Heinr. Voss. Herausgegeben v. Abrah. Voss. Leipz. 1838. 8. p. 119 sqq. ubi quae additae leguntur annotationes criticae, eae quum Fischerum maxime impugnent, tum certissime

arguunt, Vossium tum quidem fuisse criticum et grammaticum ad Fischeri virtutem nullo modo comparandum. Quapropter melius utique fuerat futurum, si ista omnia perpetua sepulta mansissent oblivione; sunt enim nullius pretii.

Platonis Laches, Euthyphro, Apologia Socratis et Menexenus. Ed. Engelhardt. Berolin. 1826. 8. Editio multis nominibus commendabilis, maxime occupata in disceptandis rebus grammaticis.

Platons Vertheidigung des Socrates. Griechisch und deutsch mit kritischen und erklärenden Anmerkungen. Leipz. b. Engelmann. 1846. 8. min. et edit. 2. ibid. 1850. 8.

Platons Euthyphron u. Kriton. Griechisch u. deutsch mit kritischen und erklärenden Anmerkungen. 2te Ausg. 1850. Ibid. Animadverss. hic et illic aliquid ad criticam et exegeticam afferunt.

Platonis Apologia Socr. Crito et Phaedo. Accedit emendationis specimen in nonnullis reliquorum dialogorum (sic!). edidit R. B. Hirschig. Traiecti ad Rhen. ap. Kemink typogr. 1853. 8. Editor severi critici partibus susceptis in Platonem suum passim iusto saevius est grassatus, quippe qui ubique inepta odoratus sit glossemata et multos locos nimia fere audacia corrigere ac refingere studuerit. Quibus consiliis ipsius in commentariis nostris plerumque adversati sumus, ex quibus facile intelligetur, quibusnam ille in Critica factitanda ductus sit rationibus.

Platons Apologie des Sokrates u. Kriton. Mit erklärenden Anmerkungen für den Schulgebrauch von A. Ludwig. Wien b. Gerold. 1856. 8.

Platons Vertheidigungsrede des Socrates u. Kriton. Für den Schulgebrauch erklärt v. Christian Kron. Leipz. 1857. b. Teubner. Utraque editio tironibus destinata notulas maximam partem grammaticas easque in brevius contractas habet, laudatis passim libris grammaticis hic et illic usitatis.

Praeterea de utroque Platonis opere consulendi sunt C. Frid. Hermann. Geschichte d. Platon. Philosoph. I. p. 468 sqq. Car. Steinhart in Interpretat. Opp. Platon. Germ. Hieron. Mülleri Vol. II. p. 233 sqq. 280 sqq. 291 sqq. 322 sqq. Frider. Schleiermacher. Platons Werke Vol. I. P. II. p. 181 sqq. et p. 231 sqq. ed. sec.

PLATONIS

APOLOGIA SOCRATIS.

Ed. Steph.

Cap. I. Ὅ τι μὲν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πεπόνθατε ὑπὸ τῶν ἐμῶν κατηγόρων, οὐκ οἶδα· ἐγὼ δ' οὖν καὶ αὐτὸς ὑπ' αὐτῶν ὀλίγου ἐμαυτοῦ ἐπελαθόμην· 17

Cap. I. P. 17. *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι,*] Codd. quidam *ὦ Ἀθηναῖοι,* ut p. 34. D. et p. 36. B. cap. XXVI. in. al. Sed omissio voc. *ἄνδρες* e scripturae compendio orta est. Formula enim in codd. antiquis sic scripta reperitur: *ω ̃ ἀθν.* unde originem duxit quod alii habent: *ὧδε ἀθηναῖοι* vel *ὧδ ἀθ.* Nimirum imperiti librarii litteram *δ* super *ω* positam pro circumflexu habuerunt, quum ea significaret *ἄνδρες*. Ita Bastius, gravis vir auctoritatis, cuius verba olim retulimus in edit. Weigel. T. IX. p. 33. nunc repetenda putavimus, ut quorundam mutandi lubido coerceretur. Alii quidam libri *Ἀθηναῖοι* omittunt.

ἐγὼ δ' οὖν καὶ αὐτός] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. Flor. d. g. h. Par. DST. Vulgo *ἔγωγ' οὖν*.

ὀλίγου ἐμαυτοῦ ἐπελαθόμην] Omittunt *δεῖν* vulgo post *ὀλίγου* intrusum Bodl. Ven. b. Vind. 1. 3. 4. 6. Florr. b. c. g. h. i. Coisl. Ven. *A*. Parr. DEHST. Ang. prim. m. Vind. 2.

Cap. I. P. 17. A. *ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι*] Intelliguntur Heliastae, h. e. iudices e populo per sortitionem delecti, de quibus v. etiam ann. ad p. 36. A. ann. et Schömann. Antiquitatt. Juris publici Graecorum §. XLIX. p. 263 sqq. Ii praeter alias caussas gravissimas etiam caussas impietatis, *τῆς ἀσεβείας*, ab archontum secundo sive rege ad eos delatas iudicabant. *Ἀθηναῖοι* appellantur non sine caussa, sed ut admoneantur patriae suae gloriam et dignitatem. conf. infra Cap. 17. med. p. 29. D. Itaque prave libri nonnulli *Ἀθηναῖοι* omittunt. Verba *Ὅ τι μὲν ὑμεῖς πεπόνθατε κτλ.* hoc modo intelligas: Quomodo animi vestri ab accusatoribus meis affecti sint, s. quomodo animos vestros affecerit et commoverit oratio accusatorum meorum. De *ὑπὸ* cum verbo neutro coniuncto v. Matth. Gr. §. 496. 3. et de simili usu praep. ab apud Latinos Heusinger. ad Cic. de Offic. 1. 2, 12. Goerenz. ad Academ. 1. 11.

ἐγὼ δ' οὖν καὶ αὐτὸς ἐπελαθόμην] Sed hoc utcunque est, ego vero et ipse prae eorum oratione mei prope oblitus sum. Fa-

οὕτω πιθανῶς ἔλεγον. καίτοι ἀληθές γε, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν εἰρήκασι. μάλιστα δὲ αὐτῶν ἓν ἐθαύμασα τῶν πολλῶν ὧν ἐψεύσαντο, τοῦτο, ἐν ᾧ ἔλεγον, ὡς χρῆν ὑμᾶς
B εὐλαβεῖσθαι, μὴ ὑπ' ἐμοῦ ἐξαπατηθῆτε, ὡς δεινοῦ ὄντος λέγειν. τὸ γὰρ μὴ αἰσχυνθῆναι, ὅτι αὐτίκα ὑπ' ἐμοῦ ἐξελεγχθήσονται ἔργῳ, ἐπειδὰν μηδ' ὁπωςτιοῦν φαίνωμαι δει-

B. ὡς χρῆν ὑμᾶς] χρὴ Bas. 2. Vindob. b. Par. C. et corr. B. probante Heindorfio ad Protag. §. 30.

μὴ αἰσχυνθῆναι, ὅτι αὐτίκα] ὅ τι editt. Bas. et Forster. probante Heindorfio. Sed licet recte dicatur αἰσχύνεσθαί τι et ἐλέγχεσθαί τι, tamen verum videtur ὅτι. Nam pro ὅ τι non dubito quin Plato ὃ scripturus fuisset.

καλοῦσιν οὗτοι] V. αὐτοί, quod e Bas. 2. Bodl. Parr.

tetur igitur se adeo propemodum sui ipsius oblitum esse, h. e. eo adductum, ut putarit se non esse eum, qui revera sit. Quibus verbis nemo est quin sentiat acerbam contineri irrisionem. Eandem loquutionem habes Phaedr. p. 228. A: εἰ ἐγὼ Φαῖδρον ἀγνοῶ, καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι. Menexen. p. 235. C: μόγις ἀναμιμνήσκομαι ἐμαυτοῦ. De δ' οὖν. v. infra p. 34. E. Theaet. 197. B. Symp. p. 180. D. Protagor. p. 315. E.

ὡς ἔπος εἰπεῖν] h. e. prope nihil; pertinet enim formula ad οὐδὲν εἰρήκασιν. v. ad Gorg. p. 450. B. coll. inf. p. 22. B.D.

αὐτῶν ἓν ἐθαύμασα] De genitivo αὐτῶν vid. Matth. Gr. §. 317. Germanice dixeris Eins an ihnen; nam αὐτῶν est masculinum. Nec quidquam habet offensionis, quod etiam τῶν πολλῶν ex ἓν nexum suspensumque est. Hoc enim dicit: Maxime vero in iis unum miratus sum ex multis illis, quae commenti sunt. Eodem modo mox: τοῦτό μοι ἔδοξεν αὐτῶν ἀν. εἶναι. ἐν ᾧ, wobei, quo loco, ubi.

ὡς χρῆν ὑμᾶς εὐλ., μὴ — ἐξαπατηθῆτε] Verissime olim, Heindorfius legitimam modorum consecutionem ἐξαπατηθεῖτε, optativum modum, requirere iudicavit, nec tamen eo usque processit, ut id unice necessarium statuerit. Neque coniunctivus temere reiiciendus est, praesertim quum eum libri mss. omnes tueantur. Ponitur enim ille, sicuti dudum demonstravit God. Hermannus. De emendanda ratione Graecae grammat. p., 208 sq. etiam post praeterita, ubi res nondum perfecta sed etiam nunc experienda et usu cognoscenda significatur, ut Criton. p. 43. B. Eurip. Hecub. v. 27 sq. al. conf. Matthiae Gr. Gr. §. 518. 1. p. 1180 ed. 3. Rost. Gr. Gr. §. 122. 10. a. p. 655 sqq. ed. 7. Hoc igitur dicit Socrates: quo loco dicebant oportere vos vobis cavere, ne iam ea, quam exorsus sum oratione, decipiamini. Nimirum respicit orator, mentis cogitatione a praeterito tempore ad praesens deducta, nunc id unum maxime, quod in praesenti cavendum sit; quae ratio imprimis post verba timendi, curandi, cavendi locum habet, quorum vis et potestas ea est, ut animis facile praesentis periculi et curae imaginem obiiciant; v. Matthiae Gr. Gr. §. 518. I. 1. Iam vero

νὸς λέγειν, τοῦτό μοι ἔδοξεν αὐτῶν ἀναισχυντότατον εἶναι, εἰ μὴ ἄρα δεινὸν καλοῦσιν οὗτοι λέγειν τὸν τἀληθῆ λέγοντα· εἰ μὲν γὰρ τοῦτο λέγουσιν, ὁμολογοίην ἂν ἔγωγε οὐ κατὰ τούτους εἶναι ῥήτωρ. οὗτοι μὲν οὖν, ὥςπερ ἐγὼ λέγω, ἤ τι ἢ οὐδὲν ἀληθὲς εἰρήκασιν· ὑμεῖς δ' ἐμοῦ ἀκούσεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν. Οὐ μέντοι μὰ Δί', ὦ ἄνδρες

BCDST. Vat. Vind. 1. 4. 6. Ven. b. Flor. a. d. g. h. mutatum. Et ponitur οὗτος ita ad significandum contemtum, ut Criton. p. 45. A. Sympos. p. 181. E. De Rep. III. p. 403. A. al.

ἤ τι ἢ οὐδὲν ἀληθὲς εἰρ.] Sic Bodl. Parr. DST. Vind. 1. Ven. b. a. pr. m. Flor. d. g. h. Ceteri ἤ τι ἢ male omittunt. Mox vulgo δέ μου, quod correxit Bekkerus suadente Heindorfio.

quod χρῆν ponitur, imperfectum accommodatur praecedenti ἔλεγον, ut nec opus sit χρὴ vel χρείη refingere. Quanquam illud in odd. nonnullis scriptum legitur neque displicuit Heindorfio ad Protagor. §. 30. Nimirum omnino variata est nonnihil verborum constructio.

B. ἐπειδὰν μηδ' ὁπωςτιοῦν] Adduntur haec ad illustrandum vocabulum ἔργῳ. Voc. ὁπωςτιοῦν Phavorinus et Thom. Mag. h. v. tradunt Attice dici pro ὁπωσοῦν. Quanquam inde non colligi licet, ὁπωςοῦν Atticis fuisse inusitatum, v. Ducker. ad Thucydid. VII. 49. Intpp. ad Xen. Cyr. 1. 4, 15. Significat autem μηδ' ὁπωςτιοῦν ne tantillum quidem, nulla ex parte, nulla tenus. Sic οὐδ' ὁπωςτιοῦν infra p. 26. E. ap. Xen. Oecon. XIII. 12. Cyrop. VIII. 4, 9. Memorab. 1. 6, 11. al. Mox εἰ μὴ ἄρα, ut Lat. nisi forte, dicitur ironice; v. Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. p. 733. et Matthiae Gr. §. 617. c.

οὐ κατὰ τούτους εἶναι ῥήτωρ] Speciosa est Mureti sententia, qui Varr. Lectt. 3. III. οὐ delendum censuit. Sed recte iudicavit Fischerus declarare his verbis Socratem, se idem sentire cum accusatoribus de officio oratoris, ut vera dicat, sed non eadem facere, quae illi fecerint, qui falsa dixerint. Itaque οὐ κατὰ τούτους εἶναι ῥήτωρ est: me oratorem esse istorum dissimilem, quum ego vera dicam, non falsa.

ἤ τι ἢ οὐδὲν ἀληθὲς εἰρήκασιν] h. e. nihil propemodum veri dixerunt: sie haben wenig oder nichts Wahres gesagt. Nam usurpatur haec formula ita, ut negandi habeat potestatem; v. Valckenar. ad Herodot. III. 149., qui comparat Xenoph. Cyrop. VII. 5, 45: τούτων τῶν περιεστηκότων ἤ τινα ἢ οὐδένα οἶδα. Aelian. de Nat. Anim. VI. 50: ἴσασιν Αἰγυπτίων ἤ τις ἢ οὐδείς. VII. 8: θαυμάζει τις ἢ οὐδείς. cf. etiam Matth. Gr. §. 487. 8. Grammatici quum non caperent formulae vim et significationem, verba ἤ τι ἢ tanquam supervacanea deleverunt, ut factum est in cod. Vaticano, ubi quum olim scripta exstarent, a secunda manu expuncta sunt. Etiam De Rep. VI. p. 496. C. haec formula criticos in fraudem induxit. Deinde πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν recte Fischerus Latine reddidit omnem rem, sicuti revera se habet. Homer. Odyss.

Ἀθηναῖοι, κεκαλλιεπημένους γε λόγους, ὥςπερ οἱ τούτων,
C ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασιν, οὐδὲ κεκοσμημένους, ἀλλ' ἀκούσεσθε εἰκῆ λεγόμενα τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασι· πιστεύω γὰρ δίκαια εἶναι ἃ λέγω, καὶ μηδεὶς ὑμῶν προςδοκησάτω ἄλλως. οὐδὲ γὰρ ἂν δήπου πρέποι, ὦ ἄνδρες, τῇδε τῇ ἡλικίᾳ,

C. *καὶ ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τ. τρ.*] Sic Vind. 1. 2. 3. 6. Florr. b. e. i. Coisl. Par. B. alii. Vulgo *καὶ ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐπὶ τρ.* v. ann.

οἱ πολλοὶ ἀκηκόασι] *οἱ* deest in Bodl. Vat. Ven. b. Flor. d. g. h. Vind 1. 4. 6. Par. DS. At conf. p. 19. D. ubi Socrates

β. 122: *ἐγὼ τῷ πᾶσαν ἀληθείην κατέλεξα.* Iliad. ω'. 407: *πᾶσαν ἀληθείην κατάλεξον.*

κεκαλλιεπημένους γε λόγους —] *Καλλιεπεῖν*, de quo verbo vid. Valckenar. Diatrib. p. 291 ss., est uti oratione venusta et eleganti, eleganter dicere. Itaque *λόγοι κεκαλλιεπημένοι ῥήμασί τε καὶ ὀνόμασι* sunt orationes et sententiis venustis et verbis elegantibus compositae. Nam *ῥήματα* et *ὀνόματα* ita differunt, ut haec intelligantur singula nomina, illa autem sint nomina una cum praedicato; v. nostra ad Cratyl. p. 399. A. p. 431. B. et ad Sophist. p. 262. A. — Praeterea commemorat Socrates *λόγους κεκοσμημένους*, h. e. orationes ornatas, videlicet tropis, figuris, numero: in his enim rebus maxime cernitur *κόσμος* s. ornatus orationis. — *εἰκῆ λεγόμενα*, h. e. orationem subito ac sine praevia meditatione quasi profusam. — *τοῖς ἐπιτυχοῦσιν ὀνόμασι*, h. e. nullo verborum delectu instituto. Nam *τὰ ἐπιτυχόντα ὀνόματα* non sunt verba vulgaria atque trita, sed verba, quae sponte quasi se offerunt: die ersten besten Ausdrücke. Pro *ὥςπερ οἱ τούτων* ne quis *ὥςπερ τοὺς τούτων* requirat, v. de hoc genere loquendi ann. ad Phaedon. p. 111. A. Praeterea animadvertas verbum *ἀκούσεσθε* in secundo enuntiati membro post *ἀλλὰ* positum. Eadem verbi collocatio est Legg. XII. p. 951. E: *ἕκαστος δὲ τούτων μὴ μόνος, ἀλλ' ἔτ ω μετὰ νέου, κτλ.*

C. *δίκαια εἶναι ἃ λέγω*] ideoque me hoc recte facere posse, videlicet uti oratione incomta neque meditata. — *τῇδε τῇ ἡλικίᾳ*, h. e. hac aetate qua ego sum: quod connectas cum *εἰς ὑμᾶς εἰσιέναι.* Nam ad *πλάττοντι* sponte *ἐμοί* intelligitur. Male vulgo putant nomen abstractum, quod vocant, loco concreti positum: unde etiam addi potuerit *ὥσπερ μειρακίῳ*, cui deinde genere suo accommodetur *πλάττοντι.* Erat autem Socrates, quum publice accusaretur, septuagenarius, v. infra D. — *πλάττειν λόγους* est comere, ornare orationem; v. Ernesti Lex. Techn. Graec. Rhetor. p. 267 sq., ubi vocc. *πλάσις* et *πλάσμα* illustrantur. Demosth. de Coron. p. 268 ed. R. *τί λόγους πλάττεις;* — Pro *εἰς ὑμᾶς εἰσιέναι* dici poterat *εἰς τὸ δικαστήριον εἰσιέναι.* Prorsus eodem modo Demosth. adv. Midiam init. *ἀλλ' οὗτος μὲν ῥᾳδίως φέρει; πολλάκις εἰς ὑμᾶς εἰθισμένος εἰσιέναι*, et similiter infra Cap. XIX: *οὐ τολμῶ ἀναβαίνων εἰς τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον*, h. e. prodiens in concionem.

ὥςπερ μειρακίῳ, πλάττοντι λόγους εἰς ὑμᾶς εἰςιέναι. καὶ μέντοι καὶ πάνυ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι· ἐὰν διὰ τῶν αὐτῶν λόγων ἀκούητέ μου ἀπολογουμένου, δι' ὧνπερ εἴωθα λέγειν καὶ ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν, ἵνα ὑμῶν οἱ πολλοὶ ἀκηκόασι, καὶ ἄλλοθι, μήτε θαυμάζειν μήτε θορυβεῖν τούτου ἕνεκα. ἔχει γὰρ οὑ- D

item: μάρτυρας δ' — ὑμῶν τοὺς πολλοὺς παρέχομαι. Quamquam ibidem continuo subiungit πολλοὶ δ' ὑμῶν οἱ τοιοῦτοι: unde haec in codd. illis correcta videntur.

Quod monemus, quo melius intelligatur, qua ratione et caussa nitatur hic usus praepositionis εἰς. Nam perperam nonnulli eam opinati sunt pro praep. πρὸς positam esse.

καὶ παρίεμαι] In cod. Vindob. quodam adscriptum est glossema: ἢ οὐ παραιτοῦμαι. In cod. Bodl. superscriptum legitur παραιτοῦμαι. Phavorinus: παρίεσθαι τοῦτο δοκεῖ τοῦ παραιτεῖσθαι δύναμιν ἔχειν. τοῦτο ὑμῶν δέομαι καὶ παρίεμαι. Timaeus Gloss. Platon. p. 207: παρίεμαι· παραιτοῦμαι: ad quem locum Ruhnkenius: „Huius rarissimae notionis ratio, inquit, nondum, quod sciam, explicata, pendet ab indole mediorum. Ut ἵημι et ἐφίημι est mitto, ἵεμαι et ἐφίεμαι mitti mihi volo, id est cupio, peto; sic παρίημι admitto, παρίεμαι ad me admitti volo, id est, precor, deprecor." Aliter Astius ad Polit. I. 15. p. 341. C.; aliter etiam Fischerus ad h. l.

καὶ ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν] Verba καὶ ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν respondent proximis illis καὶ ἄλλοθι. Nec recte scribebatur καὶ ἐν ἀγορᾷ καὶ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν, quia αἱ τράπεζαι in foro fuerunt. Itaque verba ἐπὶ τῶν τραπεζῶν subiecta sunt explicationis caussa, usu satis frequenti. Plane eodem modo in Hippia min. p. 368. B: ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ ταῖς τραπέζαις· ubi quod ἐπὶ cum dativo coniunctum legitur, quum hoc loco genitivus ponatur, notandum est ἐπὶ, ad prope significans, cum utroque casu construi solere. cf. Rost. Gr. §. 110. adnot. 2. p. 560. ed. 7. Intelliguntur autem mensae nummulariorum, quae etiam alibi, velut apud Demosthen. T. II. p. 470. p. 472. p. 946. Isocrat. p. 449. p. 450. p. 704 ed. Reisk. simpliciter αἱ τράπεζαι vocantur; atque inde dicti sunt τραπεζῖται s. mensarii. Quoniam autem ad illas mensas versabantur fere homines nobiles, divites et opulenti, facile est ad intelligendum, cur Socrates dicat se a iudicibus ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ τῶν τραπεζῶν auditum esse. Nam iudices non erant homines infimae sortis.

καὶ ἄλλοθι] h. e. in officinis et palaestris. Apte Fischerus comparat Aristid. Orat. Platon. II. p. 223. T. II ed. Ieb.: ὅ τι πλεῖστα Ἀθηναίων ἐπὶ τῶν τραπεζῶν καὶ τῶν ἐργαστηρίων διελέγετο. Dion. Chrysost. Orat. LIV. p. 557. C ed. Morell.: περί τε τὴν ἀγορὰν τὰ πολλὰ διατρίβων καὶ εἰς τὰς παλαίστρας εἰςιὼν καὶ πρὸς ταῖς τραπέζαις καθεζόμενος. Adde Xenoph. Mem. I, 1, 10.

D. μήτε θορυβεῖν] θορυβεῖν dicitur de tumultu omnis generis, ut quum iudices capita conserunt, et fremunt, et loquuntur ita, ut audiri possit. Est

τωσί. νῦν ἐγὼ πρῶτον ἐπὶ δικαστήριον ἀναβέβηκα, ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα· ἀτεχνῶς οὖν ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως. ὥςπερ οὖν ἄν, εἰ τῷ ὄντι ξένος ἐτύγχανον ὤν, ξυνεγιγνώσκετε δήπου ἄν μοι, εἰ ἐν ἐκείνῃ τῇ φωνῇ τε καὶ
18 *τῷ τρόπῳ ἔλεγον, ἐν οἷςπερ ἐτεθράμμην, καὶ δὴ καὶ νῦν τοῦτο ὑμῶν δέομαι δίκαιον, ὥς γ' ἐμοὶ δοκῶ, τὸν μὲν τρόπον τῆς λέξεως ἐᾶν — ἴσως μὲν γάρ τι χείρων, ἴσως*

D. *ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα*] Bodl. Vind. 1. 4. Flor. d. g. h. Par. DST. om. *πλείω*. In Ven. b. *πλείω ἢ* superscriptum est. Non tamen dubito, quin recte servatum sit ab aliis. Videlicet ad vim oratoriam *πλείω* utique requiritur, quod videntur delevisse critici religiosiores, qui Criton. p. 52. E. meminissent simpliciter septuaginta annorum mentionem fieri. Accedit quod Socrates utique annum aetatis septuagesimum duorum ferme annorum spatio supergressus est, sicuti ostendit Boeckh. Corp. Inscriptt. II. p. 341. coll. Hermann. De theoria Del. p. 7.

P. 18. *ὥς γ' ἐμοὶ δοκῶ*] Sic Vind. 1. 6. Ven. b. Par. DS. Vett. editt. *γέ μοι*.

autem formula oratorum solemnis, *μὴ θορυβεῖτε*, quum quid dicturi sunt, quod audientibus displiceat, v. infra p. 20. E. p. 21. A. coll. Iacobs. ad Eurip. Med. v. 550. ed. Pflugk.

ἔτη γεγονὼς πλείω ἑβδομήκοντα] Non opus est, ut *ἢ* post *πλείω* addatur, de cuius omissione v. Matth. Gr. §. 455. 4. Rost. Gr. v. 97. 9. a. aa. Serranus vertit: annos plus sexaginta natus, ut videatur *πλείω ἑξήκοντα* legisse. Nisi forte hunc numerum de sola coniectura posuit, quum satis constet fuisse qui Socratem narrarent obiisse sexagenarium, teste Laertio II, 45. Sed recte Fischerus *ἑβδομήκοντα* ita tuetur, ut conferri iubeat Criton. c. 14. p. 52. E. Maximum Tyr. 39. p. 412. et Laert. II. 44. ibique Menagium. *Ἀναβαίνειν* hoc sensu positum exinde explicandum est, quod in locis iudicio destinatis bina erant suggesta s. *βήματα*, in quibus actor et reus caussam suam perorantes versabantur. v. Schömann. De ordine iudicior. Atticor. p. 148. sq. Sic infra p. 33. D. 36. A. 40. B. 34. C. D.

ἀτεχνῶς οὖν ξένως ἔχω] De hoc usu v. *ἀτεχνῶς* diximus ad Ion. p. 534. E. Genitivi rationem illustrant Matth. §. 337. et Rost. p. 552. aa. ed. 7. — *ἡ ἐνθάδε λέξις*, genus dicendi iudiciale.

ὥςπερ οὖν ἄν, εἰ —] In talibus *ἂν* referri oportet ad apodosin, ubi non sine caussa iteratur. De qua iteratione cf. Rost. §. 120. not. 4. Quocirca locus ita accipiendus est, ac si scriptum esset: *ὥςπερ οὖν ἂν ξυνεγιγνώσκετε δήπου μόνοι, εἰ τῷ ὄντι ξένος ἐ. ὤν*. Invaluit autem haec ratio in *ὥςπερ ἂν εἰ κτλ.* adeo, ut propemodum constans et legitima sit.

ἐν ἐκείνῃ τῇ φωνῇ — ἐτεθράμμην] Intelligitur lingua sive dialectus patria et dicendi ratio a foro Attico aliena. Quatenus peregrinis atque sociis licuerit Athenis caussas suas agere, disputant Meier et Schö-

δὲ βελτίων ἂν εἴη — αὐτὸ δὲ τοῦτο σκοπεῖν καὶ τούτῳ τὸν νοῦν προσέχειν, εἰ δίκαια λέγω, ἢ μή· δικαστοῦ μὲν γὰρ αὕτη ἀρετή, ῥήτορος δὲ τἀληθῆ λέγειν.

Cap. II. *Πρῶτον μὲν οὖν δίκαιός εἰμι ἀπολογήσασθαι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρὸς τὰ πρῶτά μου ψευδῆ κατηγορημένα καὶ τοὺς πρώτους κατηγόρους, ἔπειτα δὲ πρὸς τὰ ὕστερα καὶ τοὺς ὑστέρους. Ἐμοῦ γὰρ πολλοὶ* B

μὲν γάρ τι χείρων] Plurimi libri probantibus nuperis editoribus cum Bodl. τι om., quod recte Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. servant.

δικαστοῦ μ. γ. αὕτη ἀρετή] αὕτη ἡ ἀρετή Vat. Ven. b. et Par. DST. Sed articulum verisimile est natum esse ex ignoratione usus loquendi, de quo infra exposuimus.

Cap. II. καὶ τοὺς πρ. κατηγ.] Ita codd. fere omnes loco vulg. καὶ πρὸς τοὺς πρ. κ. Statim post πρὸς τὰ ὕστερα e Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. restitutum pro vulg. πρὸς τὰ ὕστερον.

mann. Process. Attic. p. 561 sqq. 777 sqq. Boeckh. Oecon. Att. Vol. I. p. 433 sq. Hermann. Antiquitatt. Gr. §. 11 B. — Deinde liberior est orationis conformatio, quandoquidem pro καὶ δὴ καί, et vero etiam, proprie dicendum fuit οὕτω καὶ νῦν, ut recte iudicavit Fischerus. Infinitivi ἐᾶν et σκοπεῖν per epexegesin pronomini τοῦτο additi sunt, de quo loquendi genere v. Heindorf. ad Phaedon. p. 79. Matth. ad Eurip. Phoeniss. v. 520. Krueger. post Dionys. Hal. p. 292. Bornemann. ad Xenoph. Anabas. I, 1, 7. Quippe τοῦτο δίκαιον i. q. τοῦτο ὥς δίκαιόν τι. Similiter cap. V. ταυτί μοι δοκεῖ δίκαια λέγειν ὁ λέγων. Protagor. p. 318. B: τοῦτο μὲν οὐδὲν θαυμαστὸν λέγεις. v. Matthiae Gr. §. 470.

P. 18. αὕτη ἀρετή] Articulo addito verba ita connectenda sunt: αὕτη ἡ ἀρετὴ (sc. ut videat, utrum vera dicantur necne) δικαστοῦ ἐστιν. Sed omitti etiam potuit articulus, hoc sensu: denn dieses ist die Tugend eines Richters. Nam pronomen ubi pro subiecto habendum est, substantivnm autem praedicati locum obtinet, articulus omittitur. Genus loquendi nuper docte illustravit Engelhardtus ad Lachet. §. 1., multo ante illustraverat Reisig. Coniect. in Aristoph. p. 177 sqq. cfr. p. 24. B. Phaed. p. 97. A. Sympos. p. 179. C. Prot. p. 344. E. Phileb. p. 16. C. 65. D. Legg. III. p. 702. C. IV. 706. C. X. 810. C. 908. D. 888. B. 897. D. al. Falsus est, qui nuper contendit, ἀρετὴ non pro praedicato sed pro subiecto habendum esse. Error vel exinde intelligitur, quod praedicati notio debet patere latius.

Cap. II. δίκαιός εἰμι ἀπολογήσασθαι] De constructione v. Matth. §. 296. Rost. §. 126. not. 2. Deinde verba ita cohaerent: πρὸς τὰ πρῶτα κατηγορημένα μου ψευδῆ, i. e. ὡς ψευδῆ. Idem vero intelligitur ad πρὸς τὰ ὕστερα, ut miremur

κατήγοροι γεγόνασι πρὸς ὑμᾶς καὶ πάλαι πολλὰ ἤδη ἔτη καὶ οὐδὲν ἀληθὲς λέγοντες· οὓς ἐγὼ μᾶλλον φοβοῦμαι ἢ τοὺς ἀμφὶ Ἄνυτον, καίπερ ὄντας καὶ τούτους δεινούς. ἀλλ' ἐκεῖνοι δεινότεροι, ὦ ἄνδρες, οἳ ὑμῶν τοὺς πολλοὺς ἐκ παίδων παραλαμβάνοντες ἔπειθόν τε καὶ κατηγόρουν ἐμοῦ οὐδὲν ἀληθὲς, ὡς ἔστι τις Σωκράτης, σοφὸς ἀνήρ, τά τε μετέωρα φροντιστής, καὶ τὰ ὑπὸ γῆς ἅπαντα ἀνεζητη-

B. ἐμοῦ οὐδὲν ἀληθές] Bodl. Ven. b. Vind. 6. Par. ST. ἐμοῦ μᾶλλον οὐδὲν ἀλ., quod errore ortum. Nam alia res est infra p. 18. E. ad quem locum Turicenses provocant. Hermannus verba μᾶλλον οὐδὲν ἀληθές ut suspecta uncis inclusit.

Σωκράτης, σοφὸς ἀνήρ] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. Par. DS. Vulgo ἀνὴρ σοφός.

τὰ ὑπὸ γῆς] Sic cum edit. Bas. 2. Bodl. codd. omnes praeter Ven. Ξ. Vind. 2. 5. Flor. c. d. et paucos alios. Vulgo ὑπὸ γῆν. conf. p. 19. B. p. 23. D. Pro ἅπαντα, quod habent Bodl. Ven. b. Flor. d. g. h. Vind. 6. Par. DS., vulgo erat πάντα.

acumen Hirschigii voc. ψευδῆ delentis, quia alioquin τὰ ὕστερα intelligenda sint, non ψευδῆ.

B. καὶ πάλαι πολλὰ ἤδη ἔτη] Verba πολλὰ ἔτη addita sunt ἐκ παραλλήλου. Quum enim πάλαι non semper de tempore diu praeterito dicatur, sed saepe etiam de spatio temporis brevi, de annis, mensibus, diebus; necesse erat huius vocabuli notionem accuratius definiri. Recte Phavorinus: πάλαι οὐκ ἀεὶ μακρὸν χρόνον σημαίνει, ἀλλ' ἔστιν οὗ καὶ πρόσφατον Ἀττικῶς. vid. Abresch. Dilucidd. Thucydid. III. 89. Aristoph. Avv. v. 1620., οὐκ οἶσθ' ἐξαπατώμενος πάλαι, i. e. modo, ubi male correxerunt πάλιν. Eodem modo Latinorum dudum et iamdudum frequentari docuerunt Drakenborch. ad Silium Ital. XI. 373. et Broukhusius ad Tibull. III. 6. extr. Hoc autem dicit: Multi enim apud vos mei accusatores exstiterunt, qui quum iam dudum multosque per annos me criminati sint, tum nihil veri afferunt. Sic p. 23. E. καὶ πάλαι καὶ σφοδρῶς διαβάλλοντες.

ἢ τοὺς ἀμφὶ Ἄνυτον] h. e. Anytum eiusque socios, Meletum et Lyconem. De loquendi genere v. Matth. §. 272. et Rost. §. 98. 5. b. γ. et annot. 13. Quod autem Anytus potissimum nominatur, eius rei caussa haec esse videtur, quod is, quum plurimum apud populum valeret, tum acerrimus fuit Socratis inimicus, atque in iudicio imprimis verba fecit, ita ut defensio Platonica maxime in illo confutando versari videatur. v. infra p. 29. B. 31. A. 36. A. coll. annot. ad p. 23. E. Diog. Laert. II. 18. Xenoph., quae fertur, Apolog. Socrat. §. 29. Liban. Apolog. Socrat. I. p. 642. coll. Men. p. 90 sqq. et 99. E.

ἀλλ' ἐκεῖνοι δεινότεροι—] Conf. Cap. III. ibique ann.

παραλαμβάνοντες] tanquam in disciplinam recipientes.

τά τε μετέωρα φροντιστής κτλ.] φροντιστὴς quum idem sit quod φροντίζων, accu-

κῶς, καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιῶν. οὗτοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταύτην τὴν φήμην κατασκεδάσαντες, οἱ δεινοί C
εἰσί μου κατήγοροι· οἱ γὰρ ἀκούοντες ἡγοῦνται τοὺς ταῦτα ζητοῦντας οὐδὲ θεοὺς νομίζειν. ἔπειτά εἰσιν οὗτοι οἱ κατήγοροι πολλοὶ καὶ πολὺν χρόνον ἤδη κατηγορηκότες, ἔτι δὲ καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ λέγοντες πρὸς ὑμᾶς, ἐν ᾗ ἂν μάλιστα ἐπιστεύσατε, παῖδες ὄντες, ἔνιοι δ' ὑμῶν καὶ μει-

C. καὶ πολὺν χρόνον ἤδη] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 3. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. Vett. editt. cum Bekker. καὶ πολὺν ἤδη χρόνον, quae etsi vulgaris est verborum collocatio, ut p. 18. B. p. 31. B., tamen quod codd. suppeditarunt nolui aspernari, praesertim quum non careat idonea ratione. Nimirum πολὺν χρόνον unam efficit notionem. Et suppetunt sane etiam alia istius verborum collocationis exempla, ut Hirchigius fallatur mirifice codicum optimorum scripturam loquendi consuetudini adversari existimans. conf. De Rep. II. 365. D. τὸν ἅπαντα χρόνον ἤδη δ.
παῖδες ὄντες, ἔνιοι δ' ὑμῶν] Sic Bodl. Ven. b. Flor. h. Parr. DS. Vulgo δ' aberat.

sativum adsciscit; vid. Matthiae Gr. §. 422. Bernhardy Syntax. p. 114. Rost. Gr. §. 137. 3. a. Sequentia iunge: καὶ τὰ ὑπὸ γῆς ἀναζητητικῶς ἅπαντα. De ipsa criminatione v. Aristoph. Nubb. v. 100. v. 189 sqq. v. 359. Xenoph. Sympos. VI. 7. coll. Ruhnken. ad Mem. I. 2, 31. Putant autem quidam Socratem iuvenili quidem aetate subtilibus illis philosophorum de natura disputationibus operam dedisse: quod colligunt ex Phaedon. p. 97 sqq. cf. Xenoph. Memorab. IV. 7. De quo v. Prolegg.

καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιῶν] v. Arist. Nubb. v. 99 sqq. Cicero in Bruto c. 8: docere, quemadmodum caussa inferior dicendo fieri superior possit. Sophistis hoc proprium fuisse quum aliunde, tum ex Gellio constat, qui Noct. Att. V. 3. de Protagora: Pecuniam quippe, inquit, ingentem quum a discipulis exigeret annuam, pollicebatur se id docere, quanam verborum industria caussa infirmior fieret firmior, quam rem Graece ita dicebat, τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. conf. Aristot. Rhetor. II. c. 24 extr.

C. ταύτην τὴν φήμην κατασκεδάσαντες] Heindorfius scribendum suspicabatur: οἱ ταύτην τ. φ. κ. Sed articulo non opus est, quum participium indicet caussam et rationem, qua istud accusatorum genus Socrati imprimis periculosum exstiterit. Isti, inquit, quod eam famam sparserunt, graves et periculosi illi mei accusatores exstiterunt. De formula φήμην κατασκεδάσαι v. Pierson. ad Moer. p. 219.

οὐδὲ θεοὺς νομίζειν] h. e. ne deos quidem esse credere, v. ad Euthyphron. p. 13.

ἐν ᾗ ἂν μάλιστα ἐπιστεύσατε] qua iis facillime credidissetis, siquidem vobis potuissent persuadere, quod tamen non potuerunt. Nam quod

ῥάκια, ἀτεχνῶς ἐρήμην κατηγοροῦντες, ἀπολογουμένου οὐδενός. ὃ δὲ πάντων ἀλογώτατον, ὅτι οὐδὲ τὰ ὀνόματα οἷόν
D τε αὐτῶν εἰδέναι καὶ εἰπεῖν, πλὴν εἴ τις κωμῳδοποιὸς τυγχάνει ὤν. ὅσοι δὲ φθόνῳ καὶ διαβολῇ χρώμενοι ὑμᾶς ἀνέπειθον, οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ πεπεισμένοι ἄλλους πείθοντες, οὗτοι πάντες ἀπορώτατοί εἰσιν· οὐδὲ γὰρ ἀναβιβάσασθαι οἷόν τ' ἐστὶν αὐτῶν ἐνταυθοῖ οὐδ' ἐλέγξαι οὐδένα, ἀλλ' ἀνάγκη ἀτεχνῶς ὥςπερ σκιαμαχεῖν ἀπολογούμενόν τε καὶ ἐλέγχειν μηδενὸς ἀποκρινομένου. Ἀξιώ-

D. *εἴ τις κωμῳδοποιὸς τ.*] V. *κωμῳδιοποιός*, quod e Vat. Ven. Ξ. a. b. Flor. d. g. h. Vind. 1. 2. 5. 6. Zitt. Par. emendatum. v. Pierson. ad Moer. p. 240., qui censuit vulgarem formam e Platonis scriptis ubique expellendam esse. v. ad Phaedon. p. 70. B. Sympos. p. 223. D. al. Libri tamen Platonis iudicium critici dubium reddunt. Itaque facile accedamus Schneidero ad Remp. X. p. 606. C. Platoni utramque formam impertienti. Hoc loco utri generi codicum obtemperandum sit, dubitare licebit, quum Va-

sect. B. scriptum est: *παραλαμβάνοντες ἔπειθον*, id de conatu operae accipiendum.

ἀτεχνῶς ἐρήμην κατηγ.] *ἐρήμη* (*δίκη*) est vadimonium desertum, quum reus in iudicio non compareret. v. Hesych. et Phavorin. h. v. Dicebatur hoc *εἰς τὴν κυρίαν οὐκ ὀφθῆναι* vel *μὴ ἀπαντῆσαι*. v. Pollux. Onom. VIII. 60. Itaque *ἐρήμην κατηγορεῖν* est accusare reum absentem, quum vadimonium deseruit. v. Petitus ad Legg. Attic. p. 317. Hudtwalker de Diaetetis Athen. p. 99 sqq. Meier et Schoemann. l. c. p. 753 sqq. Cuius rei notio gravius etiam effertur ac simul declaratur additis verbis: *ἀπολογουμένου οὐδενός*, quae nuper acutulus criticus audacter deletum ivit. Voc. *ἀτεχνῶς* in comparationibus solemne; v. ad p. 30. E.

D. *πλὴν εἴ τις κωμῳδοποιὸς τ.*] Nam Comici quum omnino philosophis essent infesti, tum etiam Socratem ludibrio habuerunt. Quod quidem praeter Aristophanem, de quo ad c. 3. dicetur, fecisse narrantur Cratinus in Panoptis, Amipsias in Conno, quae fabula una cum Nubibus Aristophanis commissa est, Eupolis, a quo Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 97. auctor est Socratem hic et illic vehementissime fuisse correptum, alii. Schol. ad Nubb. l. c. etiam Diphilum nominat, quem tamen Meinekius Hist. Crit. Com. p. 449. censet non comicum fuisse poëtam, sed potius iambicum et ipso Aristophane antiquiorem. Conf. Diog. Laërt. II. 16. Olympiodor. ad Phaedon. p. 70. B. et quae testimonia protulit Fritschius Quaestionn. Aristoph. De Socrate veterum Comicorum p. 196 sqq.

φθόνῳ καὶ διαβολῇ χρώμενοι] i. e. *φθονοῦντες καὶ διαβάλλοντες*. De verbo *χρῆσθαι* cum substantivis ita coniuncto, ut alius verbi periphrasin faciat, vide Hemsterhusium ad Callimach. Hymn. in Dian. v. 69. — Deinde sequitur *οἱ δὲ*, quasi post *ὅσοι δὲ* illatum esset *οἱ μέν*, de qua loquendi ratione v. ad Protag. p. 320. A 331. B.

ἀπορώτατοί εἰσι] h. e. tales, qui minime possint oppugnari et convinci.

σατε οὖν καὶ ὑμεῖς, ὥςπερ ἐγὼ λέγω, διττούς μου τοὺς κατηγόρους γεγονέναι, ἑτέρους μὲν τοὺς ἄρτι κατηγορήσαντας, ἑτέρους δὲ τοὺς πάλαι, οὓς ἐγὼ λέγω, καὶ οἰήθητε E
δεῖν πρὸς ἐκείνους πρῶτόν με ἀπολογήσασθαι· καὶ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνων πρότερον ἠκούσατε κατηγορούντων, καὶ πολὺ μᾶλλον ἢ τῶνδε τῶν ὕστερον.

Εἶεν. ἀπολογητέον δή, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἐπι- 19
χειρητέον ὑμῶν ἐξελέσθαι τὴν διαβολήν, ἣν ὑμεῖς ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔσχετε, ταύτην ἐν οὕτως ὀλίγῳ χρόνῳ. βουλοί-

ticanus Bodleiano fere auctoritate par sit.

διττούς μου τοὺς κατηγόρους] τοὺς om. Ald. Bas. I. Steph. invitis codd. fere omnibus. Paullo ante τε post ἀπολογούμενον deest in Vat. Flor. d. Par. C. erasa est in Par. B. Flor. a. Sed non opus est mutatione.

P. 19. *ἐν πολλῷ χρόνῳ ἔσχετε*] V. ἔχετε, quod e Ven. b. Par. DS. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h. emendatum. Dein vett. editt. ἐν οὑτωσὶ ὀλίγῳ χρ. Sed οὕτως praebuerunt Bodl. Vat. Ven.

Sic Lysid. p. 223. B: ἄποροι προςφέρεσθαι dicuntur quibuscum colloqui et agere difficile est; conf. Thucyd. IV. 32. ibiq. Schol. Est igitur Germanicum: unzugänglich.

ἀναβιβάσασθαι — ἐνταυθοῖ] ἀναβιβάζειν est aliquem adscendere iubere, producere, et quidem nomine et iussu alieno aut in usum alienum. Itaque ἀναβιβάζεσθαι est id facere ipsum nomine suo suaque ipsius caussa. Unde intelligitur, cur Plato usus sit verbo medio. Dicitur autem ἀναβιβάζεσθαι eandem ob caussam atque ἀναβαίνειν, de quo v. ad p. 17. E. In proximis inest ἀνακολουθία quaedam iudicio Stephani: nam concinnitatis leges iubebant dici, ut ait, aut ὥςπερ σκιαμαχοῦντα ἀπολογεῖσθαί τε καὶ ἐλέγχειν, aut ὥςπερ σκιαμαχεῖν ἀπολογούμενόν τε καὶ ἐλέγχοντα. Sed ubi rem diligentius consideraveris, nullam structurae mutationem factam esse animadvertes. Nam verba σκιαμαχεῖν ἀπολογούμενον arctius cohaerent, ita ut iis τε recte subiiciatur: respondent autem iis haec ἐλέγχειν μηδενὸς ἀποκρινομένου. Rem acu tetigit I. Fr. Fischerus. Prorsus eodem modo Reipubl. V. p. 470. C: πολεμεῖν μαχομένους τε φήσομεν καὶ πολεμίους φύσει εἶναι et Legg. IX. p. 854. A: παρακαλοῦσα μηθ' ἡμέραν τε καὶ ἐπεγείρουσα νύκτωρ, ubi exspectet aliquis potius καθ' ἡμέραν τε παρακαλοῦσα καὶ νύκτωρ ἐπεγείρουσα. Sed his ac similibus neglectis Hirschig. audacter ἐλέγχοντα scripsit, depravato etiam loco Reipublicae a nobis allato.

ἀξιώσατε οὖν καὶ ὑμεῖς] h. e. existimate igitur et vos. Verbum ἀξιοῦν illustravit Buttmannus ad Demosth. or. Midian. p. 165.

P. 19. *Εἶεν. ἀπολογητέον δή*] Isto εἶεν utuntur Attici, quum volunt significare se nolle amplius de superioribus dicere, sed transire ad alia. Pluribus de hac re disputavi ad Euthyphron. p. 88 sq. ed. Lips. Interdum etiam simpliciter est transeuntis, ut mox p. 19. B.

ἐξελέσθαι τὴν διαβολήν] h. e. adimere et evellere animis vestris malam

μην μὲν οὖν ἂν τοῦτο οὕτω γενέσθαι, εἴ τι ἄμεινον καὶ ὑμῖν καὶ ἐμοί, καὶ πλέον τί με ποιῆσαι ἀπολογούμενον· οἶμαι δὲ αὐτὸ χαλεπὸν εἶναι, καὶ οὐ πάνυ με λανθάνει, οἷόν ἐστιν. ὅμως τοῦτο μὲν ἴτω ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον, τῷ δὲ νόμῳ πειστέον καὶ ἀπολογητέον.

Cap. III. *Ἀναλάβωμεν οὖν ἐξ ἀρχῆς, τίς ἡ κατηγορία ἐστίν, ἐξ ἧς ἡ ἐμὴ διαβολὴ γέγονεν, ᾗ δὴ καὶ πι-*

b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Rarr. BCDS. Hirchig. *οὕτω* etiam ante *πολλῷ χρόνῳ* inculcavit, praeter necessitatem.

τοῦτο μὲν ἴτω] Ald. Bas. I. *ἤτω*, quam formam repudiandam esse docuit Buttm. Gr. Ampl. T. I. p. 550. ed. 1. Verum praebuerunt Bas. 2. Stephan. et codd. quum optimi tum longe plurimi, pro quo Hirschig. de suo dedit *ἔστω*. Ceterum vett. editt. et recc. omnes. *ὅμως δὲ τοῦτο μ.* Sed *δὲ* om. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor d. g. h. Par. DS. nec puto a quoquam desideratum iri.

B. *τίς ἡ κατηγορία ἐστίν*] *ἐστίν*, vulgo omissum, cum Bas. 2. tuentur Bodl. Vat. Ven. a. b. Vind. 1. 6. Florentini et reliqui omnes praeter Vind. 2. 3. 4. 5.

πιστεύων Μέλητος] Sic Bodl. Ven. b. Vind. 1. Par. D. Flor. b. e. i. Angel. et quem Bekker. g. signavit. Vulgo *Μέλιτος*. Eustathius tamen ad Odyss. v. 106. p. 42. T. II. ed. Lips. *Μέλιτος* defendit a nomine *μέλι* deducens. Sed ita paenultimam brevem esse conveniebat, quae apud Aristophanem producta habetur. Forma *Μέλητος* quum non modo optimis codd. apud Platonem, Xenophontem, Lucianum, Aristotelem, Libanium, alios, sed etiam titulis et inscriptionibus (v. Bentlei. Resp. ad Boyl. p. 167.

de me opinionem, ut p. 24. A. 28. A. 20. D. 21. B. Nimirum *διαβολή* h. l. est mala opinio, suspicio, quatenus falsis criminationibus excitata est. Hesychius: *Διαβολή· ὑπόπτευσις ἢ ὑπόληψις.* Quoniam autem Socrates eximenda hac iudicum de se opinione sibi proderat et consulebat, facile patet, cur Plato scripserit *ἐξελέσθαι*, non *ἐξελεῖν*. — In verbis *ταύτην ἐν οὕτως ὀλίγῳ χρόνῳ* animadvertenda est gravitas orationis, quae partim inest in pronomine *ταύτην*, partim in oppositione verborum *ἐν πολλῷ χρόνῳ* et *ἐν οὕτως ὀλίγῳ χρόνῳ* cf. p. 24. A. Est autem *ὀλίγος χρόνος* clepsydra definitus. v. Schömann. Antiqq. p. 282.

τοῦτο οὕτω γενέσθαι —] Verbo *οὕτω γενέσθαι* accuratius definiuntur sequentibus verbis: *καὶ πλέον τί με ποιῆσαι ἀπολογούμενον*, aliquid proficere, h. e. efficere, ut vos malam de me opinionem abiiciatis bonamque suscipiatis. De formula *ἄμεινόν ἐστιν* v. ad Criton. p. 54. B.

τοῦτο μὲν ἴτω] exitum, s. eventum habeto. Loquendi genus illustravit Hemsterhus. ad Callim. Hymn. in Del. v. 128. p. 170. ed Ern.

Cap. III. B. *Μέλητός με ἐγράψατο τὴν γραφὴν ταύτην*] *γραφή* in foro Attico semper dicitur de caussis publicis, quum quis accusatur de criminibus ad totam rempublicam pertinentibus; sed *δίκη* de caussis omnibus, et privatis et publicis: verum ubi *δίκη* refertur ad *γραφήν*, semper significat caussas privatas. v. Schömann Anti-

στεύων Μέλητός με ἐγράψατο τὴν γραφὴν ταύτην. Εἶεν. τί δὴ λέγοντες διέβαλλον οἱ διαβάλλοντες; ὥσπερ οὖν κατηγόρων τὴν ἀντωμοσίαν δεῖ ἀναγνῶναι αὐτῶν· Σωκράτης ἀδικεῖ καὶ περιεργάζεται ζητῶν τά τε ὑπὸ γῆς καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιῶν, καὶ ἄλλους ταὐτὰ ταῦτα διδάσκων. Τοιαύτη τίς ἐστι· ταῦτα γὰρ ἑωρᾶτε B C

Dobree ad Arist. Rann. v. 1336. p. 371. ed. Lips. Porson. ad Argum. Nubb. ibid. p. 249. Kidd. ad Dawes. Misc. p. 488) satis muniatur, certe non est, cur in controversiam vocetur. Quod ne ita quidem faciendum putamus, ut accusatorem Socratis Melitum, alios autem cognomines (de quibus v. ad p. 23. E.) Meletos, appellatos esse statuamus, sicuti placuit Forchhamero Die Athener u. Socrates p. 81 sq. et Welckero: Griech. Tragoed. p. 973. Codd. enim optimi quique etiam apud eos scriptores, ubi de accusatore Socratis mentionem fieri manifestum est, hominem Meletum, non Melitum, nominatum fuisse liquido testantur. His igitur plus tribuendum quam meris novitiorum criticorum opinionibus. Formam *Μελιτίδαι* apud Arist. Rann. v. 991. corruptam esse et in *Μελητίδαι* mutandam docuit nuper Dindorf. in edit Oxon. Fallitur ergo Brunck. ad Rann. v. 991. et 1337. ad cuius auctoritatem alterius formae defensores provocare non debebant.

τά τε ὑπὸ γῆς] Ven. Ξ. cum Steph. *γῆν*: ceteri genitivum tuentur. v. p. 18. B. Dein Bodl. Flor. g. h. Vind. 6. Ven. b. Vat. *καὶ οὐράνια*, ut ediderunt Turicenses. Sed praeferendum *καὶ τὰ ἐπουράνια* vel propter oppositionem verborum *τὰ ὑπὸ γῆς*.

ἄλλους ταὐτὰ ταῦτα διδάσκων] V. *ἄλλους ταῦτα δι-*

quitatt. Juris publici Graec. p. 270 sq. et nostra ad Euthyphron. p. 5 sq., ubi est, *γραφήν σέ τις, ὡς ἔοικε, γέγραπται*. De constructione v. Matthiae Gr. §. 370.1. §. 492. e. Rost. Gr. §. 104. 4. c. Synt. p. 122. *ἀναλάβωμεν ἐξ ἀρχῆς*, repetamus ab initio.

ὥσπερ οὖν κατηγόρων — αὐτῶν] Sententia haec est: debet accusatio eorum ut libellus accusatorum proprie dictorum recitari. Timaeus Gloss. Platon. p. 38. *ἀντωμοσία· γραφὴ κατά τινος ἔνορκος περὶ ὧν ἠδικῆσθαί φησι*: ubi v. Ruhnkenius. *Ἀντωμοσία* proprie est iusiurandum, vel actoris, quum iurat se iustis de caussis et sine calumnia litem alteri intendere; vel rei, quum iurat se esse innocentem, ut bene docuit Fischerus ad h. l. Deinde ita vocata est formula accusationis scripta s. libellus, qui traditur iudici ab actore: qua potestate ponitur etiam infra c. XI. et apud Diog. Laërt. II. 40: *ἡ δ' ἀντωμοσία τῆς δίκης τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον· ἀνάκειται γὰρ ἔτι καὶ νῦν, φησὶ Φαβωρῖνος, ἐν τῷ μητρῴῳ.* conf. Ruhnk. ad Tim. p. 38. Meier. et Schömann. Process. Attic. p. 624 sq.

περιεργάζεται] *περιεργάζεσθαι* proprie est curiose aliquam rem tractare adeoque nimium studii in aliqua re ponere. v. Theoph. Charact. XIII. *περὶ περιεργίας*. cf. Perizon. ad Aelian. V. H. II. 44; deinde curare ea, quae nihil ad te pertineant; curare res inanes, vanas, inutiles, ut h. l.

καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ Ἀριστοφάνους κωμῳδίᾳ, Σωκράτη τινὰ ἐκεῖ περιφερόμενον, φάσκοντά τε ἀεροβατεῖν καὶ ἄλλην

δασκων, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 4. Flor. b. Par. DS. mutatum.

C. ἐν τῇ Ἀριστοφάνους κωμῳδίᾳ] In Nubibus primis, quae fabula acta est circiter quattuor et viginti annis ante Socratis damnationem, Olymp. 89. 1. Archonte Isarcho, Dionysiis. Videtur autem Socrates in illa fabula huc et illuc delatus esse, et interrogatus, quid ageret, respondisse se per aërem incedere. Quorsum fortasse pertinent etiam quae in superstite fabula leguntur v. 226 sqq., ubi, dum in κρεμάθρᾳ meditabundus haeret, a Strepsiade rogatus, quid moliatur, respondet, ἀεροβατῶ. Quamquam videtur poeta in altera Nubium editione nonnulla pro consilio suo mutavisse, de qua re v. praeter alios Fr. Volckm. Fritschium. Quaest. Aristophann. p. 131 sqq. et p. 115 sqq. atque Hermannum Praefat. ad secund. edit. Nubium p. XIII sqq. Iniuria vero ex hoc loco collegerunt viri docti Aristophanis fabulam imprimis effecisse, ut Socrates vulgo tanquam morosus et ineptus rerum inanium scrutator suspectus haberetur, adeoque tanquam sophista et calumniator capitis supplicio afficeretur. Nam et multum temporis iam effluxerat, ex quo acta erat Nubes, et fabula illa non steterat, et Aristophanes ipse non id egerat, ut Socrati innocenti tantum odium conflaret, quem induxerat potius longe aliam ob caussam. Etenim universa Nubium fabula, si verum quaerimus, non aliorsum profecto pertinet nisi eo, ut morum depravationem late diffusam imprimis ex novitia sophistarum et philosophorum institutione ac disciplina, ab adolescentibus studiosissime expetita, manavisse ostendatur. Quod quidem Comicus ita palam fecit, ut acerbissime perstrinxerit nugas et fraudes sophistarum et impostorum illius aetatis omnium, easque spectantium risui exposuerit. Partes vero istorum homuncionum uni maxime tribuit Socrati. Quod cur ita instituerit, etsi valde controversum est, tamen, re diligentius considerata saepiusque pensitata, hanc ob caussam ab eo factum arbitramur. Oderat enim poëta omnes omnino veteris disciplinae adversarios atque novitiae artis rationisque patronos ac defensores; id quod quum aliunde tum ex una maxime Ranarum fabula intelligi potest. Quocirca fuit sane ipsi cum Socrate commune odium acerrimum praestigiarum istarum, quibus sophistae uti consueverant. Nec tamen ei cum Socrate omni ex parte conveniebat. Qui quod cum omnibus, qui ipsi obviam venirent, sermones miscebat, disserebat, confabulabatur, denique philosophiam in vitae quotidianae lucem proferebat, quanquam in eo contrarium fere atque sophistae spectabat, tamen id ipsum quoque poëtae videbatur veteris disciplinae rationibus officere, praesertim quum ille etiam Euripide, physicae sapientiae in scena laudatore, uteretur familiariter. Quapropter una fidelia, ut aiunt, duos dealbavit parietes, hoc est, una eademque opera et sophistas corripuit et Socratem exagitavit, non quo hunc illis parem haberet, sed quod eum alio

πολλὴν φλυαρίαν φλυαροῦντα, ὧν ἐγὼ οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν πέρι ἐπαΐω. καὶ οὐχ ὡς ἀτιμάζων λέγω τὴν

ταῦτα γὰρ ἑωρᾶτε] V. *τοιαῦτα,* quod e Bodl. Ven. b. Vind. 1. 3. 4. 6 Flor. d. e. g. h. Par. DS. mutare non dubitavi-

nomine carpi posse intelligeret. Tribuit igitur uni Socrati, quae essent propria sophistarum, eumque deformavit talem, in quo omnes illorum nugae, fraudes et malae artes cernerentur. Quod profecto videri intelligentibus longe maxime ridiculum debuit, quandoquidem in eo artificio ideo inerat iocorum plurimum, quia, quum ille propter perpetuam disserendi consuetudinem multis videretur sophistis simillimus, a quorum tamen ratione alienus erat, tum etiam faciem, vultum, habitum, mores denique eos prae se ferebat, qui largissimam ridendi cavillandique praeberent materiam, sicuti vel ex elegantissima illa Alcibiadis oratione apud Plat. Sympos. p. 215. A. sqq. intelligitur. Sed licet Aristophanes Socratem non in sophistarum numero habuerit, atque eum Avv. v. 1280 et 1554. Rann. v. 1487. non tam ut sophistam quam ut sordidum aut nugatorium philosophum notaverit; tamen illud quidem non est dubium, eum sapienti, utpote et ipsi novitiae disciplinae quodammodo adiutori, non bene cupivisse eiusque nomen apud magnam multitudinem, quae eum iam de sophistica et perverso philosophiae studio suspectum haberet, in malam invidiam adduxisse. Quae ipsa caussa est, cur Plato poetam comicum et in Apologia identidem (p. 21. B.) notaverit, et in Symposio propter iniuriam Socrati illatam leniter quidem et urbane, sed satis tamen acerbe reprehenderit et castigaverit. Vehementer enim erraverunt, qui Platonem censuerunt in Symposio cum Aristophane quasi in gratiam rediisse. Quem potius eum induxit, qui non modo urbane subsannetur ac reprehendatur, sed etiam Socrate sapientia longe sit inferior, sicuti demonstrasse videmur in Prolegom. ad tertiam editionem Symposii p. XLIV—LI. Ceterum aliter de necessitudine, quae inter Socratem et Aristophanem intercesserit, iudicavit Suevern über Aristophan. Wolken, Berlin. 1826. 4. aliter etiam Fr. A. Wolfius, G. Hermannus, Fritschius, alii, qui nuper hoc argumentum de industria tractaverunt. Verum horum quidem sententias referre longum est. Hoc unum igitur addidisse iuvabit, secundum Aelian. Varr. Hist. II. 12 et Diog. Laërt. II. 38. Aristophanem a Socratis inimicis inductum et subornatum Nubes scripsisse: quae narratio fabellae alicui non videtur dissimilis. Ac dissentit Schol. ad Nubb. v. 97., qui poëtam narrat nullo in Socratem odio permotum fabulae scribendae consilium cepisse; quanquam quibus eam in rem utitur argumentis, ea valde infirma sunt.

οὐδὲν οὔτε μέγα οὔτε σμικρόν] Dictio proverbialis est., cuius usum illustrarunt Berglerus ad Alciphron. p. 355. ed. Wagner. Herm. ad Viger. p. 720 78. alii. cf. p. 21. B. et Phil. p. 21. D. 32. E. 33. B. ubi est: *μηδὲν δεῖν μήτε μέγα μήτε σμικρὸν χαίρειν,* ut ne hoc quidem loco *οὐδὲν* aegre feramus, quod Cobetus Varr. Lectt. p. 299. deleri iubet. Quod *ἐπαΐειν* cum *περὶ* et genitivo con-

τοιαύτην ἐπιστήμην, εἴ τις περὶ τῶν τοιούτων σοφός ἐστι. μή πως ἐγὼ ὑπὸ Μελήτου τοσαύτας δίκας φύγοιμι!
D *ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ τούτων, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδὲν μέτεστι. μάρτυρας δ' αὐτοὺς ὑμῶν τοὺς πολλοὺς παρέχομαι, καὶ ἀξιῶ ὑμᾶς ἀλλήλους διδάσκειν τε καὶ φράζειν, ὅσοι ἐμοῦ πώποτε ἀκηκόατε διαλεγομένου· πολλοὶ δὲ ὑμῶν οἱ τοιοῦτοί εἰσι. φράζετε οὖν ἀλλήλοις, εἰ πώποτε ἢ σμικρὸν ἢ μέγα*

mus. Dein *Σωκράτη* pro *Σωκράτην* Bodl. Vind. 6. Par. DS. et fortasse Vat.

τοσαύτας δίκας φύγοιμι] V. *φεύγοιμι*, quod mutatum e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. g. Pro *Μελίτου* Bodl. hic quoque, ut semper, *Μελήτου*.

ἀλλὰ γάρ ἐμοὶ τούτων] V. *γάρ μοι τῶν τοιούτων*, quod e Bodl. Par. DS. mutavi. In Vat. Flor. d. Vind. 1. 4. 6. scriptum: *ἀλλὰ γὰρ τούτων ἐμοί.*

μάρτυρας δ' αὐτούς] V. *αὖ*, pro quo *αὐτοὺς* praebuerunt Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. Dein

struitur, de eo v. Heindorf. ad Hippiam mai. p. 289. E.

καὶ οὐχ ὡς ἀτιμάζων —] Verba ironice accipienda sunt, hoc sensu: Neque ego contemno et reiicio illam scientiam: atque utinam Meletus me nullo modo tantae iniuriae possit reum agere! Non sine caussa aoristus ponitur, cuius in locum Schleiermach. veterem lectionem *φεύγοιμι* restitui volebat. Quippe aoristus hic quoque indicat actionem per se spectatam, exclusa omni perpetuitatis, effectus, eventus, similiumque rationum significatione. — Formula *δίκην φεύγειν* est accusari, reum agi, et opponitur verbo *διώκειν*, quod significat accusare. Quoniam autem *φεύγειν* idem est quod *διώκεσθαι*, facile apparet, cur construatur ut passivum: de quo loquendi genere v. ad p. 17. A. cap. I. — Proxima: *ἀλλὰ γὰρ ἐμοὶ τ.— μέτεστι* sic interpretanda sunt: *ἀλλ' ἐκεῖνο οὐχ οὕτως ἔχει· οὐ γὰρ ἐμοὶ τούτων οὐδὲν μέτεστι.* cf. Herm. ad Viger. p. 811. De re audi Xen. Mem. I. 2. 11: *οὐδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως, ᾗπερ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι, διελέγετο, σκοπῶν, ὅπως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος ἔχει καὶ τίσι γίγνεται ἀνάγκαις, ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τοιαῦτα μωραίνοντας ἀπεδείκνυεν.*

D. *καὶ ἀξιῶ ὑμᾶς —*] h. e. et volo s. postulo, ut vos ipsi alius alium edoceatis; de qua significatione verbi *ἀξιοῦν* v. Buttm. ad Demosth. orat. Midian. p. 165.

καὶ ἐκ τούτων γνώσεσθε] Videlicet *ἐκ τοῦ ἀλλήλοις φράζειν κτλ.* Prorsus eodem modo Phaedon. p. 62. D. *ἀλλ' ὁ ἀνόητος ἄνθρωπος τάχ' ἂν οἰηθείη ταῦτα, φευκτέον εἶναι ἀπὸ τοῦ δεσπότου.* Ibid. p. 70 D. *καὶ τοῦτο ἱκανὸν τεκμήριον τοῦ ταῦτ' εἶναι*, sc. *τοῦ τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐκεῖ εἶναι.* Xenoph. Memorab. III. 6, 6. *οὐκοῦν τὸ μὲν πλουσιωτέραν τὴν πόλιν ποιεῖν ἀναβαλούμεθα· πῶς γὰρ οἷόν τε μὴ εἰδότα γε τὰ ἀναλώματα καὶ τὰς προσόδους ἐπιμεληθῆναι τούτων;* sc. *τοῦ πλουσιωτέραν τὴν*

ἤκουσέ τις ὑμῶν ἐμοῦ περὶ τῶν τοιούτων διαλεγομένου· καὶ ἐκ τούτων γνώσεσθε, ὅτι τοιαῦτ' ἐστὶ καὶ τἆλλα περὶ ἐμοῦ ἃ οἱ πολλοὶ λέγουσιν.

Cap. IV. Ἀλλὰ γὰρ οὔτε τούτων οὐδέν ἐστιν, οὐδέ γ' εἴ τινος ἀκηκόατε, ὡς ἐγὼ παιδεύειν ἐπιχειρῶ ἀνθρώπους καὶ χρήματα πράττομαι, οὐδὲ τοῦτο ἀληθές. ἐπεὶ E καὶ τοῦτό γέ μοι δοκεῖ καλὸν εἶναι, εἴ τις οἷός τ' εἴη παιδεύειν ἀνθρώπους, ὥςπερ Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος, καὶ

Herm. τοὺς ante πολλοὺς circumscripsit, quia p. 17. C. simpliciter scriptum legatur ὑμῶν πολλοί.

D. καὶ ἐκ τούτων γνώσεσθε] Sic Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. V. τούτου, quod servant Bekker. et Turicenses. v. ann.

Cap. IV. οὐδέ γ' εἴ τινος] Bekk. correxit οὔτε γε, praeter librorum fidem et nulla urgente necessitate.

E. τοῦτό γέ μοι δοκεῖ] Bekker. cum Par. S. Vat. a. b. Zitt. γ' ἐμοὶ δ. Non opus, quum pronomen non habeat τόνωσιν. v. ad Protagor. p. 342. A, Criton. p. 45. D.

πόλιν ποιεῖν. Plura collegi ad Gorg. p.447. A. Reip. I. p. 335. E. Cf. Reisig. ad Sophocl. Oed. Col. p. 326. Itaque τούτου, quod vulgo legebatur, non dubitavi cum aliquot libris optimae notae in τούτων mutare. — Mox notabis verborum traiectionem, quae proprie ita erant collocanda: καὶ τἆλλα ἃ οἱ πολλοὶ περὶ ἐμοῦ λέγουσιν.

Cap. IV. Ἀλλὰ γὰρ οὔτε τούτων οὐδέν ἐστιν, οὐδέ γ' —] Progreditur ad aliam criminationem ab adversariis in se coniectam, quod et discipulos institueret et mercedem ab iisdem exigeret. v. Aristoph. Nub. v. 98. Quam quoniam ita commemorat, ut cum gravitate quadam eam subiiciat illi, de qua hactenus dixerat, post οὔτε recte infertur οὐδέ γε, quod nuper Hirschig. temere Graecum esse negavit. Sed v. infra p. 30. B. 33. D. 40 D. De Rep. II. p. 367. C. X. p. 608. B. Criton. p. 52. E. Legg. I. p. 628. A. Politic. p. 271. E. Parmenid. p. 157. B. Tim. p. 20. B. Plura etiam suppeditabunt Brunck. ad Eurip. Orest. v. 295. Heindorf. ad Cratyl. p. 97. Herm. ad Viger. p. 836. Itaque neque cum Fischero ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ τούτων scribendum videtur, neque cum Bekkero οὔ τέ γ' εἴ τινος κτλ.

καὶ χρήματα πράττομαι] idem est quod μισθὸν τῆς συνουσίας πράττεσθαι ap. Xen. Mem. I. 2, 60, quo loco testatur Xenophon Socratem nunquam a familiaribus exegisse mercedis quidquam. conf. Plat. Hipp. p. 300. D. Euthyphr. p. 3. D. Xenoph. Mem. I. 6, 3. 11 sqq. Conviv. I. 5. Legi de hac re etiam merentur, quae disputat Spanhemius ad Aristophan. Nubb. v. 98.

E. ἐπεὶ καὶ τοῦτό γέ μοι —] Haec quoque ita dicta esse liquet, ut sophistarum avaritia notetur ac rideatur. Ceterum profecit hinc auctor Theagis p. 128. A.

εἴ τις οἷός τ' εἴη] De constructione v. Matth. § 524. Obs 3.

Γοργίας τε ὁ Λεοντῖνος —] De his sophistis v. ad Platon. dial. Gorgiam init. ad Hippiam mai. Prolegg. et ad Protagor. p. 314. B. al. Hi vero omnes sapientiam suam venalem cir-

Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος. τούτων γὰρ ἕκαστος, ὦ ἄνδρες, οἷός τ' ἐστὶν ἰὼν εἰς ἑκάστην τῶν πόλεων τοὺς νέους, οἷς ἔξεστι τῶν ἑαυτῶν πολιτῶν προῖκα ξυνεῖναι ᾧ ἂν βούλωνται, τούτους πείθουσι τὰς ἐκείνων ξυνουσίας ἀπολιπόντας σφίσι ξυνεῖναι χρήματα διδόντας καὶ χάριν προςειδέναι. ἐπεὶ καὶ ἄλλος ἀνήρ ἐστι Πάριος ἐνθάδε σοφός, ὃν ἐγὼ ᾐσθόμην ἐπιδημοῦντα· ἔτυχον γὰρ προςελθὼν ἀνδρί, ὃς τετέλεκε χρήματα σοφισταῖς

Πρόδικος ὁ Κεῖος] Bodl. Ven. a. Ξ. Vind. 2. 5. 6. Flor. g. Coislin. *Κῖος*, ut Reip. X. p. 600. C. Protagor p. 314. C. Aristoph. Ran. 997. *οὐ Χῖος ἀλλὰ Κῖος.* Veruntamen Inscriptiones apud Broensted. Itiner. N. 7. et 10. liquido *ΚΕΙΟΙ* habent, atque Theocrit. Id. XVI, 44. Simonidem appellat *ἀοιδὸν τὸν Κήϊον*: unde forma *Κῖος* non debuit probari Astio Comment. ad Protag. p. 44. Accedit, quod grammatici veteres atque scribae per *ι μακρὸν* intellexerunt *ει*, docente Bastio ad Gregor. Corinth. p. 892.; diphthongus autem *τῷ ι* simile quiddam sonat.

cumtulerunt, quum Socrates familiaribus suis nulla mercede sui copiam impertiret, quippe doctrinam existimans omne pretium, quod pecunia posset rependi, longissime superare (Xenoph. Mem. I. 6). Primus a discipulis suis mercedem institutionis exegisse narratur Protagoras Abderites, qui etiam primus sophistam se appellari voluit; is enim dicitur non minus didactrum ab auditoribus postulavisse quam centum minas, quae ad nostrae pecuniae rationes revocatae efficiunt fere 2500 Ioachimicos: v. Diogen. Laert. IX. 52. ibique Menag. Quintil. III. 1. Gell. v. 10. Huius vero exemplum continuo, ut fit, sequuti sunt alii, in his maxime Gorgias Leontinus, dicendi arte et facultate clarissimus, qui ipse quoque a singulis discipulis centenas minas exigebat; de quo v. Diodor. Sic. XII. 53. Suidas h. v. Ac simile quid fecit sine dubio etiam Prodicus Ceus, quem etsi Plato ceteris sophistis pluris aestimavit (Gorg. p. 459. B.), tamen item propter avaritiam carpit Protag. p. 315. C. sicuti fecit etiam Xenoph. Sympos. IV. 62. Hippias autem Eleus, vanus doctrinae suae ostentator (Plat. Protag. p. 315. C. Hipp. mai. p. 285. B. Hipp. min. p. 367. E.) quis dubitabit, quaeso, quin item marsupio suo bene prospexerit? Enimvero fuerunt sophistae omnes mercis suae avari caupones, qui maxime divitum hominum gratiam et favorem venati sunt imprimisque adolescentium; quo nomine eos praeter Platonem etiam Xenophon, Isocrates, Aristoteles, alii, perstrinxerunt. v. Plat. Protagor. p. 313. D. Hipp. mai. p. 282. D. al. Xenoph. I. 613. Symp. I. 5. Isocr. Or. adv. Soph. et in Hel. Encom. §. 1. Aristotel. Sophist. Elench. I. Quibus addas Cicer. Acad. II. 23. At quis est hic? num sophistes? — sic enim appellabantur ii, qui ostentationis aut quaestus caussa philosophabantur. De institutionis mercede a sophistis exacta v. Boeckh. Oecon. Athen. Vol. I. p 171. ed. 1. = 134. ed. 2.

τούτους πείθουσι] In his

πλείω ἢ ξύμπαντες οἱ ἄλλοι, Καλλίᾳ τῷ Ἱππονίκου. τοῦτον οὖν ἀνηρόμην—ἐστὸν γὰρ αὐτῷ δύο υἱέε — Ὦ Καλλία, ἦν δ' ἐγώ, εἰ μέν σου τὼ υἱέε πώλω ἢ μόσχω ἐγενέσθην, εἴχομεν ἂν αὐτοῖν ἐπιστάτην λαβεῖν καὶ μισθώσασθαι, ὃς ἔμελλεν αὐτὼ καλώ τε κἀγαθὼ ποιήσειν τὴν προσήκουσαν ἀρετήν· ἦν δ' ἂν οὗτος ἢ τῶν ἱππικῶν τις ἢ τῶν γεωργικῶν· νῦν δ' ἐπειδὴ ἀνθρώπω ἐστόν, τίνα αὐτοῖν ἐν νῷ B

καὶ Ἱππίας ὁ Ἠλεῖος] Coisl. *καὶ Ἱππίας δὲ ὁ Ἠλ.*, quod recepit Bekk.

R. 20. *ὃς τετέλεκε χρ.*] V. *τετελείκει*: inepte. Perfectum exhibuerunt Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. Dein *δύω* Vind. b. Par. D. quod non debebant recipere Turicenses. Nimirum *δύο* constat formam esse Atticam, qua etiam Plato, si qua fides librorum est, constanter satis usus esse reperitur. V. quos laudat Matthiae Gr. §. 138.

verbis est insignis quaedam *ἀνακολουθία*. Quum enim praecedat *οἷός τ' ἐστίν*, debebat nunc sequi infinitivus. Sed ponitur *πείθουσι* ac si *οἷός τ' ἐστίν* non praecesserit. Locum dudum explicuit Buttm. gr. G. §. 138. II. 2. coll. Rost. §. 137. 5. a. qui tamen Hermanno non videntur satisfecisse, quippe qui potius *οἷός τ' ἐστι* violento ausu sustulerit, quam ut tale anacoluthon agnoverit. Quanquam Hirschig. multo etiam audacius *οἷός τ' ἐστιν* eiecto scripsit: *οὗτοι· ἕκαστος* et *χάριν προςειδότας*. Quod satis est verbo memorasse. Ceterum *ξυνεῖναι* et *ξυνουσία* refertur ad disciplinam et institutionem, ut saepe: unde discipuli et auditores saepe vocantur *οἱ ξυνόντες*

P. 20. *ἀνήρ ἐστι Πάριος*] Intelligitur Evenus, oriundus Paro insula. Harpocrat. s. h. v. *Δύο ἀναγράφουσιν Εὐήνους ἐλεγείων ποιητάς, ὁμωνύμους ἀλλήλοις, καθάπερ Ἐρατοσθένης ἐν τῷ περὶ χρονογραφιῶν, ἀμφοτέρους λέγων Παρίους εἶναι. γνωρίζεσθαι δέ φησι τὸν νεώτερον μόνον. μέμνηται δὲ θατέρου αὐτῶν καὶ Πλάτων.* v. Phaedon. p. 60. D. Phaedr. p. 267. A. — Deinde verba *ὃν ἐγὼ ᾐσθόμην ἐπιδημοῦντα* sic intelligas: quem ego praesentem hic adesse sentiebam. Significat se non ipsum vidisse Evenum, sed a Callia accepisse eum Athenis versari. Ceterum *ἐπεὶ καὶ* ne in *ἔπειτα καὶ* mutandum censeas, Protag. p. 334. B. sophista in rerum utilium enumeratione: *ἐπεὶ καὶ τὸ ἔλαιον — πολεμιώτατον ταῖς τῶν ἄλλων ζώων πλὴν ταῖς τοῦ ἀνθρώπου.*

ὃς τετέλεκε πλ.] h. e. qui inter omnes, qui apud nos sapientiae student, plurimum pecuniae sophistis solvit. Perperam vulgo legebatur *τετελέκει*, quod sententiae rationibus prorsus adversatur.

Καλλίᾳ, τῷ Ἱππονίκου] Fuit hic homo longe ditissimus, ita ut, teste Plutarcho T. I. p. 165., simpliciter *ὁ πλούσιος* vocaretur. Sophistas ab eo magnopere locupletatos esse multi loci testantur, veluti Protagor.

ἔχεις ἐπιστάτην λαβεῖν; τίς τῆς τοιαύτης ἀρετῆς, τῆς ἀνθρωπίνης τε καὶ πολιτικῆς, ἐπιστήμων ἐστίν; οἶμαι γάρ σε ἐσκέφθαι διὰ τὴν τῶν υἱέων κτῆσιν. ἔστι τις, ἔφην ἐγώ, ἢ οὔ; Πάνυ γε, ἦ δ' ὅς. Τίς, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ποδαπός; καὶ πόσου διδάσκει; Εὔηνος, ἔφη, ὦ Σώκρατες, Πάριος, πέντε μνῶν. Καὶ ἐγὼ τὸν Εὔη-
C νον ἐμακάρισα, εἰ ὡς ἀληθῶς ἔχει ταύτην τὴν τέχ-

C. *Εἰ ὡς ἀληθῶς ἔχει*] V. *ἔχοι*, quod mutatum ex Par. DS. Flor. d. Dein *ἐμμελῶς διδάσκει* pro vulg. *ἐμμ. διδάσκοι* praebuerunt Bodl. Ven. Ξ. b. Vind. 3. Flor. e. g. h. Zitt. Par. DS. *ἐγὼ γοῦν καὶ αὐτὸς*] V. *ἔγωγ' οὖν*. Bodl. Ven. b. Vind. 6. *ἐγὼ οὖν*. Sed recte *ἐγὼ γοῦν* Par. DS.

p. 314. B. C. HSt. Cratyl. p. 391. C. Hipp. Mai. p. 218. B. Xenoph. Sympos. I. 5. Perstringit eum hoc nomine Aristoph. Avv. v. 285. et sqq. Hoc loco rideri videtur, quod Eveno Pario, utpote saluberrimum institutionis pretium poscenti, filios suos instituendos tradiderit. Nimirum ditissimus homo et largissimus divitiarum suarum dispensator tamen filiis suis magistrum delegit vili pretio docentem. Ceterum de gente Calliarum et Hipponicorum praeter Gronovii Obss. IV. 7. Perizon. ad Aelian. V. H. XIV. 16. Heindorf. ad Protagor. p. 465 sq. vid. quae nuper disputavit Boeckhius de Oeconomia civit. Athen. T. II p. 15 sqq.

ἐπιστάτην λαβεῖν καὶ μισθώσασθαι] De voc. *ἐπιστάτης*, quod significat omnino eum, qui alicui rei praeest, disputavit Th. Gataker Opp. Posth. p. 877 sqq. — *μισθοῦν* est locare; *μισθοῦσθαι* conducere, redimere.

B. *πέντε μνῶν*] Mina Attica constabat centum drachmis Atticis; v. Pollux IX. 59, 86. Quocirca Evenus exiguam sane sapientiae mercedem postulabat, quandoquidem Protagoram, Gorgiam, alios, centum minas accepisse memoriae traditum est. Aequant autem quinque minae fere 125 Ioachimicis monetae nostrae. Sed cessit minerval pretio etiam magis procedente tempore.

εἰ ὡς ἀληθῶς ἔχει] De constructione v. Matth. §. 529. 3. Videlicet transit Socrates ad orationem rectam, ita ut referat sua ipsius verba, quae olim Calliae reposuerit: quod fieri solet in oratione concitatiore, quando ea, quae facta sunt, nobis animo quasi repraesentamus. — Verba *καὶ οὕτως ἐμμελῶς* videntur per dilogiam intelligenda esse et de apta concinnaque docendi ratione et de modico pretio *τῶν πέντε μνῶν*. Nam *ἐμμελὲς* dicitur quidquid a recto modo non recedit. Metaphora enim sumta est a musicis, qui servant praescriptum canendi modum atque numerum. Magna autem in verbis inest urbanitas. Nam Socrates si dixisset: *οὕτως εὐτελῶς*, Evenum atque adeo Calliam nimis aperte risisset. Usus est igitur eo vocabulo, quo quum videretur Evenum laudare, tamen et huius viri levitatem et ceterorum sophistarum avaritiam acerbe notaret. Similiter locum iam Fischerus interpretatus est, a quo tamen in eo dissentimus, quod *ἐμμελῶς* idem esse ait, quod *προθύμως*. Voc. ta-

νην καὶ οὕτως ἐμμελῶς διδάσκει. ἐγὼ γοῦν καὶ αὐτὸς ἐκαλλυνόμην τε καὶ ἡβρυνόμην ἄν, εἰ ἠπιστάμην ταῦτα· ἀλλ' οὐ γὰρ ἐπίσταμαι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι.

Cap. V. Ὑπολάβοι οὖν ἄν τις ὑμῶν ἴσως, Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, τὸ σὸν τί ἐστι πρᾶγμα; πόθεν αἱ διαβολαί σοι αὗται γεγόνασιν; οὐ γὰρ δήπου, σοῦ γε οὐδὲν τῶν ἄλλων

Cap. V. Ὑπολάβοι οὖν ἄν τις] V. ἂν οὖν omisso deinde etiam ὑμῶν. Pronomen dederunt Bodl. Vat. Ven. a. b. Ξ. Vindobb. omnes, Flor. a. b. e. g. h. Zitt. Parr. BCDS. g. οὖν' ἂν autem Vind. 6. Ven. b. Contra alii vel οὖν vel ἂν omiserunt. Positus vocularum est arbitrarius et promiscuus.

men ἐμμελής de modico vel exiguo pretio positum vix alibi reperias.

C. ἀλλ' οὐ γὰρ ἐπίσταμαι] h. e. ἀλλ' οὐ δύναμαι καλλύνεσθαι καὶ ἁβρύνεσθαι· οὐ γὰρ ἐπίσταμαι. v. ad cap. III.

Cap. V. οὐ γὰρ δήπου σοῦ γε οὐδέν] Infra p. 41. C: οὐ δήπου τούτου γε ἕνεκα οἱ ἐκεῖ ἀποκτείνουσι. Gorg. p. 455. A. De Republ. VI. p. 509. A. Οὐ γὰρ δήπου σύ γε ἡδονὴν λέγεις. Euthyphron. p. 13. A: Οὐ γάρ που λέγεις γε, οἵαίπερ καὶ αἱ περὶ τὰ ἄλλα θεραπεῖαί εἰσι. v. Schaef. ad Theocrit. p. 212. et Reisig. ad Sophocl. Oed. Col. v. 110.

οὐδὲν τῶν ἄλλων περιττότερον] h. e. nihil curiosius quam ceteri. Deinde ἔπειτα post participium quod illatum est, v. Koen. ad Greg. Corinth. p. 144 sq. ad Phaedon. p. 70. E. Proxima: εἰ μή τι ἔπραττες ἀλλοῖον ἢ οἱ πολλοί, si abessent, nemo, opinor, magnopere desideraret. Nihilominus non possumus a nobis impetrare, ut ea cum Cobeto De arte interpret. p. 142. et Car. Fr. Hermanno pro suppositiciis habeamus. Quod quominus recte fieri queat, ipsa prohibet orationis insolentia, qualis certe a glossatoribus proficisci non solet. Patet enim, istaec εἰ μή τι — ἢ οἱ πολλοί iterare sententiam verborum: σοῦ γε οὐδὲν — πεπραγματευομένου, cuius iterationis exempla ad Phaedon. p. 67. E. adscripsimus, collegit item A. Matthiae Gr. Gr. §. 636. 2. p. 1541. ed. 3. et ex Latinis scriptoribus Wopkens Lectt. Tull. p. 55. Hottinger ad Cic. De Divinat. I. 29. quae Hirschigius inspicere debebat diligentius quam fecisse videtur. Sed quum istud quidem apertum sit, tum diligenter animadvertendum est, repetitionem sententiae superioris nunc eo modo fieri, ut protenus alia admittatur orationis structura. Subiungitur enim εἰ cum imperfecto perinde ac si antea dictum sit: σοῦ γε μηδὲν — πραγματευομένου — λόγος ἐγένετ' ἄν. At nimirum tantum abest, ut ea variatio glossematis suspicionem moveat, ut loci sinceritatem gravissime testetur. Quis enim interpolator id sibi sumsisset, ut tale glossema allineret, quod reliquis verbis ne apte quidem conveniret? Enimvero sunt haec profecto ipsius scriptoris, in sententiae iteratione, certe non sine gravitate facta, licentius quidem nec tamen temere versati. Extulit enim primum sententiam sic, ut ipsam rerum veritatem ob oculos habuerit, haec dicens:

περιττότερον πραγματευομένου, ἔπειτα τοσαύτη φήμη τε καὶ λόγος γέγονεν, εἰ μή τι ἔπραττες ἀλλοῖον ἢ οἱ πολλοί. λέγε οὖν ἡμῖν, τί ἐστιν, ἵνα μὴ ἡμεῖς περὶ σοῦ αὐτοσχε-
D διάζωμεν. Ταυτί μοι δοκεῖ δίκαια λέγειν ὁ λέγων, κἀγὼ ὑμῖν πειράσομαι ἀποδεῖξαι, τί ποτ' ἔστι τοῦτο, ὃ ἐμοὶ πεποίηκε τό τε ὄνομα καὶ τὴν διαβολήν. ἀκούετε δή. καὶ ἴσως μὲν δόξω τισὶν ὑμῶν παίζειν, εὖ μέντοι ἴστε, πᾶσαν ὑμῖν τὴν ἀλήθειαν ἐρῶ. Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, δι' οὐδὲν ἀλλ' ἢ διὰ σοφίαν τινὰ τοῦτο τὸ ὄνομα ἔσχηκα. ποίαν δὴ σοφίαν ταύτην; ἥπερ ἐστὶν ἴσως ἀνθρωπίνη σο-

ἵνα μὴ ἡμεῖς περὶ σοῦ] V. ἵνα μὴ καὶ ἡμεῖς, invitis codicibus omnibus.

E. ἢ οὐκ ἔχω, τί λέγω] V. ὅ τι λέγω, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 4. 6. Flor. d. g h. Par. DST. mutatum. Utrumque

non enim, opinor, te nihil agente ceteris curiosius tamen tantus de te rumor ac sermo exortus est. Tum vero gravius etiam rem urgens omnino negat talem rumorem extiturum fuisse ideoque hypothetico enunciato sic pergit: si nihil scilicet aliud ageres quam plerique, quod tamen secus habet, quum revera aliud quid agere soleas. Similis variatio, licet non plane eadem, cernitur in loco Phaedon. p. 67. E, ubi v. ann.

περὶ σοῦ αὐτοσχεδιάζωμεν] αὐτοσχεδιάζειν quum proprie dicatur de iis, qui subito et ex tempore aliquid faciunt dicuntve, h. l. de iudicibus ponitur, qui temere statuunt atque decernunt. Dixi de hoc verbo ad Euthyphron. p. 33.

D. πεποίηκε τό τε ὄνομα καὶ τὴν διαβολήν] τὸ ὄνομα pertinet ad famam Socratis, quod sapiens iudicatus et habitus est, ut dicitur τοῦτο τὸ ὄνομα ἔσχηκα: sed ἡ διαβολὴ refertur ad calumnias et criminationes adversariorum. Formulam ποιεῖν ὄνομα Muretus Varr. Lectt. VII. 16. contulit cum Latina famam conficere. Hipp. mai. p. 282. A. οἷα ἦν ἀφ' ὧν τοὔνομα ἔσχε.

εὖ μέντοι ἴστε, πᾶσαν — ἐρῶ] Criton. c. 17: Ἀλλὰ ἴσθι, ὅσα γε τὰ νῦν ἐμοὶ δοκοῦντα, ἐάν τι λέγῃς παρὰ ταῦτα, μάτην ἐρεῖς. Infra c. 17: ταῦτα γὰρ κελεύει — εὖ ἴστε. Multa id genus collegit Iacobs ad Athen. p. 271. Mox de δι' οὐδὲν ἀλλ' ἢ v. ad p. 34. B. et Phaedon. p. 81. B. 82. B.

E. μείζω τινὰ ἢ κατ' ἄνθρωπον] h. e. maiorem habeant sapientiam quam quae cadat in hominem. cf. Matth. Gr. Gr. §. 449. Rost. Gr. §. 97. p. 411. ed. 7. — Verba ἢ οὐκ ἔχω, τί λέγω, Fischero etiam iudice, ironice dicta sunt, hoc sensu: Sophistae aut divinam habent sapientiam, aut nullam. Quocirca non opus est, ut cum Forstero scribatur: ἣν οὐκ ἔχω ὅ τι λέγω.

ἐπὶ διαβολῇ τῇ ἐμῇ λέγει] h. e. mei calumniandi caussa. Nam ἐπὶ consilium indicat. cf. Matth. Gr. §. 585.

φία. τῷ ὄντι γὰρ κινδυνεύω ταύτην εἶναι σοφός· οὗτοι δὲ
τάχ᾽ ἄν, οὓς ἄρτι ἔλεγον, μείζω τινὰ ἢ κατ᾽ ἄνθρωπον E
σοφίαν σοφοὶ εἶεν, ἢ οὐκ ἔχω, τί λέγω· οὐ γὰρ δὴ ἔγωγε
αὐτὴν ἐπίσταμαι, ἀλλ᾽ ὅςτις φησὶ ψεύδεταί τε καὶ ἐπὶ δια-
βολῇ τῇ ἐμῇ λέγει. καί μοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μὴ θορυ-
βήσητε, μηδὲ ἂν δόξω τι ὑμῖν μέγα λέγειν· οὐ γὰρ ἐμὸν
ἐρῶ τὸν λόγον, ὃν ἂν λέγω, ἀλλ᾽ εἰς ἀξιόχρεων ὑμῖν τὸν
λέγοντα ἀνοίσω. τῆς γὰρ ἐμῆς, εἰ δή τίς ἐστι σοφία καὶ
οἵα, μάρτυρα ὑμῖν παρέξομαι τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς.
Χαιρεφῶντα γὰρ ἴστε που. οὗτος ἐμός τε ἑταῖρος ἦν ἐκ 21

recte dici constat; v. Poppo ad Cyrop. 1. 2, 10.

μὴ θορυβήσητε, μηδὲ ἂν δόξω —] V. *μὴ θ. μηδέν, ἂν δόξω*, quod e Bodl. Vind. 1. 4. 6. Par. DST. Ven. b. Flor. g. h. emendatum.

γὰρ ἴστε που] V. *δήπου*, contra fidem codicum.

De pronomine possessivo loco pronominis personalis posito cf. Homer. Odyss. XI. 202: *σὸς πόθος*. Iliad. XIX. v. 320. v. 336: *ἐμὴν ἀγγελίην* i. e. *περὶ ἐμοῦ*. Sophocl. Oed. T. 969: *τῷ ἐμῷ πόθῳ*. Plat. Gorg. p. 476: *εὐνοίᾳ τῇ σῇ*. Hor. Epod. V. 81. amore meo, ubi Bentl. male mei. Sallust. Iug. c. 14: Vos in mea iniuria despecti estis. Ac similiter Livius II. 1: regium metum dixit pro metu regis; et I. III. 16: terrorem servilem pro terrore servorum.

μέγα λέγειν] h. e. magnum et insolens quid dicere h. e. gloriari. Formulam exemplis illustravit Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 39. Lobeck. ad Aiac. v. 386. Wunder. ibid. 375. conf. etiam Phaedon. p. 95. B. ibique annot. — De verbis *οὐ γὰρ ἐμὸν ἐρῶ τὸν λόγον*, quae ad amovendam invidiam interponuntur, cf. Eurip. Fragm. Melanippes ap. Valckenaer. Diatrib. p. 46: *Οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, ἀλλ᾽ ἐμῆς μητρὸς πάρα*. Helen. v. 520: *Λόγος γάρ ἐστιν οὐκ ἐμός, σοφῶν δ᾽ ἔπος*. Alcibiad. I. p. 24. C: *τὸ τοῦ Εὐριπίδου ἄρα ξυμβαίνει, ὦ Ἀλκιβιάδη, τοῦ τάδε κινδυνεύεις, ἀλλ᾽ οὐκ ἐμοῦ ἀκηκοέναι, οὐδ᾽ ἐγώ εἰμι ὁ ταῦτα λέγων, ἀλλὰ σύ*. Sympos. c. 5. ibique ann.

ἀξιόχρεων] quod proprie dicitur de eo, qui est solvendo, ideoque dignus, cui credas pecuniam, similiter atque Latinum locuples usurpatur etiam de testibus fide dignis. Hesych.: *ἀξιόχρεως, ἀξιόπιστος*. Suid.: *ἀξιόχρεως· ἱκανός, ἐχέγγυος, ἀξιόπιστος*.

τῆς γὰρ ἐμῆς — καὶ οἵα] h. e. *παρέξομαι γὰρ ὑμῖν τὸν θεὸν τὸν ἐν Δελφοῖς μάρτυρα τῆς ἐμῆς σοφίας, εἰ δή τίς ἐστιν, καὶ οἵα ἐστίν*. Attractionis genus explanavit Krüger. De Attract. p. 202.

Χαιρεφῶντα γὰρ —] De Chaerephontis fervido et vehementi ingenio cf. Aristoph. Nubb. v. 104. v. 501 sq. ibique Scholiast. Avv. 1570. Xenoph. Memorab. II. 3. Plat. Charmid. P. 153. B. Gorg. p. 447 sqq. 458. C.

νέον, καὶ ὑμῶν τῷ πλήθει ἑταῖρός τε καὶ ξυνέφυγε τὴν φυγὴν ταύτην καὶ μεθ' ὑμῶν κατῆλθε. καὶ ἴστε δή, οἷος ἦν Χαιρεφῶν, ὡς σφοδρὸς ἐφ' ὅ τι ὁρμήσειε. καὶ δή ποτε καὶ εἰς Δελφοὺς ἐλθὼν ἐτόλμησε τοῦτο μαντεύσασθαι, — καί, ὅπερ λέγω, μὴ θορυβεῖτε, ὦ ἄνδρες. ἤρετο γὰρ δή, εἴ τις ἐμοῦ εἴη σοφώτερος. ἀνεῖλεν οὖν ἡ Πυθία μηδένα σοφώτερον εἶναι. καὶ τούτων πέρι ὁ ἀδελφὸς ὑμῖν αὐτοῦ οὑτοσὶ μαρτυρήσει, ἐπειδὴ ἐκεῖνος τετελεύτηκε.

B Cap. VI. Σκέψασθε δὲ ὧν ἕνεκα ταῦτα λέγω· μέλλω γὰρ ὑμᾶς διδάξειν, ὅθεν μοι ἡ διαβολὴ γέγονε. ταῦτα γὰρ ἐγὼ ἀκούσας ἐνεθυμούμην οὑτωσί, Τί ποτε λέγει ὁ θεός, καὶ τί ποτε αἰνίττεται; ἐγὼ γὰρ δὴ οὔτε μέγα οὔτε

P. 21. *μὴ θορυβεῖτε*] Sic Vat. Ven. b. Vind. 1. 5. Flor. h. Par. CDS. Vulgo soloece *θορυβῆτε*, quod Bast. ad Greg. Corinth. p. 1005. corrigendum vidit. Bodl. *θορυβεῖσθε*.

Cap. VI. *Σκέψασθε δὲ ὧν ἕνεκα* —] V. *δή*, quod e Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Ven. b. Par. DST. mutatum.

P. 21. *καὶ ὑμῶν τῷ πλήθει ἑταῖρος*] Hoc dicit: et sicuti mihi, ita etiam vobis sodalis fuit ideoque nuper vobiscum fugit atque rediit; ut non videamus, quo iure Cobet. Varr. Lectt. p. 299. verba *ἑταῖρός τε* delenda censuerit. Respicitur autem fuga Atheniensium tempore triginta tyrannorum, de qua v. Nep. Thrasybul. I. et Iustin. V. 8 sq. Quam quum paucis annis ante Socratis obitum accidisse compertum habeamus, facile est ad intelligendum, cur hoc loco dicatur *τὴν φυγὴν ταύτην*. — Verba *κατιέναι*, et *κατέρχεσθαι* de iis, qui ab exsilio in patriam redeunt, usitata illustrant interptt. ad Aristophan. Ran. v. 1196 1274. et Porson. ad Eurip. Med. 1011. Deinde *ἐφ' ὅ τι ὁρμήσειε* gravius dictum est pro *εἰ ἐπί τι ὁρμήσειε*, de quo genere loquendi dixi ad Euthyphr. p. 17. Ceterum etiam Lysias eadem attingens tempora populum democratiae studiosum *τὸ ὑμέτερον πλῆθος* appellare solet. v. Orat. ad v. Agorat. p. 94. p. 96. p. 99. p. 100. p. 108. c. Alcibiad. p. 135. c. Philon. p. 164. contr. Poliarch. p. 195. Pro bonis Aristoph. p. 210. ed. Bremi.

ἐτόλμησε τοῦτο μαντεύσασθαι] *μαντεύεσθαι* h. l. est oraculum sibi edi iubere, h. e. consulere, interrogare, sciscitari, ut ap. Xenoph. Memor. I, 1, 6: *περὶ δὲ τῶν ἀδήλων, ὅπως ἂν ἀποβήσοιτο, μαντευσομένους ἔπεμπεν, εἰ ποιητέα.* Mox verba *ὅπερ λέγω* in parenthesi accipienda sunt: respondent autem formulae Germanicae: wie gesagt. cf. Sympos. p. 178. A. 186 E. 192. E. Gorg. p. 465. A. Cratyl. p. 396. B. 426. D. Protagor. p. 316. E. al.

ἤρετο γὰρ δή, εἴ τις —] Quum Graeci redeunt ad superiora, post parenthesin repetere solent vel idem verbum vel simile, eique comites addunt particulas *γάρ, δή, οὖν*. v. Matth. §. 615 et 616. — De Chaerephontis facinore v. Xenoph. Apolog. 14. et Laërt. II. 37.

σμικρὸν ξύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν· τί οὖν ποτε λέγει φάσκων ἐμὲ σοφώτατον εἶναι; οὐ γὰρ δήπου ψεύδεταί γε· οὐ γὰρ θέμις αὐτῷ. καὶ πολὺν μὲν χρόνον ἠπόρουν, τί ποτε λέγει, ἔπειτα μόγις πάνυ ἐπὶ ζήτησιν αὐτοῦ τοιαύτην τινὰ ἐτραπόμην. ἦλθον ἐπί τινα τῶν δοκούντων σοφῶν εἶναι, ὡς ἐνταῦθα, εἴπερ που, ἐλέγξων τὸ μαντεῖον καὶ C ἀποφανῶν τῷ χρησμῷ, ὅτι Οὑτοσὶ ἐμοῦ σοφώτερός ἐστι, σὺ δ' ἐμὲ ἔφησθα. διασκοπῶν οὖν τοῦτον — ὀνόματι γὰρ οὐδὲν δέομαι λέγειν, ἦν δέ τις τῶν πολιτικῶν, πρὸς ὃν ἐγὼ σκοπῶν τοιοῦτόν τι ἔπαθον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, — καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ ἔδοξέ μοι οὗτος ὁ ἀνὴρ δοκεῖν μὲν εἶναι σοφὸς ἄλλοις τε πολλοῖς ἀνθρώποις καὶ μάλιστα

ἔπειτα μόγις] V. *μόλις*. Illud codd. optimi atque plurimi magno consensu tuentur, nec dubitamus, quin Platoni ubique reddendum sit. v. Dorvill. ad Charit. p. 345. Inane est discrimen quod statuit Thom. Mag. p. 619.

C. *ὅτι Οὑτοσὶ ἐμοῦ σ.*] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vin. 1. Athen. V. p. 218. E.

ἀνεῖλεν οὖν ἡ Πυθία] Verba Pythiae fuerunt, auctore Laërt. II. 37: *Ἀνδρῶν ἁπάντων Σωκράτης σοφώτατος*. Apud Schol. Aristoph. Nubb. v. 144. sic leguntur: *Σοφὸς Σοφοκλῆς, σοφώτερος δ' Εὐριπίδης· Ἀνδρῶν δὲ πάντων Σωκράτης σοφώτατος*. Aliter paullo Xen. Apol. Socr. c. 14. Conf. de hoc oraculo etiam Menag. ad Laërt. II. 37. Davis. ad Max. Tyr. IX, 1. et ad Cicer. Academ. I. 4.

ὁ ἀδελφὸς — αὐτοῦ] Chaerecrates. v. Xenoph. Mem. II. 3.

B. *ξύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν.*] Alio modo infra p. 22. D: *ἐμαυτῷ ξυνῄδειν οὐδὲν ἐπισταμένῳ* et p. 34. B. v. Matth. §. 548. 2. Rost. §. 129. not. 2.

οὐ γὰρ θέμις αὐτῷ] Frequens sententia est Apollinem mentiri nefas esse: v. De Republ. II. p. 383. B. Aeschyl. Prom. v. 1032. Pindar. Pyth. III. 29. IX. 44 sqq. ed. Boeckh. — *οὐ γὰρ θέμις αὐτῷ* igitur significat: non enim id per naturam et leges divinas hoc ipsi licet facere. conf. p. 30. D. ibique ann.

ἠπόρουν, τί ποτε λέγει] Fischerus *λέγοι* scribendum censebat. Sed non desunt alia huius constructionis exempla. Nimirum transitur ab obliqua oratione subito ad rectam: unde etiam *τί*, non *ὅ τι* positum est. v. Matth. §. 529, 3.

ὡς ἐνταῦθα, εἴπερ που, ἐλ.] Hirschig. arbitrio suo scripsit *εἴπερ που ἄλλοθι, ἐλ.* quod in hac formula semper et ubique requiri ait. Tu noli credere. Theaet. p. 171. E. *ἀλλ' ἐνταῦθα ἄλλον ἄλλου διαφέρειν, εἴπερ που.* Ibid. p. 172. A: *ἐνταῦθ', εἴπερ που, αὖ ὁμολογήσει.* al.

C. *καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ ἔδοξέ μοι*] Schleiermacherus *καὶ* delendum censet propterea, quod participium *διασκοπῶν* iam verbo *σκοπῶν* iteratum sit atque durum videri debeat ista *τοιοῦτόν τι ἔπαθον* in parenthesi collocari. Itaque locum corruptum arbitratur atque talem, qui sine codicum ope

ἑαυτῷ, εἶναι δ' οὔ. κἄπειτα ἐπειρώμην αὐτῷ δεικνύναι,
D ὅτι οἴοιτο μὲν εἶναι σοφός, εἴη δ' οὔ. ἐντεῦθεν οὖν τούτῳ τε ἀπηχθόμην καὶ πολλοῖς τῶν παρόντων. πρὸς ἐμαυτὸν δ' οὖν ἀπιὼν ἐλογιζόμην, ὅτι Τούτου μὲν τοῦ ἀνθρώπου ἐγὼ σοφώτερός εἰμι· κινδυνεύει μὲν γὰρ ἡμῶν οὐδέτερος οὐδὲν καλὸν κἀγαθὸν εἰδέναι, ἀλλ' οὗτος μὲν οἴεταί τι εἰδέναι οὐκ εἰδώς, ἐγὼ δέ, ὥσπερ οὖν οὐκ οἶδα, οὐδὲ οἴομαι. ἔοικα γοῦν τούτου γε σμικρῷ τινι αὐτῷ τού-

4. 6. Flor. d. e. g. In Par. DS. scriptum *οὑτοσὶν ἐμοῦ.* Vett. editt. *οὗτός γέ μου*, quod Bekker. cum Par. CB. mutavit in *οὗτός γ' ἐμοῦ.*

D. *οὐδὲν καλὸν κἀγαθὸν εἰδέναι*] V. *καλὸν οὐδ' ἀγαθόν*, quod e Bas. 2. Bodl. Ven. a. b. Vindobonensibus et Flo-

in integrum restitui non possit. Cui quidem viri summi sententiae fateor me non accedere. Etenim verba *τοιοῦτόν τι ἔπαθον* recte poterant ad parenthesin referri, quoniam pronomen ad ea spectat, quae iam nunc dicturus est: tale quid, quale nunc sum dicturus. Nec video, quid *σκοπῶν* habeat offensionis. Prorsus eodem modo Germanice dicere licet: „Diesen nun betrachtend — denn ihn mit Namen zu nennen ist nicht nöthig; es war aber einer von den Staatsmännern, welchen ins Auge fassend mir dergleichen widerfuhr, ihr Athener, — und mit ihm mich unterredend kam es mir vor als wenn etc." Ceterum frequens est haec verborum structura, qua *κατὰ τὸ σημαινόμενον* verbo *ἔδοξεν* nominativus participii additur loco dativi. De Legg. III. p. 686. D: *ἀποβλέψας γὰρ πρὸς τοῦτον τὸν στόλον, οὗ πέρι διαλεγόμεθα, ἔδοξέ μοι πάγκαλος εἶναι.* Ibid. VII. p. 811. C. Xenoph. Hell. VII. 5, 18: *ἐνθυμούμενος, ὅτι — ἐδόκει αὐτῷ.* Cyrop. VI. 1, 18. *βουλόμενος πέμψαι — ἔδοξεν αὐτῷ.* Cyrop. III. 2, 28. VII. 5, 37. ibique Zeun. Conf. Matth. Gr. §. 311. Bernhardy Synt. p. 41. Jacobs ad Achill. Tat. p. 860. Eadem ratione Latini utuntur. Hirt. De bello Afric. c. 25. Dum haec ita fierent, rex Iuba, cognitis difficultatibus copiarumque paucitate, non est visum ctr., ubi v. Davis. Wexius in Annal. Phil. et Paed. Jahnianis Vol. LXXIV. Fasc. X. 1856. p. 610. verba: *καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ* ad parenthesin pertrahi vult, ne *καὶ διαλεγόμενος αὐτῷ* iuxta *ἔδοξέ μοι* positum sit, quod per grammaticas rationes fieri posse negat. Sed non multo aliter Legg. III. l.c. et Xenoph. Cyrop. VI. I, 18. ut alia taceamus. Accedit quod hic nominativus accommodatus est antegressis: *διασκοπῶν οὖν τοῦτον.*

D. *πρὸς ἐμαυτὸν — ἐλογιζόμην*] h. e. mecum cogitabam, ut Phaedon. c. 45. *πρὸς ἐμαυτὸν σκεψάμενος*, et Euthyphron. p. 9. B. *πρὸς ἐμαυτὸν σκοπῶ.* De verbis *ὥσπερ οὖν οὐκ οἶδα* v. ad Phaedr.

τῳ σοφώτερος εἶναι, ὅτι ἃ μὴ οἶδα οὐδὲ οἴομαι εἰδέναι. ἐντεῦθεν ἐπ' ἄλλον ᾖα τῶν ἐκείνου δοκούντων σοφωτέρων εἶναι, καί μοι ταὐτὰ ταῦτα ἔδοξε· E καὶ ἐνταῦθα κἀκείνῳ καὶ ἄλλοις πολλοῖς ἀπηχθόμην.

Cap. VII. Μετὰ ταῦτ' οὖν ἤδη ἐφεξῆς ᾖα, αἰσθανόμενος μὲν καὶ λυπούμενος καὶ δεδιώς, ὅτι ἀπηχθανόμην, ὅμως δὲ ἀναγκαῖον ἐδόκει εἶναι τὸ τοῦ θεοῦ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι. ἰτέον οὖν σκοποῦντι τὸν χρη-

rentinis omnibus, aliis, mutatum.

Cap. VII. E. *ἰτέον οὖν σκοποῦντι τ. χρ.*] Sic Bodl. Ven. b. Vind. 1. 4. Flor. g. h. Par. DS. Vett. editt. *καὶ ἰέναι σκοποῦντι* v. ann.

p. 242. E. coll. Matthiae Gr. §. 625. p. 1274. Germanice dixeris: wie ich es nun einmal nicht weiss. Cobet. Varr. Lectt. p. 299. *οὖν* eiiciendum censet.

σμικρῷ τινι αὐτῷ τούτῳ σοφώτερος εἶναι] Cic. Academ. 1. 4: Socrates — ita disputat, ut — nihil se scire dicat nisi id ipsum, eoque praestare ceteris, quod illi, quae nesciant scire se putent, ipse se nihil scire id unum sciat; ob eamque caussam se arbitrari ab Apolline omnium sapientissimum esse dictum, quod haec esset una hominis sapientia, non arbitrari sese scire quod nesciat. Ceterum errat Fischerus, verba *σμικρῷ τινι* explicari opinans verbis *αὐτῷ τούτῳ*. Sensus enim hic est: hoc ipso mihi videor nonnihil isto esse sapientior, quod quae nescio, ea nec scire me arbitror.

Cap. VII. E. *ὅτι ἀπηχθανόμην*] Pertinet *ὅτι* ad *αἰσθανόμενος*, hoc sensu: cum dolore pariter atque metu sentiens, me in odium incurrere. Quo non animadverso mire Wolfius: „videns quidem et dolens invisum me fieri, atque ob id metuens.“ Dein participii usus vertit in verbum finitum, quandoquidem proprie pergendum fuit: *ὅμως δὲ ἀναγκαῖον ἡγούμενος εἶναι κτλ.* — De verbis *τὰ τοῦ θεοῦ* v. Matth. §. 284.

ἰτέον οὖν σκοποῦντι] Facit Socrates se ipse loquentem, quum animo commoto referat ea, quae illo tempore fecerit et cogitaverit. Nam verba hoc modo intelligenda sunt: Eundum est igitur, mecum cogitabam (hoc enim inest in praecedenti *ἐδόκει*), quid divina illa vox sibi velit exploraturo, ad eos omnes, qui etc. Quod in vett. editt. scriptum exstat: *καὶ ἰέναι σκοποῦντι*, id quoniam nonnihil languoris orationi affert, facileque ex correctione originem ducere potuit, recte videmur cum Bekkero repudiasse. Certe in uno Vindob., qui veram lectionem conservavit, margini adscriptum est *καὶ ἰέναι*.

σμόν, τί λέγει, ἐπὶ ἅπαντας τούς τι δοκοῦντας εἰδέναι.
22 καὶ νὴ τὸν κύνα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, — δεῖ γὰρ πρὸς
ὑμᾶς τἀληθῆ λέγειν — ἦ μὴν ἐγὼ ἔπαθόν τι τοιοῦτον·
οἱ μὲν μάλιστα εὐδοκιμοῦντες ἔδοξάν μοι ὀλίγου δεῖν τοῦ
πλείστου ἐνδεεῖς εἶναι ζητοῦντι κατὰ τὸν θεόν, ἄλλοι δὲ
δοκοῦντες φαυλότεροι ἐπιεικέστεροι εἶναι ἄνδρες πρὸς
τὸ φρονίμως ἔχειν. δεῖ δὴ ὑμῖν τὴν ἐμὴν πλάνην
ἐπιδεῖξαι ὥςπερ πόνους τινὰς πονοῦντος, ἵνα μοι καὶ
ἀνέλεγκτος ἡ μαντεία γένοιτο. Μετὰ γὰρ τοὺς πολιτι-

P. 22. B. *ἔγνων οὖν καὶ περὶ τ.*] *αὖ* vulgo post *οὖν* additum om. Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor d. e. g. h.

P. 22. *καὶ νὴ τὸν κύνα*] „De origine et vi iurisiurandi Socratis per canem aliasque animantes variae feruntur et veterum et recentiorum sententiae, quas collegerunt magno studio Menagius ad Laërt. II. 40. p. 92 sq. et Pet. Petitus Observatt. Miscell. 4. 7., qui per canem intelligi putabat daemonium Socratis. Ioach. Camerarius Opusc. de R. R. p 28. canem arbitrabatur esse fidei symbolum, atque adeo iurisiurandi formulam *νὴ τὸν κύνα* fere respondere Latinae medius fidius. Olympiodorus in vita Platonis ex eius Gorgia canem ostendit fuisse Aegyptiorum deum. v. Aelian. V. H. X. 45. Ego vero ut in re incerta et obscura iis assentior, qui opinantur Socratem iurasse per canem, anserem, etiam quercum (v. Cyrill. Alexandr. c. Iulian. 6. p. 190 A.), quod noluisset, Rhadamanthi exemplo et auctoritate, per ipsos deos iurare. v. Porphyr. de Abstinent. III. 16." Fischerus. Cf. ad Gorg. p. 482 B. et de Rhadamanthi iureiurando ad Legg. XII. p. 948. B. C. Suidas s. v. *Ῥαδαμάνθυος ὅρκος*, et s. v. *χῆνα ὀμνύναι*. Philostr. De Vita Apollon. c. 9. *Σωκράτης τὸν κύνα καὶ τὸν χῆνα καὶ τὴν πλάτανον ὤμνυ, οὐχ ὡς θεούς, ἀλλ' ἵνα μὴ θεοὺς ὀμνύῃ.* Nimirum callidus *εἴρων* cum cavillatione quadam videtur ita iuravisse. Aliter tamen etiam Schol. ad Aristoph. Vesp. v. 83: *οὕτω διὰ δεισιδαιμονίαν ὤμνυον. ἢ τάχα μιμεῖται τοὺς φιλοσόφους εἰς κύνα καὶ χῆνα ὀμνύοντας.*

ἔπαθόν τι τοιοῦτον· οἱ μὲν μάλιστα —] Solent eae sententiae, quae aliis subiiciuntur explicationis caussa, ita addi, ut particularum et coniunctionum vincula omittantur. Gorg. p. 450. A: *καὶ μὴν καὶ αἱ ἄλλαι τέχναι, ὦ Γοργία, οὕτως ἔχουσι· ἑκάστη αὐτῶν περὶ λόγους ἐστὶ τούτους, οἳ τυγχάνουσιν ὄντες κτλ.* Ibid. p. 465. D. *τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν, ὦ φίλε Πῶλε, — ὁμοῦ ἂν πάντα χρήματα ἐφύρετο.* Huic loco omni ex parte similia sunt haec: Phaedon. p 68. E. *τί δ' οἱ κόσμιοι αὐτῶν; οὐ ταὐτὸν τοῦτο πεπόνθασιν; ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονές εἰσι;* Legg. I. p. 635. D. *ἕνεκα τῆς γλυκυθυμίας τῆς πρὸς τὰς ἡδονὰς ταὐτὸν πείσονται τοῖς ἡττωμένοις τῶν φόβων· δουλεύσουσι τρόπον ἕτερον καὶ ἔτ' αἰσχίω.* Gorg. p. 513. A. Phaed. p. 251. D. Menex. p. 235. B. Eurip. Heraclid. v. 179. *μὴ πάθῃς σὺ τοῦτο, τοὺς ἀμείνονας*

κοὺς ᾖα ἐπὶ τοὺς ποιητὰς τούς τε τῶν τραγῳδιῶν καὶ τοὺς τῶν διθυράμβων καὶ τοὺς ἄλλους, ὡς ἐνταῦθα B ἐπ' αὐτοφώρῳ καταληψόμενος ἐμαυτὸν ἀμαθέστερον ἐκείνων ὄντα. ἀναλαμβάνων οὖν αὐτῶν τὰ ποιήματα, ἅ μοι ἐδόκει μάλιστα πεπραγματεῦσθαι αὐτοῖς, διηρώτων ἂν αὐτοὺς τί λέγοιεν, ἵν' ἅμα τι καὶ μανθάνοιμι παρ' αὐτῶν. αἰσχύνομαι οὖν ὑμῖν εἰπεῖν, ὦ ἄνδρες, τἀληθῆ· ὅμως δὲ ῥητέον. ὡς ἔπος γὰρ εἰπεῖν, ὀλίγου αὐτῶν ἅπαντες οἱ παρόντες ἂν βέλτιον ἔλεγον περὶ ὧν αὐτοὶ ἐπεποιήκεσαν. ἔγνων οὖν καὶ περὶ τῶν ποιητῶν ἐν ὀλίγῳ τοῦτο,

Par. DSTg. Ceterum Bekker. ex uno solo Par. S. pr. dedit πεποιήκεσαν, augmento omisso.

παρὸν φίλους ἑλέσθαι, τοὺς κακίονας λάβῃς. Eurip. Iphig. Aul. v. 366. cf. Heindorf. ad Phaedon. p. 57. Matth. ad Eurip. Hecub. c. 777.

ἵνα μοι καὶ ἀνέλεγκτος ἡ μαντεία γένοιτο] Ait Socrates se omnia fecisse, ut oraculum a Pythia datum refelleret; sed multis laboribus exantlatis eventum expertum esse hunc, ut eius veritatem etiam confirmaret adeo, ut ἀνέλεγκτον fieret, hoc est tale, quod erroris convinci non posse videretur. Non sine ironia haec a Socrate dici nemo erit quin sentiat. Quamquam aliter sensit Car. Fr. Hermann, qui suo Marte invitis libris omnibus edidit: ἵνα μοι κἂν ἔλεγκτος ἡ μ. γ. quod linguae Atticae leges ferre non videntur. Non male Wolfius locum sic interpretatur: ut mihi denique a nemine posthac argui oraculum posset. Ceterum de genitivo πονοῦντος post τὴν ἐμὴν illato v. Matthiae gr. Gr. §. 466. 1.

B. ἅ μοι ἐδόκει — πεπραγματεῦσθαι αὐτοῖς] h. e. quae ab iis maxima diligentia composita videbantur. Deinde imperfectum διηρώτων cum ἂν coniunctum indicat rem pro rerum conditione repetitam. v. Matth. §. 599. 1. Buttm. §. 126. 5. Rost. §. 120. 5. c. γ. p. 594.

οἱ παρόντες ἂν βέλτιον ἔλεγον περὶ ὧν αὐτοὶ ἐπεποιήκεσαν] Ne quis requirat tempus perfectum πεποιήκασι, sententia verborum haec est: omnes, qui aderant, melius istis de carminibus solebant iudicare, quae illi ipsi composuerant. Non sine vi repetitum est pronomen αὐτοί, quo graviter significatur poetas ipsos de suis ipsorum carminibus peius iudicasse quam alios homines, qui illos carmina recitantes audierint. Minus recte Wolfius: Nam prope dixerim, omnes paene, qui hic adsunt, istis melius dicerent de iis, quae isti composuerant. Nam οἱ παρόντες non intelliguntur qui Socratem audiunt se in iudicio defendentem, sed potius ii, qui intererant eius sermonibus, quos cum poetis instituebat. Imperfectum ἔλεγον autem cum ἂν particula copulatum etiam hoc loco indicat actionem identidem repetitam. Quae quidem interpretatio cur alteri sit praeferenda, in promtu ratio est.

ἐν ὀλίγῳ τοῦτο] brevi, mox, quod plenius dicitur Sophist. p. 234. A. ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ. Pro quo cur C. Fr. Her-

C ὅτι οὐ σοφίᾳ ποιοῖεν ἃ ποιοῖεν, ἀλλὰ φύσει τινὶ καὶ ἐνθουσιάζοντες, ὥσπερ οἱ θεομάντεις καὶ οἱ χρησμῳδοί. καὶ γὰρ οὗτοι λέγουσι μὲν πολλὰ καὶ καλά, ἴσασι δὲ οὐδὲν ὧν λέγουσι. τοιοῦτόν τί μοι ἐφάνησαν πάθος καὶ οἱ ποιηταὶ πεπονθότες. καὶ ἅμα ᾐσθόμην αὐτῶν διὰ τὴν ποίησιν οἰομένων καὶ τἆλλα σοφωτάτων εἶναι ἀνθρώπων, ἃ οὐκ ἦσαν. ἀπῇα οὖν καὶ ἐντεῦθεν, τῷ αὐτῷ οἰόμενος περιγεγονέναι ᾧπερ καὶ τῶν πολιτικῶν.

Cap. VIII. Τελευτῶν οὖν ἐπὶ τοὺς χειροτέχνας
D ᾖα· ἐμαυτῷ γὰρ ξυνῄδειν οὐδὲν ἐπισταμένῳ, ὡς ἔπος

C. *ποιοῖεν ἃ ποιοῖεν*] *ἃ ποιοῖεν* in ed. Steph. errore om. *τῷ αὐτῷ οἰόμενος περιγ.*] Bekk. *τῷ αὐτῷ αὐτῶν οἰόμενος* ex Par. H. g. Angel., quos sequi noluimus. Et latet in praecedenti *ἐντεῦθεν* iam aliqua pronominis significatio, ut *αὐτῶν* non omnino sit necessarium.

Cap. VIII. *ξυνῄδειν οὐδὲν — ᾔδειν ὅτι —*] Codd. omnes cum vett. editt. *ξυνῄδειν* et *ᾔδειν*: ut nesciamus unde acceperit Bekker. quod edidit *ξυνῄδη* et *ᾔδη*. Nisi forte secutus est Pamann. de suo scripserit *ἑνὶ λόγῳ*, non exputamus. Quamquam bene novimus utramque formulam interdum in codd. permutari.

ὥσπερ οἱ θεομάντεις καὶ οἱ χρησμῳδοί] Ion. p. 533. E. *πάντες γὰρ οἵ τε τῶν ἐπῶν ποιηταὶ οἱ ἀγαθοὶ οὐκ ἐκ τέχνης, ἀλλ' ἔνθεοι καὶ κατεχόμενοι πάντα τὰ καλὰ λέγουσι ποιήματα, καὶ οἱ μελοποιοὶ οἱ ἀγαθοὶ ὡσαύτως. — καὶ οὐ πρότερον οἷός τε ποιεῖν (ὁ ποιητής), πρὶν ἂν ἔνθεός τε γένηται καὶ ἔκφρων καὶ ὁ νοῦς μηκέτι ἐν αὐτῷ ἐνῇ. ἕως δ' ἂν τοῦτο ἔχῃ τὸ κτῆμα, ἀδύνατός ἐστι ποιεῖν — καὶ χρησμῳδεῖν.* Adde etiam Menon. p. 99. C.D. ubi idem prorsus de viris civilibus iudicatur. Legg. IV. p. 719.

C. *ᾐσθόμην αὐτῶν — εἶναι ἀνθρώπων*] De constructione vid. Matth. §. 349. 1. coll. 549. 4. et §. 536. Buttm. §. 131. 4. c. Rost. §. 108. 2. g. coll. §. 127. — *ἃ οὐκ ἦσαν*, sc. *σοφοί*. Voc. *ἀνθρώπων* Hirschig. delevit, quia scriptum esse oportuerit *τῶν ἀνθρώπων*. Quasi vero non dicatur *ἄριστ' ἀνθρώπων* Theaet. p. 148. B. *κάλλιστ' ἀνθρώπων*. Legg. I. p. 636. E. *ἥκιστ' ἀνθρώπων* Phaedon. p. 67. E. *φθόνερος ἥκιστ' ἀνθρώπων* Protag. p. 361. C. *τὸν ἄριστον ἐν ἀνθρώποις*. Lys. p. 211. E. Nos dicimus: die Weisesten *von der Welt*.

Cap. VIII. D. *τούτου μὲν οὐκ ἐψεύσθην*] v. Matth. 338. Rost. §. 108. 5.

ὅπερ καὶ οἱ ποιηταὶ καὶ οἱ ἀγαθοὶ δημιουργοί] Demosth. Midian. p. 514. ed. Reisk. *ἐγὼ δ' ὅπερ ἂν καὶ ὑμῶν ἕκαστος ὑβρισθεὶς προείλετο πρᾶξαι, τοῦτο καὶ αὐτὸς ἐποίησα.* Phaedon. p. 64. C. *σκέψαι δή, ὦ ἀγαθέ, ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ ξυνδοκῇ ἅπερ καὶ ἐμοί.* Phileb. p. 61. B. Xenoph. Symp. VIII. 15. v. ad Euthyphr. p. 84. coll. Heindorf. ad Phaedon. p. 36. et ad Parmenid. p. 293. Quod vero *οἱ δημιουργοί*, i. e. *οἱ χει-*

εἰπεῖν, τούτους δέ γ' ᾔδειν ὅτι εὑρήσοιμι πολλὰ καὶ καλὰ ἐπισταμένους. καὶ τούτου μὲν οὐκ ἐψεύσθην, ἀλλ' ἠπίσταντο ἃ ἐγὼ οὐκ ἠπιστάμην καί μου ταύτῃ σοφώτεροι ἦσαν. ἀλλ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταὐτόν μοι ἔδοξαν ἔχειν ἁμάρτημα, ὅπερ καὶ οἱ ποιηταί, καὶ οἱ ἀγαθοὶ δημιουργοί· διὰ τὸ τὴν τέχνην καλῶς ἐξεργάζεσθαι ἕκαστος ἠξίου καὶ τἆλλα τὰ μέγιστα σοφώτατος εἶναι, καὶ αὐτῶν αὕτη ἡ πλημμέλεια ἐκείνην τὴν σοφίαν ἀπέκρυπτεν· ὥςτ' ἐμὲ ἐμαυτὸν ἀνερωτᾶν ὑπὲρ τοῦ χρησμοῦ, πότερα δεξαίμην ἂν οὕτως E

naetii de Platone testimonium apud Eustath. ad Odyss. p. 1946. Rom. T. II. p. 305. ed. Lips. conf. Etym. Magn. p. 419. 13. Dawesii Miscell. p. 427 sq. ed. Kidd. Schneider. Praefat. ad Remp. XLII sqq. Nos quidem nunc tam multis et praeclaris codd., quos collatos ad hunc librum habemus, nonnihil tribuendum iudicavimus.

E. ὥςτ' ἐμὲ ἐμαυτὸς ἀνερωτᾶν] V. ὥςτ' ἐμὲ καὶ αὐτὸν ἀν. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. alii, ὥςτε με ἐμ. Verum servavit Bodl.

ροτέχναι, vocatur ἀγαθοί, solebat Socrates peritos tantum et in opere suo excellentes adire opifices. De qua re ipse apud Xenoph. Oecon. 6, 13: τοὺς μὲν γὰρ ἀγαθοὺς τέκτονας, χαλκέας ἀγαθούς, ζωγράφους ἀγαθούς, ἀγαθοὺς ἀνδριαντοποιούς, καὶ τὰ ἄλλα τὰ τοιαῦτα, πάνυ ὀλίγος μοι χρόνος ἐγένετο ἱκανὸς περιελθεῖν τε καὶ θεάσασθαι τὰ δεδοκιμασμένα καλὰ ἔργα. Quamquam οἱ ἀγαθοί ironia non vacare videtur, ut sit: boni qui dicebantur. Sic Sophocl. Trachin. v. 532. ed. Br. τοιάδ' Ἡρακλῆς, ὁ πιστὸς ἡμῖν κἀγαθὸς καλούμενος. Antigon. v. 31: τοιαῦτά φασι τὸν ἀγαθὸν Κρέοντα — κηρύξαντ' ἔχειν. ubi recte Schol. ἐν εἰρωνείᾳ. Philoct. v. 873. Ἀτρεῖδαι — ἀγαθοὶ στρατηλάται. Mutavit haec quoque Hirschigius, qui verba: καὶ οἱ ἀγαθοὶ δημιουργοὶ in exemplo suo exstirpavit.

διὰ τὸ τὴν τέχνην — ἕκαστος ἠξίου] In uno cod. Flor. b. post διὰ a manu rec. additum est γάρ. Quod ne cui recipiendum videatur, v. ad cap. VII. p. 22. A. ann. Deinde verbis καὶ τἆλλα τὰ μέγιστα σοφωτάτους εἶναι respici praecipue ad reipublicae administrationem bene Forsterus vidit. Etenim Socratis aetate opulentissimi quique civium se maxime idoneos ad civitatem gubernandam habebant. Quam quidem istorum hominum vanam stultamque ambitionem quum Socrates saepe ridet apud Platonem atque Xenophontem, tum poetae comici frequenter exploserunt.

ἐκείνην τὴν σοφίαν ἀπέκρυπτεν] h. e. error ille atque stultitia scientiam istorum hominum ac sapientiam ita quasi obscurabat, ut haec nulla esse videretur.

E. ἀνερωτᾶν ὑπὲρ τοῦ χρησμοῦ] h. e. nomine ora-

ὥςπερ ἔχω ἔχειν, μήτε τι σοφὸς ὢν τὴν ἐκείνων σοφίαν, μήτε ἀμαθὴς τὴν ἀμαθίαν, ἢ ἀμφότερα ἃ ἐκεῖνοι ἔχουσιν ἔχειν. ἀπεκρινάμην οὖν ἐμαυτῷ καὶ τῷ χρησμῷ, ὅτι μοι λυσιτελοῖ ὥςπερ ἔχω ἔχειν.

Cap. IX. Ἐκ ταυτησὶ δὴ τῆς ἐξετάσεως, ὦ ἄν-
23 δρες Ἀθηναῖοι, πολλαὶ μὲν ἀπέχθειαί μοι γεγόνασι
καὶ οἷαι χαλεπώταται καὶ βαρύταται, ὥςτε πολλὰς

ὅτι μοι λυσιτελοῖ] V. λυσιτελεῖ. Optativum habent Bodl. Ven. a. b. Ξ. Vind. 1. 2. 5. Flor. 1. Par. BH. Angel., quibus obsequendum fuit.

Cap. IX. Ἐκ ταυτησὶ δὴ τῆς ἐξ.] V. ἐκ ταύτης ἤδη, quod ortum ex mala pronuntiatione. Verum praebuerunt Bodl. Ven. b. Vind. 4. Par. T. Mox Ἀθηναῖοι Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. alii omittunt; et abiecerunt nuper vocem Turicenses.

P. 23. κινδυνεύει, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι] Istud Ἀθηναῖοι om. Bodl. Ven. b. Par. D. S. T. Videlicet orta omissio ex culi. Deinde v. δέχεσθαι significat praeferre, malle, ut saepe alibi.

ἀμαθὴς τὴν ἀμαθίαν] sc. αὐτῶν. — ἀμφότερα, intell. σοφίαν et ἀμαθίαν. Euthyphron. p. 9. D: ὡς ὃ μὲν ἂν πάντες οἱ θεοὶ μισῶσιν ἀνόσιόν ἐστιν, ὃ δ' ἂν φιλῶσιν ὅσιον· ὃ δ' ἂν οἱ μὲν φιλῶσιν, οἱ δὲ μισῶσιν, οὐδέτερα ἢ ἀμφότερα; Gorg. p. 524. B: οἷον εἴ τινος μέγα ἦν τὸ σῶμα φύσει ἢ τροφῇ ἢ ἀμφότερα ζῶντος. Cf. ibid. 469. B. Phileb. p. 45. D. Phaedr. p. 228. A. Lysid. p. 218. E. De Rep. VIII. 555. D. Demosth. pr. Coron. p. 285. Reisk. ἀμφότερα ταῦτα, καὶ εὔνους τῇ πόλει, καὶ πλούσιος. Xenoph. Mem. I. 1, 5: ἐδόκει δ' ἂν ἀμφότερα.

P. 23. καὶ οἷαι χαλεπώταται] h. e. longe gravissimae et acerrimae. Nam ante οἷαι intelligendum est τοιαῦται. Xenoph. Mem. IV. 8, 11: ἐδόκει τοιοῦτος εἶναι, οἷος ἂν εἴη ἄριστός γε ἀνὴρ καὶ εὐδαιμονέστατος. Loquendi genus illustravit Matth. §. 461. coll. Viger. de Idiot. p. 120.

ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι, σοφὸς εἶναι] Verba σοφὸς εἶναι per epexegesin praecedentibus ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι, i. e. καλεῖσθαι δέ, addita sunt. Quum vero legitima ratio accusativum, σοφὸν εἶναι, requireret; nominativus subiectus est per anacoluthiam, quasi praecessisset ἐκ ταυτησὶ δὴ τῆς ἐξετάσεως — ἀπεχθὴς γέγονα, vel simile quiddam. Similia habet Fritschius Lectt. Lucian. p. 103. extrem. Denique εἶναι post nominandi verbum de more adiectum; v. Heindorf. ad Theaetet. p. 160. B. Reiz. ad Viger. p. 737. Schaefer. ad Dionys. De compos. verbor. p. 141. Pro ὄνομα δὲ ne quis requirat ὄνομά τε, v. ad Protagor. p. 310. A.

τὸ δὲ κινδυνεύει — σοφὸς εἶναι] h. e. quum tamen revera deus videatur sapiens esse. De republ. I. p. 340. C: λέγωμεν τῷ ῥήματι οὕτως, ὅτι ὁ ἰατρὸς ἐξήμαρτε καὶ ὁ λογιστὴς ἐξήμαρτε καὶ ὁ γραμματιστής· τὸ δ', οἶμαι, ἕκαστος τούτων, καθ' ὅσον τοῦτ' ἔστιν, ὃ προσαγορεύομεν αὐτόν, οὐδέποτε ἁμαρτάνει. Menon. p.

διαβολὰς ἀπ᾿ αὐτῶν γεγονέναι, ὄνομα δὲ τοῦτο λέγεσθαι, σοφὸς εἶναι. οἴονται γάρ με ἑκάστοτε οἱ παρόντες ταῦτα αὐτὸν εἶναι σοφόν, ἃ ἂν ἄλλον ἐξελέγξω· τὸ δὲ κινδυνεύει, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῷ ὄντι ὁ θεὸς σοφὸς εἶναι, καὶ ἐν τῷ χρησμῷ τούτῳ τοῦτο λέγειν, ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη σοφία ὀλίγου τινὸς ἀξία ἐστὶ καὶ οὐδενός· καὶ φαίνεται τοῦτο λέγειν τὸν

scripturae compendio, de quo v. Commentar. nostros critt. in Plat. Apolog. in.

φαίνεται τοῦτο λέγειν] V. *τούτου.* Plurimi optimique libri *τοῦτον.* Pro eo *τοῦτ᾿ οὐ λέγειν* Wolfius probante Hermanno Mus. Antiquit. Studior. p. 149., reprobante Schaefero ad Lamb. Bos. p. 705. qui *τούτου* cum Fischero interpretatur *τούτου χάριν.* Correximus nunc *τοῦτο λέγειν.* v. explicatt. Recentes editt. de Wolfii coniectura *τοῦτ᾿ οὐ λέγειν.*

97. D: *λέγοντες, ὅτι φρόνησις μόνον ἡγεῖται τοῦ ὀρθῶς πράττειν, τὸ δὲ ἄρα καὶ δόξα ἦν ἀληθής.* Theaetet. p. 157 A: *ὥςτε ἐξ ἁπάντων τούτων — οὐδὲν εἶναι ἓν αὐτὸ καθ᾿ αὑτό, ἀλλά τινι ἀεὶ γίγνεσθαι — τὸ δ᾿ οὐ δεῖ κ. τ. λ.*, ubi Heindorf. de hoc genere loquendi monuit. Legg. I. p. 642. A. VII. p. 803. D. al. Pro *τὸ δὲ* interdum plenius dicitur *τὸ δὲ ἀληθές.* De republ. IV. p. 443. D: *τὸ δέ γε ἀληθές, τοιοῦτόν μέν τι ἦν — ἡ δικαιοσύνη.* Tim. p. 86. D: *τὸ δὲ ἀληθές, ἡ περὶ τὰ ἀφροδίσια ἀκολασία — νόσος ψυχῆς γέγονε.* Ex quibus locis intelligitur, quae sit propria vis et significatio illius formulae. Etenim articulus cum *δὲ* coniunctus indicat id, quod alii cuidam ita opponitur, ut pro vero haberi debeat. Hoc loco post *τὸ δὲ* infertur *τῷ ὄντι*, quo vis illius formulae *τὸ δὲ* augeatur magisque sentiatur. Sic Legg. V. p. 731. E: *τὸ δὲ ἀληθείᾳ γε.*

ὀλίγου τινὸς — καὶ οὐδενός] In his *καὶ* ante *οὐδενός* auget atque corrigit verba *ὀλίγου τινός*, hoc sensu: et vero s. immo nullius pretii. Loquendi genus tetigit Dorvillius ad Chariton. p. 581 ed. Lips. et nuper copiosius illustravit Fritschius Quaestion. Lucian. p. 11. Eodem modo capiendum *μικρὰ καὶ οὐδέν.* Theaet. p. 173. E: *ταῦτα πάντα ἡγησαμένη σμικρὰ καὶ οὐδέν.* Politic. p. 298. A: *ὧν σμικρὰ μὲν εἰς τὸν κάμνοντα καὶ οὐδὲν ἀναλίσκουσι.* Demosth. p. 790. 20 et p. 260. 26 ed. Reisk. Itaque erravit qui *ἢ καὶ οὐδενὸς* scribendum suspicatus est. Prorsus eodem modo scriptores Latini atque usurpant. v. Matth. ad Cicer. II. Catil. XII. 27. Manil. XVIII. 54.

καὶ φαίνεται τοῦτο λέγειν τὸν Σωκράτη] Hoc dicit: Apollo oraculo illo indicavit, sapientiam humanam esse nullam; et manifesto hoc de me (Socrate) dicit; (nam est sane mea sapientia nulla); sed meo utitur exemplo (ut alii quoque intelligant se omni carere sapientia), quasi dicat: ille demum mortalium est sapientissimus, qui, sicuti Socrates, intellexit, se revera sapientiae laude

Σωκράτη, προςκεχρῆσθαι δὲ τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐμὲ
B *παράδειγμα ποιούμενος, ὥςπερ ἂν εἰ εἴποι, ὅτι Οὗτος ὑμῶν, ὦ ἄνθρωποι, σοφώτατός ἐστιν, ὅςτις ὥςπερ Σωκράτης ἔγνωκεν, ὅτι οὐδενὸς ἄξιός ἐστι τῇ ἀληθείᾳ πρὸς σοφίαν. ταῦτ' οὖν ἐγὼ μὲν ἔτι καὶ νῦν περιιὼν ζητῶ καὶ ἐρευνῶ κατὰ τὸν θεόν, καὶ τῶν ἀστῶν καὶ τῶν ξένων ἄν τινα οἴωμαι σοφὸν εἶναι·*

B. *ὥςπερ ἂν εἰ εἴποι*] Editt. et mss. omnes *εἰ* ignorant, quod recte inseruit Stephanus.

plane esse destitutum. De constructione cf. Criton. p. 48. A: *φροντιστέον, τί ἐροῦσιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς.* Menon. p. 77. A: *ὅπερ φασὶ τοὺς συντρίβοντάς τι.* Phileb. p. 54. B. Aristoph. Acharn. v. 593: *ταυτὶ λέγεις σὺ τὸν στρατηγόν;* Ibid. v. 580: *τί δ' εἶπας ἡμᾶς; οὐκ ἐρεῖς;* Sophocl. Electr. v. 984: *τοιαῦτά τοι νὼ πᾶς τις ἐξερεῖ βροτῶν.* Eurip. Iphig. Taur. v. 340: *Θαυμάστ' ἔλεξας τὸν φανένθ'*, ubi Marklandus: „*τὸν φανέντα* est *περὶ τοῦ φανέντος.* Saepe occurrit hoc schema *Ὁμηρικόν.*" Andromach. v. 646: *τί δῆτ' ἂν εἴποις τοὺς γέροντας ὡς σοφούς;* Heynius ad Homerum T. V. p. 285. „Omnino forma apud Atticos paullo lenius constituta, *λέγειν τινά* pro *λέγειν περί τινος.* Dici enim solet: *λέγειν τινά τι, λέγειν τινὰ ὅτι, ὡς, εἰ αὐτός,* v. c. *λέγειν τινὰ ὅτι ἐσθλός ἐστι.*" Quod Wolfius Script. Misc. p. 100 sq. legendum censuit: *τοῦτ' οὐ λέγειν*, id vix probaveris, quia aegre *τὸ σοφὸν εἶναι* ex superioribus intelligas. Astius in diario, Zeitschrift für Wissenschaft und Kunst inscripto, Vol. I. fasc. II. p. 104. defendere conatus est lectionem plurimorum codicum *τοῦτον λέγειν τὸν Σωκράτη* ita, ut *τοῦτον τὸν Σωκράτη* accipi vellet *δεικτικῶς* pro *ἐμέ.* Sed ita *τοῦτον* moleste redundat. Imo merum *τὸν Σωκράτη* pro *ἐμὲ* positum, ita ut deinde recte *τῷ ἐμῷ ὀνόματι* subiungatur. Sic Euthyph. p. 5. A: *οὐδέ τῳ ἂν διαφέροι Εὐθύφρων τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, εἰ μὴ τὰ τοιαῦτα εἰδείην*, ubi v. quae alia id genus adscripsimus. Addimus nunc Legg. VII. p. 792. C: *Κλεινίᾳ ξυνακολουθήσαιμι* pro *σοί*, quo loco subsequitur *ὦ θαυμάσιε.* Hipp. mai. p. 298. B. C. qui locus est sane sincerissimus et vere Platonicus, ut attrectari non debuerit. Phaedon. p. 98. C. *λέγων ὅτι Σωκράτης πάντα νῷ πράττει κ. τ. λ.* Horat. Epod. XV. 12. Sat. II. 6, 48. ibique Bentlei.

B. *ὥςπερ ἂν εἰ εἴποι*] De constructione verborum *ὥςπερ ἂν εἰ* supra dictum est ad pag. 16. D. Plene dicendum fuit hoc loco: *ὥςπερ ἂν ποιοῖτο, εἰ εἴποι.* Itaque non dubito, quin Stephanus, Heindorfius et Bekkerus voculam *εἰ* recte inseruerint. Nam quae interpretes ad hunc locum exempla attulerunt formulae *ὥςπερ ἂν* cum optativo sine *εἰ* particula coniunctae, ea alius generis sunt. Enimvero in his locis omnibus *ὥςπερ* est quemadmodum, ut; particula *ἂν* autem referenda est ad verbum, quod subiicitur. Xenoph. Hellen. III. 1, 11: *ἀσπαζομένης ὥςπερ ἂν γυν*

καὶ ἐπειδάν μοι μὴ δοκῇ, τῷ θεῷ βοηθῶν ἐνδείκνυμαι, ὅτι οὐκ ἔστι σοφός. καὶ ὑπὸ ταύτης τῆς ἀσχολίας οὔτε τι τῶν τῆς πόλεως πρᾶξαί μοι σχολὴ γέγονεν ἄξιον λόγου οὔτε τῶν οἰκείων, ἀλλ' ἐν πενίᾳ C
μυρίᾳ εἰμὶ διὰ τὴν τοῦ θεοῦ λατρείαν.

Cap. X. *Πρὸς δὲ τούτοις οἱ νέοι μοι ἐπακολουθοῦντες, οἷς μάλιστα σχολή ἐστιν, οἱ τῶν πλου-*

περιιὼν ζητῶ] V. *ἐπιζητῶ*, quod optimorum plurimorumque auctoritate librorum mutatum. Hirschig. coni. *ἐξετάζω*. Mox Bodl. Ven. b. Vat. pauci alii *καὶ τῶν ἀστῶν καὶ ξένων*.

γαμβρὸν ἀσπάζοιτο, h. e. *ὥςπερ γυνὴ ἀσπάζοιτ' ἂν γαμβρόν*. Ibid. III. 4, 15: *ὥςπερ ἄν τις τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ ἀποθανούμενον προθύμως ζητοίη*, h. e. *ὥςπερ τις ζητοίη ἂν τὸν — ἀποθ.* Plat. Phaedon. p. 87. B: *ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ ὁμοίως λέγεσθαι ταῦτα, ὥςπερ ἄν τις περὶ ἀνθρώπου ὑφάντου πρεσβύτου ἀποθανόντος λέγοι τοῦτον τὸν λόγον*, h. e. quemadmodum quis de sene textore mortuo haec possit dicere. Ibid. p. 98. E. codd. nuper praebuerunt veram lectionem *ὥςπερ ἂν εἰ*.

ταῦτ' οὖν] i. e. *διὰ ταῦτ' οὖν*. v. ad Symp. p. 174. A.

καὶ τῶν ἀστῶν καὶ τῶν ξένων] Pendent genitivi ex sequente *τινά*.

τῷ θεῷ βοηθῶν ἐνδείκνυμαι] h. e. id agens, ut appareat responsum Apollonis esse verum. Voc. *ἀσχολία* Thom. Mag. interpretatur: *ἡ περί τι ἀναστροφή*, h. e. occupatio, studium quod in aliqua re ponitur.

C. *ἀλλ' ἐν πενίᾳ μυρίᾳ εἰμί —*] *Πενία* a *πτωχεία* ita differt, ut Lat. paupertas ab egestate. Itaque *πενία* tribuitur opificibus aliisque eiusmodi hominibus, qui opere faciendo victum quaerunt, quotidieque tantum lucrantur, quantum satis est ad vitam sustentandam; *πτωχεία* autem mendicis. v. Aristoph. Plut. v. 552 sqq. ibique interpp. — *Μυρία πενία* est maxima paupertas: quod genus loquendi illustrarunt interpp. Aristaen. II. 18. et Valckenar. ad Phoeniss. v. 1480. Quanta autem Socratis paupertas fuerit, ipse docet ap. Xenoph. Oeconom. II. 3., ubi ait se domum suam reliquasque res omnes quinque minis Atticis (quae fere aequant 125 numis Ioachimicis s. thaleris) vendere posse. Unde etiam vulgo *πένης* dictus est, ut intelligitur e Xenoph. Oecon. II. 3. conf. infra p. 31. C. Paupertatem hominis risit Eupolis versibus ab Olympiodoro ad Phaedon. 14 servatis: *Μισῶ δ' ἔγωγε Σωκράτην τὸν πτωχὸν ἀδολέσχην, Ὃς τἄλλα μὲν πεφρόντικεν, Ὁπόθεν καταφαγεῖν ἔχοι, τούτου κατημέληκεν.* — Pro *διὰ τὴν τοῦ θεοῦ λατρείαν* dici etiam poterat *διὰ τὴν τῷ θεῷ λατρείαν*, quandoquidem nomina verbalia cum casu verborum, unde ducta sunt, construi solent. v. infra ad p. 30. A. Neque vero desunt exempla genitivi huiusmodi nominibus adiecti, ut Plat. Phaedr. p. 245. E. *καταφυγοῦσα πρὸς θεῶν εὐχάς τε καὶ λατρείας*. Plura collegit Matth. §. 367. 1.

Cap. X. C. *οἱ τῶν πλουσιωτάτων*] Haec a Socrate

σιωτάτων, αὐτόματοι χαίρουσιν ἀκούοντες ἐξεταζομένων τῶν ἀνθρώπων, καὶ αὐτοὶ πολλάκις ἐμὲ μιμοῦνται, εἶτα ἐπιχειροῦσιν ἄλλους ἐξετάζειν· κἄπειτα, οἶμαι, εὑρίσκουσι πολλὴν ἀφθονίαν οἰομένων μὲν εἰδέναι τι ἀνθρώπων, εἰδότων δὲ ὀλίγα ἢ οὐδέν. ἐντεῦθεν οὖν οἱ ὑπ' αὐτῶν ἐξεταζόμενοι ἐμοὶ ὀργίζονται, ἀλλ' οὐχ αὑτοῖς, καὶ λέγουσιν, ὡς Σωκράτης τίς ἐστι μιαρώτατος καὶ διαφθείρει τοὺς νέους. καὶ ἐπειδάν τις αὐτοὺς ἐρωτᾷ, ὅ τι ποιῶν καὶ ὅ τι διδάσκων, ἔχουσι μὲν οὐδὲν εἰπεῖν, ἀλλ' ἀγνοοῦσιν,

Cap. X. C. *ἀκούοντες ἐξεταζομένων*] V. *ἐλεγχομένων*, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Parr. DST. mutatum. Dein vett. editt. *εἰδέναι τι τῶν ἀνθρώπων*: articulum aspernantur Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST.

ὀλίγα ἢ οὐδέν] Sic Bodl. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. Editt. *ἢ ὀλίγα ἢ οὐδέν*, quod etiam Bekk. servavit.

ἀλλ' οὐχ αὑτοῖς] V. *ὀργίζονται, οὐκ αὐτοῖς.* Receptam lectionem servarunt Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. e. g. Par. T. In aliis est: *ὀργίζονται, οὐχ αὑτοῖς.*

adiiciuntur, quo magis etiam invidiae caussae appareant. Certe glossematis suspicio procul habenda. Protagor. p. 326. C: *καὶ ταῦτα μάλιστα ποιοῦσιν οἱ μάλιστα δυνάμενοι* (sc. filios suos institui et erudiri curant), *μάλιστα δὲ δύνανται οἱ πλουσιώτατοι.* Conf. mox. ad p. 23. E. 34. B. 37. C. 39. C. Crit. p. 43. D.

ἐμὲ μιμοῦνται, εἶτα ἐπιχειροῦσιν] Saepissime *εἶτα* et *ἔπειτα* pro *καὶ εἶτα* et *καὶ ἔπειτα* post verbum finitum inferri hodie satis notum est. v. Theaetet. p. 151. C. Euthyd. p. 295. C. D. Phaedr. 63. C., quibus locis significat deinde, postea. Paullo alia ratio est huius loci, in quo *εἶτα* est atque tum, *καὶ τότε.* Eodem tamen modo positum est Cratyl. p. 411. B., ubi Heindorf. praeter hunc locum comparavit De republ. p. 336. B. Fischerus *μιμούμενοι* corrigebat, quod vereor ut Hermannus nuper iure Platoni suo impertiverit.

εἰδότων δὲ ὀλίγα ἢ οὐδέν] Gravius hoc dictum est quam quod in editt. omnibus legitur *ἢ ὀλίγα ἢ οὐδέν.* Videlicet *ἢ* ita significat aut potius: quod secus est in formula *ἢ ὀλίγα ἢ οὐδέν.* Plat. Phaedr. p. 244. B: *βραχέα ἢ οὐδέν.* Alciphron. III. 4: *ὀλίγα ἢ οὐδὲν διαφέρουσι.*

ἀλλ' οὐχ αὑτοῖς] sc. quod se erroris et inscitiae ab illis coargui patiantur. Gravi cum ironia haec dicta sunt. Mihi, inquit, isti succensent, quum tamen sibi potius debeant, ut qui se patiantur refutari ab illis adolescentulis. Longe minus ironicae venustatis habet vulgata lectio *οὐκ αὐτοῖς*, pro qua haud scio an scribendum fuerit *οὐκ ἐκείνοις.*

D. *ἀλλ' ἀγνοοῦσιν*] Verba haec neutiquam vi sua carentia,

ἵνα δὲ μὴ δοκῶσιν ἀπορεῖν, τὰ κατὰ πάντων τῶν φιλοσοφούντων πρόχειρα ταῦτα λέγουσιν, ὅτι τὰ μετέωρα καὶ τὰ ὑπὸ γῆς, καὶ θεοὺς μὴ νομίζειν, καὶ τὸν ἥττω λόγον κρείττω ποιεῖν. τὰ γὰρ ἀληθῆ, οἶμαι, οὐκ ἂν ἐθέλοιεν λέγειν, ὅτι κατάδηλοι γίγνονται προςποιούμενοι μὲν εἰδέναι, εἰδότες δὲ οὐδέν. ἅτε οὖν, οἶμαι, φιλότιμοι ὄντες καὶ σφοδροὶ καὶ E *πολλοί, καὶ ξυντεταγμένως καὶ πιθανῶς λέγοντες περὶ ἐμοῦ, ἐμπεπλήκασιν ὑμῶν τὰ ὦτα καὶ πάλαι καὶ σφοδρῶς διαβάλλοντες. ἐκ τούτων καὶ Μέλητός*

D. *ὅτι τὰ μετέωρα —*] Steph. *ὅτι τὰ μ. καὶ τὰ ὑπὸ γῆς ζητεῖ καὶ θεοὺς μὴ νομίζει καὶ τ. ἥ. λ. κρ. ποιεῖ.* Sed *ζητεῖ* cum Ald. Bas. 1. 2. om. Bodl. Vat. Ven. a. b. Ξ. sex Vindobb., Florentini omnes, Coisl. Parr. alii, ut de nihilo ortum videatur. Infinitivos autem praebuerunt libri fere omnes maguo consensu. Nimirum vulgaris lectio debetur iis, qui verborum structuram non perspexissent.

E. *καὶ ξυντεταγμένως*] Libri aliquot probante Herm. et Astio *ξυντεταμένως*, de qua permutatione dixi ad Phileb. p. 59. A.

καὶ πάλαι καὶ σφοδρῶς δ.] Steph. *καὶ πάλαι καὶ νῦν καὶ* tanquam supervacanea deleri iubet Cobet. Varr. Lectt. p. 299. praecipitato utique iudicio.

ὅτι τὰ μετέωρα καὶ τὰ ὑπὸ γῆς] Recte locum interpretatus est I. Geelius, Biblioth. Crit. Nov. Libr. IV. p. 417., qui in fine sententiae *διδάσκων* repetendum censuit, unde primum accusativus, deinde autem infinitivus cum accusativo suspenditur. Qua ratione parum perspecta acutulus nuper criticus invitis codd. post *καὶ τὰ ὑπὸ γῆς* infercire non dubitavit *ζητεῖν*, quia scilicet verbum *ζητεῖν* et *ἀναζητεῖν* in eadem re positum sit p. 18. B. et p. 19. B.

ὅτι κατάδηλοι — προςποιούμενοι] De constructione v. ad p. 18. A. Mox Heindorf. scribendum putabat *μέν τι εἰδέναι.* Sed *τι* facile ex proximo *οὐδὲν* intelligi potest, nec in codd. mss. scriptum exstat.

E. *καὶ σφοδροὶ καὶ πολλοί, καὶ ξυντεταγμένως καὶ πιθανῶς λ.*] Metaphora petita est a militibus in acie collocatis: qui quidem dicuntur *ξυντεταγμένως* aggredi hostes, quum acie instructa eos adoriuntur. Itaque *ξυντεταγμένως λέγειν* h. l. dicuntur Socratis calumniatores, qui quasi acie instructa i. e. omnibus paratis eum calumniis aggrediebantur, h. e. ita, ut videretur inter eos de optima et efficacissima calumniandi ratione convenisse. Atque hinc etiam intelligitur, cur *πιθανῶς* addatur, h. e. apte ad persuadendum. Sed metaphorae loci parum convenire videtur illud *φιλότιμοι*, quod haud scimus an mutandum sit in *φιλόνεικοι* vel *φιλόνικοι*.

ἐμπεπλήκασιν ὑμῶν τὰ ὦτα] Comparavit Iacobsius Plat. Lysid. p. 204. C: *ἡμῶν γοῦν ἐκκεκώφωκε τὰ ὦτα καὶ ἐμπέπληκε Λύσιδας.* Lucian.

μοι ἐπέθετο καὶ Ἄνυτος καὶ Λύκων, Μέλητος μὲν ὑπὲρ τῶν ποιητῶν ἀχθόμενος, Ἄνυτος δὲ ὑπὲρ τῶν

σφ., praeter fidem plurimorum librorum. In Bodl. ex καὶ νῦν α.
σφοδρῶς. conf. p. 18. B. καὶ πάλαι πολλὰ ἔτη καὶ οὐδὲν ἀληθὲς λέγοντες.

Amor. §. 1. T. V. p. 256 ed. Bip.: ἐρωτικῆς παιδιᾶς ἐξ ἑωθινοῦ πεπλήρωκας τὰ ὦτα.

Μέλητος μὲν ὑπὲρ τῶν ποιητῶν] Meletus, Meleti filius, pago Pitthensis (Plat. Euthyphr. p. 2. B. Diogen. Laert. II. 40.), de cuius nomine v. ann. crit. ad p. 19. B., accusatorum Socratis princeps fuit. Tradidit enim libellum accusationis, cui reliqui tanquam συνήγοροι nomina sua subscripserunt. Itaque Theaet. p. 210. D. Socrates: νῦν μὲν οὖν ἀπαντητέον μοι εἰς τὴν τοῦ βασιλέως στοὰν ἐπὶ τὴν Μελήτου γραφήν, ἥν με γέγραπται. Apol. p. 19. B: Μέλητός με ἐγράψατο τὴν γραφὴν ταύτην. ibid. C: μή πως ἐγὼ ὑπὸ Μελήτου τοσαύτας δίκας φύγοιμι. p. 26. B. Rem confirmant etiam, si qua istis testimoniis opus est, Maxim. Tyr. IX. 2 3. et Diogen. Laert. II. 36. 39. al. Fuit autem ille quo tempore Socrati, homini grandaevo, litem intendit ipso Platone teste Euthyphr. p. 2. B. C. Apolog. p. 25. D. et 26. E. admodum adolescens ac paene imberbis, atque adeo homo obscurus, ut Socrates ibi fateatur sese eius vix ullam dum accepisse notitiam. Quamobrem videri potest ab aliis commotus atque subornatus esse, ut accusandi negotium in se reciperet. Et narrant sane Schol. Platon. ad Apol. p. 18. B. et 23. E. Diogen. Laert. II. 38. 39. Liban. Apol. Socr. III. p. 11. ed. Reisk. eum ab Anyto, acerrimo Socratis inimico, pretio inductum esse, ut Socratem impietatis accusaret. Sed quidquid rei est, ab ipso Platone Euthyphron. l. c. discimus iuvenem fuisse admodum fastuosum, ac praematura ingenii sui opinione inflatum, ut sibi unus iam perspexisse videretur, unde potissimum civitatis emendandae scilicet atque repurgandae initium faciendum esset: v. Euthyphron. l. c. Prodiit autem accusator nomine poetarum a Socrate vindictam sumturus, quippe qui poetas quoque sicuti viros civiles et opifices veritatis scientia carere arguere consuevisset (ὑπὲρ ποητῶν ἀχθόμενος). Quod quorsum pertineat, ipsius Meleti si ratio habetur, non omnino liquet. Nam vocatur quidem Meletus a Scholiasta ad Apolog. p. 18. τραγῳδίας φαῦλος ποιητής, quocum facit etiam Schol. ad Aristoph. Rann. v. 1302. coll. Suid. T. II. p. 526. Sed dubium non est, quin illi Meletum aetate maiorem, qui apud Aristophanem exagitatur, temere confuderint cum Meleto Socratis accusatore. Arguitur enim Euripides apud Aristophanem (Rann. v. 1337.) a Meleto non pauca sumsisse mutua. Quod quis est qui sibi persuadeat in Meletum istum convenire, qui quo tempore Socrates in iudicium vocatus est, prope adhuc adolescentulus fuit nec dum vulgo notus? Itaque sponte intelligitur in his Scholiastas diversos homines, quia fuerunt cognomines, malo errore confudisse. Atque idem plane etiam alio nomine ita factum est. Putarunt enim

δημιουργῶν καὶ τῶν πολιτικῶν, *Λύκων* δὲ ὑπὲρ τῶν 24
ῥητόρων. ὥςτε, ὅπερ ἀρχόμενος ἐγὼ ἔλεγον, θαυμά-

viri docti, veluti Sluiter. Lectt. Andocid. p. 96. Droysen. in Welckeri Mus. Rhen. III. p. 190. Hölscher. in Vita Lysiae p. 67., Meletum, Socratis accusatorem, etiam intelligendum esse in oratione Andocidis De mysteriis §. 12. 35. 63. 94. ubi homo quidam eiusdem nominis memoratur, qui primum quidem a. 415. cum Alcibiade et Andocide mysteria evulgaverit, ac deinde a. 404. a triginta viris Salamina missus sit Leontem Salaminium ad supplicium abducturus, in cuius negotii societatem Socrates infra cap. 20. p. 32. C. D. se quoque importune vocatum esse narrat. At enim vero hunc quoque ab accusatore Socratis diversum fuisse vel inde intelligitur, quod Socrates in Euthyphrone Plat. l. c. dicit accusatorem istum suum et adolescentem esse et sibi nondum cognitum. Itaque fatendum est, nec plura quam apud Platonem perscripta leguntur de homine isto sciri nec exploratum haberi, quorsum istud *ὑπὲρ τῶν ποιητῶν ἀχθόμενος* referendum sit. Nisi forte filius fuit Meleti illius, qui ab Aristophane exagitatus est, quod ideo est verisimile, quia in accusationis formula, Phavorini aetate adhuc in *μητρῴῳ* asservata, teste Diog. Laert. II. 40., appellatus est *Μέλητος Μελήτου Πιτθεύς*, et ipse patris aemulatus exemplum poesin iam adolescens factitare conatus est. Sed vid. quae de his rebus omnibus doctissime commentatus est C. Fr. Hermannus De Socratis accusatoribus p. 4 sqq. — Anytus, Anthemionis filius, *βυρσοδέψης* s. coriarius, ut est ap. auctor. Epist. VII. Socr. p. 30. et Schol. ad Plat. Men. p. 90. A. coll. Xenoph. Apol. 39., h. e. opificii coriarii dives dominus, fuit Socratis adversariorum longe acerrimus, ut Horatius Satyr. II. 4. hunc non sine idonea caussa Anyti reum appellaverit. v. ad p. 18. B. Quum vero opum et divitiarum magnitudine valeret plurimum in civitate, tempore triginta tyrannorum in exilium eiectus est. Quod ita ultus est postea, ut Thrasybulum pristinam libertatem vindicantem multum adiuvaret; unde eius auctoritas in civitate magis etiam aucta est. v. Xenoph. Hellen. II. 3. Lys. adv. Agor. §. 78. Diod. XIII. 64. Plat. Epist. VII. med. Itaque ille summis admotus honoribus est, quum inde a Clisthenis aetate vel opificibus rempublicam capessere liceret. v. Plat. Menon. p. 90. B. Xenoph. Apol. §. 29. Quae res animum eius, iam natura ad fastum proclivem, prorsus importuna replevit superbia, id quod evenire solet terrae filiis, qui nullo merito suo ad altius dignitatis fastigium evehuntur. v. Men. l. c. Itaque mirum non est, quod Socratem in disciplina et institutione discipulorum exempla ab sutoribus, fabris, coriariis, aliis opificibus, repetentem magno odio habuit, praesertim quum etiam sophistas tanquam pestem et perniciem civitatis vehementer aversaretur; fuit enim homo plane democraticus, in quo sophistarum et philosophorum odium non mirum; v. Menon. p. 91. A — C. Tanta autem fuit ingenii pervicacia, ut Men. 92—94. E. Socrati ne virtus non possit doctrina et institutione comparari metuenti, quum ipse aliter statuerit, minitabundus acclamet: o Socrate, temeraria cum

ζοιμ' ἄν, εἰ οἷός τ' εἴην ἐγὼ ὑμῶν ταύτην τὴν διαβολὴν ἐξελέσθαι ἐν οὕτως ὀλίγῳ χρόνῳ, οὕτω πολλὴν

levitate mihi videris aliorum laudibus detrahere! Quodsi me audis, tibi caveas velim tuaeque saluti consulas; nosti enim quam facile sit in hac republica nostra aliis molestiam creare et facessere negotium. Alias inimicitiae eius atque odii adversus Socratem caussas exposuerunt scriptor Apolog. Socr. Xenoph. §. 29. Libanius Apol. Socr. p. 11. ed. Reisk. Plutarch. Vit. Alcib. c. 4. Turpitudinem hominis notarunt Aristot. ap. Harpocr. s. v. δεκάζειν. Plutarch. Vit. Coriol. c. XIV. Diod. Sicul. XIII. 64. coll. Plut. Amator. p. 276. C. D. Plura de eo v. ap. Wesseling. ad Diod. XIII. 64. Schneider. ad Mem. I. 2, 37. Hellen. II. 3. 42. Menag. ad Laërt. II. 43. Wyttenb. Eclogg. p. 404. et Hermann. De accusatoribus Socratis p. 9 sqq. Ceterum non erat, cur Menagius ad Diog. II. 39. p. 92. quocum facit etiam Cobet. Varr. Lectt. p. 299. verba καὶ τῶν πολιτικῶν in fraudis suspicionem vocaret. Nam quod Socrates addit καὶ τῶν πολιτικῶν, videtur cum irrisione quadam notare perversitatem Atheniensium, qui opifices ad summos in republica honores evehebant. — Lyco quis fuerit, parum constat. Schol. ad h. l. Λύκον πατὴρ ἦν Αὐτολύκου, Ἴων γένος, δῆμον Θορίκιος, πένης, ὡς Κρατῖνος Πυτίνῃ, Ἀριστοφάνης Σφηξίν (v. 1301.). Εὔπολις δ' ἐν Φίλοις καὶ ἐπὶ τῇ γυναικὶ Ροδίᾳ κωμῳδεῖ αὐτόν, ἐν δὲ τῷ πρώτῳ Αὐτολύκῳ εἰς ξένον, Μεταγένης δ' Ὁμήρῳ εἰς προδότην· καὶ Λύκων ἐνταῦθά που || προδοὺς Ναύπακτον ἀργύριον λαβὼν ἄγαλμ' || ἀγορᾶς ξενικὸν ἐμπορεύεται. Quibuscum contendas Schol. ad Aristophan. Lysistr. v. 270. Vesp. v. 1169. et 1301. Sed haec omnia quum manifesto sint temere mixta et confusa, ut minime appareat, quid quantumque ad Socratis accusatorem referri queat (v. Hermann. De Socratis accusatoribus p. 12 sqq.), fatendum hic quoque est, nihil nos de homine certo scire, nisi quod hoc loco perscriptum legimus, eum in iudicio Socratis pro oratoribus caussam egisse; id quod confirmat etiam Diog. Laert. II. 38., qui ipsum scribit fuisse demagogum atque ea, quae ad litem agendam pertinerent, antea instruxisse et adornasse. Fuerunt autem oratores isti non publici, qui proprium quendam ordinem efficerent, quae olim quorundam fuit opinio, sed homines privati, qui tamen singulari studio id ipsum egerunt, ut dicendo in republica clari existerent, eoque modo inter cives suos maiorem quandam potentiam et auctoritatem nanciscerentur. Quocirca Demosthen. Philipp. IV. p. 150. τοὺς ῥήτορας πολιτευομένους opponit ἰδιώταις (i. e. rerum publicarum incuriosis) καὶ ἀπράγμοσιν (caussas nullas dicentibus). Nec vero parum illi in republica valuerunt, quandoquidem non raro populi voluntatem plane ad suum flexerunt arbitrium; de quo v. Aristoph. Plut. v. 567 sqq. Quamobrem Lyconis caussidici partes in Socratis lite non exiguae fuerunt, cuius sicut Anyti auctoritate Socrates ipse infra p. 36. A. factum esse fatetur, ut caussa caderet. De oratoribus istis civilibus v. Schömann. De Comitiis Athen. p. 107 sqq. et

γεγονυῖαν. Ταῦτ' ἔστιν ὑμῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τἀληθῆ, καὶ ὑμᾶς οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν ἀποκρυ-

Hermann. Attische Staatsalterth. §. 69. Atque haec quidem de Socratis accusatoribus. Iuvabit vero addidisse quae de eorum fatali exitu memoriae prodita sunt. Quemadmodum enim omnino Athenienses mox caedis Socraticae poenitentia tacti esse narrantur, de qua re v. Brucker. Hist. Crit. Philos. Part. II. Lib. II. Cap. II. inprimisque §. 11., ita nec nequitiam illorum impunitam abire passi sunt. Narrat certe Diodor. Sicul. Lib. XIV. p. 266. c. 37. plebem primo irritatis animis iis infrendere coepisse moxque suppliciis affectos foede necasse. Quorsum redeunt etiam verba Laertii II. 43. Meletum narrantis capite damnatum, Anytum vero ab Heracleotis eo ipso die, quo se illuc receperat, exterminatum et postea lapidibus necatum esse. conf. etiam Augustin. De Civ. Dei VIII. 3. Themist. Orat. XX. p. 293. Suidas s. v. *κατελιθώθη*. Quibus omnibus accedunt quae narrat Plutarch. De invidia et odio cap. 6., ubi Athenienses testatur in calumniatores Socratis omnes tanto odio esse incensos, ut neque ignem eis accenderent neque interrogantibus responderent neque in balneis aqua eadem uterentur, sed qua illi se lavissent, eam tamquam pollutam a ministris effundi iuberent, donec odii et contemtus impatientia suffocarentur. Verum satis haec pro nostro consilio de Socratis accusatoribus.

Μέλητος μὲν — ὑπὲρ τῶν ῥητόρων] Haec verba fuit qui ex glossemate orta suspicaretur, maxime propterea, quod *ἄχθεσθαι ὑπέρ τινος* Graece videretur nullo modo dici posse. Quae perabsurda hominis fuit opinio. Plat. Gorg. p. 457. D: *τοὺς παρόντας ἄχθεσθαι ὑπὲρ σφῶν αὐτῶν*. Aristoph. Lysist. v. 10: *πόλλ' ὑπὲρ ἡμῶν τῶν γυναικῶν ἄχθομαι*. Ac similiter dicitur *αἰσχύνεσθαι ὑπέρ τινος*, ut Criton. p. 45. E. Theaet. p. 190. E. Igitur loquendi forma optimae Graecitatis est. Ipsum autem additamentum non video quid suspectum reddere possit, quandoquidem Socrates ista hominum genera non sine contemtu quodam et leni irrisione commemorat. Accedit, quod Plato, haec quum scriberet, legentium non fuit immemor: quod tenentes pruritum istum glossemata investigandi aliquantum cohibebimus. Quippe etiamsi iudices haec non docendi fuerunt, tamen lectores visi sunt certiore aliqua rei notitia imbuendi esse. Est enim hic mos Platonis, ut in talibus locis etiam ea adiiciat, quae aequalitus ipsius poterant videri supervacanea. Ita Phaedon. p. 57. A. post *τῶν πολιτῶν* addit *Φλιασίων.* et Symp. in *εἰς ἄστυ οἴκοθεν ἀνιὼν Φαληρύθεν*, ubi *Φαληρόθεν* lectorum gratia additum esse scite observavit Schaefer. Appar. ad Demosth. T. II. p. 386. Pertinet huc etiam illud *οἱ πλουσιώτατοι*, quod legimus p. 23. C. item *οἱ τούτων προσήκοντες* p. 34. B. et p. 37. C. *τοῖς ἕνδεκα*. p. 39. C. *ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι*. p. 40. B. *ἐνταυθοῖ εἰς τὸ δικαστήριον*. Alia id genus plura facili negotio in uno Critone poterunt animadverti, ut p. 50. D. 53. A. Ita etiam Phaedon. p. 117. E. ubi male quidam glossema odorantur.

P. 24. *Ταῦτ' ἔστιν ὑμῖν, ὦ ἄνδρ. Ἀθ., τἀληθῆ*] i. e. haec sunt illa, quae me

ψάμενος ἐγὼ λέγω οὐδ' ὑποστειλάμενος. καίτοι οἶδα σχεδόν, ὅτι τοῖς αὐτοῖς ἀπεχθάνομαι. ὃ καὶ τεκμήριον, ὅτι τἀληθῆ λέγω καὶ ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ διαβολὴ
B ἡ ἐμὴ καὶ τὰ αἴτια ταῦτά ἐστι. καὶ ἐάν τε νῦν ἐάν τε αὖθις ζητήσητε, ταῦτα οὕτως εὑρήσετε.

Cap. XI. *Περὶ μὲν οὖν ὧν οἱ πρῶτοί μου κατήγοροι κατηγόρουν αὕτη ἔστω ἱκανὴ ἀπολογία πρὸς ὑμᾶς· πρὸς δὲ Μέλητον τὸν ἀγαθόν τε καὶ φιλόπολιν, ὥς φησι, καὶ τοὺς ὑστέρους μετὰ ταῦτα πειρά-*

ὅτι τἀληθῆ λέγω] V ἀληθῆ, quod nescio cur ed. Turic. tueatur. Verum exhibuerunt Coisl. Ven. ΔΞ. Vind. 6. Par. BDH. Angel. Zitt. Florr. a. b. c. d. e. i. cum. Bas. 2. In Vat. Flor. d. legitur ὅτι καὶ ἀληθῆ λ.

Cap. XI. B. αὕτη ἔστω ἱκανὴ ἀπ.] V. ἱκανὴ ἡ ἀπ., quod e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. e. g. h. Par. BCDST. correctum. Codd. aliquot ἐστὶν pro ἔστω, errore, qui in

vobis vere expositurum et narraturum esse antea dicebam. Respicit enim ad verba p. 17. B: ὑμεῖς δ' ἐμοῦ ἀκούσεσθε πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν.

οὐδ' ὑποστειλάμενος] ὑποστέλλεσθαι est proprie se subducere, clam discedere: deinde dissimulare, ut h. l. Usum huius verbi docte illustravit Dresigius de verbo medio I. 140. et Wyttenbach. ad Julian. p. 149 sq. ed. Lips. — In proximis Heindorf. legendum putabat: τούτοις αὐτοῖς ἀπεχθάνομαι: quod vellem a codicibus esset confirmatum. conf. infra p. 34. C.

ὅτι τἀληθῆ λέγω] Nam veritas odium parit.

B. ἐάν τε αὖθις] i. e. in posterum posthac, ut De republ. VII. p. 532. D. Legg. XI. p. 934. A. IV. p. 711. C. XII. p. 963. E. al. Falsus est igitur qui εἰσαῦθις tantum ea significatione usurpari contendit. Dein Hirschig. legendum coni. οὕτως ἔχοντα εὑρήσετε. Malim ταῦτα οὕτως εἶναι εὑρήσετε. Ficinus: ita esse invenitis.

Cap. XI. αὕτη ἔστω — ἱκανὴ ἀπολογία] Cave articulum cum vett. editt. adiiciendum putes. Nam αὕτη est subiectum: Dieses sei als Vertheidigung gegen euch genug. Nimirum ubi pronomen demonstrativum sine articulo nominibus appellativis adiicitur, pronomen habendum est pro subiecto, nomen autem pro praedicato. cfr. ad p. 18. A.

τὸν ἀγαθόν τε καὶ φιλόπολιν] Errant Suidas aliique grammatici, qui vocabulum φιλόπολις aiunt esse κοινόν, sed voc. φιλόπατρις Ἀττικόν. Nam non solum Attici utroque utuntur, ut docuit Duckerus ad Thucyd. VI. 92., sed differunt etiam inter se sic, ut, quum loquitur Atheniensis, φιλόπατρις sit amans Graeciae, φιλόπολις autem amans civitatis Atheniensis. v. Dorvill. ad Charit. p. 213. ed. Lips. — Quod autem Meletum etiam vocat τὸν ἀγαθόν, notandum est id, quanquam hic non caret irrisione, tamen de more factum videri. Erat enim ἀγαθὸς usitata Graecis compellatio,

σομαι ἀπολογεῖσθαι. αὖθις γὰρ δή, ὥςπερ ἑτέρων τούτων ὄντων κατηγόρων, λάβωμεν αὖ τὴν τούτων ἀντωμοσίαν. ἔχει δέ πως ὧδε· Σωκράτη φησὶν ἀδικεῖν τούς τε νέους διαφθείροντα καὶ θεοὺς οὓς ἡ πόλις νομίζει οὐ νομίζοντα, ἕτερα δὲ δαιμόνια καινά. C τὸ μὲν δὴ ἔγκλημα τοιοῦτόν ἐστι· τούτου δὲ τοῦ ἐγκλήματος ἓν ἕκαστον ἐξετάσωμεν. Φησὶ γὰρ δὴ τοὺς νέους ἀδικεῖν με διαφθείροντα. ἐγὼ δέ γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀδικεῖν φημι Μέλητον, ὅτι σπουδῇ

Bodl. correctus est.

τὸν ἀγαθόν τε] Accessit τε ex optimis codd.

πειράσομαι ἀπολογεῖσθαι] V. ἀπολογήσασθαι. Praesens e Bodl. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. g. h. Parr. DST. et marg. Par. BC. Flor. a c. recepimus.

C. ἐγὼ δέ γε] Accessit γε ex optimis codd. Spreverunt voculam Turicenses.

quando honoris caussa aliquem nominabant. v. Dorvill. ad Chariton. p. 642. ed. Lips. Hinc etiam in decretis publicis vel simpliciter ἀγαθός vel ἀγαθὸς καὶ εὔνους vocatur, qui publico ornatur praeconio, cuius generis exempla bene multa ex Inscriptionibus collegit Meierus Comment. De proxenia s. publico Graecorum hospitio. Hal. Sax. 1843. 4. p. 10.

αὖθις γὰρ δή — λάβωμεν αὖ] Indicat cum gravitate quadam se, postquam prioris generis accusatorum criminationes diluerit, nunc ad alteros refellendos accedere pariterque eorum formulam accusationis recitare velle, ut recitaverat illorum ἀντωμοσίαν p. 19. B. B. Itaque cur αὖθις αὖ dicatur, in promtu ratio est. Sic nos: „*Wiederum* also lasst uns nun *auch* ihre Klage vornehmen."

ἔχει δέ πως ὧδε] h. e. sic fere. Hesych. ὧδέ πως· οὕτω, τοῦτον τὸν τρόπον. At hoc est ὧδε tantum. Indicat igitur Socrates se non ipsa verba formulae accusationis referre, sed sensum tantum eorum declarare. Libellus et formula accusationis superfuit adhuc Athenis aetate Phavorini, philosophi Platonici, h. e. saeculo p. Chr. n. secundo, asservata in μητρῴῳ, i. e. in templo matris deum, in quo erat tabularium, auctore Diog. Laërt. II. 40., cuius verba haec sunt: *ἡ δὲ ἀντωμοσία τῆς δίκης τοῦτον εἶχε τὸν τρόπον· ἀνάκειται γὰρ ἔτι καὶ νῦν, φησὶ Φαβωρῖνος, ἐν τῷ μητρῴῳ· „Τάδε ἐγράψατο καὶ ἀνθωμολογήσατο* (Schömann. corr. *ἀντωμόσατο*) *Μέλιτος Μελίτου, Πιτθεύς, Σωκράτει Σωφρονίσκου, Ἀλωπεκῆθεν· Ἀδικεῖ Σωκράτης οὓς μὲν ἡ πόλις νομίζει θεοὺς οὐ νομίζων, ἕτερα δὲ καινὰ δαιμόνια εἰσηγούμενος· ἀδικεῖ δὲ καὶ τοὺς νέους διαφθείρων. τίμημα θάνατος.*" Itaque crimen illud, quod hic primo loco positum est, secundo loco ibi commemoratur.

C. ἓν ἕκαστον ἐξετ.] Potuit sane scribi καθ' ἓν ἕκαστον, de quo alio loco exposuimus; sed ut ita scriberetur, non fuit unice necessarium.

ὅτι σπουδῇ χαριεντίζεται] χαριεντίζεσθαι, quod

χαριεντίζεται, ῥᾳδίως εἰς ἀγῶνας καθιστὰς ἀνθρώπους, περὶ πραγμάτων προςποιούμενος σπουδάζειν καὶ κήδεσθαι, ὧν οὐδὲν τούτῳ πώποτε ἐμέλησεν. ὡς δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, πειράσομαι καὶ ὑμῖν ἐπιδεῖξαι.

Cap. XII. Καί μοι δεῦρο, ὦ Μέλητε, εἰπέ, Ἄλλο
D τι ἢ περὶ πολλοῦ ποιεῖ, ὅπως ὡς βέλτιστοι οἱ νεώτεροι ἔσονται; Ἔγωγε. Ἴθι δὴ νῦν εἰπὲ τούτοις, τίς αὐτοὺς βελτίους ποιεῖ; δῆλον γὰρ ὅτι οἶσθα, μέλον γέ σοι. τὸν μὲν γὰρ διαφθείροντα ἐξευρών, ὡς φῄς, ἐμὲ εἰςάγεις τουτοισὶ καὶ κατηγορεῖς· τὸν

καὶ ὑμῖν ἐπιδεῖξαι] V. *ὑποδεῖξαι*, invitis libris mss., ut videtur, omnibus. De *ἐπιδεῖξαι* conf. infra p. 40. A. Euthydem. p. 244. C. al.

Cap. XII. *Ἄλλο τι ἢ περὶ πολλοῦ π.*] V. *περὶ πλείστου*,

ductum est a *χαρίεις*, lepidus, festivus, proprie est festive et scite iocari, cavillari, quod dicebatur etiam *εὐτραπελεύεσθαι*; deinde omnino iocari, ludere, ut h. l. et c. 14. Quod docet vocabulum *σπουδῇ*, serio, per oxymoron quoddam verbo *χαριεντίζεσθαι* adiectum. Meletus enim, quum in Socratem coniecisset tale crimen, quod ab eo esset alienum, seque ipsum simularet curasse educationem adolescentium, quam tamen nunquam curasset, *χαριεντίζεσθαι*, i. e. ludere et iocari, videbatur; sed quia Socratem accusaverat, quod corrumperet adolescentes, eamque caussam serio et studiose persequebatur, propterea dicitur *σπουδῇ χαριεντίζεσθαι*. Multas huiusmodi formulas e verbis contrariis compositas collegit Rittershusius ad Oppian. p. 30. — Deinde *ῥᾳδίως* est temere, ut saepe; v. Heindorf. ad Charmid. §. 44. — *εἰς ἀγῶνα καθιστάναι* est accusare. v. ad Euthyphr. c. 3.

καὶ ὑμῖν ἐπιδεῖξαι] Non ad unum *ὑμῖν*, sed ad totum hoc *ὑμῖν ἐπιδεῖξαι* ubi *καὶ* retuleris, vocula nullam certe afferet molestiam, ut non assentiamur Cobeto Varr. Lectt. p 299. eam delendam iudicanti. Pro *ἐπιδεῖξαι* ne quis *ἀποδεῖξαι* requirat, videtur *ἐπιδεικνύναι* vi ostendendi ac demonstrandi ita usurpari, ut significetur vel in aliquo loco tractando subsisti vel ceteris, quae sunt exposita, aliquid subiungi. De quo usu verbi explicatius dicemus ad Phaedon. p. 95. B. ubi eius rei copia facta fuerit.

Cap. XII. *Καί μοι δεῦρο, — εἰπέ*] Bekkeri Anecdot. I. p. 88: *δεῦρο ἀντὶ τοῦ ἔρχου*. Aristoph. Ecclesiaz. v. 989. *ἀλλ' οὑτοσὶ γὰρ αὐτός, οὗ μεμνήμεθα. δεῦρο δή, φίλον ἐμόν, πρόσελθε, καὶ ξύνευνός μοι τὴν εὐφρόνην ὅπως ἔσει.* Plat. De Rep. IV. p. 445. C. V. p. 477. D. Lysid. p 203. B. al. cf. Moschopulus ad Hesiod. *ἔργ. καὶ ἡμ.* 2.

D. *Ἄλλο τι ἢ περὶ π. π.*] V. Hermann. ad Viger. p. 730. n. 110. et quae dixi ad Euthyphr. p. 104. Deinde de

δὲ δὴ βελτίους ποιοῦντα ἴθι εἰπὲ καὶ μήνυσον αὐτοῖς, τίς ἐστιν. ὁρᾷς, ὦ Μέλητε, ὅτι σιγᾷς καὶ οὐκ ἔχεις εἰπεῖν; καίτοι οὐκ αἰσχρόν σοι δοκεῖ εἶναι καὶ ἱκανὸν τεκμήριον οὗ δὴ ἐγὼ λέγω, ὅτι σοι οὐδὲν μεμέληκεν; ἀλλ' εἰπέ, ὦ 'γαθέ, τίς αὐτοὺς ἀμείνους ποιεῖ; Οἱ νόμοι. Ἀλλ' οὐ τοῦτο ἐρωτῶ, ὦ βέλτι- E
στε, ἀλλὰ τίς ἄνθρωπος, ὅςτις πρῶτον καὶ αὐτὸ τοῦτο οἶδε, τοὺς νόμους. Οὗτοι, ὦ Σώκρατες, οἱ δικασταί. Πῶς λέγεις, ὦ Μέλητε; οἵδε τοὺς νέους παιδεύειν οἷοί τέ εἰσι καὶ βελτίους ποιεῖν; Μάλιστα.

praeter fidem optimorum librorum, h. e. Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. Ante περὶ ἢ Florr. aliique omittunt.

E. *βελτίους ποιεῖν*] *ποιοῦσι* Bodl. Ven. b. Par. D. S. T. ut Turicenses. Res eodem redit.

ὅπως cum futuro constructo v. Herm. ad Viger. p. 581. Euthyphr. p. 2. D: *ὀρθῶς γάρ ἐστι τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, ὅπως ἔσονται ὅ τι ἄριστοι.*

μέλον γέ σοι] De constructione v. Matth. §. 564. Rost. §. 131. 5. Buttm. §. 132. 6. obs. 7.

ἐμὲ εἰςάγεις τουτοισί] *εἰςάγειν* de actore est in iudicium adducere, accusare, ut h. l. Additur fere *εἰς δικαστήριον*, ut c. 17: *με εἰςάγοι τις εἰς δικαστήριον,* aut simile quiddam. Hoc loco *τουτοισὶ* adiectum est, quod locum illius obtinet. Similiter Xenoph. Mem. II. 4, 3. *τοῖς μὲν οἰκέταις καὶ ἰατροὺς εἰςάγοντας.* Nec abludit quod verbis veniendi dativus personae additur ad locum indicandum, de quo v. ad Protag. p. 321. C. Etiam Virgil. Aen. II. 457. avo puerum Astyanacta trahebat, pro ad avum. Cum vi subiungitur: *καὶ κατηγορεῖς,* quod nescimus cur Cobetus Varr. Lectt. p. 299. delendum putaverit, qui etiam *εἰςάγεις εἰς τούτους* legendum coniecit. Ceterum Maxim. Tyr. 9. 2: *Σωκράτην τοῦτον Μέλιτος μὲν ἐγράψατο, Ἄνυτος δὲ εἰςήγαγε, Λύκων δὲ ἐδίωκε, κατεδίκησαν δὲ οἱ Ἀθηναῖοι, ἔδησαν δὲ οἱ ἕνδεκα, ἀπέκτεινε δὲ ὁ ὑπηρέτης*: quae magis oratorie quam vere dicta; v. Meier et Schömann de re iudiciaria Athen. p. 709. ann. 19.

ὁρᾷς, ὦ Μέλητε] Irrisionem habet *ὁρᾷς* ita praemissum. v. ad Gorg. p. 475. E. Legg. III. p. 690. D. coll. Aristoph. Nubb. v. 662. 669. Vesp. v. 393. Pac. v. 330. Rann. v. 1136. 1245. Eurip. El. v. 1121. Soph. Ant. v. 735. ed. Br. Ceterum totus, qui sequitur, locus magis ad Socraticam disserendi formam quam ad forensis eloquentiae rationem expressus est.

E. *Οὗτοι — οἱ δικασταί*] Cobetus l. c. corr. *Οὑτοιί,* eiecto *οἱ δικασταί.* Sed nec illud necessarium nec hoc tolerabile, quum *οἱ δικασταί* addatur et perspicuitatis et gravitatis caussa.

Πότερον ἅπαντες, ἢ οἱ μὲν αὐτῶν, οἱ δ' οὔ; Ἅπαντες. Εὖ γε νὴ τὴν Ἥραν λέγεις, καὶ πολλὴν ἀφθονίαν τῶν ὠφελούντων. τί δαὶ δή; οἵδε οἱ ἀκροαταὶ βελτίους ποιοῦσιν, ἢ οὔ; Καὶ οὗτοι. Τί δαὶ οἱ βουλευταί; Καὶ οἱ βουλευταί. Ἀλλ' ἄρα, ὦ Μέλητε, μὴ οἱ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οἱ ἐκκλησιασταί, διαφθείρουσι τοὺς νεωτέρους; ἢ κἀκεῖνοι βελτίους ποιοῦσιν ἅπαντες; Κἀκεῖνοι. Πάντες ἄρα, ὡς ἔοικεν, Ἀθηναῖοι καλοὺς κἀγαθοὺς ποιοῦσι πλὴν ἐμοῦ, ἐγὼ δὲ μόνος διαφθείρω. οὕτω λέγεις; Πάνυ σφόδρα

P. 25. *τί δαὶ δή*] V. *τί δὲ δή;* Illud habent Coisl. Vind. 3. Flor. c. et ex corr. Bodl. Vat. vid. Porson. ad Med. 1008. Hermann. ad Vig. p. 848. Mox *τί δαὶ οἱ β.* e. Flor. g. h. Vind. 3. 6. Coisl. et corr. Vat. recepi loco vulg. *τί δὲ οἱ β.* Nam errat Planudes in Bachmanni Anecdot. II. 81. *τί δαὶ* contendens non nisi ante interpunctionem tolerandum esse, quum versus Aristoph. Av. 136. 1615. 1676. Ach. 764. Rann 1454. al. contrarium evincant. v. Elmslei. ad Acharn. v. 803. Schneiderus ad Reipubl. II. p. 370. B. et rursus ad V. p. 468. A., quia neque omnium locorum Platonis duxit rationem, neque iudicio tantum tribuit, quantum librariorum vel scribarum temeritati, mirandum non est quod de hac quoque caussa incertus haesit. Quod enim Planudes scripsit, poetas metri necessitate coactos interdum *τί δαὶ* pro *τί δὲ* posuisse, id Iudaeus Appella credat, ego credam nunquam.

νὴ τὴν Ἥραν] De hoc iureurando Socratis dixerunt Ernestius ad Xenoph. Mem. 1. 5, 5. et Bachius ad Oecon. 10, 1. Apud Platonem illo utitur Socrates etiam Gorg. p. 449. D. Theaet. p. 154. D. Hipp. mai. p. 287. A. 291. E. In Lachete p. 181. A. etiam Lysimachus ita iurat.

τῶν ὠφελούντων] i. q. *τῶν βελτίους ποιούντων.*

P. 25. *Τί δαὶ οἱ βουλευταί*] De his vide quae ad c. XX. dicta sunt. Mox de verbis *Ἀλλ' ἄρα — μὴ οἱ ἐν τ. ἐκκ.* vid. Protagor. p. 312. A. *ἀλλ' ἄρα, ὦ Ἱππόκρατες, μὴ οὐ τοιαύτην ὑπολαμβάνεις;* Euthydem. p. 290. E. *ἀλλ' ἄρα, ὦ πρὸς Διός, μὴ ὁ Κτήσιππος ἦν ὁ ταῦτ' εἰπών;* Verba *οἱ ἐκκλησιασταί* non sine vi repetunt eiusdem notionis significationem, adhibito usitato nomine, ut antea *οἱ δικασταί* post *οὗτοι* illatum, ut non delenda videantur, sicuti placuit Cobeto l. c. p. 299. et Hirschigio conf. ann. ad p. 23. E. Nimirum non omnia, quae abesse possint, protenus eliminanda sunt.

τοὺς νεωτέρους] Nemini licebat concionibus interesse, nisi qui natus esset saltem annos octodecim vel viginti. v. Schoemann. de comitiis Atheniensium p. 76 sq. et Tittmann. in libro: Darstellung der griechischen Staatsverfassungen p. 188. Hinc qui sint *οἱ νέοι* et *νεώτεροι*, sponte intelligitur; sunt enim iuvenes nondum viginti annos nati.

ταῦτα λέγω. Πολλήν γ' ἐμοῦ κατέγνωκας δυςτυχίαν. καί μοι ἀπόκριναι· ἦ καὶ περὶ ἵππους οὕτω σοι δοκεῖ ἔχειν; οἱ μὲν βελτίους ποιοῦντες αὐτοὺς πάντες ἄν- B
θρωποι εἶναι, εἷς δέ τις ὁ διαφθείρων; ἢ τοὐναντίον τούτου πᾶν εἷς μέν τις ὁ βελτίους οἷός τ' ὢν ποιεῖν ἢ πάνυ ὀλίγοι, οἱ ἱππικοί· οἱ δὲ πολλοὶ ἐάνπερ ξυνῶσι καὶ χρῶνται ἵπποις, διαφθείρουσιν; οὐχ οὕτως ἔχει, ὦ Μέλητε, καὶ περὶ ἵππων καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ζώων; πάντως δήπου, ἐάν τε σὺ καὶ Ἄνυτος οὐ φῆτε ἐάν τε φῆτε· πολλὴ γὰρ ἄν τις εὐδαι-

οἱ ἐκκλησιασταί] Articulum e Bodl. Coisl. Ven. a. b. Vat. Parr. BCDST. Flor. a. b. c. d. e. g. h. Vind. 2. 3. 4. 5. 6. Zittav. al. adiecimus. Ceterum erit fortasse qui hic quoque glossema odoretur. Cuius hominis naso multam salutem optamus.

κατέγνωκας δυςτυχίαν] V. *ἀτυχίαν*, quod e Bas. 2. Bodl. Vat. Coisl. Ven. b. Vind. 1. 4. 6 Flor. b. e. d. g. h. Par. CDST. al. correctum. Dein vulgo *ἅπαντες* pro *πάντες*, invitis codd. melioribus.

B. *εἷς δέ τις ὁ διαφθ.*] *ὁ* om. Steph. cum Par. E. Dein post *ὁ βελτίους* vett. editt. *γε* inferciunt, quod paucissimi tenent libri mss. Mox Hirschig. verba: *ἐάνπερ ξυνῶσι — ἵπποις* pro spuriis habet, caussa quidem parum idonea.

οὐ φῆτε] V. *μὴ φῆτε*, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. d. g. h. Par. DST. mutatum.

ἐμοῦ κατέγνωκας δυςτυχίαν] Constructionem illustravit Matthiae §. 378. Aesch. adv. Ctesiph. §. 12: *τίς ἂν οὖν ὑμῶν τολμήσειε τοσαύτην ἀνελευθερίαν καταγνῶναι τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων*; Plat. Reip. X. p. 607. B: *μὴ καί τινα σκληρότητα ἡμῶν καὶ ἀγροικίαν καταγνῷ.* Plura dabit Schömann. ad Isaeum p. 179.

B. *οἱ μὲν βελτίους — ὁ διαφθείρων*] Ad *πάντες ἄνθρωποι* e superioribus intelligendum est *δοκοῦσι* prorsus ut Hipp. min. p. 372. D. Lysid. p. 212. D. Ion. p. 541. A. Euthydem. p. 291. C. Legg. II. p. 659. D. E. ubi v. ann. Continent autem haec verba explicationem verborum *οὕτω δοκεῖ σοι ἔχειν*, ideoque sine particularum vinculo adiecta sunt. Gorg. p. 479. B. *κινδυνεύουσι γὰρ — τοιοῦτόν τι ποιεῖν καὶ οἱ τὴν δίκην φεύγοντες, ὦ Πῶλε· τὸ ἀλγεινὸν αὐτοῦ καθορᾶν, πρὸς δὲ τὸ ὠφέλιμον τυφλῶς ἔχειν καὶ ἀγνοεῖν.*

ἐάν τε — οὐ φῆτε] Praecipiunt vulgo grammatici post *εἰ, ἐάν, ἵνα, ὄφρα, ὅπως*, alias huiusmodi voculas, non *οὐ*, sed *μὴ* inferri. Recte tamen *εἰ οὐ* dicitur, quando *οὐ* arctius cum verbo sequenti cohaeret, ita ut cum eo coniunctum unam notionem efficiat; quae sunt verba Hermanni ad Viger. p. 833. conf. mox ad p. 26. D. Ea vero ratio est formulae *οὐ φάναι*, quae quum proprie significet, *nein sagen*, ita coepit usurpari, ut idem sit quod negare. Quam significationem ubi retinet, semper *οὐ φάναι* dicitur, etiamsi particulae fina-

μονία εἴη περὶ τοὺς νέους, εἰ εἷς μὲν μόνος αὐτοὺς
C διαφθείρει, οἱ δ' ἄλλοι ὠφελοῦσιν. ἀλλὰ γάρ, ὦ Μέλητε, ἱκανῶς ἐπιδείκνυσαι, ὅτι οὐδεπώποτε ἐφρόντισας τῶν νέων, καὶ σαφῶς ἀποφαίνεις τὴν σαυτοῦ ἀμέλειαν, ὅτι οὐδέν σοι μεμέληκε περὶ ὧν ἐμὲ εἰςάγεις.

Cap. XIII. Ἔτι δὲ ἡμῖν εἰπέ, ὦ πρὸς Διὸς Μέλητε, πότερον ἔστιν οἰκεῖν ἄμεινον ἐν πολίταις χρηστοῖς, ἢ πονηροῖς; ὦ 'τᾶν, ἀπόκριναι· οὐδὲν γάρ τοι χαλεπὸν ἐρωτῶ. οὐχ οἱ μὲν πονηροὶ κακόν τι ἐργάζονται τοὺς ἀεὶ ἐγγυτάτω ἑαυτῶν ὄντας, οἱ δ' ἀγαθοὶ ἀγαθόν τι; Πάνυ γε. Ἔστιν οὖν ὅςτις
D βούλεται ὑπὸ τῶν ξυνόντων βλάπτεσθαι μᾶλλον ἢ ὠφελεῖσθαι; ἀπόκριναι, ὦ 'γαθέ· καὶ γὰρ ὁ νόμος

Cap. XIII. C. *ὦ πρὸς Διὸς Μέλητε*] Ven. a. Vind. 5. 6. al. *πρὸς Δ. ὦ Μέλητε.* Sed conf. p. 26. E. Sophist. p. 221. D.

οἱ μὲν πονηροὶ κακόν τι] V. post *πονηροὶ* interponitur *ἀεί*, quod cum Bodl. Vind. p. Vat. Flor. d. g. h. Par. DST. omisimus. In aliis post *κακὸν* intrusum legitur.

D. *καὶ πονηροτέρους ποιοῦντα*] V. *καὶ τουτους πον. π.* invitis codd. fere omnibus. Pro vulg. *νέους* Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. *νεωτέρους* praebuerunt.

Τί δῆτα, ὦ M.] V. *τί δή ποτε*, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Par. CDST. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. al. mutatum.

les et conditionales praecedant. Vett. editt. *μη φῆτε* invitis plerisque codicibus.

εἰ εἷς — διαφθείρει] Infra p. 37. D: *πολλὴ μέντ' ἄν με φιλοψυχία ἔχοι, — εἰ οὕτως ἀλόγιστός εἰμι.* P. 30. B: *εἰ μὲν οὖν ταῦτα λέγων διαφθείρω τοὺς νέους, ταῦτ' ἂν εἴη βλαβερά.* Theaet. 171. B: *οὐκοῦν τὴν αὐτοῦ ἂν ψευδη συγχωροῖ, εἰ τὴν τῶν ἡγουμένων αὐτὸν ψεύδεσθαι ὁμολογεῖ ἀληθῆ εἶναι;* ubi v. Heindorf. Sympos. p. 208. C. Phaed. p. 69. E. Alcibiad. I. p. 122. B. Ibid. p. 109. C. p. 114. E. p. 116. D. Protagor. p. 340. E. cf. Matth. §. 524 1. et de simili ratione Latinorum scriptorum Heindorf. ad Horat. Satir. II. 3, 154. Sensus loci est hic: magna fuerit adolescentium felicitas, si revera unus tantum eos corrumpit, quod tu ais. Loquitur enim Socrates ita, ut verum esse ponat quod Meletus antea affirmaverat. Prorsus eodem modo Germanice dixeris: „denn gross würde das Glück der Jünglinge sein, wenn (wirklich, wie du sagst,) einer nur sie verdirbt."

Cap. XIII. *ὦ 'τᾶν, ἀπόκριναι*] Hoc per crasin ortum ex *ὦ ἐτᾶν*, indice Hermanno ad Sophocl. Philoctet. v. 1373. quem vide. conf. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 904. Lobeck. ad Phryn. p. 196. Apollonius in Bekker. Anecd. I. p. 569. 11. Etym. Magn. 825. 11. De accentu v. Dionys. Thrax. in Bekker. Anecd. p. 949. 21. Hesychius: *Ὦ 'τᾶν· πρόσρημα τιμητικης λέξεως· λέγεται δὲ καὶ*

κελεύει ἀποκρίνεσθαι. ἔσθ' ὅςτις βούλεται βλάπτεσθαι; Οὐ δῆτα. Φέρε δή, πότερον ἐμὲ εἰςάγεις δεῦρο ὡς διαφθείροντα τοὺς νεωτέρους καὶ πονηροτέρους ποιοῦντα ἑκόντα ἢ ἄκοντα; Ἑκόντα ἔγωγε. Τί δῆτα, ὦ Μέλητε; τοσοῦτον σὺ ἐμοῦ σοφώτερος εἶ τηλικούτου ὄντος τηλικόςδε ὤν, ὥςτε σὺ μὲν ἔγνωκας, ὅτι οἱ μὲν κακοὶ κακόν τι ἐργάζονται ἀεὶ τοὺς μάλιστα πλησίον ἑαυτῶν, οἱ δὲ ἀγαθοὶ ἀγαθόν· ἐγὼ E δὲ δὴ εἰς τοσοῦτον ἀμαθίας ἥκω, ὥςτε καὶ τοῦτ' ἀγνοῶ, ὅτι, ἐάν τινα μοχθηρὸν ποιήσω τῶν ξυνόντων, κινδυνεύσω κακόν τι λαβεῖν ἀπ' αὐτοῦ, ὥςτε τοῦτο τὸ τοσοῦτον κακὸν ἑκὼν ποιῶ, ὡς φῂς σύ; ταῦτα ἐγώ σοι οὐ πείθομαι, ὦ Μέλητε, οἶμαι δὲ

ὥςτε σὺ μὲν ἔγνωκας] V. *ὥςτ' εὖ μ.* quod corr. e. Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 2. 4. 6. Flor. d. g. h. Zitt. Parr. DST.
E. *οἱ δὲ ἀγαθοὶ ἀγαθόν*] V. *ἀγαθόν τι*: sed *τι* om. optimi plurimique codd. mss.
λαβεῖν ἀπ' αὐτοῦ] V. *ὑπ' αὐτοῦ*, quod e Bodl. Ven. b. Parr. DST. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Zitt. al. correctum.
τοῦτο τὸ τοσοῦτον] *τὸ* accessit e Par. D. et Flor. h.
οὐδὲ ἄλλον ἀνθρώπων] V. *ἄλλων*, quod e Bodl. Coisl. Vat. Ven. a. b. *Δ*. Vind. 1. 2. 4. 6. Zitt. al. mutatum.

ἐπ' εἰρωνείᾳ πολλάκις. Tim. Glossar. *ὦ 'τᾶν· ἢ οὗτος.* cf. Rost. Gr. p. 375. extr. ed. 7.
τοὺς ἀεὶ ἐγγυτάτω — ὄντας] h. e. die ihnen jedesmal am nächsten sind. v. Valcken. ad Herodot. II. 98. ad Theocriti Adoniaz. p. 273. Toup. ad Longin. p. 487. ed. Weisk. coll. Buttmann. §. 137. et annot. ad Reip. II. p. 360. A. Perperam Hirschig. facta transpositione scripsit *ἀεὶ τοὺς ἐγγ.*
D. *καὶ γὰρ ὁ νόμος κελεύει ἀποκρίνεσθαι*] Ipsa legis verba, ad quam hic respicit Socrates, exstant Demosth. c. Steph. orat. II. p. 1131. *Νόμος. τοῖν ἀντιδίκοιν ἐπάναγκες εἶναι ἀποκρίνασθαι ἀλλήλοις τὸ ἐρωτώμενον, μαρτυρεῖν δὲ μή.* Forsterus.

τοσοῦτον σὺ ἐμοῦ σοφώτερος] Cave *τοσούτῳ* scripseris, quod nuper nonnemini in mentem venit. Nam *τοσοῦτον*, accusativus mensurae, non ad unum *σοφώτερος*, sed ad totum hoc: *σοφώτερος εἶ*, pertinet.

τηλικούτου ὄντος] Vir iuvenis enim Meletus erat. v. ad c. x. coll. p. 26. E.
E. *εἰς τοσοῦτον ἀμαθίας ἥκω*] De hac constructione satis erit inspexisse Matth. §. 341. coll. 504. 1. 2. Mox de *ἀπ' αὐτοῦ*, pro quo Cobetus Varr. Lectt. p. 342. unice probat *ὑπ' αὐτοῦ*, v. ann. ad Phaedon. p. 83. B.

οἶμαι δὲ οὐδὲ ἄλλον — οὐδένα] sc. *πείσεσθαί σοι*, usitata ellipsi post *οἶμαι δὲ καὶ* Euthyphron. p. 3. E. *ἀλλὰ σύ τε*

οὐδὲ ἄλλον ἀνθρώπων οὐδένα· ἀλλ' ἢ οὐ διαφθείρω,
26 ἤ, εἰ διαφθείρω, ἄκων, ὥςτε σύ γε κατ' ἀμφότερα ψεύδει. εἰ δὲ ἄκων διαφθείρω, τῶν τοιούτων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων οὐ δεῦρο νόμος εἰςάγειν ἐστίν, ἀλλ' ἰδίᾳ λαβόντα διδάσκειν καὶ νουθετεῖν· δῆλον γάρ, ὅτι, ἐὰν μάθω, παύσομαι ὅ γε ἄκων ποιῶ. σὺ δὲ ξυγγενέσθαι μέν μοι καὶ διδάξαι ἔφυγες καὶ οὐκ ἠθέλησας, δεῦρο δε εἰςάγεις, οἷ νόμος ἐστὶν εἰςάγειν τοὺς κολάσεως δεομένους, ἀλλ' οὐ μαθήσεως.

Cap. XIV. Ἀλλὰ γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοῦτο μὲν δῆλον ἤδη ἐστίν, ὃ ἐγὼ ἔλεγον, ὅτι Με-
B λήτῳ τούτων οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν πώποτε ἐμέλησεν. ὅμως δὲ δὴ λέγε ἡμῖν, πῶς με φῂς διαφθείρειν, ὦ Μέλητε, τοὺς νεωτέρους; ἢ δῆλον δή, ὅτι κατὰ τὴν γραφήν, ἣν ἐγράψω, θεοὺς διδάσκοντα μὴ νο-

P. 26. *ἢ εἰ διαφθείρω*] *εἰ* vulgo erat omissum: nunc e Bodl. Florr. e Vindd. omnibus, aliisque libris, est restitutum. Extruserunt tamen rursus Turicenses, omissa scilicet post *εἰ διαφθείρω*

κατὰ νοῦν ἀγωνιεῖ τὴν δίκην, οἶμαι δὲ καὶ ἐμὲ τὴν ἐμήν, ubi plura dedi.

P. 26. *τῶν τοιούτων καὶ ἀκουσίων ἁμ.*] Graviter urgetur notio facinoris non voluntarii, unde post *ἄκων διαφθείρω* denuo additur *καὶ ἀκουσίων*, quo istud *τῶν τοιούτων* clarius explicatur atque declaratur. Aliter sensit Cobet. Varr. Lectt. p. 300. legendum putans: *τῶν τοιούτων ἕνεκα ἁμαρτημάτων*.

παύσομαι ὅ γε ἄκων ποιῶ] Intelligendum est *ποιῶν*, quod Heindorfius putabat addendum esse. Eodem modo Aristoph. Avv. v. 1396: *ἀλλ' οὖν ἔγωγ' οὐ παύσομαι*, ubi cogitatione addendum *ᾄδων*. Plat. Prot. p. 328. D: *ὅτι τῷ ὄντι πεπαυμένος εἴη*, sc. *λέγων*, quod petendum ex antegresso *τοῦ λόγου*. Phaedr. p. 262 E. *παῦσαι*, sc. *λέγων*. Soph. Oed. Col. 1039. ed. Br. *πιστωθεὶς ὅτι, ἢν μὴ θάνω, 'γὼ πρόσθεν, οὐχὶ παύσομαι*. sc. *οὕτω ποιῶν*. Electr. 1428. *παύσασθε. λεύσσω γὰρ Αἴγισθον*, ubi reticetur *διαλεγόμενον*. Itaque nec assentiendum est Engelhardto, qui *παύσομαι* interpretatur *τὸ λοιπὸν οὐ ποιήσω*, cuius significationis alterum exemplum nemo usquam reperiat.

Cap. XIV. B. *οὔτε μέγα οὔτε σμικρόν*] De hac formula v. ad cap. VI.

ἢ δῆλον δή, ὅτι —] In his *ἢ* ponitur vi corrigendi, hoc sensu: Sed, quid quaero; manifestum quidem est — vel: an id quidem manifestum est. v. ad Protag. init. et ad Euthyphron. p. 24. Perperam vulgo scribebatur *ἡ δῆλον ὅτι*.

ὅτι κατὰ τὴν γραφήν] Intell. *ἐμὲ φῂς διαφθείρειν τοὺς νεωτέρους*,

οὐ ταῦτα λέγεις] Conne-

μίζειν οὓς ἡ πόλις νομίζει, ἕτερα δὲ δαιμόνια καινά; οὐ ταῦτα λέγεις ὅτι διδάσκων διαφθείρω; Πάνυ μὲν οὖν σφόδρα ταῦτα λέγω. Πρὸς αὐτῶν τοίνυν, ὦ Μέλητε, τούτων τῶν θεῶν, ὧν νῦν ὁ λόγος ἐστίν, εἰπὲ ἔτι σαφέστερον καὶ ἐμοὶ καὶ τοῖς ἀνδράσι τουτοισί. ἐγὼ γὰρ οὐ δύναμαι μαθεῖν, πότερον λέγεις C διδάσκειν με νομίζειν εἶναί τινας θεούς, καὶ αὐτὸς ἄρα νομίζω εἶναι θεοὺς καὶ οὐκ εἰμὶ τὸ παράπαν ἄθεος οὐδὲ ταύτῃ ἀδικῶ, οὐ μέντοι οὕςπερ γε ἡ πόλις, ἀλλ' ἑτέρους, καὶ τοῦτ' ἔστιν, ὅ μοι ἐγκαλεῖς, ὅτι ἑτέρους· ἢ παντάπασί με φῂς οὔτε αὐτὸν νομίζειν θεοὺς τούς τε ἄλλους ταῦτα διδάσκειν. Ταῦτα λέγω, ὡς τὸ παράπαν οὐ νομίζεις θεούς. Ὦ θαυμάσιε Μέλητε, ἵνα τί ταῦτα λέγεις: οὐδὲ ἥλιον οὐδὲ D σελήνην ἄρα νομίζω θεοὺς εἶναι, ὥςπερ οἱ ἄλλοι

interpunctione. Repetendum vero post ἄκων est διαφθείρω, quo neglecto error natus est.

ctendum est ταῦτα cum participio διδάσκων.

ὧν νῦν ὁ λόγος ἐστίν] Genitivus ὧν est casus obiecti, nec intelligenda est praepositio περί, quod a nonnullis fieri meminimus. Nam quum non solum dicatur λέγειν περί τινος, sed etiam λέγειν τινά, de qua constructione monui ad cap. IX. recte etiam dicitur, λόγος περί τινος et λόγος τινός. Etenim dicere etiam poterat οὓς νῦν λέγομεν, quod quilibet videat huic loco etiam melius convenire quam alterum illud περὶ ὧν νῦν λέγομεν. Eadem ratio est Charmid. p. 156. A: οὐ γάρ τί σου ὀλίγος λόγος ἐστίν. Demosth. de Cor. p. 281. ed. R: τοὺς λόγους αὐτῶν, i. e. περὶ αὐτῶν. Eurip. Med. v. 541: οὐκ ἂν ἦν λόγος σέθεν, i. e. περὶ σοῦ. conf. Dorvill. ad Charit. p. 592. Schaefer. ad Sophocl. Antig. v. 11., ubi est μῦθος φίλων, i. e. περὶ φίλων.

καὶ τοῖς ἀνδράσι τουτοισί] Non sine caussa ἀνδράσι addit; significat enim iudices esse, qui praesentes adsint et quibus ista dicere iubeatur. Quippe hi solemni usu ἄνδρες δικασταί appellantur. Itaque Cobetus Varr. Lectt. p. 300. irrito consilio voc. ἀνδράσι exterminandum censuit.

C. οὔτε αὐτὸν νομίζειν — τούς τε ἄλλους] Protagor. p. 347. E. οὐδὲν δέονται ἀλλοτρίας φωνῆς οὐδὲ ποιητῶν, οὓς οὔτε ἀνερέσθαι οἷόν τ' ἐστὶ περὶ ὧν λέγουσιν, ἐπαγόμενοί τε αὐτοὺς οἱ πολλοὶ — ἀδυνατοῦσιν ἐξελέγξαι. Ibid. p. 361. E. οὔτε τἆλλα οἶμαι κακὸς εἶναι ἄνθρωπος, φθονερός τε ἥκιστ' ἂν ἀνθρώπων. Charmid. p. 169. C. D. Politic. p. 266. D. Plura collegi ad Phileb. p. 21. C.

ἵνα τί ταῦτα λέγεις] Hermannus ad Viger. p. 849. „Ἵνα τί, inquit, dicitur per ellipsin. Plene in constructione

ἄνθρωποι; Μὰ Δί', ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐπεὶ τὸν μὲν ἥλιον λίθον φησὶν εἶναι, τὴν δὲ σελήνην γῆν. Ἀναξαγόρου οἴει κατηγορεῖν, ὦ φίλε Μέλητε, καὶ οὕτω καταφρονεῖς τῶνδε καὶ οἴει αὐτοὺς ἀπείρους γραμμάτων εἶναι, ὥςτε οὐκ εἰδέναι, ὅτι τὰ Ἀναξαγόρου βιβλία τοῦ Κλαζομενίου, γέμει τούτων τῶν λόγων; καὶ δὴ καὶ οἱ νέοι ταῦτα παρ' ἐμοῦ μανθάνουσιν,
E ἃ ἔξεστιν ἐνίοτε, εἰ πάνυ πολλοῦ, δραχμῆς ἐκ τῆς

Cap. XIV. E. *καὶ ταῦτα μέντοι*] Vett. editt. praeter Bas. 2. omittunt *μέντοι*, quod recte servarunt codd. omnes praeter Ven. Ξ. Deinde vulgo erat *ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖ*: sed *μὲν* om.

praesentis temporis, *ἵνα τί γένηται;* in constructione praeteriti, *ἵνα τί γένοιτο;*" — Ceterum Sol atque Luna pro diis habiti et culti sunt non tantum a Persis aliisque gentibus barbaris, sed etiam a Graecis sub nomine Apollinis atque Dianae. Quod monemus viri cuiusdam docti gratia, quem vidimus de huius loci interpretatione magnas excitare dubitationes.

D. *Μὰ Δί', — ἐπεὶ τ. ἥλ.*] Ad *μὰ Δία* e superioribus intelligendum est *οὐ νομίζει θεούς*. Nam verissime iudicat Budaeus *μὰ Δία* per se non negare, sed suppressam negationem ex praegressis saepenumero esse repetendam. v. Viger. p. 450.

Ἀναξαγόρου οἴει —] Anaxagoras Clazomenius, auctore Laërtio II. 8., docebat solem esse *μύδρον διάπυρον*, quod alii de massa ferri candentis accipiunt, alii de lapide, ut ipse Socrates ap. Xenoph. Mem. IV. 7, 7., ubi hanc Anaxagorae opinionem refutare studet. Idem aiebat lunam habere *οἰκήσεις, λόφους* et *φάραγγας*, h. e. esse *γῆν*. vid. praeter doctam Fischeri disputationem ad h. l. I. Schaubach. de Anaxagora Clazomenio s. de vita eius atque philosophia p. 30 sqq. p. 70 sq. Haec igitur placita Meletus Socrati tribuebat, quem novisset Archelai, qui Anaxagoram audiverat, atque adeo ipsius Anaxagorae discipulum fuisse. Ceterum *ὥςτε οὐκ εἰδέναι,* nec vero *ὥςτε μὴ εἰδέναι* dicitur, quia *οὐκ εἰδέναι* in unam coit notionem *τοῦ ἀγνοεῖν,* de qua re hic primus monuit Heldius, qui comparat Lysiam adv. Theomn. §. 15: *ὥςτε οὐ δύνασθαι μαθεῖν,* h. e. *ἀδύνατον εἶναι.* Lycurg. adv. Leocr. §. 2: — *ὥςτε — οὐ φιλόπολιν . . . δοκεῖν εἶναι,* i. e. *ἐχθρὸν τῆς πόλεως.* v. ad p. 25. B.

καὶ δὴ καὶ οἱ νέοι ταῦτα —] Enimvero etiam iuvenes ista a me discunt. Nam loquitur Socrates ironice et ex persona Meleti. Heindorf. interpunctione ante *καὶ δὴ καὶ* sublata haec quoque pendere volebat a praegresso *ὅτι,* quae ratio mihi quidem admodum contorta videtur. Nec opus puto scribere *τοιαῦτα παρ' ἐμοῦ μανθάνουσιν.*

δραχμῆς ἐκ τῆς ὀρχήστρας —] Dacierius haec ita intelligit, ac si libri hisce Anaxagorae placitis referti ex orchestra drachmae pretio emi potuerint, eique assentitur A. Boeckhius Oecon. Reip. Athen. Vol. I. p. 68. ed. 2. =

ὀρχήστρας πριαμένοις Σωκράτους καταγελᾶν, ἐὰν προςποιῆται ἑαυτοῦ εἶναι, ἄλλως τε καὶ οὕτως ἄτοπα ὄντα. ἀλλ' ὦ πρὸς Διός, οὑτωσί σοι δοκῶ οὐδένα νομίζειν θεὸν εἶναι; Οὐ μέντοι μὰ Δί', οὐδ' ὁπωςτιοῦν. Ἄπιστός γ' εἶ, ὦ Μέλητε, καὶ ταῦτα μέντοι, ὡς ἐμοὶ δοκεῖς, σαυτῷ. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ οὑτοσί, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πάνυ εἶναι ὑβριστὴς καὶ ἀκόλαστος, καὶ ἀτεχνῶς τὴν γραφὴν ταύτην ὕβρει τινὶ καὶ ἀκο-

Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. et quidem rectissime.

51. ed. 1. Quod contra recte iudicare videtur Forsterus inauditum esse putans in orchestra libros venales prostitisse. Locus ex his lucem suam accipiet. Athenis quum olim in theatris sedes et loca non vendi solita essent, sed quisque gratis spectare potuisset, Pericles primus ita instituit, ut locarentur et venderentur: quod dicebatur *θέαν ἀπομισθοῦν* et *θέαν ἀγοράζειν*. v. Leopard. Emendatt. I. 13. coll. Fischero in Indic. ad Theophrasti Characteres s. v. *θέα*. Vendebantur autem sedes a redemtoribus theatrorum, qui appellabantur vel *θεατρῶναι*, vel *θεατροπῶλαι*, vel *ἀρχιτέκτονες*, ut ap. Demosth. de corona p. 234. 23. T. I. cf. Casaubon. ad Theophrast. Char. 2., ac solvebantur fere bini oboli, teste Demosthene d. l., interdum etiam singulae drachmae, ut docuit Casaubon. l. c., quocum conferas nunc Boeckhium l. c. Quum vero teste Harpocratione, Suida s. v. *θεωρικά* et Schol. Luciani ad Timon. T. I. p. 6. maximum pretium, quod liceret constitui, drachma esset, nec unquam posset a redemtoribus maior merces exigi, facile intelligitur, cur Socrates dicat *ἃ ἔξεστιν, εἰ πάνυ πολλοῦ, δραχμῆς πρίασθαι*. Sed quomodo tandem, inquit aliquis, illa placita philosophorum in theatro potuerunt cognosci? Ad quam quaestionem responsio in promtu est. Constat enim poetas scenicos saepenumero philosophorum dogmata fabulis suis inseruisse, vel ut eos laudarent, ut Euripides, quem Anaxagorae placita in tragoediis suis saepe attigisse demonstravit Valcken. Diatribe in Fragm. Eurip. p. 29 sqq., vel ut reprehenderent et riderent, quod ab Aristophane factum esse novimus. Respici hoc loco potissimum ad Euripidem ex eo videtur recte colligi posse, quod hic imprimis Anaxagorae doctrinam de sole et luna in scenam induxit, de qua re vide quae dixerunt Valckenar. l. c. p. 31. et Porson. ad Eurip. Orest. v. 971. p. 192. ed. Lips. sec. Sensus totius loci hic est: Meletus ait me Solem lapidem, Lunam terram dicere. Verum enim vero iudices sciunt hoc esse Anaxagorae commentum. Quod si mihi illud tribuerem, iuvenes possent istam meam vanitatem vel e scenicorum poetarum fabulis cognoscere eamque, ut par est, ridere.

27 λασίᾳ καὶ νεότητι γράψασθαι. ἔοικε γὰρ ὥςπερ αἴνιγμα ξυντιθέντι διαπειρωμένῳ, Ἆρα γνώσεται Σωκράτης ὁ σοφὸς δὴ ἐμοῦ χαριεντιζομένου καὶ ἐναντί' ἐμαυτῷ λέγοντος, ἢ ἐξαπατήσω αὐτὸν καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ἀκούοντας; οὗτος γὰρ ἐμοὶ φαίνεται τὰ ἐναντία λέγειν αὐτὸς ἑαυτῷ ἐν τῇ γραφῇ, ὥςπερ ἂν εἰ εἴποι Ἀδικεῖ Σωκράτης θεοὺς οὐ νομίζων, ἀλλὰ θεοὺς νομίζων. καίτοι τοῦτό ἐστι παίζοντος.

Cap. XV. Ξυνεπισκέψασθε δή, ὦ ἄνδρες, ᾗ μοι φαίνεται ταῦτα λέγειν· σὺ δὲ ἡμῖν ἀπόκριναι, ὦ Μέλητε. ὑμεῖς δέ, ὅπερ κατ' ἀρχὰς ὑμᾶς παρῃτησά-
B μην, μέμνησθέ μοι μὴ θορυβεῖν, ἐὰν ἐν τῷ εἰωθότι τρόπῳ τοὺς λόγους ποιῶμαι.

P. 27. ξυντιθέντι διαπειρωμένῳ] V. ξυντιθέντι καὶ διαπ. Recte καὶ om. Bodl. Ven. Δ. a. b. Angel. Par. EST. Vind. 1. 2. 5. 6. Flor. g. h. i. In aliis ἢ post ξυντιθ. interpositum. Comma cur post ξυντιθέντι sustulerimus, docebit annotatio ad Phaedr. p. 228. B. et infra ad h. l.

καὶ νεότητι] Respicit simul ad Meleti adolescentiam; v. p. 25. D.

P. 27. ὥςπερ αἴνιγμα ξυντιθέντι διαπειρωμένῳ] Recte Ficinus: videtur enim ceu aenigma quoddam componere, tentans, an Socrates etc.; nec opus est καὶ particula, quae vulgò ante διαπειρωμένῳ interposita legebatur. Gorg. p. 464. C. et p. 479. D. Ἀρχέλαον εὐδαιμονίζων τὸν τὰ μέγιστα ἀδικοῦντα, δίκην οὐδεμίαν διδόντα, ubi vulgo καὶ post ἀδικοῦντα infertur. De republ. IV. 440. D. Politic. p. 273. D. Phaedr. p. 251. D. Plura collegimus ad Phileb. p. 22. A. et ad Euthyphron. p. 4. D. De usu verbi ἔοικεν cum participio iuncti v. Phaedon. p. 87. E. ἔοικεν ἁπτομένῳ.

γνώσεται — ἐμοῦ χαριεντιζ.] Constructionem illustravit Matthiae §. 349. 1. — ὁ σοφὸς δή, sapiens scilicet ille. — Mox malim οὕτως γὰρ ἐμοὶ φ., quam lectionem Meibomius ex cod. quodam enotavit.

Cap. XV. ᾗ μοι φαίνεται] h. e. quatenus, quomodo mihi videatur. Nam Socrates docere instituit Meletum adeo esse inconstantem, ut et neget Socratem deos esse credere, et idem affirmet.

ὑμᾶς παρῃτησάμην] Etymol. Magn. παραιτεῖσθαι οὐχ εὕρηται ἐν χρήσει ἐπὶ τοῦ σημαινομένου τοῦ ἀρνεῖσθαι καὶ ἀποβάλλεσθαι καὶ μὴ δέχεσθαι, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ αἰτεῖν, ὡς παρὰ Μενάνδρῳ· παραιτοῦμαί σε γνώμην ἔχειν. ὥστε περιττὴν εἶναι τὴν πρόθεσιν. Aristoph. Equitt. v. 37. ἐν δ' αὐτοὺς παραιτησώμεθα. cfr. Ruhnk. ad Tim. s. v. ad Rutil. Lup. p. 29. ubi deprecandi verbum illustravit, de quo vide etiam Burmann. ad Quint. Institt. Orat. III., 6. Müller. ad Cic. de

Ἔστιν ὅςτις ἀνθρώπων, ὦ Μέλητε, ἀνθρώπεια μὲν νομίζει πράγματ' εἶναι, ἀνθρώπους δὲ οὐ νομίζει; ἀποκρινέσθω, ὦ ἄνδρες, καὶ μὴ ἄλλα καὶ ἄλλα θορυβείτω. ἔσθ' ὅςτις ἵππους μὲν οὐ νομίζει εἶναι, ἱππικὰ δὲ πράγματα; ἢ αὐλητὰς μὲν οὐ νομίζει, αὐλητικὰ δὲ πράγματα; οὐκ ἔστιν, ὦ ἄριστε ἀνδρῶν· εἰ μὴ σὺ βούλει ἀποκρίνασθαι, ἐγὼ σοὶ λέγω καὶ τοῖς ἄλλοις τουτοισί. ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τούτῳ γε ἀπόκριναι. ἔσθ' ὅςτις δαιμόνια μὲν νομίζει πράγματ' εἶναι, C δαίμονας δὲ οὐ νομίζει; Οὐκ ἔστιν. Ὡς ὤνησας, ὅτι μόγις ἀπεκρίνω ὑπὸ τουτωνὶ ἀναγκαζόμενος. οὐκ-

Cap. XV. *Ξυνεπισκέψασθε δή*] V. *δέ* quod ex codd. emendavi

B. *ἵππους μὲν οὐ νομίζει εἶναι*] *εἶναι* additum e Bodl. Coisl. Par. D. Vat. Ven. b. Vind. 1. 3. 4. 6. Flor. d. e. h.

τὸ ἐπὶ τούτῳ γε] *γε* ex optimis plurimisque codd. restitutum.

C. *Ὡς ὤνησας*] *ὤκνησας* Steph. Inepte. Dein pro vulg. *μόλις* e Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Parr. DST. *μόγις* repositum est.

Orat. I, 20, 90. Bremi ad Nep. Attic. XII, 2.

ἀνθρώπους δὲ οὐ νομίζει] Solemnis est in tali oppositione eiusdem verbi repetitio. Quod non sentiens criticus quidam novitius posterius hoc *νομίζει* lubidinose expunxit. conf. Criton. p. 54. A.

C. *δαιμόνια μὲν νομίζει —, δαίμονας δὲ οὐ νομίζει*] *Τὸ δαιμόνιον* apud Platonem adiective dicitur, quemadmodum etiam Cicero intellexit de Divinat. I. 54 Esse divinum quiddam, quod daemonion appellat, cui semper pareat. Significat autem vocem quasi divinam, boni et mali intus in pectore praenuntiam, qua animus tanquam divinat quid futurum sit faustum, quidve infaustum, atque interiore quodam sensu auguratur quid bonum et quid malum futurum sit. v. Prolegg.

C. *Ὡς ὤνησας, — ἀναγκαζόμενος*] Ut me iuvisti eo quod aegre aliquando respondisti! ut recte interpretatur Heindorfius. Observavit autem Casaubonus ad Pers. Sat. I. v. 112. *ὀνῆσαι* ut Lat. iuvare saepe esse non *βοηθεῖν*, sed delectare, quae observatio prorsus in hunc locum congruit. Quod restituit Stephanus, *ὤκνησας*, id ne ferri quidem potest subsequente *μόγις ἀποκρίνεσθαι*, quippe quod idem fere sit, quod *ὀκνεῖν*. Velles tamen fortasse *ὥς μ' ὤνησας* scriptum esse. Aristoph. Lysistr. v. 1033. *νὴ Δί' ὤνησάς γέ με.* al. Sed absolute *ὤνησας* positum Lucian. Hermot. §. 59: *ὡς ὀλισθηρὸς εἶ, ὦ Ἑρμότιμε, καὶ διδράσκεις ἐκ τῶν χειρῶν. πλὴν ἀλλ' ὤνησάς γε.* Diall. Deor. 26, 1: *ὤνησας διδάξας τὰ γνωρίσματα.* Plutarch. Moral. p. 719. A: *ὤνησας, ἔφη, τὸν λόγον οὐ σεαυτοῦ*

οὖν δαιμόνια μὲν φῂς με καὶ νομίζειν καὶ διδάσκειν, εἴτ' οὖν καινὰ εἴτε παλαιά· ἀλλ' οὖν δαιμόνιά γε νομίζω κατὰ τὸν σὸν λόγον, καὶ ταῦτα καὶ διωμόσω ἐν τῇ ἀντιγραφῇ. εἰ δὲ δαιμόνια νομίζω, καὶ δαίμονας δήπου πολλὴ ἀνάγκη νομίζειν μέ ἐστιν. οὐχ οὕτως ἔχει; ἔχει δή· τίθημι γάρ σε ὁμολογοῦντα, ἐπειδὴ
D οὐκ ἀποκρίνει. τοὺς δὲ δαίμονας οὐχὶ ἤτοι θεούς γε ἡγούμεθα ἢ θεῶν παῖδας; φῂς ἢ οὔ; Πάνυ γε. Οὐκοῦν εἴπερ δαίμονας ἡγοῦμαι, ὡς σὺ φῄς, εἰ μὲν θεοί τινές εἰσιν οἱ δαίμονες, τοῦτ' ἂν εἴη ὃ ἐγώ φημί σε αἰνίττεσθαι καὶ χαριεντίζεσθαι, θεοὺς οὐχ

καὶ διωμόσω] V. *διομόσω*, errore. Mox *νομίζειν ἐμέ ἐστιν* Ven. *Α*. b. Par. E. ut dedit Bekker.
εἰ δὲ δαιμόνια ν.] Steph. *εἰ δὲ καὶ δ.*

ποιησάμενος, ἀλλὰ κοινόν. Itaque nihil mutandum. Ceterum *μόγις* est tandem aliquando, de quo usu v. ad Protagor. p. 348. C.

ἀλλ' οὖν δαιμόνιά γε νομίζω] Referenda sunt haec verba ad ea, quae proxime praecedunt, *εἴτ' οὖν καινὰ εἴτε παλαιά*.

διωμόσω ἐν τῇ ἀντιγραφῇ] *Ἀντιγραφὴ* h. l. idem est quod cap. III. *ἀντωμοσία*, h. e. libellus accusationis, cuius usus exemplum desiderabat Schoemann. de re iudiciaria Athen. p. 629., qui nunc sententiam suam retractavit ad Isaeum p. 347. Hoc libello iudicibus tradito, actor iurare calumniam debebat, quod fecerat etiam Meletus. Ceterum hanc *ἀντιγραφὴν* puto ab ipsa *γραφῇ* eodem modo differre, quo differt ab ea *ἀντωμοσία*: unde nominis ratio habet explicationem.

D. *ἤτοι θεούς γε ἡγούμεθα ἢ θεῶν παῖδας*] Phaedon. p. 76. A. *ἤτοι ἐπιστάμενοί γε αὐτὰ γεγόναμεν — ἢ ὕστερον — ἀναμιμνήσκονται.* Gorg. p. 460. A. *ἤτοι πρότερόν γε ἢ ὕστερον μαθόντα παρὰ σοῦ.* Ibid. p. 467. E. Thucyd. I. 40. 1. II. 10, 2. VI. 34, 2. Protag. 331. B. Elmslei. ad Med. 1263. Attulimus haec, quia hoc quoque loquendi genus male a criticis est tentatum. Patet vero priorem disiunctivae sententiae partem in talibus maiore cum vi efferri, ut h. l., ubi Germanice dixeris: entweder *gar* Götter, oder Göttersöhne. Ponitur autem hic nomen *δαίμονες* latiore significatione, qua vel deos superos denotat vel genios, quorum est, communionem inter homines atque deos iungere et tanquam medium inter utrosque locum ita explere, ut homines tueantur et custodiant. Illo significatu creberrimum est apud poëtas, maxime apud antiquiores; hoc in scriptis quum aliorum tum Platonis inprimis frequentatur; conf. Legg. IV. p. 713. D. sqq. p. 717. B. Sympos. p. 202. E. al. Tenendum hoc diligenter, quo magis vis argumentationis percipiatur. Mox de repetitione verborum: *ἐπειδή γε δαίμονας ἡγοῦμαι* v.

ἡγούμενον φάναι ἐμὲ θεοὺς αὖ ἡγεῖσθαι πάλιν, ἐπειδήπερ γε δαίμονας ἡγοῦμαι· εἰ δ' αὖ οἱ δαίμονες θεῶν παῖδές εἰσι νόθοι τινὲς ἢ ἐκ νυμφῶν ἢ ἔκ τινων ἄλλων, ὧν δὴ καὶ λέγονται, τίς ἂν ἀνθρώπων θεῶν μὲν παῖδας ἡγοῖτο εἶναι, θεοὺς δὲ μή; ὁμοίως γὰρ ἂν ἄτοπον εἴη, ὥςπερ ἂν εἴ τις ἵππων μὲν παῖδας E *ἡγοῖτο ἢ καὶ ὄνων τοὺς ἡμιόνους, ἵππους δὲ καὶ ὄνους μὴ ἡγοῖτο εἶναι. ἀλλ', ὦ Μέλητε, οὐκ ἔστιν ὅπως σὺ ταῦτα οὐχὶ ἀποπειρώμενος ἡμῶν ἐγράψω τὴν γραφὴν ταύτην, ἢ ἀπορῶν ὅ τι ἐγκαλοῖς ἐμοὶ ἀληθὲς ἀδίκημα· οπως δὲ σύ τινα πείθοις ἂν καὶ σμικρὸν νοῦν*

D. *θεούς γε ἡγούμεθα*] Vett. editt. post *ἡγούμεθα* addum *εἶναι*, quod om. Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. c. g. h. Par. DST.

p. 28. A.

Οὐκοῦν εἴπερ δαίμ. ἡγ.] Conditioni primariae subiecta duplex secundaria conditio est, cui duplex respondet apodosis. Sic periodus intricatior explicanda.

ὧν δὴ καὶ λέγονται] Gorg. p. 453. E. *πάλιν δ' εἰ ἐπὶ τῶν αὐτῶν τεχνῶν λέγομεν, ὧνπερ νῦν δή κ. τ. λ.* Phaed. p. 76. A. *ἢ ἐν τούτῳ (χρόνῳ) ἀπόλλυμεν, ᾧπερ καὶ λαμβάνομεν.* Lachet. p. 192. B. Sed otium nobis fecerunt Fischer. ad Weller. III. 1. p. 99. Schaefer. ad Dionys. de Compos. verb. p. 399. ad Sophocl. Oed. Col. v. 749. ad Demosth. de Coron. p. 271. 24. ed. R. Heindorf. ad Gorg. p. 249. ad Phaedon. p. 91. Ast. ad Legg. p. 188. Matth. Gr. §. 595. Eadem loquendi ratione usi sunt etiam scriptores Latini, de quibus vide Bremium ad Cornel. Nep. Cimon. III. §. 1.

ὄνων τοὺς ἡμιόνους] Mulos cur memoret, in aprico est. Hi enim quum parentibus utantur duplicis generis, equis et asinis, nihil certe hoc exemplo aptius ad declarandum id, quod nunc declaratur, prolem sine parentibus cogitari posse nullam. Itaque non assentior Bäumleinio in Jahnii Annal. Novv. Supplem. Fasc. IV. a. 1840. p. 545 sq. *τοὺς ἡμιόνους* pro glossemate habenti, licet ille Hermannum consentientem habeat. Sed nec *ἢ* post *ἡγοῖτο* exterminandum, sicuti voluerunt J. H. Voss., Schleiermacher. et Forster. Nam recte Fischerus: „Sed *ἡμίονοι* dici possunt et *ἵππων παῖδες* et *ὄνων παῖδες*, quum non solum ex equo et asina, sed etiam ex asino et equa generentur et consilium dicentis declaret, eum genitores, non item genitrices mulorum commemorare velle ac debere."

οὐκ ἔστιν ὅπως σὺ —] *ταῦτα* ad *ἀποπειρώμενος* referas: his s. hac ratione nos tentans. Xenoph. Oec. 19, 13. *ἀποπειρᾷ μου καὶ τοῦτο, ἔφη, μάλιστα πάντων ἐπιστάμενος.* v. Matthiae Gr. §. 425. et 471. 13. Quo neglecto Hermannus verba *ταύτην τὴν γραφην* tamquam suspecta notavit, offensus ille fortasse etiam loci hyperbato.

ἔχοντα ἀνθρώπων, ὡς [οὐ] τοῦ αὐτοῦ ἀνδρός ἐστι καὶ δαιμόνια καὶ θεῖα ἡγεῖσθαι, καὶ αὖ τοῦ αὐτοῦ μήτε
28 *δαίμονας μήτε θεοὺς μήτε ἥρωας, οὐδεμία μηχανή ἐστιν.*

Cap. XVI. *Ἀλλὰ γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὡς μὲν ἐγὼ οὐκ ἀδικῶ κατὰ τὴν Μελήτου γραφήν, οὐ πολλῆς μοι δοκεῖ εἶναι ἀπολογίας, ἀλλ' ἱκανὰ καὶ ταῦτα· ὃ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἔλεγον, ὅτι πολλή μοι ἀπέχθεια γέγονε καὶ πρὸς πολλούς, εὖ ἴστε ὅτι ἀληθές ἐστι. καὶ τοῦτ' ἔστιν ὃ ἐμὲ αἱρήσει, ἐάνπερ αἱρῇ οὐ Μέλητος, οὐδὲ Ἄνυτος, ἀλλ' ἡ*

E. *ὡς οὐ τοῦ αὐτοῦ [ἀνδρός]*] *οὐ*, vulgo omissum Bodl. Ven.

E. *ὡς οὐ τοῦ αὐτοῦ — οὐδεμία μηχανή ἐστιν*] Hoc dicit: nullis unquam artibus poteris cuiquam paullo prudentiori persuadere, convenire in unum eundemque hominem, ut daemonia ac divina esse statuat, et rursus nec deos nec daemones nec heroas esse credat; h. e. non poteris ostendere ac docere, fieri posse, ut idem homo daemonia ac divina esse credat, et tamen idem deos ac daemones et heroas esse neget, quandoquidem qui res divinas ac daemonias esse existimat, eum necesse est etiam earum auctores esse credere. Haec vero quum loci sententia sit, sponte intelligitur, importune in codd. ante *τοῦ αὐτοῦ ἀνδρός* inculcatum esse *οὐ*, quo recte carent vett. editt. Nimirum inseruerunt voculam temere qui neglexissent in altero orationis membro non sic scriptum esse: *καὶ αὖ τοῦ αὐτοῦ καὶ δαίμονας καὶ θεοὺς καὶ ἥρ.*, sed pro *καὶ* iam inferri *μήτε*. Ceterum in altero membro oratoria quadam ubertate *τοῦ αὐτοῦ* denuo repetitur, quo fortius indicetur temeritatis magnitudo, quae ista utpote inter se pugnantia uni eidemque homini tribuat.

Cap. XVI. P. 28. *Ἀλλὰ γάρ, ὦ ἄνδρες—*] Absoluta ipsa defensione Socrates instituit de aliis rebus disserere eodem pertinentibus. Et primum quidem queritur periculum esse, ne odium multitudinis sibi innocenti mortem afferat; deinde vero ostendit etiam se in ea esse sententia, ut viro bono honestatem et officium omnibus omnino rebus, etiam ipsi vitae, anteponenda esse existimet. De v. *ἱκανὰ καὶ ταῦτα* v. ad Remp. VI. p. 507. D. ibique ann.

ὃ ἐμὲ αἱρήσει] quod me capiet, deprehendet, eoque opprimet, h. e. efficiet ut condemner. Metaphora a cursu vel persecutione hostili repetita. De Republ. X. p. 613. D. *ἐπὶ τέλους τοῦ δρόμου αἱρεθέντες καταγέλαστοι γίγνονται.* conf. infra p. 38. D. p. 39. A. B. unde imago lucem pleniorem recipiet. Ceterum constat in foro cognatum *καθαιρεῖν* ita usurpari, ut significet damnare, de quo vocis usu exponit Pollux Onom. VIII. 15. Lysias adv. Agorat. p. 467. *τὴν μὲν καθαιροῦσαν (ψῆφον) — τὴν δὲ σῴζουσαν.* Eurip. Orest. v. 861. *καθεῖλεν ἡμᾶς.* Soph. Antig. v. 275. al.

ἀλλ' ἡ — διαβολή τε καὶ φθόνος] Verissime iudicavit Fischerus haec verba etiam abesse potuisse, quum praecedat

τῶν πολλῶν διαβολή τε καὶ φθόνος. ἃ δὴ πολλοὺς καὶ ἄλλους καὶ ἀγαθοὺς ἄνδρας ᾕρηκεν, οἶμαι δὲ καὶ αἱρήσειν· οὐδὲν δὲ δεινόν, μὴ ἐν ἐμοὶ στῇ. B

Ἴσως δ' ἂν οὖν εἴποι τις, Εἶτ' οὐκ αἰσχύνει, ὦ Σώκρατες, τοιοῦτον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύσας, ἐξ οὗ κινδυνεύεις νυνὶ ἀποθανεῖν; Ἐγὼ δὲ τούτῳ ἂν δίκαιον λόγον ἀντείποιμι, ὅτι Οὐ καλῶς λέγεις, ὦ ἄνθρωπε, εἰ οἴει δεῖν κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι τοῦ ζῆν ἢ τεθνάναι ἄνδρα, ὅτου τι καὶ σμικρὸν ὄφελός ἐστιν, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνο μό-

a. b. Vat. Coisl. sex Vindb., Flor. a. d. h. i. Par. CDEHT. Ang. al. tuentur. Sed ἀνδρός in libris multis deest.

pronomen τοῦτο, quod eandem rem iam significat. Adiecta sunt autem oratoria quadam ubertate, ut fit in oppositionibus. Similia ad Gorg. p. 521. D. E. et Protag. 316. C. annotavimus. In proximis quod Cobet. Varr. Lectt. p. 300. καὶ ante ἀγαθοὺς ἄνδρας deleri vult, minime viro docto assentiendum putamus. Nam πολλοὺς καὶ ἄλλους, etiam multos alios, in unam notionem coarctatur, ut recte deinde subiungatur καὶ ἀγαθούς, conf. Matthiae Gr. §. 444. 4. Nec vero assensione dignum quod Hirschig. fidenter Platoni obtrusit: πολλοὺς καὶ καλοὺς καὶ ἀγ. quo cur recte careamus, sponte intelligitur.

οὐδὲν δὲ δεινόν, μὴ ἐν ἐμοὶ στῇ] h. e. neque vero periculum est, ne ego sim ultimus, quem damnet invidia et odium multitudinis, ut recte interpretatur Fischerus. Nimirum mansit in metaphora, quoniam praecessit αἱρεῖν, dicens, μὴ ἐν ἐμοὶ στῇ. Sententia verborum igitur haec est: non est metuendum, periculum non est, ne ista mala calumniae et invidiae non amplius grassentur, sed in me aliquando cessent et conquiescant s. desinant. Eodem dicendi genere Sophocl. Aiac. v. 198 sqq. ἐχθρῶν δ' ὕβρις — ὁρμᾶται· ἐμοὶ δ' ἄχος ἕστακεν, ubi liquet ἕστακεν propter antegressum ὁρμᾶται dictum esse. Ibid. v. 950., ubi Tecmessa: οὐκ ἂν τάδ' ἔστη τῇδε, μὴ θεῶν μέτα, non haec mala hic constitissent, s. desiissent, cessavissent, diis non iuvantibus, respiciens ad verba Chori antegressa: ἀλλ' ἀπείργοι θεός. — De constructione Phaedon. p. 84. B. οὐδὲν δεινόν, μὴ φοβηθῇ, ubi v. annot.

B. Εἶτ' οὐκ αἰσχύνει] De εἶτα in interrogationibus ita usurpato, ut indicet admirationem atque indignationem, v. Valcken. ad Phoen. v. 549. Viger. p. 395. Buttmann. Gr. §. 136.

εἰ οἴει δεῖν κίνδυνον ὑπολογίζεσθαι —] Criton. c. 8. κἂν φαινώμεθα ἄδικα αὐτὰ ἐργαζόμενοι, μὴ οὐ δέῃ ὑπολογίζεσθαι οὔτ' εἰ θνήσκειν δεῖ παραμένοντας καὶ ἡσυχίαν ἄγοντας οὔτε ἄλλο ὁτιοῦν πάσχειν πρὸ τοῦ ἀδικεῖν. Cf. infra p. 28. D. Verba τοῦ ζῆν ἢ τεθνάναι tamquam otiosa abiecit Hirschig.; quo iure, viderint alii.

ὅτου τι καὶ σμικρὸν ὄφελός ἐστιν] Euthyphr. p. 4. E. οὐδὲν γὰρ ἄν μου ὄφελος εἴη. Legg. IX. p. 856. C. πᾶς γὰρ ἀνήρ,

νον σκοπεῖν, ὅταν πράττῃ τι, πότερον δίκαια ἢ ἄδικα πράττει, καὶ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἔργα ἢ κακοῦ. φαῦλοι γὰρ
C ἂν τῷ γε σῷ λόγῳ εἶεν τῶν ἡμιθέων ὅσοι ἐν Τροίᾳ τετελευτήκασιν, οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ τῆς Θέτιδος υἱός, ὃς τοσοῦτον τοῦ κινδύνου κατεφρόνησε παρὰ τὸ αἰσχρόν τι ὑπομεῖναι, ὥςτε ἐπειδὴ εἶπεν ἡ μήτηρ αὐτῷ προθυμουμένῳ Ἕκτορα ἀποκτεῖναι, θεὸς οὖσα, οὑτωσί πως, ὡς ἐγῷμαι, Ὦ παῖ, εἰ τιμωρήσεις Πατρόκλῳ τῷ ἑταίρῳ τὸν φόνον καὶ Ἕκτορα ἀποκτενεῖς, αὐτὸς ἀποθανεῖ· αὐτίκα γάρ τοι, φησί, μεθ' Ἕκτορα πότμος ἑτοῖμος· ὁ δὲ ταῦτ' ἀκούσας τοῦ μὲν θα-
D νάτου καὶ τοῦ κινδύνου ὠλιγώρησε, πολὺ δὲ μᾶλλον δεί-

Cap. XVI. P. 28. B. *ὅταν πράττῃ τι*] Accessit *τι* ex uno Paris. S. Forsterus coniecit *ὅ τι ἂν πρ.*, probante Wolfio. *Πράττειν* sic absolute positum non in usu fuit.

D. *τεθναίην δίκην ἐπιθ.*] V. *τὴν δίκην*. Recte Bodl. Vat. Ven. b. alii meliores articulum omittunt.

τάξῃ ἢ ἡγησάμενος] Accessit *ἢ* ex Bodl. Ven. b. Vind. 1.

οὐ καὶ σμικρὸν ὄφελος. Criton. c. 5. *εἴ τι καὶ σμικρὸν ἡμῶν ὄφελος*. v. Hemsterhus. ad Lucian. Timon. c. 55. Kuster. ad Aristoph. Eccles. v. 53. Valcken. ad Herodot. VIII. 68. et mea Euthyphron. p. 31. ed. Lips.

C. *καὶ ὁ τῆς Θέτιδος υἱός*] Respicitur ad locum Iliad. σ'. v. 90 sqq. — *παρὰ τὸ αἰσχρόν τι ὑπομεῖναι*, prae turpitudinis macula et opinione, h. e. ne diceretur mortem Patrocli amici aequo animo tulisse, ut recte interpretatur Fischerus. Nam *παρὰ* quarto casui iunctum comparationem indicat v. Matthiae Gr. §. 588. c.

αὐτίκα γάρ τοι, φησί, μεθ' Ἕκτορα] Haec quasi *παρενθέτως* interponuntur; ut cum reliquis verbis non apte cohaereant.

ὁ δὲ ταῦτ' ἀκούσας] Per anacoluthiam continuatur oratio, diciturque *ὁ δὲ ταῦτ ἀκούσας κτλ.* perinde ac si non antecesserit *ὥςτε*. Itaque *ὁ δὲ* cur interpositum sit, facile apparet. Dein Hirschig. cum Mudgio *μὴ τιμωρῶν* pro *μὴ τιμωρεῖν* edidit, nulla certe urgente necessitate, siquidem recte dictum est: *δείσας τὸ μὴ τοῖς φίλοις τιμωρεῖν*.

D. *αὐτίκα — τεθναίην*] Iliad. σ'. v. 98. et 104.

μὴ αὐτὸν οἴει —] Heusdius Specim. crit. p. 12. legendum putabat *οἶον*. Quo non opus. Nam *μὴ* habet vim interrogandi, ut saepe, ita ut respondeat nostro: doch nicht etwa, quo sic utimur, ut rem negari velimus. v. Hermann. ad Viger. p. 789. Gregor. Corinth. p. 162. et 824 ed. Schaef. Ceterum ne quis cum Heusdio Specim. crit. p. 12. scribendum arbitretur *μὴ οὖν αὐτὸν οἴει*, eodem modo Gorg. p. 512. B., ubi postquam Socrates Callicli respondit, addit haec: *μή σοὶ δοκεῖ κατὰ τὸν δικανικὸν εἶναι;* Vide ibi Heindorfium.

ἢ ἡγησάμενος —] Ne cui videatur *ἢ* alieno loco intrusum esse, sicuti visum est Wexio in Annal. Phil. et Paed. Jahnianis a. 1856. Fac. X. p. 670., orationis tenor in proximis non servatur, quum addatur *ἢ ὑπ' ἄρ-*

σας τὸ ζῆν κακὸς ὢν καὶ τοῖς φίλοις μὴ τιμωρεῖν, Αὐτίκα,
φησί, τεθναίην δίκην ἐπιθεὶς τῷ ἀδικοῦντι, ἵνα μὴ ἐνθάδε
μένω καταγέλαστος παρὰ νηυσὶ κορωνίσιν, ἄχθος ἀρούρης.
μὴ αὐτὸν οἴει φροντίσαι θανάτου καὶ κινδύνου; οὕτω
γὰρ ἔχει, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῇ ἀληθείᾳ· οὗ ἄν τις
ἑαυτὸν τάξῃ ἢ ἡγησάμενος βέλτιον εἶναι ἢ ὑπ' ἄρχοντος
ταχθῇ, ἐνταῦθα δεῖ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, μένοντα κινδυνεύειν,
μηδὲν ὑπολογιζόμενον μήτε θάνατον μήτε ἄλλο μηδὲν E
πρὸ τοῦ αἰσχροῦ.

Cap. XVII. Ἐγὼ οὖν δεινὰ ἂν εἴην εἰργασμένος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ, ὅτε μέν με οἱ ἄρχοντες ἔταττον,

4. 6. Flor. g. h. Par. ST. Dein vulg. *βέλτιστον*, quod cum Bekkero ex Φ.S. Flor. g. Vind. b. correximus. v. exeg.

μήτε ἄλλο μηδέν] V. *μήτε ἄλλο τι μηδέν*: sed Bodl. Coisl. Vat. Ven. Δ. b. Par. DEST. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. c. d. g. h. recte om. *τι*.

χοντος ταχθῇ. Volebat enim orator dicere *ἢ ὑπ' ἄρχοντος κελευσθείς*, quod profecto rectissime dicitur, ut Germ. denn wo einer sich hingestellt hat entweder in der Ueberzeugung, dass es so gut sei, oder von einem Obern (dem er Gehorsam zu leisten hat) dazu befehligt. Eandem prorsus orationis formam habet Demosthen. De Rhodior. libert. p. 197. ed. Reisk. *εἰ γάρ τί που καὶ κεκράτηκε τῆς πόλεως βασιλεύς, ἢ τοὺς πονηροτάτους τῶν Ἑλλήνων πείσας ἢ οὐδαμῶς ἄλλως κεκράτηκεν.* Vulgo *ἢ* ante *ἡγησάμενος* aberat, quo omisso locus nihil sane habet insolentiae. Pro *βέλτιστον* quod dedimus *βέλτιον*, usum loquendi videntur ignorasse, qui superlativum scripserunt. De usu comparativi v. ad Criton. p. 54. B. Phaed. p. 72. D. et p. 98. E.

πρὸ τοῦ αἰσχροῦ] Phaedon. p. 99. A: *εἰ μὴ δικαιότερον ᾤμην καὶ κάλλιον εἶναι πρὸ τοῦ φεύγειν.* Criton. c. 16: *μήτε παῖδας περὶ πλείονος ποιοῦ μήτε τὸ ζῆν μήτε ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ δικαίου.* Vide infra ad p. 29. B. De sententia cf. Criton. c. 12. extr., ubi agitur de obedientia patriae legibusque publicis praestanda; et Sophocl. Antigon. v. 681: *Δορὸς τ' ἂν ἐν χειμῶνι προστεταγμένον μένειν,* unde hunc locum expressum esse iudicabat Valcken. ad Phoeniss. v. 248.

Cap. XVII. *δεινὰ ἂν εἴην εἰργασμένος*] Heindorfius ad Gorg. p. 518. E. „*Ἐργάζεσθαι* h. l. pro *ποιεῖν* adhibitum, ut saepe. Sic Apolog. p. 28. E. Lachet. p. 200. B.“ Non credo. Reddiderim haec Germanice sic: „Arges nun hätte ich verübt“ (non gethan).

E. *εἰ, ὅτε μέν με — τότε μὲν οὗ ἐκ. — τοῦ δὲ θεοῦ — ἐνταῦθα δέ —*] Buttmannus ad Demosthen. Mid. p. 155., ubi alios huiusmodi locos collegit, „Quoties, inquit, apud Atticos per duplex eiusmodi *μὲν* duplexque *δὲ* incedit oratio, facile quivis sentiat graviorem fieri orationem.“ Conf. Matthiae Gr. Gr. §. 622. 5. Isocrat. Areopag. 18: *παρ' οἷς μὲν*

οὓς ὑμεῖς εἵλεσθε ἄρχειν μου, καὶ ἐν Ποτιδαίᾳ καὶ ἐν Ἀμφιπόλει καὶ ἐπὶ Δηλίῳ, τότε μὲν οὗ ἐκεῖνοι ἔταττον ἔμενον, ὥςπερ καὶ ἄλλος τις, καὶ ἐκινδύνευον ἀποθανεῖν, τοῦ δὲ θεοῦ τάττοντος, ὡς ἐγὼ ᾠήθην τε καὶ ὑπέλαβον, φιλοσοφοῦντά με δεῖν ζῆν καὶ ἐξετάζοντα ἐμαυτὸν καὶ
29 τοὺς ἄλλους, ἐνταῦθα δὲ φοβηθεὶς ἢ θάνατον ἢ ἄλλο ὁτιοῦν πρᾶγμα λίποιμι τὴν τάξιν. δεινὸν μέντ' ἂν εἴη, καὶ ὡς ἀληθῶς τότ' ἄν με δικαίως εἰςάγοι τις εἰς δικαστήριον, ὅτι οὐ νομίζω θεοὺς εἶναι ἀπειθῶν τῇ μαντείᾳ καὶ δεδιὼς θάνατον καὶ οἰόμενος σοφὸς εἶναι οὐκ ὤν. τὸ γάρ τοι θάνατον δεδιέναι, ὦ ἄνδρες, οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ δοκεῖν σοφὸν εἶναι μὴ ὄντα· δοκεῖν γὰρ εἰδέναι ἐστὶν ἃ οὐκ

Cap. XVII. P. 29. *λίποιμι τὴν τάξιν*] Sic Vind. 1. 4. Flor. c. h. Ven. b. Par. DS. pro vulg. *λείποιμι*. Bodl. *λίποιμι*. Dein codd. plurimi cum Bodl. pr. *δεινόν τ' ἂν εἴη*, omisso *μέν*. male.
καὶ τοῦτο πῶς οὐκ ἀμ.] Euseb. *καί τοι πῶς*.

γὰρ μήτε φυλακὴ μήτε ζημία τῶν τοιούτων καθέστηκε, μήθ' αἱ κρίσεις ἀκριβεῖς εἰσι, παρὰ τούτοις μὲν διαφθείρεσθαι καὶ τὰς ἐπιεικεῖς τῶν φύσεων, ὅπου δὲ μήτε λαθεῖν τοῖς ἀδικοῦσι ῥάδιόν ἐστι, μήτε φανεροῖς γενομένοις συγγνώμης τυχεῖν, ἐνταῦθα δ' ἐξιτήλους γίγνεσθαι τὰς κακοηθείας; qui locus huic simillimus est. Praeterea tirones advertant modorum varietatem *ἔμενον καὶ ἐκινδύνευον*, et *λίποιμι*. Etenim indicativus rem spectat, quae vere accidit; optativus rem, quae fieri posse cogitatur; v. Schaeferi Melett. p. 111.

καὶ ἐν Ποτιδαίᾳ — Δηλίῳ] De Socratis stipendiis v. Symp. 219. sqq. Charm. p. 153. Lach. p. 181. Laert. II. 22 sqq. ibique Menagius; Athenaeus V. 15. ibique Casaubonus; Aelian. V. H. III. 17. ibique Kuhnius et Perizonius; Cicero de Divin. I. 54. ibique Davisius. — *θεοῦ τάττοντος*, h. e. deo iubente.

ἄλλο ὁτιοῦν πρᾶγμα] Gravius paullo est *ὁτιοῦν πρᾶγμα* quam simplex *ὁτιοῦν*, licet alibi etiam hoc usurpatum reperiatur. Ex quo sponte apparet, quo iure Hirschig. *πρᾶγμα* abiecerit. Nec vero idem audiendus in proximis est, ubi invitis libris omnibus *εἰςαγάγοι* scribi et *εἰς δικαστήριον*, ut praeter Atticismi usum adiectum, deleri iussit. Nam ut *εἰςάγειν* interdum sine *εἰς δικαστήριον* dicatur, velut Aristoph. Nubb. v. 840., tamen inde non sequitur, ut plena dictio ubique decurtanda sit. Dixerunt vero *εἰςάγειν εἰς τὸ δικαστήριον* etiam Demosth. p. 1147. 1175. Xenoph. Hipparch. I. 9 et 10. Plato Legg. XI. p 932. C. XII. 955. C. 958. C. Gorg. p. 521. C. etc.

P. 29. *ἀπειθῶν τῇ μαντείᾳ*] Videlicet *τοῦ θεοῦ*.

δοκεῖν γὰρ εἰδέναι — οἶδεν] Plene dicendum erat: *ἔστι γὰρ ἐκεῖνο* (sc. *τὸ θάνα-*

οἶδεν. οἶδε μὲν γὰρ οὐδεὶς τὸν θάνατον οὐδ' εἰ τυγχάνει τῷ ἀνθρώπῳ πάντων μέγιστον ὂν τῶν ἀγαθῶν, δεδίασι δ' ὡς εὖ εἰδότες, ὅτι μέγιστον τῶν κακῶν ἐστι. καὶ τοῦτο πῶς οὐκ ἀμαθία ἐστὶν αὕτη ἡ ἐπονείδιστος, ἡ τοῦ οἴεσθαι B *εἰδέναι ἃ οὐκ οἶδεν; ἐγὼ δέ, ὦ ἄνδρες, τούτῳ καὶ ἐνταῦθα ἴσως διαφέρω τῶν πολλῶν ἀνθρώπων, καὶ εἰ δή τῳ σοφώτερός του φαίην εἶναι, τούτῳ ἄν, ὅτι οὐκ εἰδὼς ἱκανῶς περὶ τῶν ἐν Ἅιδου οὕτω καὶ οἴομαι οὐκ εἰδέναι. τὸ δὲ ἀδικεῖν καὶ ἀπειθεῖν τῷ βελτίονι, καὶ θεῷ καὶ ἀνθρώπῳ, ὅτι κακὸν καὶ αἰσχρόν ἐστιν οἶδα. πρὸ οὖν τῶν κακῶν, ὧν οἶδα ὅτι κακά ἐστιν, ἃ μὴ οἶδα εἰ ἀγαθὰ ὄντα τυγχάνει, οὐδέποτε φοβηθήσομαι οὐδὲ*

B. *καὶ ἀπειθεῖν*] V. *καὶ τὸ ἀπειθεῖν,* invitis codd. plurimis atque optimis. v. ad Phileb. p. 4.

οὐδέποτε φοβηθήσομαι] V. *φοβήσομαι*, quod e Stob. Eusebio Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. e. g. h. Par. DS. mutatum. Vulg. tenent Turicc. cum cod. Bodl.

τον δεδιέναι δοκεῖν εἰδέναι ἃ οὐκ οἶδεν. De tertia persona *οἶδεν*, propterea, quod in infinitivo *δοκεῖν* aliunde pendente notio pronominis *τινὰ* continetur, sine *τις* posita, h. e. sic, ut *τις* intelligatur. v. Hermann. ad Viger. p. 725. Schaefer. ad Lambert. Bos. 476. Porson. ad Eurip. Orest. v. 308. et Matth. Gr. §. 295. 2. Charmid. p. 167. B: *εἰ δυνατόν ἐστι τὸ ἃ οἶδε καὶ μὴ οἶδεν εἰδέναι.* Lysid. p. 212. B. De Rep. VI. p. 596. C. Euthydem. p. 284. A. Crit. p. 49. C., Symp. p. 187. C.

καὶ τοῦτο πῶς οὐκ ἀμ.] *καὶ* cum vi pronuntiandum, ut saepe in sententiis oppositionem continentibus, ubi frustra fuere qui *καί τοι* requirerent. v. Wolf. ad Leptin. p. 238. Deinde *τοῦτο* Fischerus errore pro *διὰ τοῦτο* positum esse putavit: est enim nominativus subiecti; de quo v. Matthiae Gr. 440. 8. et nostra ad Phaedr. p. 245. C. Mox verba *ἡ τοῦ οἴεσθαι εἰδέναι* ita intelligas: quae in eo cernitur, ut quis se scire opinetur quae non sciat. v. Matthiae Gr. §. 375.

B. *τούτῳ ἄν*] Intell. *φαίην εἶναι* vel *εἴην*. Proximum *οὕτω* positum est, quia *οὐκ εἰδὼς* idem significat, quod *ὥσπερ οὐκ οἶδα.* Alia ratio est eorum, quae illustravi ad Philebum p. 135. ed. 1. Formula *τῶν πολλῶν ἀνθρώπων* ne quem offendat, eodem modo infra p. 35. A. Euthyphron. p. 4. E. *οὐδέ τῳ ἂν διαφέροι Εὐθύφρων τῶν πολλῶν ἀνθρώπων.* Phaedon. p. 65. A. *δοκεῖ γέ που — τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις.* Ibid. p. 81. D. *ὥς φασιν οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι.* Ibid. p. 92. C. *ὅθεν καὶ τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις δοκεῖ.* Nec tamen Hirschig. verecundatus est in talibus v. *ἄνθρωποι* furca scilicet expellere, non ille sentiens formula pleniore vulgi imperitiam aliquanto fortius notari quam simplici isto *οἱ πολλοί.*

πρὸ οὖν τῶν κακῶν — οὐδὲ φεύξομαι] In his *φο-*

φεύξομαι. ὥςτε οὐδ' εἴ με νῦν ὑμεῖς ἀφίετε, Ἀνύτῳ C ἀπιστήσαντες, ὃς ἔφη ἢ τὴν ἀρχὴν οὐ δεῖν ἐμὲ δεῦρο εἰςελθεῖν, ἤ, ἐπειδὴ εἰςῆλθον, οὐχ οἷόν τε εἶναι τὸ μὴ ἀποκτεῖναί με, λέγων πρὸς ὑμᾶς, ὡς, εἰ διαφευξοίμην, ἤδη ἂν ὑμῶν οἱ υἱεῖς ἐπιτηδεύοντες ἃ Σωκράτης διδάσκει πάντες παντάπασι διαφθαρήσονται, — εἴ μοι πρὸς ταῦτα εἴποιτε Ὦ Σώκρατες, νῦν μὲν Ἀνύτῳ οὐ πεισόμεθα, ἀλλ' ἀφίεμέν σε, ἐπὶ τούτῳ μέντοι, ἐφ' ᾧτε μηκέτι ἐν ταύτῃ τῇ ζητήσει διατρίβειν μηδὲ φιλοσοφεῖν· ἐὰν δὲ ἁλῷς ἔτι τοῦτο πράτ-

C. Ἀνύτῳ ἀπιστήσαντες] Steph. ἀπειθήαντες. Ald. Bas. 1. ἀπιθήσαντες, Bas. 2. cum Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 3. 4. 6. Florentinis et ceteris fere omnibus ἀπιστήσαντες. v. ann.

ἤδη ἂν ὑμῶν — διαφθαρήσονται] Qui ἂν cum indicativo futuri iunctum concoquere non potuerunt, scribendum putarunt, quod vulgo legitur, διαφθαρήσοιντο. Verum indicativum magna consensione tuentur Bodl. Vat. Ven. b. Coisl. Vind. 1. 3. 4. 6. Florentini omnes, itemque Bekkeri libri praeter Ven. Ξ. et Vind. Y. sive 2. Itaque servandum duximus quod codd. meliores omnes suppeditarunt. Quanquam cavendum est ne ἂν in talibus cum ipso indicativo cohaerere existimetur. Apud Platonem quidem, apud quem, quantum sciamus, praeter hunc locum haec tantum reperiuntur constructionis huius exempla: Reipubl. X. p. 615. D. et Phaedon. p. 62. ...

βεῖσθαι et φεύγειν πρὸ τῶν κακῶν — ἃ μὴ οἶδα — dictum est pro φοβεῖσθαι μᾶλλον τὰ κακὰ ἃ οἶδα ὅτι κακά ἐστιν ἢ ταῦτα ἃ μὴ οἶδα εἰ ἀγαθὰ ὄντα τυγχάνει. De quo quo usu praepositionis πρὸ v. ad p. 28. D.

ὥςτε οὐδ' εἴ με νῦν ἀφίετε — τὴν ἀρχήν —] τὴν ἀρχὴν est prorsus, omnino, poniturque semper sic, ut insequatur negatio. v. Hermann. ad Sophocl. Antig. v. 92. et ad Viger. p. 723. Mox ἀποκτεῖναι, ut infra p. 30. C. D. E. 31. A. 35. A. 38. C. 39. C. D. 41. C. Crit. p. 48. C. al. est sententiis damnare mortis, quo sensu ἀποκτείνειν legitur etiam apud Xenoph. Mem. IV. 8, 5, ubi opponitur verbo ἀπολύειν. Praeterea notanda est periodi structura. Nam in protasi ter repetitum est: εἰ — ἀφίετε, εἴ μοι — εἴποιτε, εἰ οὖν ἀφίοιτε, ita ut particula οὖν indicet reverti orationem ad superiora, de quo voculae usu vid. Valcken. annot. ad N. F. p. 396. Sturz. Lexic. Xenoph. III. p. 358. Schweigh. Lexic. Polyb. p. 416. al. Nec vero inchoata per ὥςτε οὐδ' εἰ structura absolvitur, sed propter triplicem protasis repetitionem denique relinquitur imperfecta, quandoquidem accommodate ad proxime antegressa subiunguntur ista: εἴποιμ' ἂν ὑμῖν κτλ., quae continent apodosin. Cur autem primo dixerit εἴ με ἀφίετε, ac deinde usus sit modo optativo, eius rei ratio neminem, opinor, praeteribit.

C. Ἀνύτῳ ἀπιστήσαντες] Ἀπιστεῖν, ἄπιστος, ἀπιστία, dicuntur non tantum de iis, qui non credunt, qui non habent fidem aliis, verumetiam

των, ἀποθανεῖ· εἰ οὖν με, ὅπερ εἶπον, ἐπὶ τούτοις D ἀφίοιτε, εἴποιμ' ἂν ὑμῖν, ὅτι Ἐγὼ ὑμᾶς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀσπάζομαι μὲν καὶ φιλῶ, πείσομαι δὲ μᾶλλον τῷ θεῷ ἢ ὑμῖν, καὶ ἕωςπερ ἂν ἐμπνέω καὶ οἷός τε ὦ, οὐ μὴ παύσωμαι φιλοσοφῶν καὶ ὑμῖν παρακελευόμενός τε καὶ ἐνδεικνύμενος ὅτῳ ἂν ἀεὶ ἐντυγχάνω ὑμῶν, λέγων οἷάπερ εἴωθα, ὅτι, Ὦ ἄριστε ἀνδρῶν, Ἀθηναῖος ὤν, πόλεως τῆς μεγίστης καὶ εὐδοκιμωτάτης εἰς σοφίαν καὶ ἰσχύν, χρημάτων μὲν οὐκ αἰσχύνει ἐπιμελούμενος, ὅπως σοι ἔσται ὡς πλεῖστα,

don. p. 61. C. Symp. 222. A. res aliter habet. Ac videtur ἂν ne hoc quidem loco cum διαφθαρήσονται connectendum esse, si quidem existimare licet, scriptorem quum dicere voluisset: ἤδη ἂν ὑμῶν οἱ υἱεῖς ἐπιτηδεύοιεν ἃ Σωκράτης διδάσκει, καὶ πάντες παντάπασι διαφθαρήσονται, mutato structurae tenore posuisse participium. De ἂν cum indicativo futuri constructo disputant Hermann. De Part. ἂν Libr. I. c. 8. Rostius Gr. Gr. §. 120. 6. c. β. p. 593. et 601 sq. ed. 4. p. 611. β. ed. 7. Matthiae Gr. §. 599. et Bernhardy Synt. p. 391.

D. ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀσπαζ.] ὦ om. Bodl. Ven. II. Vind. b. Par. C.D.S.T. non praeter usum.

μᾶλλον τῷ θεῷ] Sic optimi codd. cum Bas. 2. et Euseb. Vulgo erat τῷ θεῷ μ.

οὐ μὴ παύσωμαι φ.] V. παύσομαι, quod e Bodl. Vat. Ven.

de iis, qui aliis non parent, non morigerantur et obsequuntur propterea, quod iis negant fidem. Docte de hoc verbo disseruerunt Valckenar. ad Herodot. VI. 108. Fischerus ad h. l. p. 113. Heindorf. ad Theaetet. §. 11. Sic ἀπιστεῖν positum etiam Legg. XII. p. 941. C. et al.

ἐφ' ᾧτε — φιλοσοφεῖν] De hac constructione v. Matth. §. 479. a. Rost. §. 125. 8. not. 12. Pro ἐν ταύτῃ ζητήσει Hirschig. scripsit in ἐν ταύτῃ τῇ ἐξετάσει coll. p. 28. E. 23. B. 38. A. Non opus, opinor.

D. ἀσπάζομαι μὲν καὶ φιλῶ] Ἀσπάζεσθαι est aliquem salutare ita, ut eum amplectaris; φιλεῖν salutare aliquem ita, ut eum osculeris. H. l. significant haec verba: grato laetoque animo vestram humanitatem et clementiam amplector atque veneror. Lysid. p. 217. B. ἀναγκάζεται δέ γε σῶμα διὰ νόσον ἰατρικὴν ἀσπάζεσθαι καὶ φιλεῖν. Legg. III. 689. A. τὸ δὲ πονηρὸν καὶ ἄδικον δοκοῦν εἶναι φιλεῖ τε καὶ ἀσπάζεται. De sententia verborum: πείσομαι δὲ μᾶλλον τῷ θεῷ conf. vocem Petri Actt. Apostol. 5, 29.

καὶ ἐνδεικνύμενος] Idem verbi usus est c. IX. extr. τῷ θεῷ βοηθῶν ἐνδείκνυμαι, ὅτι οὐκ ἔστι σοφός.

εἰς σοφίαν καὶ ἰσχύν] Voc. ἰσχὺν non de potentia, sed de animi magnitudine et fortitudine accipiendum esse egregie docuit Fischerus. Nam verba sequentia docent ἰσχὺν opponi curae et studio divitiarum, honoris, laudis. Ceterum eodem modo De Rep. VI. p. 494. C.

E καὶ δόξης καὶ τιμῆς, φρονήσεως δὲ καὶ ἀληθείας καὶ τῆς ψυχῆς, ὅπως ὡς βελτίστη ἔσται, οὐκ ἐπιμελεῖ οὐδὲ φροντίζεις; καὶ ἐάν τις ὑμῶν ἀμφισβητήσῃ καὶ φῇ ἐπιμελεῖσθαι, οὐκ εὐθὺς ἀφήσω αὐτὸν οὐδ' ἄπειμι, ἀλλ' ἐρήσομαι αὐτὸν καὶ ἐξετάσω καὶ ἐλέγξω, καὶ ἐάν μοι μὴ δοκῇ κεκτῆσθαι ἀρετήν, φάναι δέ, ὀνειδιῶ,
30 ὅτι τὰ πλείστου ἄξια περὶ ἐλαχίστου ποιεῖται, τὰ δὲ φαυλότερα περὶ πλείονος. ταῦτα καὶ νεωτέρῳ καὶ πρεσβυτέρῳ, ὅτῳ ἂν ἐντυγχάνω, ποιήσω, καὶ ξένῳ καὶ ἀστῷ, μᾶλλον δὲ τοῖς ἀστοῖς, ὅσῳ μου ἐγγυτέρω ἐστὲ γένει. ταῦτα γὰρ κελεύει ὁ θεός, εὖ ἴστε. καὶ ἐγὼ οἴομαι οὐδέν πω ὑμῖν μεῖζον ἀγαθὸν γενέσθαι

a. b. Ξ. Vind. 1. 2. 5. Par. BCHTg. Flor. a. i. Angel. mutatum. Nam praeceptum Dawesii de aoristo I. in hoc structurae genere ubique repudiando dudum explosum est. Aoristus recte ponitur; cf. ad Phaed. p. 66. B. Mox *ἐπιμελούμενος* Bodl. Ven. b. Flor. e. g. h. Vind. 1. 4. 6. Zitt. Par. STg., quod Atticistis minus probatur. Sed v. quae monuit Buttm. Gr. Ampl. §. 114. s. v. *μέλω* coll. Protag. p. 326. A. Phaedon. p. 115. B. al. Vulgo erat *ἐπιμελόμενος*.

P. 30. *ὅσῳ μου ἐγγυτέρω ἐστὲ γένει*] V. *μοί*, quod ex Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. d. h. Par. DST. mutatum. Nam aut dicendum erat *μοι ἐγγ. ἐ. γένους*, aut *μου ἐγγ. ἐ. γένει*: tertia ratio loquendi consuetudini adversatur. Hipp. mai. *μεγάλης πόλεως ὤν*.

E. *ὅτι τὰ πλείστου ἄξια*] Hirschig. *μὲν* post *τὰ* inseruit. Male. Neque enim haec orationis membra tanquam paria inter se opponuntur, sed alterum alteri subiicitur, hoc sensu: exprobrabo ipsi hoc, quod quae plurimi facienda sint, nihili faciat, quum deteriora minoris aestimet. Itaque verum quidem est, quod criticus scripsit, membra per *μὲν — δὲ* iuncta quavis fere pagina reperiri, quod vel pueruli sciunt; sed praecipitato iudicio inde collegit, ubique ita scriptum esse oportere, sicubi fieri posse videatur.

P. 30. *καὶ νεωτέρῳ — ποιήσω*] De rariore hac constructione v. Matth. §. 415. obs. 1. Bernhardy Synt. p. 123. Buttm. §. 120. 2. 3. Rost. Gr. in us. schol. §. 160. not. 5. coll. Viger. p. 289.

μᾶλλον δὲ τοῖς ἀστοῖς, ὅσῳ μου ἐγγ.] Eodem modo p. 39. D. c. 30. med. *καὶ χαλεπώτεροι ἔσονται, ὅσῳ νεώτεροί εἰσι*, i. e. *τοσούτῳ χαλ.* Gorg. p. 458. A. *μεῖζον γὰρ αὐτὸ ἀγαθὸν ἡγοῦμαι, ὅσῳπερ μεῖζον ἀγαθόν ἐστιν αὐτὸν ἀπαλλαγῆναι κακοῦ τοῦ μεγίστου ἢ ἄλλον ἀπαλλάξαι.* Xenoph. Cyrop. I. 3, 14. Aristoph. Nubb. v. 1415. ed. Wolf. Addimus etiam De republ. V. p. 472. A. *ὅσῳ ἄν, ἔφη, τοιαῦτα πλείω λέγῃς, ἧττον ἀφεθήσει ὑφ' ἡμῶν*, ubi ante *ἧττον* intelligas *τοσούτῳ*. Ibid. VIII. p. 568. C. Lysid. p. 206. A. al. Cf. Rost. Gr. §. 97. not. 12. Ac prorsus sic etiam Latini. Liv. II. 51. Quo plures erant, maior caedes fuit. Ovid. Epist. IV. 19. Venit

ἐν τῇ πόλει ἢ τὴν ἐμὴν τῷ θεῷ ὑπηρεσίαν. οὐδὲν γὰρ ἄλλο πράττων ἐγὼ περιέρχομαι ἢ πείθων ὑμῶν καὶ νεωτέρους καὶ πρεσβυτέρους μήτε σωμάτων ἐπιμελεῖσθαι μήτε χρημάτων πρότερον μηδὲ οὕτω σφόδρα, ὡς τῆς ψυχῆς, ὅπως ὡς ἀρίστη ἔσται, λέγων, ὅτι οὐκ B ἐκ χρημάτων ἀρετὴ γίγνεται, ἀλλ' ἐξ ἀρετῆς χρήματα καὶ τἆλλα ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις ἅπαντα καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ. εἰ μὲν οὖν ταῦτα λέγων διαφθείρω τοὺς νέους, ταῦτ' ἂν εἴη βλαβερά· εἰ δέ τις μέ φησιν ἄλλα λέγειν ἢ ταῦτα, οὐδὲν λέγει. πρὸς ταῦτα, φαίην ἄν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἢ πείθεσθε Ἀνύτῳ, ἢ μή, καὶ

p. 304. D: *μοι τυγχάνει ἐγγύτατα γένους ὤν*. Lachet. p. 187. E: *ὃς ἂν ἐγγυτάτω Σωκράτους ᾖ λόγῳ ὥσπερ γένει.* Alia dabit Taylor. ad Lys. p. 27. ed. R.

μηδὲ οὕτω σφόδρα] V. *μήτε χρ. πρότερον μήτε ἄλλου τινὸς οὕτω σφόδρα,* quod e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4 6. Flor. d. g. h. Par. DST. mutatum. Dein vocem *ὅτι* post *λέγων* om. Bodl. Ven. b. Par. D.S T. Flor. h. Eam uncis secluserunt Turicenses. Videtur tamen melius retineri.

B. *καὶ τἆλλα ἀγαθά*] Sic codd. ferme omnes praeter Par. E., qui cum Steph. *καί τἆλλα τἀγαθά* habet. Pro vulg. *ἡ ἀρετὴ γίγν.* scripsimus, omisso articulo, *ἀρετὴ γίγ.*, ut est in Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST.

amor gravius, quo serius; cuius generis plurima exempla collegerunt quos laudavi ad Ruddimanni Institutt. linguae Lat. T. II. p. 104.

τῷ θεῷ ὑπηρεσίαν] Nomen verbale dativo iunctum, ut Euthyphr. p. 14. D: *ὑπηρεσία τοῖς θεοῖς*, et aliis locis innumeris; v. ad Euthyphr. p. 13. D. et 15. A. Phileb. p. 16. C. Matthiae Gramm. §. 390. conf. ad p. 23. C.

B. *μηδὲ οὕτω σφόδρα*] Quod *μηδὲ* post *μήτε* infertur, adduntur haec tanquam novum orationis membrum. Grammatico alicui deberi videtur, quod vulgo editum est *μήτε ἄλλου τινὸς οὕτω σφόδρα.* Ceterum cf. c. XXVI. extr. *οὐκ ἔσθ' ὅ τι μᾶλλον — πρέπει οὕτως ὡς τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν πρυτανείῳ σιτεῖσθαι*, ubi vide annot. Hirschig. quod verba: *ὅπως ὡς ἀρ. ἔσται* sciolo alicui deberi censet, nugas istas non moramur.

καὶ τἆλλα ἀγαθὰ τοῖς ἀνθρώποις ἅπαντα] Ferri non potest quod vulgo legebatur, *καὶ τἆλλα τἀγαθά*, quod significaret: et reliqua omnia, videlicet ea, quae bona et utilia hominibus sunt. Nam totius loci rationibus adversatur. Ceterum Engelhardtum, qui repetiti articuli usum exemplis confirmari non posse putabat, meliora docebunt Poppo de Elocut. Thucyd. p. 201. et Bornemann. ad Xenoph. Apolog. p. 33.

εἰ μὲν οὖν — διαφθείρω —, ταῦτ' ἂν εἴη βλ.] De hac constructione dixi ad cap. XII extr.

ἢ πείθεσθε — ἢ μή] Gorg.

C ἢ ἀφίετε, ἢ μὴ ἀφίετε, ὡς ἐμοῦ οὐκ ἂν ποιήσοντος ἄλλα, οὐδ' εἰ μέλλω πολλάκις τεθνάναι.

Cap. XVIII. Μὴ θορυβεῖτε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἀλλ' ἐμμείνατέ μοι οἷς ἐδεήθην ὑμῶν, μὴ θορυβεῖν ἐφ' οἷς ἂν λέγω, ἀλλ' ἀκούειν· καὶ γάρ, ὡς ἐγὼ οἶμαι, ὀνήσεσθε ἀκούοντες. μέλλω γὰρ οὖν ἄττα ὑμῖν ἐρεῖν καὶ ἄλλα, ἐφ' οἷς ἴσως βοήσεσθε· ἀλλὰ μηδαμῶς ποιεῖτε τοῦτο. Εὖ γὰρ ἴστε, ἐὰν ἐμὲ ἀποκτείνητε τοιοῦτον ὄντα, οἷον ἐγὼ λέγω, οὐκ ἐμὲ μείζω

ἢ ἀφίετε, ἢ μὴ ἀφίετε] V. *καὶ ἢ ἀφίετέ με, ἢ μή, ὡς ἐμοῦ κτλ.* Sed *με* om. Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. iidemque *ἀφίετε* iterant. Utrumque satis eleganter.

Cap. XVIII. C. *ὦ ἄνδρες Ἀθ.*] *ὦ* om. Bodl. Ven. II. Vind. b. Par. D.S.T.

οὐδὲν ἂν βλάψειεν] Sic codd. optimi atque plurimi pro vulg. *οὐδὲν βλάψει.*

p. 476. D. *ἢ φάθι ἢ μὴ ἃ ἐρωτῶ.* Ibid. p. 475. E. De Rep. V. p. 475. B. *τοῦτο δὴ φάθι, ἢ μή.*

οὐκ ἂν ποιήσοντος] Participium futuri cum *ἂν* iunctum, sicubi per optativum, addita eadem particula, explicari potest, nihil habet insolentiae. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 66. Reisig. de *ἂν* particula p. 102. Heindorf. ad Phaedr. p. 268. Matth. §. 598. d. Klotz. ad Dewar. De part. Vol. II. p. 153 sqq. Quod praecedit *πρὸς ταῦτα,* interpreteris: in Beziehung darauf, demnach; harum rerum habita ratione, quocirca.

οὐδ' εἰ μέλλω πολλάκις τεθνάναι] h. e. auch nicht wenn ich vielmal soll des Todes sein. Nam Graeci, quum moriendi tristitiam graviter indicare volunt, ipsum mortis statum et conditionem nominant pro eo, quod illum antecedit. Crito init. *ἢ τὸ πλοῖον ἀφῖκται ἐκ Δήλου, οὗ δεῖ ἀφικομένου τεθνάναι με;* quod gravius dictum est quam *ἀποθνήσκειν με.* Ibid. p. 52. C. *ὡς οὐκ ἀγανακτῶν, εἰ δέοι τεθνάναι σε.* Infra p. 38. D. *πολὺ μᾶλλον αἱροῦμαι ὧδε ἀπολογησάμενος τεθνάναι ἢ ἐκείνως ζῆν.* p. 39. E. *οὔπω ἔρχομαι οἷ ἐλθόντα με δεῖ τεθνάναι.* p. 41. A. *ἐγὼ μὲν γὰρ πολλάκις ἐθέλω τεθνάναι, εἰ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ.* Cf. Demosth. Philipp. IV. p. 138. De rebus Chersones. p. 102. De Coron. p. 301. *πῶς οὐκ ἀπολωλέναι πολλάκις ἐστὶ δίκαιος;* De *μέλλω* praesenti, futuro et praeteritis iungi solito v. Dorvill. ad Charit. p. 221. ed. Lips. Lobeck. ad Phrynich. p. 745 sqq.

Cap. XVIII. C. *μὴ θορυβεῖτε*] Accedit Socrates ad aliud quid. Docet enim damnationem suam atque mortem non sibi, sed civitati Atheniensium damno et detrimento fore; absolutionem et vitam emolumento et utilitati. In qua parte aeque mirari licet viri constantiam et fortitudinem atque dicendi libertatem cum ironia illa coniunctam, qua per totam vitam in disserendo uti solebat. Enim-

βλάψετε ἢ ὑμᾶς αὐτούς. ἐμὲ μὲν γὰρ οὐδὲν ἂν βλάψειεν οὔτε Μέλητος οὔτε Ἄνυτος. οὐδὲ γὰρ ἂν δύναιτο· οὐ γὰρ οἴομαι θεμιτὸν εἶναι ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος D βλάπτεσθαι. ἀποκτείνειε μέντ' ἂν ἴσως, ἢ ἐξελάσειεν, ἢ ἀτιμάσειεν. ἀλλὰ ταῦτα οὗτος μὲν ἴσως οἴεται καὶ ἄλλος τίς που μεγάλα κακά, ἐγὼ δ' οὐκ οἴομαι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ποιεῖν ἃ οὗτος νυνὶ ποιεῖ, ἄνδρα ἀδίκως ἐπιχειρεῖν ἀποκτιννύναι. νῦν οὖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πολλοῦ δέω ἐγὼ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ἀπολογεῖσθαι, ὥς τις ἂν οἴοιτο, ἀλλ' ὑπὲρ ὑμῶν, μή τι ἐξαμάρτητε

D. *οὐ γὰρ οἴομαι*] V. *οἶμαι*, contra fidem optimorum et plurimorum codicum.

οὗτος μὲν ἴσως] V. *μὲν* aberat, quod optimi quique libri constantissime tuentur. Omiserunt tamen rursus Turicenses, nescimus cur.

μή τι ἐξαμάρτητε] V. *τι* deerat, quod optimi codd., ut Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 4., reddiderunt.

vero vere Cicero Socratem a Platone in iudicio capitis ita introduci caussam suam defendentem arbitratur, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus videatur iudicum.

D. *οὐ γὰρ οἴομαι θεμιτὸν εἶναι*] h. e. neque enim legibus divinis consentaneum esse ne fieri posse puto; v. ad p. 21. B. coll. Xenoph. Oecon. II, 5 et 11. Deinde *ἀμείνονι ἀνδρὶ* dictum est pro vulg. *ἀμείνω ἄνδρα*, quia haec cum *θεμιτὸν εἶναι* coniunguntur. Attractionis genus ad Gorg. p. 513. E. Reip. III, p. 407. C. I. p. 342. B. Phaedr. p. 242. B. illustravimus. Ceterum sententiam praestantissimam multi postea celebrarunt, maxime Stoici: v. Seneca De Constant. c. 7. Davisius ad Cic. De N. D. II. 66. Maxim. Tyr. II. p. 24. Wyttenbach. ad Plut. Mor. p. 475. E. Fischer. ad h. l. — Mox *ἀποκτείνειν* rursus est facere, ut quis morte damnetur atque interficiatur: *ἐξελαύνειν* facere, ut quis multetur exsilio et urbe eiiciatur: *ἀτιμάζειν* facere, ut quis vel omnem civitatem amittat vel certe maxima et praecipua civitatis commoda atque iura. Quanquam pro *ἀτιμάσειεν* fortasse ex Stob. Serm. V. 126. reponendum est *ἀτιμώσειεν*, sicuti suasit Bastius ad Longin. Rhetor. p. 190. atque scripsit nuper Hermannus. De his poenarum generibus apud Athenienses usitatissimis v. Meier. et Schoemann. Process. Att. p. 740 sqq. Schoemann Antiquitatt. Juris publ. Gr. §. LX. p. 285 sq.

ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον] Intell. *οἴομαι μέγα κακόν*, unde pendet *ἐπιχειρεῖν ἀποκτ.*, quod Hirschig. perperam in *ἐπιχειρῶν* commutavit.

πολλοῦ δέω ἐγώ] De hac constructione verbi *δέω* v. Heind. ad Theaet. p. 364. Matthiae Gr. §. 277. et 355.

μή τι ἐξαμ. — καταψηφισάμενοι] h. e. ne temere repudietis hoc Apollinis beneficium, vobis tributum, qui me iussit vos ob errores et vitia castigare atque ad virtutis studium

περὶ τὴν τοῦ θεοῦ δόσιν ὑμῖν ἐμοῦ καταψηφισάμενοι. E ἐὰν γὰρ ἐμὲ ἀποκτείνητε, οὐ ῥᾳδίως ἄλλον τοιοῦτον εὑρήσετε, ἀτεχνῶς, εἰ καὶ γελοιότερον εἰπεῖν, προςκείμενον τῇ πόλει [ὑπὸ τοῦ θεοῦ] ὥςπερ ἵππῳ μεγάλῳ μὲν καὶ γενναίῳ, ὑπὸ μεγέθους δὲ νωθεστέρῳ καὶ δεομένῳ ἐγείρεσθαι ὑπὸ μύωπός τινος· οἷον δή μοι δοκεῖ ὁ θεὸς ἐμὲ τῇ πόλει προςτεθεικέναι, τοιοῦτόν τινα, ὃς ὑμᾶς ἐγείρων καὶ πείθων καὶ ὀνειδίζων ἕνα

E. *ἐὰν γὰρ ἐμὲ ἀποκτείνητε*] Sic recte libri meliores pro *με*

τῇ πόλει ὑπὸ τοῦ θεοῦ] Verba *ὑπὸ τοῦ θεοῦ* Hirschig. non temere suspectavit. Est interpretamentum magistelli ex sqq. petitum.

νωθεστέρῳ] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d.

cohortari. Dativus *ὑμῖν* pendet ex nomine *δόσις*, de quo loquendi genere v. ad cap. IX. extr.

E. *ἀτεχνῶς, εἰ καὶ γελοιότερον* —] In his *ἀτεχνῶς* pertinet ad *προςκείμενον τῇ πόλει κτλ.* neque corrigendum est cum Luzacio Orat. de Socrate cive p. 86. *εὑρήσετε* (*ἀτεχνῶς εἰ καὶ εἰπεῖν*) *προσκείμ.* De voc. *ἀτεχνῶς* in comparationibus posito v. ann. ad Ion. p. 534. D. Politic. p. 277. C. Phaedon. p. 90. C. supra p. 18. C.

προσκείμενον τῇ πόλει] Horum verborum interpretatio pendet e voc. *μύωπος*, quod et calcaria significat et tabanum, h. e. genus muscae maioris, iumenta infestantis et concitantis, de quo v. praeter Fischerum ad h. l Boisson. ad Aristaen. p. 710. et Blomfield. Gloss. ad Aeschyl. Prom. v. 583. Quod si calcaria intelligis, id quod fecerunt Ficinus, Serranus, Wolfius, Schleiermacherus, alii, comparat se Socrates equiti vel aurigae, qui reipublicae, tanquam equo cuidam magno ac generoso, sed tardo illi et pigro, quasi incumbat eumque aculeis et calcaribus excitet atque instiget. Sin tabanum cogitas, Socrates ait civitatem, tanquam equum aliquem magnum et generosum, sed tardum et pigrum, a se quasi asilo quodam excitari et concitari. Sententiam ipsam ubi spectamus, etiamsi primo adspectu non multum referre videatur, hoc an illo modo verba interpreteris, tamen re diligentius considerata, posteriorem explicationem praeferendam esse facile intelliges. Nam primum urbanitati et ironiae Socraticae parum videtur esse consentaneum, si ille dicat se universae civitatis salutem curare tanquam aurigam vel equitem, qui equum ignavum instiget: multo facetius et urbanius se cum musca comparat, quae equum tarde incedentem lacessat et concitet. Quippe ita admonitiones, quibus utebatur, quia plerisque erant ingratae et molestae, verissime cum aculeis comparantur, quibus Athenienses ad honesta appetenda et ad mala fugienda instigentur. Deinde illa sententia nihil habet insoliti atque ridiculi: altera haec longe est mirabilior magisque ridicula, ut recte praemittantur verba: *εἰ καὶ γελοιότερον εἰπεῖν*. Deni-

ἕκαστον οὐδὲν παύομαι τὴν ἡμέραν ὅλην πανταχοῦ 31
προσκαθίζων. τοιοῦτος οὖν ἄλλος οὐ ῥᾳδίως ὑμῖν γενήσεται, ὦ ἄνδρες, ἀλλ' ἐὰν ἐμοὶ πείθησθε, φείσεσθέ μου. ὑμεῖς δ' ἴσως τάχ' ἂν ἀχθόμενοι, ὥςπερ οἱ νυστάζοντες ἐγειρόμενοι, κρούσαντες ἄν με, πειθόμενοι Ἀνύτῳ, ῥᾳδίως ἂν ἀποκτείναιτε, εἶτα τὸν λοιπὸν βίον καθεύδοντες διατελοῖτ' ἄν, εἰ μή τινα ἄλλον ὁ θεὸς ὑμῖν ἐπιπέμψειε κηδόμενος ὑμῶν. ὅτι δ' ἐγὼ τυγχάνω

g. h. Parr. DST. Vulgo *νωθροτέρῳ,* quod ortum ex interpretatione. Grammatici quidem certe *νωθὴς* Atticis vindicant.

P. 31. *ῥᾳδίως ἂν ἀποκτείναιτε*] V. *ἀποκτείνητε,* quod e Bodl. Ven. b., aliis, correctum.

τὸν λοιπὸν βίον] V. *τὸν λοιπὸν χρόνον,* quod e Bas. 2. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DHST. aliis mutatum. Bodl. *χρόνον* superscriptum habet, quae vulgata olim lectio fuit.

que verba *προςκεῖσθαι, προστεθεικέναι* et *προςκαθίζειν,* de equite dicta, multas habent difficultates; de tabano intellecta facillima sunt ad explicandum. Etenim istud *προςκείμενον τῇ πόλει* neutiquam simpliciter significat: additum, datum civitati a deo, quae est interpretum sententia; sed *προςκεῖσθαι* comprehendit notionem premendi et urgendi, ita ut Latine reddere possis: incumbentem urgere, de quo usu verbi v. Thomas Mag. s. v. et Sturzi Lexic. Xenoph. T. III. p. 725. Quod sicuti de animalibus alia lacessentibus alibi quoque dictum reperitur, ita nondum vidi locum, in quo de auriga vel equite usurpetur. Eandem fere explicationem habet verbum *προςκαθίζων,* quo utitur Socrates ad eam, quam antea adhibuerat, imaginem respiciens. Denique quod interponitur verbum *προστεθεικέναι,* id et ipsum sententiae isto modo acceptae plane accommodatum est; congruit enim egregie cum *προςκείμενον* et *προςκαθίζων.* Itaque omnia sane plana sunt. Nam quod non dictum est: *εἰ καὶ γελοιότερον εἰπεῖν, ὥςπερ μύωπά τινα προςκείμενον τ. π.*, id non difficile est ad explicandum. Etenim praemisso illo vocabulo comparatio multo durior nimisque ridicula visa esset: quare mitigat eam et lenit praemissis iis verbis, quae quasi pedetentim ducant ad eam similitudinem, qua uti constituerat. Unum tamen restat quod moveat dubitationem. Importune enim interpositum videtur *ὑπὸ τοῦ θεοῦ,* quod quum imaginis elegantiae mirum quantum officiat, tum etiam propterea otiosum est, quod deinde demum declarat, se a deo civitati monitorem et instigatorem datum esse. Itaque Hirschigii consilio verba uncis seclusi. — *νωθεστέρῳ* est *βραδυτέρῳ,* Suidā interprete.

οἷον δή μοι — τοιοῦτόν τινα] In his *τοιοῦτόν τινα* per appositionem, quam vocant, additum est pronomini *οἷον,* quo facilius quae sequuntur subiungi possent.

P. 31. *ὑμεῖς δ' ἴσως — ῥᾳδίως ἂν ἀποκτείναιτε*] De hac participiorum cumulatione v. quae diximus ad cap. XIV. extr. Wolfius: At vos, offensi forsitan, velut dormitantes quum excitantur, me

ὢν τοιοῦτος, οἷος ὑπὸ τοῦ θεοῦ τῇ πόλει δεδόσθαι,
B ἐνθένδε ἂν κατανοήσαιτε· οὐ γὰρ ἀνθρωπίνῳ ἔοικε τὸ ἐμὲ τῶν μὲν ἐμαυτοῦ ἁπάντων ἠμεληκέναι καὶ ἀνέχεσθαι τῶν οἰκείων ἀμελουμένων τοσαῦτα ἤδη ἔτη, τὸ δὲ ὑμέτερον πράττειν ἀεί, ἰδίᾳ ἑκάστῳ προςιόντα, ὥςπερ πατέρα ἢ ἀδελφὸν πρεσβύτερον, πείθοντα ἐπιμελεῖσθαι ἀρετῆς. καὶ εἰ μέν τοι τι ἀπὸ τούτων ἀπέλαυον καὶ μισθὸν λαμβάνων ταῦτα παρεκελευόμην, εἶχεν ἄν τινα λόγον· νῦν δὲ ὁρᾶτε δὴ καὶ αὐτοί, ὅτι οἱ κατήγοροι τἆλλα πάντα ἀναισχύντως οὕτω κατηγοροῦντες τοῦτό γε οὐχ οἷοί τε ἐγένοντο ἀπαναισχυν-
C τῆσαι, παρασχόμενοι μάρτυρα, ὡς ἐγώ ποτέ τινα ἢ

B. *εἶχεν ἄν τινα λόγον*] Bodl. Ven. b. Flor. g. h. Vind. 6. Par. DST. *εἶχον*. Quanquam *εἶχεν* defendi potest eo, quod subiectum est *αὐτό*, ut Lachet. p. 96. B. Phaed. 62. B. Theaet. p. 187. C. Legg. VI. p. 753. B. 759 B. al.

ἀναισχύντως οὕτω] V. *οὕτως ἀναισχύντως*, quod mutavi e Bodl. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h. Par. DST. Nimirum *ἀναισχύντως* habet *τόνωσιν*. De *οὕτω* postposito v. ad Phaedr. p. 256. E. Euthyphr. p. 5 C.

C. *καὶ πολυπραγμονῶ*] Bodl. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h.

ferietis, atque Anyto obsequuti, temere occidetis: posthac reliquum tempus perdormiscetis, nisi quem alium deus vobis miserit, cura permotus vestri. Etiam his verbis respicitur ad superiorem comparationem et similitudinem. Unde explicationem habet *κρούειν*, quod usurpatur de animalibus vel cornibus vel pedibus ferientibus ac pulsantibus, ut miremur **Hermannum** in his haerentem et *κρούσαντες* mutantem in *ὀρούσαντες*, quod si non omnino a pedestri sermone, at certe ab hac orationis Platonicae simplicitate alienum est. Ceterum unus Anytus quod hic memoratur neque etiam Meleti aut Lyconis mentio fit, coram iudicibus ille unus maxime verba fecisse videtur. v. ad p. 18. B. coll. p. 29. B. et 36. A

οἷος ὑπὸ τοῦ θ. — δεδόσθαι] v. **Matth.** §. 479 et 535. Plerumque sequitur infinitivus activi.

B. *οὐ γὰρ ἀνθρωπίνῳ ἔοικε*] h. e. **non videtur esse consilii et arbitrii humani.**' Nam homines quidem ipsi potius suas res quam alienas agunt, suae, non aliorum saluti consulere student: et negligentia rei familiaris etiam apud Athenienses turpis ponebatur. v. **Nep.** Themist. 2. **Fischerus.** — *Ἀνθρώπινον* quia plerumque humanae imbecillitatis adiunctam habet significationem, non dubito equidem, quin locus sic interpretandus sit: **Superare enim videtur naturam humanam, cuius fere ea est imbecillitas, ut suis quisque rebus unice studeat.** De *ἀνέχεσθαι* cum genitivo constructo v. **Coray**

ἐπραξάμην μισθὸν ἢ ᾔτησα. ἱκανὸν γάρ, οἶμαι, ἐγὼ παρέχομαι τὸν μάρτυρα, ὡς ἀληθῆ λέγω, τὴν πενίαν.

Cap. XIX. Ἴσως ἂν οὖν δόξειεν ἄτοπον εἶναι, ὅτι δὴ ἐγὼ ἰδίᾳ μὲν ταῦτα ξυμβουλεύω περιιὼν καὶ πολυπραγμονῶν, δημοσίᾳ δὲ οὐ τολμῶ ἀναβαίνων εἰς τὸ πλῆθος τὸ ὑμέτερον ξυμβουλεύειν τῇ πόλει. Τούτου δὲ αἴτιόν ἐστιν ὃ ὑμεῖς ἐμοῦ πολλάκις ἀκηκόατε πολλαχοῦ λέγοντος, ὅτι μοι θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον D γίγνεται [φωνή], ὃ δὴ καὶ ἐν τῇ γραφῇ ἐπικωμῳδῶν Μέλητος ἐγράψατο. ἐμοὶ δὲ τοῦτ' ἐστὶν ἐκ παιδὸς ἀρξάμενον, φωνή τις γιγνομένη, ἣ ὅταν γένηται, ἀεὶ ἀποτρέπει με τούτου, ὃ ἂν μέλλω πράττειν, προτρέπει

et alii quidam πολυπραγμονῶ. Sed verum esse participium ex eo patet, quod in sqq. solum ξυμβουλεύειν repetitum est.

D. γίγνεται [φωνή]] Istud φωνή, quanquam omnes libri pertinaciter tenent, tamen adeo importune hic intrusum est, ut merito a viris doctis in glossematis suspicionem vocatum sit. Invectum temere ex consequentibus est. Mox ἀποτρέπει με τοῦτο pro τούτου Bodl. Vind. 1. 6. Par. D.S. Flor. g. h., et pr. Ven. b. ad quod Bodl. in marg. σημείωσαι διὰ τὴν σύνταξιν.

παγκάλως γέ μοι] δέ μοι vett. editt. invitis codibus fere omnibus.

ad Isocrat. p. 47. et p. 100. Creuzer. ad Proclum p. 101. mea ad Phileb. p. 15. Matth. §. 358. coll. 550. Mox ne quis cum Cobeto scribendum putet καὶ εἰ μέν τι ἀπὸ τ. Parmenid. p. 161. A. εἰ μέν τοι μηδὲ τὸ ἕν — δεῖ οὐδέν, εἰ δὲ τὸ ἕν ἐκεῖνο κτλ.

ἀπαναισχυντῆσαι] pudore deposito agere; pudorem exuere. Quod noli in ἐπαναισχυντῆσαι, insuper impudenter facere, mutare. Est enim dictum elegantissime.

C. ἐγὼ παρέχομαι τὸν μάρτυρα] Ne in articulo offendas, verba ita sunt intelligenda: ὁ μάρτυς, ὃν παρέχομαι, ἡ πενία, ἱκανὸς μάρτυς ἐστὶν, ὡς ἀληθῆ λέγω. De re v. p. 23. C. ibique ann.

Cap. XIX. D. ἐπικωμῳδῶν ἐγράψατο] Respicit Socrates ad verba ἀντωμοσίας, Ἕτερα δὲ δαιμόνια c. XIX. Ἐπικωμῳδεῖν autem est ridere, notare, ut κωμῳδεῖν et διακωμῳδεῖν idem valent quod διασύρειν, σκώπτειν, χλευάζειν. v. Pollux IX. 148. Caussa est, quia in comoedia vetere vitia hominum describebantur et homines quasi notabantur. Fischerus. Usum loquendi docte illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 174.

ἀεὶ ἀποτρέπει — οὔποτε] Iisdem paene verbis rem narrat in Theage p. 128. D. cf. infra c. XXXI. De daemonio retinente ac prohibente v. etiam Phaedr. p. 242. B. C. Theaet. p. 151 A. Alcib. I. 103. A. 124. C. Xenoph. Mem. IV. 8, 5. Impulisse illud subinde etiam ad haec vel illa facienda testatur Xen. Mem. I. 1, 4. IV. 8, 2. al. Cicero de Divin. I. 54. Sed confer de his Prolegomena.

δὲ οὔποτε. τοῦτ' ἔστιν ὅ μοι ἐναντιοῦται τὰ πολιτικὰ πράττειν. καὶ παγκάλως γέ μοι δοκεῖ ἐναντιοῦσθαι· εὖ γὰρ ἴστε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ ἐγὼ πάλαι ἐπεχείρησα πράττειν τὰ πολιτικὰ πράγματα, πά-
E λαι ἂν ἀπολώλη καὶ οὔτ' ἂν ὑμᾶς ὠφελήκη οὐδὲν οὔτ' ἂν ἐμαυτόν. καί μοι μὴ ἄχθεσθε λέγοντι τἀληθῆ· οὐ γάρ ἐστιν ὅστις ἀνθρώπων σωθήσεται οὔτε ὑμῖν οὔτε ἄλλῳ πλήθει οὐδενὶ γνησίως ἐναντιούμενος

ἀπολώλη — ὠφελήκη] Hanc plusquamperfecti formam Platoni sane frequentatam quoniam hic Bodl. a pr. m. offert et Ven. b. ultimae syllabae correctione prodit, non dubitavimus loco vulg. ἀπολώλειν et ὠφελήκειν recipere. cfr. ad c. VIII. in.

E. καί μοι μὴ ἄχθ.] Herm. de coni. καὶ μή μοι ἄχθ.

P. 32. τὸν τῷ ὄντι μαχούμενον] Articulum τὸν vulgo

πρ. τὰ πολιτικὰ πράγματα] Addit nunc πράγματα, quia rem effert gravius. Est autem πράττειν τὰ πολιτικὰ πράγματα dictio non minus proba quam quod vulgo dictum est πράττειν τὰ πολιτικά: quanquam aliter visum est critico novitio, qui πράγματα eliminandum duxit. Gorg. p. 514. A. πράξαντες τῶν πολιτικῶν πραγμάτων.

πάλαι ἂν ἀπολ. — οὔτ' ἂν ὑμ. ὠφ. — οὔτ' ἂν ἐμαυτόν] Ne quis scribendum putet οὔτ' αὖ ἐμαυτόν, in disiunctione membrorum particulae ἂν repetitio est longe frequentissima. Phileb. p. 43. A. δῆλον δὴ τοῦτό γε, ὦ Σώκρατες, ὡς οὔτε ἡδονὴ γίγνοιτ' ἂν ἐν τῷ τοιούτῳ ποτέ, οὔτ' ἂν τις λύπη; ubi frustra οὔτ' αὖ τις λύπη conieci. Xenoph. Hier. V. 3. ἄνευ γὰρ τῆς πόλεως οὔτ' ἂν σώζεσθαι δύναιτο οὔτ' ἂν εὐδαιμονεῖν, ubi recte Zeunius alterum ἂν ex Iuntina restituit. Sophocl. Antig. v. 69. 185. 682 896. Oed. Tyr. v. 1227. conf. ad Gorg. p. 475. E. Ceterum mireris Cobetum superiore illo πάλαι eiecto scribendum putasse: εἰ ἐγὼ ἐπεχείρησα κτλ. Quasi vero Socrates non hoc dicat: si dudum conatus essem ad rempublicam accedere, etiam dudum periissem.

P. 32. καὶ εἰ μέλλει ὀλίγο.] Herm. ad Viger. p. 832. „Καὶ εἰ est etiam si: et καὶ refertur ad ipsam conditionem eamque indicat non certam esse: etiam tum, si. Quare καὶ εἰ usurpatur de re, quam sumi tantum a nobis ut veram indicamus; non de re, quam esse veram indicamus, ad quod exprimendum adhibetur εἰ καί, quanquam. Contra εἰ καὶ est etsi, et καὶ conditioni postpositum non ad εἰ refertur neque conditionem ipsam indicat incertam esse. Quare εἰ καί, quanquam, rem ita esse, ut dicitur, significat. Sed usurpatur etiam εἰ καὶ sic, ut non sit etsi, sed si etiam, id est, ut καὶ non cum εἰ, sed cum aliquo eorum vocabulorum, quae sequuntur, coniungi debeat. Idque ipsum Latini saepe per etiam si significant." Ex hoc praecepto explicanda sunt etiam quae Valckenar. ad Xenoph. Mem. IV. I, 1. Wolfius ad Sympos. p. 37. Gottleberus ad Menex. §. 2. Heind. ad Gorg. p. 509. A. collegerunt, quo probarent καὶ εἰ et εἰ καὶ

καὶ διακωλύων πολλὰ ἄδικα καὶ παράνομα ἐν τῇ πόλει γίγνεσθαι, ἀλλ' ἀναγκαῖόν ἐστι τὸν τῷ ὄντι 32
μαχούμενον ὑπὲρ τοῦ δικαίου, καὶ εἰ μέλλει ὀλίγον χρόνον σωθήσεσθαι, ἰδιωτεύειν, ἀλλὰ μὴ δημοσιεύειν.

Cap. XX. *Μεγάλα δ' ἔγωγε ὑμῖν τεκμήρια παρέξομαι τούτων, οὐ λόγους, ἀλλ' ὃ ὑμεῖς τιμᾶτε, ἔργα. ἀκούσατε δή μου τὰ ἐμοὶ ξυμβεβηκότα, ἵν' εἰδῆτε, ὅτι οὐδ' ἂν ἑνὶ ὑπεικάθοιμι παρὰ τὸ δίκαιον*

neglectum debemus codd. optimis atque plurimis. Nec tamen e Bodl. enotatus est.

Cap. XX. *ἀκούσατε δή μου τὸ ἐμοὶ ξυμβεβ.*] V. *ἀκούσατε δή μοι τὰ ξ.*, quod e Bodl. Ven b. Flor. h. Par. DST. mutatum. Mox vett. editt. *ὑπείκοιμι*, quod soli Flor. e Ven. Ξ. habent.

dici promiscue. Omnino autem tenendum: *καὶ εἰ* sempere habere gradationem, ut sit adeo si, ut h. l., ubi *καὶ* maxime ad *ὀλίγον χρόνον* pertinet, ita ut hoc dicatur: adeo tum, si breve tantum tempus salvus et incolumis futurus sit, *εἰ καὶ* autem ea gradatione carere atque simpliciter esse etsi, quanquam.

Cap. XX. *οὐδ' ἂν ἑνὶ ὑπεικάθοιμι* —] De verbis in *άθειν*, *ύθειν κ. τ. λ.* exeuntibus disputarunt Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 87. Valckenaer. in Epp. ed. Tittm. p. 156 sq. Hermann. ad Soph. Oed. Col. v. 1019. Elmsleius ad Eurip. Med. v. 186. Buttmann. Gramm. Ampl. Vol. II. §. 112. 12. p. 61 sq. ed. 2., ubi etiam Lobeck. suum expromsit de iis iudicium. Sed hi omnes de una maxime eorum analogia quaesiverunt: longius processit Im. Herrmannus Prof. Erfordiensis celeberrimus, qui in Progr. De verbis Graecorum in *αθειν*, *εθειν* et *υθειν* exeuntibus. Erfordiae, 1832. 4. etiam vim et potestatem eorum exploravit. Quod quidem ita fecit vir doctissimus, ut nobis quidem sententiam suam plane probaverit. Docuit autem argumentis certissimis primum hoc, falsam esse sententiam Elmsleii ad Med. v. 186 et ad Soph. Oed. Col. v. 1015. contendentis verba: *ἀμυνάθειν*, *διωκάθειν*, *εἰκάθειν*, *εἰργάθειν*, in aoristis esse numeranda ideoque in ultima infinitivi syllaba circumflexu notanda; haec enim verba esse potius praesentia authhypotacta, nec pro aoristis usquam usurpari solere. Praeterea vero etiam demonstravit vim et potestatem illorum aliquantum differre a significatione verborum primitivorum, quandoquidem semper denotent actionis quandam intentionem, vel in diuturnitate vel in perpetuitate vel in virium contentione aliqua conspicuam. Ex quo perspicuum fit esse ea utique intensiva. Confirmatur res exemplis Platonicis planissime. Veluti hoc loco recte priore loco *ὑπεικάθοιμι* scriptum est, quoniam Socrates graviter significat consiliorum suorum pertinaciam, qua ita futurum sit, ut nemini cuiquam concedat; quod secus est in consequentibus, ubi recte *μὴ ὑπείκων* dicitur. Gorg. p. 483. Ai. *σὺ τὸν νόμον ἐδιώκαθες* est:

δείσας θάνατον, μὴ ὑπείκων δὲ ἅμα καὶ ἅμ' ἂν ἀπολοίμην. ἐρῶ δὲ ὑμῖν φορτικὰ μὲν καὶ δικανικά, ἀληθῆ δέ. Ἐγὼ γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἄλλην
B *μὲν ἀρχὴν οὐδεμίαν πώποτε ἦρξα ἐν τῇ πόλει, ἐβου-*

ἅμα καὶ ἅμ' ἂν ἀπολοίμην] Sic optimi codd. Sed *ἅμα καὶ ἀπολοίμην* Vind. 2. 3. Flor. b. e. i. Coisl. Angel. Ven. *ΑΞ*. Par. E. H. et pr. Ven. 6. Par. B. alii etiam *καὶ* omittunt. v. explicatt. Hermann. nuper edidit: *ὑπ. δὲ ἅμ' ἂν καὶ ἀπολ.*
B. *ὦ ἄνδρες Ἀθ.*] Bodl. Ven. b. Vind. b. 1. 4. Flor. d. g.

legem *urgebas*, quo designatur studii contentio. Euthyphr. p. 15. D: *ἄνδρα πρεσβύτην πατέρα διωκάθειν φόνου* aptissime dicitur de eo, qui cupide et pertinaciter patri intendit actionem, qualis homo ibi describitur. De Rep. II. p. 375. A. *ἐλαφρὸν πρὸς τὸ αἰσθανόμενον διωκάθειν*, ubi male vulgo *διώκειν*. Ad hunc locum conferas Soph. Oed. T. v. 659. Oed. Col. v. 1174. 1324. Antig. v. 1108. 1114. El. v. 1020. Trach. v. 1193., quibus locis *εἰκάθειν* reperitur, et Oed. Col. v. 1330., ubi exstat *παρεικάθειν*. Electr. v. 363., quo loco item legitur *ὑπεικάθοιμι*. — Deinde Fischerus rectissime defendit vulgatum: *μὴ ὑπείκων δὲ ἅμα καὶ ἅμ' ἂν ἀπολοίμην*, sic, ut prius *ἅμα* dicat pertinere ad *ὑπείκων*, alterum vero ad *ἀπολοίμην*. Quocirca *ἅμα* recte censet geminatum esse, ut in illis: *ἅμ' ἔπος ἅμ' ἔργον* et quae sunt similia, de quibus v. intpp. ad Viger. VII. 2, 7., et Xenoph. Cyr. III. 1, 15: *ὅρα, μὴ ἅμα τε εὖ ποιήσῃς καὶ ἅμα οὐ φίλον νομίσωσιν*. Nimirum Socrates significat, sese statim ut non obtemperaverit voluntati Atheniensium, protenus etiam esse interiturum, h. e. idem tempus fore sui interitus, quo illis non sit morigeraturus. Hoc qui non satis perspexerunt critici, ii locum temere sollicitaverunt.

φορτικὰ μὲν καὶ δικανικά] *Φορτικά* sunt gravia et molesta; deinde arroganter dicta, ut quae fere aliis molesta sunt. Hesychius: *φορτικά· τὰ γελοῖα*. — *Δικανικὸς* est dicentarius, ut Gloss. vett. interpretantur, causidicus. Quoniam vero causidici rem augere, exornare, etiam insolenter dicere solent, hinc factum est, ut *δικανικὰ* dicerentur argute et callide exornata, auribus gravia, insolentia, ut Theaet. p. 128. E. Lucian. Somn. 17. *ὡς μακρὸν τὸ ἐνύπνιον καὶ δικανικόν*. Vulgo vertunt forensia, iudiciaria: sine sensu. Praeter rectam rationem Hermannus de coniectura sua scripsit *καὶ οὐ δικανικά*.

B. *ἀρχὴν οὐδεμίαν — ἦρξα*] h. l. nullum unquam magistratum gessi. — Deinde *βουλεύειν* significat esse de senatu quingentorum, ut saepe alias. Ex his quingentis legebantur quinquageni, qui senatui per XXXV. dies praeessent: qui quidem dicti sunt *πρυτάνεις*. Ex horum autem numero rursus singulis hebdomadibus decemviri sorte legebantur, qui praesiderent senatui. Hi dicebantur *πρόεδροι*, eorumque princeps vel *ἐπιστάτης* vel *ἐπιστάτης τῶν προέδρων*, ut ap. Aeschin. adv. Ctesiph. p. 380. T. II., vel *ἐπιστάτης ἐν τῷ δήμῳ*, ut Xenoph. Mem. I. 1, 18., vel *ἐπιστάτης ἐν ταῖς ἐκκλησίαις*, ut Memor. IV. 4, 2.

λευσα δέ· καὶ ἔτυχεν ἡμῶν ἡ φυλὴ Ἀντιοχὶς πρυτανεύουσα, ὅτε ὑμεῖς τοὺς δέκα στρατηγοὺς τοὺς οὐκ ἀνελομένους τοὺς ἐκ τῆς ναυμαχίας ἐβούλεσθε ἀθρόους κρίνειν, παρανόμως, ὡς ἐν τῷ ὑστέρῳ χρόνῳ

h. om. voc. ἄνδρες, ut mox p. 33. C. p. 34. D. p. 36. B. p. 37. A. Sed ea omissio ex scripturae compendio orta est, de quo v. Commentar. critt. ad Opera Plat. ed. Lips. Vol. XI. p. 33.

ἐβούλεσθε] V. ἐβουλεύσασθε, quod e Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. emendatum.

v. Schoemannus de Comitiis Atheniensium cap. VII. Et Socrates quidem tum fuit ἐπιστάτης tribus suae, Antiochidos, quum ageretur de praetoribus publice puniendis. In quo munere quo modo se gesserit, memoriae proditum est a Xenophonte Hellen. I. 7, 14. 15. 38. — Intelliguntur autem decem praetores (tot enim bello coorto creabantur), qui Lacedaemonios ad Arginusas insulas a. 404. a. Chr. Olymp. 93. 5. pugna navali vicerunt. Qui quidem quum ipsi caesos sepeliri non curassent, sed reliquissent ταξιάρχας, qui eos sepelirent, publice accusati et capitis condemnati sunt. v. Xenoph. II. cc. Lysias c. Eratosth. p. 72. ed. Brem. Plat. Men. p. 243. C. Diodor. Sic. XIII. 76 sqq. et 97 sqq. Ceterum num omnes morte multati perierint, de eo v. Valckenar. ad Xenoph. Mem. I. 1, 18. p. 316. ed. Schneid. — ἀναιρεῖσθαι, corpora mortuorum tollere, ut sepeliantur, ut saepe. — τοὺς ἐκ ναυμαχίας dictum est pro τοὺς ἐν ναυμαχίᾳ. Nam in formulis ex articulo et nominibus, quibus praepositio aliqua praemissa est, compositis ea ponitur praepositio, quam poni iubet ingenium et natura verborum, quae formulis illis addita sunt. Quae sunt verba Fischeri ad Phaedon. c. 22. p. 76. D., ubi vide quae ipsi monuimus.

ἡμῶν ἡ φυλὴ Ἀντιοχίς] Exspectabas ἡ Ἀντιοχίς, articulo iterato, quemadmodum corrigi voluit Schaefer. ad Demosth. Appar. T. II. p. 386. Sed mutationem dissuadent talia. Menon. p. 70. B. οἱ τοῦ σοῦ ἑταίρου Ἀριστίππου πολῖται Λαρισσαῖοι. Phaedon. p. 57. A. τῶν πολιτῶν Φλιασίων οὐδείς, in quibus item nomen proprium sine articulo adiicitur. Cave autem glossema esse putes, quoniam quae tribus ea fuerit, iudicibus non potuerit esse incognitum. Nimirum Plato hoc legentes, non audientes, docere voluit. v. ad p. 23. E. Quamquam nec haec intacta reliquerunt critici, qui nuper in Platone ubique glossemata odorari coeperunt.

ἀθρόους κρίνειν] h. e. de omnibus simul sententias ferre, μιᾷ ψήφῳ (v. Memor. I. 1, 18.), quum leges iuberent de singulis seorsum, κρίνειν δίχα ἕκαστον, ut ait Xenophon. Hellen. I. extr. v. Schoemannus l. c. p. 205. Itaque additur: παρανόμως, i. e. παρὰ τοὺς νόμους, ut loquitur Xenoph. Mem. I. 1, 18. IV. 1, 2. Est autem adverbium per se seorsum accipiendum, iudicium significans de superioribus; unde recte interpunctione seiungitur. Sic εἰκότως, δικαίως, ἀδίκως, de quibus v. ad Lachet. p. 183. B. Legg. XII. 948. B.

ὡς ἐν τ. ὑστ. χρ. — ἔδοξε] Xenoph. Hellen. I. 7, 12. καὶ

πᾶσιν ὑμῖν ἔδοξε. τότ' ἐγὼ μόνος τῶν πρυτάνεων ἠναντιώθην ὑμῖν μηδὲν ποιεῖν παρὰ τοὺς νόμους, καὶ ἐναντία ἐψηφισάμην· καὶ ἑτοίμων ὄντων ἐνδεικνύναι με καὶ ἀπάγειν τῶν ῥητόρων, καὶ ὑμῶν κελευόν-
C των καὶ βοώντων, μετὰ τοῦ νόμου καὶ τοῦ δικαίου ᾤμην μᾶλλόν με δεῖν διακινδυνεύειν ἢ μεθ' ὑμῶν γενέσθαι μὴ δίκαια βουλευομένων, φοβηθέντα δεσμὸν ἢ θάνατον. καὶ ταῦτα μὲν ἦν ἔτι δημοκρατουμένης τῆς πόλεως. Ἐπειδὴ δὲ ὀλιγαρχία ἐγένετο,

καὶ ἀπάγειν τῶν ῥ.] ὑπάγειν, quod e Bodl. Vat. a. b. sex Vindobb., Florentinis omnibus, aliis plurimis correctum. v. annot.
Ἐπειδὴ δὲ ὀλιγαρχ.] Heind. coni. δὲ ἡ ὀλιγαρχία. Non opus.
D. θανάτου μὲν μέλει] Sic Bodl. Ven. b. et meliores omnes pro vulg. μὲν θ. μ. Dein Bekker. ἦν cum Par. E. dele-

οὐ πολλῷ χρόνῳ ὕστερον μετέμελε τοῖς Ἀθηναίοις.

ἠναντιώθην] Noluit enim populum in suffragia mittere. v. Xenoph. Mem. IV. 4, 2. Hellen. 1. 7, 9—16. Quod ipsum etiam clarius significatur verbis his: καὶ ἐναντία ἐψηφισάμην, quae Hermann. tanquam ineptum interpretamentum damnavit.

ἑτοίμων ὄντων — τῶν ῥητόρων] Verba ἐνδεικνύναι et ἀπάγειν significant aliquem in aliquo facinore deprehensum ad magistratus continuo deferre (ἐνδεικνύναι) et abducere (ἀπάγειν), quo puniatur: quae quidem actio ἔνδειξις dicta est et ἀπαγωγή. Quomodo altera ab altera differat, disputatur in opere Schoemanni et Meieri: der Attische Process p. 224 sqq. Ceterum legendum esse ἀπάγειν pro vulg. ὑπάγειν, quod defendere conatus est Fischerus, docent ii loci, in quibus ἔνδειξις et ἀπαγωγὴ coniunguntur. Demosthen. adv. Leptin. p. 504. 24 ed. Reisk.: εἶναι δὲ καὶ ἐνδείξεις καὶ ἀπαγωγάς. Contra Timocrat. p. 745. οὐδ' ὅσων ἔνδειξίς ἐστί τινι ἢ ἀπαγωγή, προςεγέγραπτ' ἂν ἐν τοῖς νόμοις, τὸν δ' ἐνδειχθέντα ἢ ἀπαχθέντα δησάντων οἱ ἕνδεκα ἐν τῷ ξύλῳ Adv. Theocrin. p. 1325. 9. ἐάν τις ποιῇ τὰ τῶν συκοφαντούντων, ἔνδειξιν αὐτῶν εἶναι καὶ ἀπαγωγήν. Ῥήτορες sunt oratores, qui, etsi non gerebant magistratum, tamen, quia populi libidinibus inserviebant, et poterant plurimum et omnia audebant. v. Hermann. Antiquitatt. publ. §. 171. coll. §. 129. et supra ad p. 23. E.

C. οἱ τριάκοντα — μεταπεμψάμενοί με πέμπτον αὐτόν] Nam victis Atheniensibus a Lysandro ad Aegos flumen et occupata urbe a I. Olymp. 94. constituti ab eo sunt triginta tyranni, qui vocantur nunc οἱ τριάκοντα, ut h. l. et ap. Xenoph. Mem. IV, 4, 3., nunc τριάκοντα πάντων ἄρχοντες αὐτοκράτορες, ut ap. Platon. ep. VII, nunc οἱ περὶ Κριτίαν, ut ap. Laërt. II. 24. Reliquorum nomina sunt ap. Xen. Histor. VI. 3, 2. Fischerus. — πέμπτον αὐτόν, h. e. me cum quatuor aliis. Xen. Hellen. 2, 17. ᾑρέθη — δέκατος αὐτός, h. e. ipse cum novem aliis. Thucyd. I. 46. πέμπτος

οἱ τριάκοντα αὖ μεταπεμψάμενοί με πέμπτον αὐτὸν εἰς τὴν θόλον προςέταξαν ἀγαγεῖν ἐκ Σαλαμῖνος Λέοντα τὸν Σαλαμίνιον, ἵν' ἀποθάνοι· οἷα δὴ καὶ ἄλλοις ἐκεῖνοι πολλοῖς πολλὰ προςέταττον, βουλόμενοι ὡς πλείστους ἀναπλῆσαι αἰτιῶν. τότε μέντοι ἐγὼ οὐ λόγῳ, ἀλλ' ἔργῳ αὖ ἐνεδειξάμην, ὅτι ἐμοὶ θανάτου μὲν μέλει, εἰ μὴ ἀγροικότερον ἦν εἰπεῖν, οὐδ' ὁτιοῦν, τοῦ δὲ μηδὲν ἄδικον μηδ' ἀνόσιον ἐργάζεσθαι, τούτου δὲ τὸ πᾶν μέλει. ἐμὲ γὰρ ἐκείνη ἡ D

vit. Sed loquitur Socrates perinde ac si rem non enuntiaret, quam tamen enuntiat. Similiter Euthyd. p. 283. E. Quanquam alibi in talibus utique reticetur ἐστίν. Supra c. 18: εἰ καὶ γελοιότερον εἰπεῖν. Gorg. p. 486. C: εἴ τι καὶ ἀγροικότερον εἰρῆσθαι. Ibid. p. 508. E: καὶ εἰ ἀγροικότερόν τι εἰπεῖν ἐστιν.

αὐτός, ubi Schol. ἀντὶ τοῦ αὐτὸς μετ' ἄλλων τεσσάρων. Loquendi genus illustravit Dorvill. ad Charit. p. 262. ed. Lips. cf. Matth. §. 467. n. 8. Fuit autem in eorum numero etiam quidam Meletus, teste Andocid. De Myster. p. 46. ed. Reisk. Sed is Meletus diversus fuit ab eo, qui Socratem accusavit. De re Lysias adv. Agorat. p. 106. Brem. ὥστε μὲν γὰρ τοὺς ἐκ Σαλαμῖνος τῶν πολιτῶν κομισθέντας οἷοι ἦσαν καὶ ὅσοι, καὶ οἵῳ ὀλέθρῳ ὑπὸ τῶν τριάκοντα ἀπώλοντο. Idem c. Eratosth. p. 77. ὁ δὲ — ἐλθὼν μετὰ τῶν συναρχόντων εἰς Σαλαμῖνα καὶ Ἐλευσῖνα δὲ τριακοσίους τῶν πολιτῶν ἀπήγαγεν εἰς τὸ δεσμωτήριον καὶ μιᾷ ψήφῳ αὐτῶν ἁπάντων θάνατον κατεψηφίσατο. Xenoph. Hell. II. 3, 39.

εἰς τὴν θόλον] Fuit θόλος aedificium publicum prope τὸ βουλευτήριον τῶν πεντακοσίων, auctore Pausan. I. 5., in quo prytanes quotidie epulabantur et sacrificabant, ita dictum a forma et figura testudinis, quam referebat. v. Harpocratio et Hesych. s. h. v. Tim. Gloss. p. 142. atque Pollux. On. VIII. 156. — Leon ille, patria quidem Salaminius, sed civitate Atheniensis, sua sponte in exsilium abierat Salamina insulam, ne a tyrannis, divitiarum suarum avidis, occideretur. v. Xenoph. Hellen. II. 3, 39. Mem. IV. 4, 3. Diog. V. H. III. 17. Laërt. II. 24. Aelian.

ἀναπλῆσαι αἰτιῶν] h. e. commaculare culpa et criminibus; videlicet ut quam plurimi cives libertatem prodidisse viderentur societate cum tyrannis inita. De qua re v. Xenoph. Hellen. II. 4, 23. Mem. I. 2, 32. Aeschines p. 628. Isocr. adv. Coll. §. 8. De verbo ἀναπιμπλάναι polluendi maculandique significatione posito v. Ruhnken. ad Tim. Glossar. p. 30.

ἐνεδειξάμην] demonstravi, luculento exemplo probavi, ut p. 23. A. Gorg. p. 493. B. al. Aliud quid foret ἐπεδειξάμην, quod nuperus editor publicare non dubitavit invitis codd. omnibus.

D. τὸ πᾶν μέλει] h. e. omnino, omnibus modis

ἀρχὴ οὐκ ἐξέπληξεν οὕτως ἰσχυρὰ οὖσα, ὥςτε ἄδικόν τι ἐργάσασθαι, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ τῆς θόλου ἐξήλθομεν, οἱ μὲν τέτταρες ᾤχοντο εἰς Σαλαμῖνα καὶ ἤγαγον Λέοντα, ἐγὼ δὲ ᾠχόμην ἀπιὼν οἴκαδε. καὶ ἴσως ἂν διὰ ταῦτ' ἀπέθανον, εἰ μὴ ἡ ἀρχὴ διὰ ταχέων κα-
E τελύθη· καὶ τούτων ὑμῖν ἔσονται πολλοὶ μάρτυρες.

Cap. XXI. Ἆρ' οὖν ἄν με οἴεσθε τοσάδε ἔτη διαγενέσθαι, εἰ ἔπραττον τὰ δημόσια, καὶ πράττων ἀξίως ἀνδρὸς ἀγαθοῦ ἐβοήθουν τοῖς δικαίοις καί, ὥςπερ χρή, τοῦτο περὶ πλείστου ἐποιούμην; πολλοῦ γε δεῖ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι· οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλος ἀν-
33 θρώπων οὐδείς. ἀλλ' ἐγὼ διὰ παντὸς τοῦ βίου δημοσίᾳ τε εἴ πού τι ἔπραξα, τοιοῦτος φανοῦμαι, καὶ

Cap. XXI. E. *Ἆρ' οὖν ἄν με οἴεσθε*] *ἄν*, vulgo omissum, e Bodl. Ven. Ξ. b. Coisl. Vat. Vind. 1. 3. 4. 6. Flor. c. g. h. Par. DST. restitutum.

P. 33. *οὓς οἱ διαβάλλοντες*] V. *οὓς δὴ οἱ δ.* Sed *δὴ* om. Bodl. Ven. b. Parr. DST. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. In Ven. b. Flor. h. aliis est *οὓς διαβάλλοντες*.

ἐπιθυμεῖ ἀκούειν] Sic Bodl. Coisl. Ven. a. b. Par. ABCDEST. sex Vindobb. Flor. a. b. e. g. h. Zitt. Vulgo *ἐπι-*

mihi curae est. Ita Legg. XII. p. 959. A. *τὸ πᾶν διαφέρουσαν*. Xenoph. Cyrop. I, 6, 13. *τὸ πᾶν διαφέρει*. — *ἐκπλήττειν*, percellere et movere aliquem ita, ut quasi extra se rapiatur. v. Thom. Mag. p. 186 ibique intt. et Lex. Xenophont. s. h. v. — *ἐκείνη ἡ ἀρχὴ*, sc. *ἡ τῶν τριάκοντα*.

ᾠχόμην ἀπιὼν οἴκαδε] h. e. continuo abii. v. Dorvill. ad Charit. p. 297. Matth. §. 559. c. Mox Hermann. de coniectura scripsit: *καὶ τούτων ὑμῶν ἔσ.* Atqui non iudices nunc testes citantur, sed iis affirmatur multos ipsis huius rei testes futuros esse. Id quod rei ipsi sanequam est convenientius. — Quod vero *ἡ ἀρχὴ* dicitur *διὰ ταχέων καταλυθῆναι*, Thrasybulus Olymp. 94. 1. patriam a triginta tyrannis liberavit, quorum imperium fere octo menses duraverat. v. Corn. Nep. Thrasyb. c. I.

Cap. XXI. E. *εἰ ἔπραττον τὰ δημόσια — ἐποιούμην*] Quum praecedat aoristus *διαγενέσθαι ἄν*, nemo non exspectabat *εἰ ἔπραξα — ἐποιησάμην*. Sed recte ponit imperfectum, quum non solum de praeterito tempore, sed etiam de duranti praeteriti temporis actione cogitet. Vult enim significare se usque rempublicam non attigisse, ita ut publice iustitiae nunquam sit opitulatus. Plane eodem modo Germani: „Glaubt ihr wohl, dass ich so viele Jahre würde durchgebracht haben, wenn ich öffentliche Aemter verwaltete und bei ihrer Verwaltung dem Rechte beistand und dieses, wie sich gebührt, über alles hoch-

ἰδίᾳ ὁ αὐτὸς οὗτος, οὐδενὶ πώποτε ξυγχωρήσας οὐδὲν
παρὰ τὸ δίκαιον οὔτε ἄλλῳ οὔτε τούτων οὐδενί, οὓς οἱ
διαβάλλοντές μέ φασιν ἐμοὺς μαθητὰς εἶναι. ἐγὼ δὲ
διδάσκαλος μὲν οὐδενὸς πώποτ' ἐγενόμην· εἰ δέ τίς
μου λέγοντος καὶ τὰ ἐμαυτοῦ πράττοντος ἐπιθυμεῖ
ἀκούειν, εἴτε νεώτερος εἴτε πρεσβύτερος, οὐδενὶ πώ-
ποτε ἐφθόνησα. οὐδὲ χρήματα μὲν λαμβάνων διαλέ-
γομαι, μὴ λαμβάνων δ' οὔ, ἀλλ' ὁμοίως καὶ πλου- B
σίῳ καὶ πένητι παρέχω ἐμαυτὸν ἐρωτᾶν, καὶ ἐάν τις
βούληται ἀποκρινόμενος ἀκούειν ὧν ἂν λέγω. καὶ τού-
των ἐγώ, εἴτε τις χρηστὸς γίγνεται εἴτε μή, οὐκ ἂν
δικαίως τὴν αἰτίαν ὑπέχοιμι, ὧν μήτε ὑπεσχόμην μηδενὶ
μηδὲν πώποτε μάθημα μήτε ἐδίδαξα. εἰ δέ τίς φησι

θυμοῖ, quod Bekk. servavit. Loquitur Socrates ita, ut ista omnia etiam ad praesens tempus referat; unde pergit deinceps: οὐδὲ λαμβάνων διαλέγομαι. Paullo ante vulgo: τις ἐμοῦ λ. quod e Bodl. Vind. 1. 6. Par. D. S. T. mutavimus.

B. ἀκούειν ὧν ἂν λ.] Sic Bodl. Vat. Ven. a. b. Vindd. Florr., alii plurimi. Vett. editt. ἀκούει.

πώποτέ τι μαθεῖν] V. πώποτε ἤ μαθεῖν, quod e Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. emendatum.

schätzte?" Atque eandem loquendi consuetudinem Latini quoque habuerunt, de qua explicarunt subtiliter Krüger: Untersuchungen über d. Lat. Sprache P. II. §. 90 sqq. Ellendt De formis enuntiat. conditional. ap. Latinos p. 41 sq. Ramshorn. Gr. Lat. Ampl. §. 193. 9. ed. sec. — τοῖς δικαίοις, iis, quae iusta sunt; iustitiae.

οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλος ἀνθρ. οὐδείς] Intell. διεγένετο.

P. 33. τοιοῦτος φανοῦμαι] Pronomen τοιοῦτος explicatur deinde verbis: οὐδενὶ πώποτε ξυγχωρήσας οὐδὲν παρὰ τὸ δίκαιον.

ἐμοὺς μαθητὰς εἶναι] Intelliguntur maxime Alcibiades et Critias, quorum vitia e Socratica disciplina orta esse ferebantur. v. Xenoph. Mem. I. 2, 12 sqq. itemque §. 16. et 39. Aesch. in Tim. p. 287.

εἰ δέ τις — ἐπιθυμεῖ ἀκούειν] Vocat Socrates τὰ ἑαυτοῦ id, quod sibi ab Apolline imperatum esse dictitabat, ut hominum errores convinceret et castigaret, civesque suos ad virtutis studium cohortaretur. conf. p. 21. E. 23. A. sq. 28. E. 29. D. 30. E. 33. D.

χρήματα μὲν λαμβάνων] His verbis sophistae petuntur, de quorum avaritia dictum est ad c. IV. De Socrate nihil mercedis accipiente conf. p. 19. D.

B. παρέχω ἐμαυτὸν ἐρωτᾶν] h. e. copiam facio et potestatem me interrogandi. — Proxima verba, καὶ ἐάν τις βούληται ἀπ. ἀκούειν, sic explicanda sunt: καὶ παντί, ὅςτις ἂν βούληται ἀκ. Nam ἐάν τις dictum est urbanius pro ὅςτις ἄν.

οὐκ ἂν δικαίως τὴν αἰ-

παρ' ἐμοῦ πώποτέ τι μαθεῖν ἢ ἀκοῦσαι ἰδίᾳ ὅ τι μὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, εὖ ἴστε, ὅτι οὐκ ἀληθῆ λέγει.

Cap. XXII. Ἀλλὰ διὰ τί δή ποτε μετ' ἐμοῦ
C χαίρουσί τινες πολὺν χρόνον διατρίβοντες; Ἀκηκόατε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι· πᾶσαν ὑμῖν τὴν ἀλήθειαν ἐγὼ εἶπον· ὅτι ἀκούοντες χαίρουσιν ἐξεταζομένοις τοῖς οἰομένοις μὲν εἶναι σοφοῖς, οὖσι δ' οὔ· ἔστι γὰρ οὐκ ἀηδές. ἐμοὶ δὲ τοῦτο, ὡς ἐγώ φημι, προςτέτακται ὑπὸ τοῦ θεοῦ πράττειν καὶ ἐκ μαντειῶν καὶ ἐξ ἐνυπνίων καὶ παντὶ τρόπῳ, ᾧπερ τίς ποτε καὶ ἄλλη θεία

Dein οἱ onte ἄλλοι πάντες om. Bodl. Ven. b. pr. Vind. b. Par. D. S. T.

Cap. XXII. Ἀλλὰ διὰ τί δή ποτε] V. διὰ aberat, invitis codd. optimis atque plurimis.

C. ἐκ μαντειῶν] μαντείων Bodl. Par. D. S. T. Vind. 1. 4. 6. Mox πώποτε pro ποτε Vind. 6. Par. C. conf. p. 31. C.

καὶ εὐέλεγκτα] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Parr. D. S. T. Vett. editt. εὐεξέλεγκτα.

ἔγωγε τῶν νέων] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. V. ἐγὼ τῶν νεωτέρων. Et νεωτέρων

τίαν ὑπέχοιμι] h. e. hoc recte mihi tribui non poterit. Αἰτίαν ὑπέχειν proprie sensu malo dicitur de eo, in quem culpa merito confertur. Deinde omnino est caussam sustinere. Τούτων masculinum, cum τὴν αἰτίαν ὑπέχοιμι cohaeret.

Cap. XXII. C. ἐγὼ εἶπον. ὅτι ἀκούοντες —] Gravius post εἶπον distinximus. Nam quod sequitur ὅτι ἀκούοντες κ. τ. λ. non ex εἶπον pendet, sed aptum est ex verbis: χαίρουσι μετ' ἐμοῦ διατρίβοντες, quae ex antegressis repetenda sunt. Hoc enim Socrates dicit: omnem rei rationem ego vobis iam antea indicavi: *faciunt hoc, quia* gaudent audientes, quum explorantur et inscitiae coarguuntur, qui se sapientes esse putant. Ita ὅτι ex remotiore pendet sententia Euthyphr. p. 3. B. μανθάνω, ὦ Σώκρατες· ὅτι δὴ σὺ τὸ δαιμόνιον φὴς σαυτῷ ἑκάστοτε γίγνεσθαι, ubi ὅτι cohaeret cum antegresso: φησί σε ποιητὴν εἶναι θεῶν. De Rep. I. p. 332. A. μανθάνω, ἦν δ' ἐγώ· ὅτι σοὶ τὰ ὀφειλόμενα ἀποδίδωσιν, sc. οἴεται τοῦτο. Ibid. III. p. 402. E. μανθάνω, ἦν δ' ἐγώ· ὅτι ἔστι σοι ἢ γέγονε παιδικὰ τοιαῦτα, ubi repetendum: ὑπομένειν ἐθέλεις. Ibid. p. 410. D. Ἔγωγε, ἔφη· ὅτι οἱ μὲν γυμναστικῇ ἀκράτῳ χρησάμενοι ἀγριώτεροι τοῦ δέοντος ἀποβαίνουσιν, ubi qui ad ὅτι nobiscum intellexerint ex antecedentibus ἐννοῶ, ii locum sanissimum non iam amplius sollicitabunt; v. ibi ann. nostram edit. Goth. p. 237. Quibus locis omnibus recte videmur eo quo diximus modo refinxisse interpunctionem, quum edltt. perperam commate ante ὅτι distinguant. Ceterum in transcursu memorasse iuvabit commentum Hirschigii, qui au-

μοῖρα ἀνθρώπῳ καὶ ὁτιοῦν προςέταξε πράττειν. Ταῦτα, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ ἀληθῆ ἐστι καὶ εὐέλεγκτα. εἰ γὰρ δὴ ἔγωγε τῶν νέων τοὺς μὲν διαφθείρω, τοὺς D δὲ διέφθαρκα, χρῆν δήπου, εἴτε τινὲς αὐτῶν πρεσβύτεροι γενόμενοι ἔγνωσαν, ὅτι νέοις οὖσιν αὐτοῖς ἐγὼ κακὸν πώποτέ τι ξυνεβούλευσα, νυνὶ αὐτοὺς ἀναβαίνοντας ἐμοῦ κατηγορεῖν καὶ τιμωρεῖσθαι· εἰ δὲ μὴ αὐτοὶ ἤθελον, τῶν οἰκείων τινὰς τῶν ἐκείνων, πατέρας καὶ ἀδελφοὺς καὶ ἄλλους τοὺς προςήκοντας, εἴπερ ὑπ' ἐμοῦ τι κακὸν ἐπεπόνθεσαν αὐτῶν οἱ οἰκεῖοι, νῦν μεμνῆσθαι. πάντως δὲ πάρεισιν αὐτῶν

servavit Bekk.

D. ἐμοῦ τι κακὸν ἐπ.] V. κακόν τι, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Coisl. Vind. 1. 3. 4. 6. Flor. d. e. g. h. Par. DST. mutatum. Dein vett. editt. οἱ αὐτῶν οἰκεῖοι, quod item ex optimis omnibus mutavimus.

νῦν μεμνῆσθαι] V. additur καὶ τιμωρεῖσθαι, quod glossema abest in Vind. 2. 3. Flor. a. b. c. e. i. Zitt. Par. BCEH. g. Coisl. Ang. Ven. Δ. Servarunt tamen Turicenses. Alibi est μνησικακεῖν.

πολλοὶ ἐνταυθοῖ] Aliquot libri ἐνταῦθα, male.

dacissime scripsit: ἐξεταζομένων τῶν οἰομένων — σοφῶν — ὄντων δ' οὔ. Nam quis, inquit, ἀκούειν unquam vidit cum dativo? Nimirum nec nos unquam vidimus. Sed cur, obsecro, bonus homo suum ipsius errorem protenus Platoni obtrusit? Enimvero dativus non ex ἀκούοντες, sed ex χαίρουσι pendet, prorsus eodem modo, quo dativus personae huic verbo additus est. Hipp. mai. p. 285. extr.: εἰκότως σοι χαίρουσιν οἱ Λακεδαιμόνιοι ἅτε πολλὰ εἰδότι. — οὐκ ἀηδές, h. e. res lepidissima et suavissima. Litotes ironiae eleganter attemperata.

τοῦτο — προςτέτακται Intell. τὸ ἐξετάζειν.

καὶ εὐέλεγκτα] Εὐέλεγκτα dicuntur plerumque quae facile possunt refelli et convinci; quorum vanitas sine ullo negotio ostendi potest. Sed h. l. intelliguntur ea, quae facile possunt explorari, utrum vera sint necne. Etenim ἐλέγχειν non solum significat redarguere, convincere, sed etiam explorare, examinare, videlicet eo consilio, ut alterum erroris convincas. Non male igitur Serranus: quae redargui possint, si non vera sint.

D. εἰ δὲ μὴ αὐτοὶ ἤθελον] Male Fischerus εἴ γε μὴ scripsit; male item Hirschig. pro εἴτε τινὲς dedit εἴπερ τινὲς. Nam εἰ δὲ eodem modo post εἴτε infertur, quo simplex δὲ post τὲ atque οὐδὲ post οὔτε subiicitur, de qua loquendi forma v. ad cap. IV in. Infra c. 32: καὶ εἴτε δὴ μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν — εἰ δ' αὖ οἷον ἀποδημῆσαι.

πάρεισιν — ἐνταυθοῖ] Hesychius: ἐνταυθοῖ· ἐνταῦθα. Noli credere. Etenim quem-

πολλοὶ ἐνταυθοῖ, οὓς ἐγὼ ὁρῶ, πρῶτον μὲν Κρίτων οὑτοσί, ἐμὸς ἡλικιώτης καὶ δημότης, Κριτοβούλου
E τοῦδε πατήρ· ἔπειτα Λυσανίας ὁ Σφήττιος, Αἰσχίνου τοῦδε πατήρ· ἔτι Ἀντιφῶν ὁ Κηφισιεὺς οὑτοσί, Ἐπιγένους πατήρ. ἄλλοι τοίνυν οὗτοι, ὧν οἱ ἀδελφοὶ ἐν ταύτῃ τῇ διατριβῇ γεγόνασι, Νικόστρατος, ὁ Θεοςδοτίδου, ἀδελφὸς Θεοδότου — καὶ ὁ μὲν τετελεύτηκεν, ὥςτε οὐκ ἂν ἐκεῖνός γε αὐτοῦ καταδεηθείη —, καὶ

E. *Αἰσχίνου τοῦδε πατήρ*] V. *τούτου*, invitis Ven. b. Par. DST. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. e. g. h. et Bodl. corr.
ἔτι Ἀντιφῶν ὁ Κηφ.] V. *ἔτι δ' Ἀντ.*, quod miror Bekkerum servavisse, quum Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. aliud quid suadeant.
Νικόστρ. ὁ Θεοςδοτίδου] Steph. *ὁ Ζωτίδου*, ut est in Par. BC. marg. Bodl. Ven. b. Par. DST. Ven. 1. 6. Flor. g. h. *Θεοζωτίδου* quod Winckelm. restituendum censet etiam Demosth. in Midiam §. 59. Fuit etiam qui *Θεοζότου* mallet.

admodum *παρεῖναι εἴς τινα τόπον* non simpliciter dicitur pro *παρεῖναι ἔν τινι τόπῳ*, sed potius sic usurpatur, ut duae sententiae in unam quasi confusae et conflatae putandae sint, h. e. ut significet in aliquem locum venisse ibique versari; ita ne *ἐνταυθοῖ* quidem simpliciter pro *ἐνταῦθα* usurpatum est, sed *παρεῖναι ἐνταυθοῖ* significat huc venisse ibique praesentem esse. Exempla huius loquendi formae suppeditabunt Valcken. ad Herodot. 1. 21. intpp. ad Phaedon. p. 57. A. Protagor. p. 310. A. De *ἐνταυθοῖ* diximus nuper explicatius ad Phil. p. 15. A.

Κρίτων οὑτοσί] Crito est is, cuius nomine inscriptus est nobilis ille Platonis dialogus, ad quem plura de eo annotabimus. Dicitur Socratis *ἡλικιώτης* s. aequalis, et *δημότης*, h. e. ex eodem pago oriundus, qui vocatur *Ἀλωπεκή*. v. Harpocratio, Hesychius et Stephanus Byzant. in *Ἀλωπεκή*.

E. *Λυσανίας*] Lysanias, Aeschinis Socratici pater, dicitur *ὁ Σφήττιος*, a *δήμῳ Σφηττῷ*, qui fuit *δῆμος φυλῆς Ἀκαμαντίδος*. v. Harpocrat. Hesych. Stephan. h. v. De Aeschine Socratico v. Diogen. L. II. 66 sqq. et quae de eo collegit Fischerus Praef. ad Aesch. Dialog. tres. Lips. 1786. — Antiphon vocatur *Κηφισιεύς*, e *δήμῳ Κηφισῷ*, qui fuit *φυλῆς Ἐρεχθηΐδος* v. Harpocrat. in *Κηφισιεύς*. Neque vero confundendus est cum Antiphonte Rhamnusio, de quo docta exstat Dav. Ruhnkenii disputatio. — Epigenes ap. Xenoph. Mem. IV. 12. cum Socrate de neglecto corporis cultu disputat.

ἄλλοι τοίνυν οὗτοι —] Ad haec Heindorfius: „Male *ἀσύνδετος* est oratio neque commodum est h. l. istud *τοίνυν*, igitur, ut depravata haec verba videantur, sic fortasse corrigenda: *ἄλλοι τε ἐνταυθοῖ*." Non debebat haerere vir eximius. Sexcenties enim *τοίνυν*, ut Lat. iam vero, non *συλλογιστικῶς*, sed *μεταβατικῶς* ponitur. v. ad Remp. VIII. p. 555. et X. p. 603. B. Protag. p. 319.

Πάραλος ὅδε, ὁ Δημοδόκου, οὗ ἦν Θεάγης ἀδελφός· ὅδε τε Ἀδείμαντος, ὁ Ἀρίστωνος, οὗ ἀδελφὸς οὑτοσὶ 34 *Πλάτων, καὶ Αἰαντόδωρος, οὗ Ἀπολλόδωρος ὅδε ἀδελφός. καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐγὼ ἔχω ὑμῖν εἰπεῖν, ὧν τινα ἐχρῆν μάλιστα μὲν ἐν τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ παρασχέσθαι Μέλητον μάρτυρα· εἰ δὲ τότε ἐπελάθετο, νῦν παρασχέσθω, ἐγὼ παραχωρῶ, καὶ λεγέτω, εἴ τι ἔχει τοιοῦτον. ἀλλὰ τούτου πᾶν τοὐναντίον εὑρήσετε,*

P. 34. *ὅδε τε Ἀδείμαντος*] V. *δέ*, quod e Bas. 2. Vat. Ven. b. Vind. 4. Flor. a. Par. BC. mutatum.

Αἰαντόδωρος] Ald. Bas. 1. Steph. *Αἰαντίδωρος*, invitis codd. plerisque omnibus. Dein vett. editt. *οὗ Ἀπολλόδωρος ὁ ἀδελφός*, quod boni omnes aspernantur.

ἐγὼ ἔχω ὑμῖν εἰπεῖν] V. *ἔγωγε ἔχω*, praeter fidem Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. Flor. d. g. h. Par. DST.

λόγῳ παρασχέσθαι] Sic Bodl. Coisl. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. Vulgo *παρέχεσθαι*.

D. Potuit vero *τοίνυν* hic tanto rectius poni, quod Socrates, posteaquam patres nonnullorum discipulorum suorum praesentes nominavit, deinceps etiam fratres et cognatos quosdam recenset, ut ipse antea indicavit.

Νικόστρατος] De hoc et de Theodoto nihil memoriae traditum est, quantum nos quidem sciamus. De Demodoco, Theagis patre, v. Theagem p. 127. E. De Paralo, qui non confundendus est cum cognomine Periclis filio, nihil usquam legimus — Adimantus intelligitur Platonis frater, qui in libris de republica loquens inducitur. vid. libr. II. p. 357 — 368. VIII. p. 548. D. E. al. — Aeantodori alibi mentionem factam esse non meminimus. — Apollodorum autem novimus hominem fuisse Socrati longe deditissimum. v. Phaedon. p. 59. A. p. 117. D. Sympos. p. 172. A. 173. D. E. Xenoph. Mem. III. 11, 17. Ceterum *καταδεῖσθαι* est aliquem precibus vincere ac commovere. Nam sententia haec est: non potest Theodotus Nicostratum fratrem rogare, ne me accuset et contra me testetur.

P. 34. *μάλιστα μὲν — εἰ δὲ τότε ἐπελάθετο*] Frequens est istud *μάλιστα μέν — εἰ δέ* et *εἰ δὲ μή*, vel etiam *μάλιστα μὲν — δέ*. v. ad Euthydem. p. 304. A. ubi quae adscripsimus, iis nunc accedant Reip. VIII. p. 564. B. *μάλιστα μὲν ὅπως μὴ ἐγγένησθον, ἂν δὲ ἐγγένησθον, ὅπως ὅτι τάχιστα — ἐκτετμῆσθον.* Sophist. p. 246. C. *μάλιστα μέν, εἴ πῃ δυνατὸν ἦν, ἔργῳ βελτίους, εἰ δὲ τοῦτο μὴ ἐγχωρεῖ, κ. τ. λ.* Legg. VIII. p. 830. D. 835. B. IX. p. 853. E. 938. A.

ἐγὼ παραχωρῶ] h. e. per me ei hoc licet. Videlicet non licebat reum se defendentem interpellare et tempus ad defensionem ei concessum atque clepsydra definitum alienis rebus conterere. Fiebat tamen interdum, ut qui caussam suam perorabant, ii etiam adversarios iuberent inter suam orationem

ὦ ἄνδρες, πάντας ἐμοὶ βοηθεῖν ἑτοίμους τῷ διαφθεί-
ροντι, τῷ κακὰ ἐργαζομένῳ τοὺς οἰκείους αὐτῶν, ὥς
B *φασι Μέλητος καὶ Ἄνυτος. αὐτοὶ μὲν γὰρ οἱ διε-*
φθαρμένοι τάχ' ἂν λόγον ἔχοιεν βοηθοῦντες· οἱ δὲ
ἀδιάφθαρτοι, πρεσβύτεροι ἤδη ἄνδρες, οἱ τούτων
προσήκοντες, τίνα ἄλλον ἔχουσι λόγον βοηθοῦντες
ἐμοὶ ἀλλ' ἢ τὸν ὀρθόν τε καὶ δίκαιον, ὅτι ξυνίσασι
Μελήτῳ μέν ψευδομένῳ, ἐμοὶ δὲ ἀληθεύοντι;

Cap. XXIII. *Εἶεν δή, ὦ ἄνδρες· ἃ μὲν ἐγὼ*

B. *ὅτι ξυνίσασι*] Sic cum Bas. 2. scriptum exhibent Bodl. Ven. b. Vat. Vind. b. Flor. g. h. Par. ST. et marg. Flor. a. c. Vulg. *ὃν ξ.* quod tenuit Bekker.

ἐμοὶ δὲ ἀληθεύοντι] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h. Par. DST. Vett. editt. *ἐμοὶ δὲ ἀληθῆ λέγοντι*, quod fluxit ex interpretatione.

Cap. XXIII. *σχεδόν ἐστι ταῦτα*] V. *σχεδόν τί ἐστι*, invitis optimis plurimisque mss.

afferre, quae ad rem praesentem opus essent. Quorsum pertinent formulae apud oratores frequentissimae *ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι εἰπάτω, ἐπὶ τοῦ ἐμοῦ ὕδατος μαρτυρησάτω*, al. v. Meier. et Schömann. Process. Att. p. 713 sqq.

τῷ διαφθείροντι —] Notabis hanc appositionem, quae ironiam dicentis indicat. Criton. p. 51. A. *καὶ σύ — φήσεις ταῦτα ποιῶν δίκαια πράττειν, ὁ τῇ ἀληθείᾳ τῆς ἀρετῆς ἐπιμελόμενος;* Euthyphr. p. 3. A. *Μέλητος ἴσως πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἐκκαθαίρει τοὺς τῶν νέων τὰς βλάστας διαφθείροντας, ὥς φησι.* Hipp. mai. p. 285. B. Hipp. min. p. 369. E. Plura dabit Valken. ad Phoeniss. p. 572.

B. *λόγον ἔχοιεν βοηθοῦντες*] h. e. haberent quod sequerentur in me defendendo: videlicet ne viderentur temere usi esse consuetudine hominis impii et perditi, ipsique improbi haberentur.

οἱ τούτων προσήκοντες] Participium instar substantivi cum genitivo iunctum, de qua ratione dixerunt Lobeck. ad Aiac. v. 358. Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 139. Sic Legg. IX. p. 868. C. *οἱ προσήκοντες τοῦ τελευτήσαντος*, ubi B. antecedit *οἱ προσήκοντες τῷ τελευτήσαντι.* Thucyd. I. 128. *βασιλέως προσήκοντές τινες*,

ἀλλ' ἢ τὸν ὀρθόν τε καὶ δίκαιον] Formulam *ἀλλ' ἢ* fere praecedente negatione poni atque significare nisi, dudum observatum est a grammaticis. v. Bergler us ad Aristophan. Equitt. v. 777. De caussis et origine huius significationis acute disputavit Herm. ad Viger. p. 812. Klotz. ad Devar. p. 31 sqq. Mihi quid de hac re videatur, exposui ad Phaedon. p. 81. B. sect. XXX. Loquutionem: *ξυνειδέναι τινί τι ποιοῦντι*, aliquid de aliquo scire, illustravimus ad Phaedon. p. 92. D. et Symp. p. 196. E.

Cap. XXIII. *τάχα δ' ἂν τις ἀγανακτήσειεν*] Instituit nunc Socrates rationem reddere iudicibus constantiae et gravi-

ἔχοιμ' ἂν ἀπολογεῖσθαι, σχεδόν ἐστι ταῦτα καὶ ἄλλα ἴσως τοιαῦτα. Τάχα δ' ἄν τις ὑμῶν ἀγανακτήσειεν ἀναμνησθεὶς ἑαυτοῦ, εἰ ὁ μὲν καὶ ἐλάττω τουτουῒ C τοῦ ἀγῶνος ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος ἐδεήθη τε καὶ ἱκέτευσε τοὺς δικαστὰς μετὰ πολλῶν δακρύων, παιδία τε αὐτοῦ ἀναβιβασάμενος, ἵνα ὅ τι μάλιστα ἐλεηθείη, καὶ ἄλλους τῶν οἰκείων καὶ φίλων πολλούς, ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄρα τούτων ποιήσω, καὶ ταῦτα κινδυνεύων, ὡς ἂν δόξαιμι, τὸν ἔσχατον κίνδυνον. τάχ'

B. *ἐδεήθη τε καὶ ἱκέτευσε*] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Par. BCDHST. Ang. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h. cum Bas. 2. Vulgo *δεδέηταί τε κ. ἱκ.* quod frustra defendit Schaeferus ad Demosth. Appar. T. II. p. 652.

παιδία τε αὐτοῦ] Steph. *αὑτοῦ* scripsit, quod in hac narratione non est necessarium. Mox *τάχ' οὖν τις* Bodl. Ven. b. Par. DST. et *τάχ' οὖν ἄν τις* Vind. b.

καὶ φίλων πολλούς] V. *καὶ φίλους πολλούς*, invitis optimis plurimisque codicibus.

tatis suae, ostenditque, cur nihil aliorum exemplo facere velit ad movendam eorum misericordiam. Censet enim primo illud indignum esse existimatione ea, qua apud homines floreat; deinde etiam legibus publicis adversari. — *ἀπολογεῖσθαι*, mei defendendi caussa afferre possim; nam ita dicitur *ἀπολογεῖσθαί τι*.

C. *ἐλάττω — ἀγῶνα ἀγωνιζόμενος*] h. e. caussam agens minus periculosam. Sic Euthyphr. p. 3. E. *ἀγωνίζεσθαι δίκην*, ubi vide quae annotavi. — Produxisse autem reos Athenis in iudicium ad commovendam misericordiam liberos, filios et filias, etiam uxores, intelligitur ex Aristoph. Plut. v. 383. s. Vesp. v. 566 sq. *Fischerus.* Docent etiam luculentius plurimi loci oratorum, Demosthenis, Lysiae, Andocidis, de quibus v. Meier. et Schömann. Process. Att. p. 719 sqq. Et fuit res etiam publicis legibus interdicta, de quo v. Xenoph. Mem. IV. 4, 4: *κολακεύειν καὶ δεῖσθαι παρὰ νόμους.* Quint. IV. 1, 7. De *ἀναβιβασάμενος* v. ad p. 17. E.

ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἄρα τ. π.] ego vero, sicuti expectari debuit (*ἄρα*), nihil istorum faciam. Quo indicatur contrarium fieri praeter expectationem pro ratione eorum, quae ex prioribus colligere liceat. Exempla collegit Heindorf. ad Phaed. p. 68. A., quibus accedant haec: Criton. c. 12. *ἢ πρὸς μὲν ἄρα σοι τὸν πατέρα οὐκ ἐξ ἴσου ἦν τὸ δίκαιον καὶ πρὸς δεσπότην, εἴ σοι ὢν ἐτύγχανεν, ὥστε ἅπερ πάσχοις ταῦτα καὶ ἀντιποιεῖν· — πρὸς δὲ τὴν πατρίδα ἄρα καὶ τοὺς νόμους ἐξέσται σοι;* cf. ibidem p. 46. D. et p. 51. A. De republ. X. p. 600. D. *ἀλλὰ Πρωταγόρας μὲν ἄρα — καὶ Πρόδικος — — ἐπὶ ταύτῃ τῇ σοφίᾳ οὕτω σφόδρα φιλοῦνται —, Ὅμηρον δὲ ἄρα οἱ ἐπ' ἐκείνου — ἢ Ἡσίοδον ῥαψῳδεῖν ἂν περιϊόντας εἴων;* coll. ibid. IV. p. 445. A. Infra p. 37. D. *πολλὴ μέντ' ἄν με φιλοψυχία ἔχοι, εἰ οὕτως ἀλόγιστός*

ἂν οὖν τις ταῦτα ἐννοήσας αὐθαδέστερον ἂν πρός με σχοίη, καὶ ὀργισθεὶς αὐτοῖς τούτοις θεῖτο ἂν μετ'
D ὀργῆς τὴν ψῆφον. εἰ δή τις ὑμῶν οὕτως ἔχει, οὐκ ἀξιῶ μὲν γὰρ ἔγωγε, εἰ δ' οὖν, ἐπιεικῆ ἄν μοι δοκῶ πρὸς τοῦτον λέγειν λέγων, ὅτι Ἐμοί, ὦ ἄριστε, εἰσὶ μέν πού τινες καὶ οἰκεῖοι. καὶ γὰρ τοῦτο αὐτὸ τὸ τοῦ Ὁμήρου, οὐδ' ἐγὼ ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης πέφυκα, ἀλλ' ἐξ ἀνθρώπων, ὥστε καὶ οἰκεῖοί μοί εἰσι καὶ υἱεῖς γε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τρεῖς, εἷς μὲν μειράκιον ἤδη, δύο δὲ παιδία. ἀλλ' ὅμως οὐδέν' αὐτῶν

D. *πρὸς τοῦτον λέγειν λέγων, ὅτι —*] *πρὸς τοῦτον λέγειν λόγον, ὅτι κ. τ. λ.* Ven. b. ex corr. Vind. 4. Flor. a. h. Par. DST. Nimirum *ἐπιεικῆ* pro neutro pluralis accipiendum fuit. De *λέγων* autem conf. Crat. p. 390. D. 418. A.

καὶ υἱεῖς γε] Om. *γε* Bodl. Ven. b. Par. DST. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. e. g. h. i. Zitt. probantibus Turr.

Οὐκ αὐθαδιζόμενος] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. c. d. g. h. Par. BCDT. Vulgo *αὐθαδιαζόμενος*. v. *εἰμι — · ἄλλοι δὲ ἄρα ταὐτὰς οἴσουσι ῥᾳδίως.* Phileb. p. 30. B.

αὐθαδέστερον ἂν πρός με σχοίη] Dicitur hoc nunc de iudicibus, qui reum, etiamsi propter bonitatem et aequitatem caussae exspectari poterat, non absolvunt propterea, quod eorum clementiam implorare supplexque rogare noluit. Mox post *εἰ δ' οὖν* intell. *τις ὑμῶν οὕτως ἔχει*, verumtamen si quis vestrum, quanquam id non statuerim, ita sentiat. Male Salvinius locum coniectura tentavit.

D. *τὸ τοῦ Ὁμήρου*] Odyss. XIX. v. 163. ubi Penelope Ulyssem, quem non agnovisset, rogat, ut narret, qua stirpe oriundus sit, atque haec verba addit: *οὐ γὰρ ἀπὸ δρυὸς ἔσσι παλαιφάτου οὐδ' ἀπὸ πέτρης.*

καὶ υἱεῖς γε] Solet *γε* in plurium rerum enumeratione ei nomini addi, quod cum vi et gravitate quadam efferendum est: cuius loquendi rationis exempla collegerunt Heindorf. ad Hipp. Mai. p. 301. A. Buttmann. ad Criton. §. 7. n. 2. Male igitur h. l. in multis libris omissum est; potest enim commode reddi: und sogar drei Söhne; v. ad Criton. p. 47. B. Phileb. p. 48. D. — Filii Socratis tres fuere Lamprocles, Sophroniscus, Menexenus. Et Lamprocles quidem, qui hoc loco *μειράκιον*, adolescentulus, Phaedon. c. 65. *μέγας* vocatur, fuit natu maximus: v. Xenophon. Mem. II. 2, 1: sed reliqui duo, quos pater hic nominat *παιδία*, a Platone Phaedon. 65. etiam *σμικροὶ* dicuntur. v. ad Phaedon. 3. et conf. Valcken. ad Theocrit. Adon. p. 349. Fischerus. Valckenarius l. c. „*τὸν μικρὸν παῖδα* — vulgo vocabant *παιδίον*.“ Filios istos Seneca Epist. CIV. narrat fuisse indociles et matri quam patri similiores.

ἀλλ' ὅμως — δεήσομαι] In his quae in *οὐδένα* continetur negatio, ea item ad *δεήσο-*

δεῦρο ἀναβιβασάμενος δεήσομαι ὑμῶν ἀποψηφίσασθαι.
Τί δὴ οὖν οὐδὲν τούτων ποιήσω; Οὐκ αὐθαδιζόμε-
νος, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὐδ' ὑμᾶς ἀτιμάζων· ἀλλ' E
εἰ μὲν θαῤῥαλέως ἐγὼ ἔχω πρὸς θάνατον ἢ μή, ἄλ-
λος λόγος· πρὸς δ' οὖν δόξαν καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν καὶ
ὅλῃ τῇ πόλει οὔ μοι δοκεῖ καλὸν εἶναι ἐμὲ τούτων
οὐδὲν ποιεῖν καὶ τηλικόνδε ὄντα καὶ τοῦτο τοὔνομα
ἔχοντα, εἴτ' οὖν ἀληθὲς εἴτ' οὖν ψεῦδος· ἀλλ' οὖν
δεδογμένον γέ ἐστι τὸν Σωκράτη διαφέρειν τινὶ τῶν
πολλῶν ἀνθρώπων. εἰ οὖν ὑμῶν οἱ δοκοῦντες διαφέ- 35

Phrynich. et Lob. p. 66. Thom. M. p. 84 sq. In ὦ ἄνδρες Ἀθ. rursus om. ἄνδρες Ven. b. et Vind. 6. conf. ad p. 32. B.

E. καὶ ὅλῃ τῇ πόλει] V. καὶ ὅλως τῇ πόλει, quod correctum e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 3. 4. 6. et aliis plurimis.

τὸν Σωκράτη διαφέρειν] τῷ Bodl. Par. A. D. T. τῷ Σωκράτει Vind. 1. 4. Flor. h. Sed τὸ Σ. Ven. b. Vind. b. Flor. b. ut nuper Turicenses. Verum est τόν.

μαι pertinet, perinde ac si scriptum sit: ἀλλ' ὅμως οὐ δεήσομαί τινά αὐτῶν κ. τ. λ. Cuius usus exempla attulimus ad Phileb. p. 17. B. = 120. ed. Goth. Itaque Hirschig. erravit, qui nuper οὐ ante δεήσομαι invitis codd. omnibus interposuit.

E. ἀλλ' εἰ μὲν θαῤῥαλέως —] sed num fidenti animo mortem expectem necne, alia quaestio est (quae ad rem praesentem nihil pertinet); verum (hac re missa) ad existimationem certe et meam et vestram et totius civitatis non decere mihi videtur etc. Formula: ἄλλος λόγος ἐστίν, alia quaestio est, alia res est, satis frequens est. Demosth. De symmor. p. 114, 23 ed. R.: ἄλλος ἂν εἴη λόγος οὗτος. Ibid. p. 168, 11: ἄλλος ἂν ἦν λόγος. De Corona p. 240, 26. al. De particulis δ' οὖν ita positis, ut fere explicari possint, sed hoc utcunque est, certe etc. diximus supra ad p. 17. A. et ad Cratyl. p. 415. C. 426. D. Tim. p. 38. B. Similiter deinde: ἀλλ' οὖν δεδογμένον γε, sed hoc utcunque est, certe Socrates putatur excellere aliqua re plerisque hominibus, s. magnae multitudini praestare.

καὶ τοῦτο τοὔνομα ἔχοντα] i. e. florenten tantae sapientiae laude. Quod ne arroganter dictum videatur, addit verba εἴτ' οὖν — ψεῦδος. In quibus ne quis ψευδὲς scribendum opinetur, saepenumero τῷ ἀληθὲς opponitur nomen ψεῦδος. Cratyl. p. 430. A. ἢ τὸ μέν τι αὐτῶν ἀληθές, τὸ δὲ ψεῦδος; Euthydem. in.: ἐξελέγχειν τὸ ἀεὶ λεγόμενον ὁμοίως, ἐάν τε ψεῦδος ἐάν τε ἀληθὲς ᾖ; quae indicavit Heindorfius. Plura collegit Astius ad Politiam p. 358. Aristoph. Ran. v. 628. χὤπως ἐρεῖς ἐνταῦθα μηδὲν ψεῦδος. De εἴτ' οὖν — εἴτ' οὖν v. Matthiae Gr. §. 625. extr. et de τῶν πολλῶν ἀνθρώπων p. 29. B.

ρειν εἴτε σοφίᾳ εἴτε ἀνδρείᾳ εἴτε ἄλλῃ ἡτινιοῦν ἀρετῇ τοιοῦτοι ἔσονται, αἰσχρὸν ἂν εἴη· οἵουςπερ ἐγὼ πολλάκις ἑώρακά τινας, ὅταν κρίνωνται, δοκοῦντας μέν τι εἶναι, θαυμάσια δὲ ἐργαζομένους, ὡς δεινόν τι οἰομένους πείσεσθαι, εἰ ἀποθανοῦνται, ὥςπερ ἀθανάτων ἐσομένων, ἐὰν ὑμεῖς αὐτοὺς μὴ ἀποκτείνητε· οἳ ἐμοὶ δοκοῦσιν αἰσχύνην τῇ πόλει περιάπτειν, ὥςτ' ἄν τινα καὶ τῶν ξένων ὑπολαβεῖν, ὅτι οἱ δια-

P. 35. εἴτε ἀνδρείᾳ] Bodl., Florr. septem, Ven. ΔΞΠa. Zitt. Parr. BCDHS. Ang. ἀνδρίᾳ, quod non probem. v. ad Gorg. p. 492. coll. Matthiae ad Eurip. Herc. fur. v. 469. Formam ἀνδρεία metrum tuetur apud Aristoph. Nubb. v. 510.

B. οὔτε ἡμᾶς χρή] Sic Flor. d. Ven. ΔΞ. et corr. Coisl., ut coniecerat Forsterus. Vulgo ὑμᾶς.

καὶ ὁτιοῦν εἶναι] Sic Vind. 6. Flor. e. Vulgo erat καὶ ὁπηιτιοῦν. Heindorf. coni. καὶ ὁπηοῦν τι. Bekkerus sine libris dedit καὶ ὁπητιοῦν τι εἶναι. Iam in ea, quam nos dedimus, lectione nihil requires. v. annot. Eam etiam Turicenss. probant.

P. 35. δοκοῦντας μέν τι εἶναι] h. e. qui viderentur esse sapientia nescio qua praediti. v. Matthiae §. 487. 5.

ὡς δεινόν τι οἰομένους πείσεσθαι] Non recte, opinor, Heindorfius ὡς cum δεινόν connectit, ut haec vocula significet perquam; cuius significationis exempla, quae ad Cratyl. p. 41. et Phaedon. p. 152. collegit, ea vereor ut probent quod probandum erat. Hoc quidem loco ὡς referendum est ad οἰομένους, hoc sensu: quippe s. utpote putantes se indigni quid esse passuros. Etenim ὡς saepenumero caussam et rationem indicare nemo ignorat, ut non videamus, cur Heindorfius, si vocula h. l. cum participio connectatur, ἅτε scribendum fuisse iudicaverit. Cohaerent autem haec verba arctissime cum iis, quae proxime praecedunt: θαυμάσια δὲ ἐργαζομένους, hoc sensu: mira tamen facientes, quippe s. utpote qui putarent etc. Brevius dici potuit omisso verbo putandi ὡς πεισομένους. Fallitur igitur Engelhardtus, qui quo magis Heindorfii interpretationem confirmaret, attendere lectores iussit ad ea, quae praecedunt, οἵουςπερ ἐγὼ πολλάκις ἑώρακα, quibus simplex participium, ὡς non interiecto, adiungendum fuisse contendit. De genitivis ὥςπερ ἀθανάτων ἐσομένων cfr. Matth. Gr. §. 568. 3 sq. et nostra ad Phileb. p. 44. C.

B. οὗτοι γυναικῶν οὐδὲν δ.] De hoc usu pronominis demonstrativi post participia cum articulo coniuncta non sine vi quadam et gravitate illati v. Matthiae §. 472. 2. Theaet. p. 171. D. 172. B. Charm. p. 163. C. Legg. XII. p. 959. Weber. ad Dem. Aristocr. p. 158.

οὔτε ἡμᾶς χρὴ ποιεῖν] Ferri non potest quod vulgo legebatur, ὑμᾶς χρ. π. quum statim sequantur haec verba: οὔτ', ἂν ἡμεῖς ποιῶμεν, ὑμᾶς ἐπιτρέπειν. Hoc dicit: neque nos

φέροντες Ἀθηναίων εἰς ἀρετήν, οὓς αὐτοὶ ἑαυτῶν B ἔν τε ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἄλλαις τιμαῖς προκρίνουσιν, οὗτοι γυναικῶν οὐδὲν διαφέρουσι. ταῦτα γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, οὔτε ἡμᾶς χρὴ ποιεῖν τοὺς δοκοῦντας καὶ ὁτιοῦν εἶναι, οὔτ᾿, ἂν ἡμεῖς ποιῶμεν, ὑμᾶς ἐπιτρέπειν, ἀλλὰ τοῦτο αὐτὸ ἐνδείκνυσθαι, ὅτι πολὺ μᾶλλον καταψηφιεῖσθε τοῦ τὰ ἐλεεινὰ ταῦτα δράματα εἰσάγοντος καὶ καταγέλαστον τὴν πόλιν ποιοῦντος ἢ τοῦ ἡσυχίαν ἄγοντος.

αὐτὸ ἐνδείκνυσθαι] V. ἐνδείκνυσθε, quod est in Par. E. et paucissimis aliis.

τὰ ἐλεεινὰ τ. δρ.] Astius hic et ubique scripsit ἐλεινά, codicibus invitis. Quam formam Atticis omnino restituendam esse ne Porsono quidem Praefat. ad Hecub. p. VII sq. et Blomfield. ad Aeschyl. Agam. Gloss. v. 239. credimus. conf. Lobeck. ad Phrynich. p. 87. Nimirum quemadmodum ex δέω, δείδω formatur δεινός, ita ex ἐλεέω ductum est ἐλεεινός, quod poëtae in trisyllabum ἐλεινός converterunt.

decet talia facere —, nec si nos faciamus, vos decet ea concedere et permittere. Similiter s. XXIV: οὔτε ἡμᾶς ἐθίζειν ὑμᾶς ἐπιορκεῖν, οὔθ᾿ ὑμᾶς ἐθίζεσθαι. Vulgatam tamen lectionem defendit Morgensternius Symbol. crit. in quaedam loca Platonis et Horatii (Dorpat. 1821.) p. IV. in Friedemanni et Seebodii Miscellan. Critt. Vol. I. P. I. p. 90. Putat enim ὑμᾶς intelligi iudices eos, qui ipsi quondam, capitis rei facti, iudices suppliciter oraverint. Quod nec sententiae nec iterationi pronominis satis convenit. Aliter veterem scripturam nuper tuitus est C. Fr. Hermann., qui sensum loci hunc esse putat: nec *plebem*, modo aliquo loco haberi velit, facere, nec si singuli faciant, permittere debere. Cui interpretationi officit hoc, quod nec plebis aut singulorum mentio iniicitur a Socrate, nec isto modo pronominis ὑμᾶς repetitio explicatur. καὶ ὁτιοῦν εἶναι, h. e. qui vel tantillum virtutis possidere videamur. Sic Aeschin. adv. Ctesiph. §. 5. τῶν καὶ ὁπωςοῦν πρὸς τὰ κοινὰ προςεληλυθότων, h. e. vel aliquo modo. Xenoph. Cyrop. I. 6, 12: οὐδ᾿ ὁτιοῦν ἐπεμνήσθη, h. e. ne tantillum quidem. Aristoph. Plut. v. 385: κοὐ διοίσοντ᾿ — οὐδ᾿ ὁτιοῦν τῶν Παμφίλου. Phaedon. p. 78. D. μήποτε μεταβολὴν καὶ ἡντινοῦν ἐνδέχεται; Phileb. p. 59. C. p. 60. E. Hipp. Mai. p. 291. D. Legg. I. p. 639. A. Prorsus ut h. l. De Rep. IV. p. 422. E: κἂν ὁτιοῦν ᾖ. Ibid. VII. p. 538. D: τοὺς καὶ ὁπηοῦν μετρίους. Ferri non potest, quod vulgo legebatur, καὶ ὁπητιοῦν εἶναι, quum τι ita non ad verbum εἶναι pertineat, sed positum sit ut in ὁπωςτιοῦν.

τὰ ἐλεεινὰ ταῦτα δράματα εἰσάγοντος] Ἐλεεινὰ δράματα intelliguntur dramata, quibus spectatoribus misericordia movetur. — εἰσάγειν h. l. est, proferre in iudicium, videlicet, quum reus ad-

Cap. XXIV. *Χωρὶς δὲ τῆς δόξης, ὦ ἄνδρες,*
C *οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖ εἶναι δεῖσθαι τοῦ δικαστοῦ οὐδὲ δεόμενον ἀποφεύγειν, ἀλλὰ διδάσκειν καὶ πείθειν. οὐ γὰρ ἐπὶ τούτῳ κάθηται ὁ δικαστής, ἐπὶ τῷ καταχαρίζεσθαι τὰ δίκαια, ἀλλ' ἐπὶ τῷ κρίνειν ταῦτα· καὶ ὀμώμοκεν οὐ χαριεῖσθαι οἷς ἂν δοκῇ αὐτῷ, ἀλλὰ δικάσειν κατὰ τοὺς νόμους. οὔκουν χρὴ οὔτε ἡμᾶς ἐθίζειν ὑμᾶς ἐπιορκεῖν, οὔθ' ὑμᾶς ἐθίζεσθαι· οὐδέτεροι γὰρ ἂν ἡμῶν εὐσεβοῖεν. μὴ οὖν ἀξιοῦτέ με, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοιαῦτα δεῖν πρὸς ὑμᾶς πράττειν, ἃ μήτε ἡγοῦμαι καλὰ εἶναι μήτε δί-*
D *καια μήτε ὅσια, ἄλλως τε μέντοι [νὴ Δία πάντως]*

Cap. XXIV. C. *οὔκουν χρή*] V. *οὐκοῦν,* quod ex Par. DT. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. emendatum.

D. *ὅσια, ἄλλως τε μέντοι νὴ Δία πάντως καὶ ἀσ.*] V. *ὅσια, μάλιστα πάντως, νὴ Δία μέντοι καὶ ἀσ. φευγ.* Codd. multum inter se discrepant. Dedimus quod exhibent Bodl. Vat. Ven. b. Par. DST. cum Flor. d. g. h. v. interpretat. In Par. BCE. Vind.

ducit uxorem, liberos, propinquos lacrimantes et lamentantes, quo iudicum animi ad misericordiam flectantur.

Cap. XXIV. *Χωρὶς δὲ τῆς δόξης*] h. e. sed praeterquam quod illud existimationi meae non responderet: aber abgesehen von dem Ansehen. Crit. c. 3: *ἀλλὰ χωρὶς μὲν τοῦ ἐστερῆσθαι τοιούτου ἐπιτηδείου — ἔτι δὲ καὶ πολλοῖς δόξω κτλ.*, ubi vide annot. Legg. p. 814. C. *οὐδαμῶς εὔσχημον γίγνοιτ' ἂν τοῦ κακοῦ χωρὶς τοῦτο ἐν πόλει ὅπου γίγνοιτο.* Sympos. p. 173. C. *χωρὶς τοῦ οἴεσθαι ὠφελεῖσθαι ὑπερφυῶς ὡς χαίρω.* Ibid. 184. B. Herodot. I. 93. *χωρὶς τῶν Αἰγυπτίων ἔργων.* — Mox *ἀποφεύγειν* est salvum evadere, absolvi.

C. *ἐπὶ τούτῳ — ἐπὶ τῷ καταχαρίζεσθαι τ. δ.*] Lysid. p. 219. E. *πᾶσα ἡ τοιαύτη σπουδὴ οὐκ ἐπὶ τούτοις ἕνεκά του παρασκευαζομένοις.* Gorg. p. 474. E. *οὐ δήπου ἐκτὸς τούτων ἐστὶ τὰ καλά, τοῦ ἢ ὠφέλιμα εἶναι ἢ ἡδέα ἢ ἀμφότερα.* Matthiae Gr. §. 472. 2. *β.* — *καταχαρίζεσθαι τὸ δίκαιον* est iustitiam donare gratiae; ius negligere, quo alteri gratum facias.

καὶ ὀμώμοκεν] Demosth. c. Timocrat. p. 747 ed. Reisk. *ψηφιοῦμαι κατὰ τοὺς νόμους καὶ τὰ ψηφίσματα τοῦ δήμου καὶ τῆς βουλῆς τῶν πεντακοσίων.* Pollux Onom. VIII. 122. *ὁ δὲ ὅρκος ἦν τῶν δικαστῶν· περὶ μὲν ὧν νόμοι εἰσί, κατὰ τοὺς νόμους ψηφιεῖσθαι· περὶ δὲ ὧν μή εἰσι, σὺν γνώμῃ δικαιοτάτῃ,* v. Meier. et Schoemann. I. c. p. 128 sq. et p. 135.

μὴ οὖν ἀξιοῦτε] h. e. nolite igitur putare. Mox notanda est collocatio verborum *ἃ μήτε ἡγοῦμαι καλὰ εἶναι,* cuius loco vulgaris ratio exigebat *ἃ ἡγοῦμαι μήτε καλὰ εἶναι.*

ἄλλως τε μέντοι —] h. e. quum alias profecto, tum maxime nunc, quum impietatis accusatus sum a

καὶ ἀσεβείας φεύγοντα ὑπὸ Μελήτου τουτουΐ. σαφῶς γὰρ ἄν, εἰ πείθοιμι ὑμᾶς καὶ τῷ δεῖσθαι βιαζοίμην ὀμωμοκότας, θεοὺς ἂν διδάσκοιμι μὴ ἡγεῖσθαι ὑμᾶς εἶναι, καὶ ἀτεχνῶς ἀπολογούμενος κατηγοροίην ἂν ἐμαυτοῦ, ὡς θεοὺς οὐ νομίζω. ἀλλὰ πολλοῦ δεῖ οὕτως ἔχειν· νομίζω τε γάρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὡς οὐδεὶς τῶν ἐμῶν κατηγόρων, καὶ ὑμῖν ἐπιτρέπω καὶ τῷ θεῷ κρῖναι περὶ ἐμοῦ ὅπῃ μέλλει ἐμοί τε ἄριστα εἶναι καὶ ὑμῖν.

Cap. XXV. Τὸ μὲν μὴ ἀγανακτεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἐπὶ τούτῳ τῷ γεγονότι, ὅτι μου κατεψη- E

4. 6. Flor. b. c. e. et pr. u legitur: *ἄλλως τε πάντως νὴ Δία μέντοι.* Unus Par. H. *ἀλλὰ μάλιστα πάντως νὴ Δία μέντοι* Coisl. *ἄλλως τε πάντως ἢ νὴ Δία μέντοι.*

σαφῶς γὰρ ἄν] Accessit *ἂν* e Bas. 2. Bodl. Vat. Ven. a. b. Vind. 1. 2. 4. 5. 6. Fl. a. b. g. h. i. aliis.

Cap. XXV. E. *Τὸ μὲν μὴ ἀγανακτεῖν*] Sic cum Bas. 2.

Meleto. Quod h. l. *μέντοι νὴ Δία πάντως* interpositum est formulae *ἄλλως τε καί*, conf. Aristoph. Nub. v. 1267 ed. Dind. *ἄλλως τε μέντοι* (sane) *καὶ κακῶς πεπραγότι.* Aeschyl. Pers. v. 659. Prometh. v. 635. Eumenid. v. 725 sq. ubi *ἄλλως τε πάντως* (omnino) *καί* dicitur. Itaque hoc loco *μέντοι* et *πάντως* consociatum habetur addito insuper etiam *νὴ Δία.* Quam copiam et ubertatem quis est quin ferat molestissime? Enimvero quid rei sit, arguit scriptura codicis Coisl. *ἄλλως τε πάντως ἢ νὴ Δία μέντοι*, unde apertum est iam olim hic exstitisse *διττογραφίαν*, postea a scribis in unum conflatam. Quippe alii legerunt: *ἄλλως τε μέντοι καὶ ἀσεβ. φ.;* alii vero scripserunt: *ἄλλως τε πάντως καὶ ἀσέβ. φ.* Quod utrumque deinde, adscripto etiam *νὴ Δία*, mixtum est. Quippe alterutrum sine dubio debetur glossatoribus. De qua re nobis ita videtur iudicandum, ut si optimos libros duces sequamur, h. e. Bodleianum, Vaticanum, et Ven. b., genuinam scripturam hanc fuisse putare debeamus: *ἄλλως τε μέντοι καὶ ἀσεβ. φ.*, cui lectioni ad voc. *μέντοι* interpretationis gratia adscriptum fuit: *νὴ Δία, πάντως* vel *ἢ νὴ Δία, πάντως*, quae verba uncis seclusimus. Itaque fraus utique manifesta. Quod olim cum I. Bekkero in re incerta scripsimus: *ἄλλως τε πάντως νὴ Δία, μάλιστα μέντοι καὶ ἀσ. φ.*, id ad vett. editt. rationem comparatum est, neque codicum mss. auctoritate magnopere munitur.

εἰ πείθοιμι—βιαζοίμην] Intell. *χαρίζεσθαί μοι τὰ δίκαια.* Deinde verba ita cohaerent: *διδάσκοιμι ἂν ὑμᾶς μὴ ἡγεῖσθαι θεοὺς εἶναι.*

Cap. XXV. E. *Τὸ μὲν μὴ ἀγανακτεῖν —*] Quae Plato Socratem antea dicentem fecit, ea dixisse putandus est, priusquam iudices primas sententias de eo tulissent: quae sequuntur, ea loquutus est, postquam eo

36 φίσασθε, ἄλλα τέ μοι πολλὰ ξυμβάλλεται, καὶ οὐκ ἀνέλπιστόν μοι γέγονε τὸ γεγονὸς τοῦτο, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον θαυμάζω ἑκατέρων τῶν ψήφων τὸν γεγονότα

Bodl. Coisl. Ven. Ab. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. b. c. d. e. h. Zitt. Ang. Par. BCDEH. Vulgo erat: *Τὸ μὲν οὖν μὴ ἀγ.* Verba *ὅτι μου κατεψηφίσασθε*: tanquam glossema delevit Hirschig. iniuria quidem; gravius enim efferunt quod indicatum est verbis *ἐπὶ τῷ γεγονότι.*

P. 36. *εἰ τριάκοντα μόναι*] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 6. Flor. a. c. g. h. i. Par. BCDS cum ed. Bas. 2. Vulgo *ει τρεῖς μόναι.*

crimine damnatus erat, cuius eum Meletus accusaverat. Secuta enim nunc est more et instituto iudiciorum Atticorum, de quo v. etiam Cic. de Orat. I. 54., poenae aestimatio. Etenim duo fuerunt caussarum genera, alterum *ἀτίμητον*, si poena legibus esset constituta, alterum *τιμητόν*, si iudicibus permissum esset poenam legibus non definitam statuere. Posterioris generis ubi caussa erat, hoc modo res peragebatur. Postquam accusator et reus verba fecerant, iudices primis sententiis omnino statuebant, damnarent reum an absolverent. Deinde fiebat poenae aestimatio, h. e. interrogabatur reus, quam poenam commeruisse se maxime fateretur, eamne, quam accusator voluisset, an aliam iustiorem: id quod dicebatur *τιμᾶσθαι* vel *ἀντιτιμᾶσθαι.* v. Meier. et Schoemann. l. c. p. 724 sqq. Quo facto iudices iterum ferebant sententias, caussamque decernebant. De generibus caussarum *ἀτιμήτων* et *τιμητῶν* disputarunt Heraldus Obss. ad l. A. et R. III. 2. Matthiae Miscell. Philolog. Vol. I. p. 275 sqq. Meier. de bonis damnat. p. 152 sqq. Meier. et Schoemann. Att. Proc. p. 171—193. — Quum vero Socrates impietatis fuerit accusatus, id quod ipse indicat verbis: *μὴ οὖν ἀξιοῦτέ με — τοιαῦτα δεῖν πρὸς ὑμᾶς πράττειν — ἀσεβείας φεύγοντα ὑπὸ Μελήτου τουτουΐ,* quaeritur haud immerito, num illa accusatio ad genus caussarum *τιμητῶν* pertinuerit, necne. Nam facile quis suspicetur capitis poenam in patriae religionis adversarios utique fuisse legibus constitutam, praesertim quum plures sciamus morte multatos esse, qui impietatis fuissent accusati. Verum enim vero, quod ex hac Socratis defensione discimus, litis aestimationem in caussa impietatis locum habuisse, id ipsum testatur etiam locus Demosth. in Timocr. p. 702. 5. *ἀσεβείας γραφὴν κατασκευάσας εἰς ἀγῶνα κατέστησεν. ἐν δὲ τούτῳ τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων οὐ μεταλαβὼν ὦφλε χιλίας κτλ.* Plura de hac re disputarunt Matt. l. c. Meierus l. c. Boeckh. Oecon. Att. I. p. 410 sqq. II. p. 237 sq.

P. 36. *καὶ οὐκ ἀνέλπιστόν μοι γέγονε*] h. e. non accidit mihi praeter opinionem. Nam *ἐλπίς, ἐλπίζειν* et vocabula inde ducta dicuntur in utramque partem, et de spe et de metu. v. intpp. ad Thom Mag. p. 299. sqq. Ipse Plato Legg. I. p. 644. D. *πρὸς δὲ τούτοιν ἀμφοῖν αὖ δόξας μελλόντων, οἷν κοινὸν ὄνομα ἐλπίς.* Animadvertenda est autem breviloquentia; plenius enim hoc modo erat

ἀριθμόν. οὐ γὰρ ᾤμην ἔγωγε οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ παρὰ πολύ. νῦν δέ, ὡς ἔοικεν, εἰ τριάκοντα μόναι μετέπεσον τῶν ψήφων, ἀποπεφεύγη ἄν. Με-

ἀποπεφεύγη ἄν] V. ἀπεπεφεύγειν ἄν. Atticam formam servavit Bodl., in quo vulgaris terminatio superscripta est. Augmenti apud Platonem in plusquamperfecto omissi exempla non rara sunt. cfr. ad Remp. II. 374. B. Gorg. p. 515. E. Symp. p. 215. E. Matth. §. 165. Fischer. ad Weller. II. p. 317. Hemsterh. ad Lucian. T. I. p. 308. Dein vulgo erat: ἀλλὰ καὶ παντὶ δ. Recte καὶ extrudunt optimi. Qua ratione ἀλλὰ post οὐ μόνον sine καὶ dicatur, docuit Hermann. ad Viger. p. 837. Enimvero ita gradatio habet locum.

dicendum: καὶ δὴ καὶ τοῦτο, ὅτι οὐκ ἀνέλπιστόν μοι γ. Alia id genus congessimus ad Sympos. p. 220. A. Criton. p. 52. C.

οὕτω παρ' ὀλίγον ἔσεσθαι, ἀλλὰ παρὰ πολύ] Recte Fischerus: non sperabam futurum, ut numerus calculorum, quibus absolverer, tam parum differret ab eorum, quibus damnarer, numero: immo putabam numerum calculorum absolutoriorum longe superatum iri damnatoriorum numero. De quo usu formularum παρ' ὀλίγον et παρὰ πολύ v. praeter Budaeum Comment. L. Gr. p. 209. Vigerus p. 647. et Matthiae. §. 588. n. 2.

εἰ τριάκοντα μόναι μετέπεσον] Μεταπίπτειν, aliter cadere, in aliam urnam cadere, ut recte Fischerus interpretatur, qui laudat Aeschin. c. Ctesiph. 461. T. II. ed. Taylor.: εἰ δὲ μία μόνον μετέπεσεν. Lectionem τρεῖς iam Bas. 2. mutavit in τριάκοντα, melioribus libris consentientibus. Diog. Laërt. II. 41: ὅτ' οὖν κατεδικάσθη, διακοσίαις ὀγδοήκοντα μιᾷ πλείοσι ψήφοις (sc. κατεδικάσθη) τῶν ἀπολυουσῶν. Quae quomodo cum Platonis narratione concilianda sint, varie disputatum est. Nam ut Fischerum aliosque taceamus, rem expedire studuit Tychsen in commentatione: Ueber den Prozess des Socrates, quae inserta est Bibliothecae vet. liter. et art. (Bibliothek der alten Literatur u. Kunst) fasc. I. p. 1—53. et fasc. II. p. 1—60. ubi v. secundi volum. p. 40 sqq. et nuper Boeckhius ap. Süvernium in libro: Ueber des Aristophanes Wolken p. 87 sqq. Enimvero difficultatem creavit quod vulgo apud Platonem legitur: εἰ τρεῖς μόναι μ. Nam haec lectio si vera esset, itemque pro vero probandum quod legitur apud Diogenem Laërtium, Heliastarum iudicium ex 556 iudicibus constitisse existimari oporteret. Etenim sic iudices numero 281 Socratem damnavisse et 275 absolvisse putandi forent, ita ut, tres calculi si additi fuissent suffragiis absolutoriis, par fuisset damnantium et absolventium numerus, h. e. 278., eoque Socrates incolumis evasisset. At vero quominus hanc sententiam cum Fischero aliisque amplectamur, illud prohibet, quod Heliastarum iudicia numerum iudicum quingentorum non videntur isto modo excessisse, nisi si quando propter singularem quandam caussarum gravitatem, consociatis pluribus decuriis, mille, vel mille quingenti, vel etiam bis mille et plures iudicandi potestatem ac-

λητον μὲν οὖν, ὡς ἐμοὶ δοκῶ, καὶ νῦν ἀποπέφευγα. καὶ οὐ μόνον ἀποπέφευγα, ἀλλὰ παντὶ δῆλον τοῦτό γε, ὅτι, εἰ μὴ ἀνέβη Ἄνυτος καὶ Λύκων κατηγορή-

ciperent, quod subinde factum esse ex Polluc. On. VIII. 33. coll. 123. Lysia in Agor. §. 35. colligi licet. v. Tittmann. Civitatt. Graec. p. 114. Meier. et Schoemann. Process. Att. p. 139. Nam ut rem paullo altius repetamus, ratio iudiciorum Heliasticorum universa haec fuit. Eligebantur quotannis ex universo numero civium, qui annum aetatis tricesimum excessissent, sexies mille iurati iudices, sortitione a novem archontibus cum scriba publice instituta. Horum deinde quinque millia describebantur in decem decurias virorum quingenorum, quandoquidem mille illi, qui supererant, si qua opus esset, supplendis singulis decuriis inserviebant (1000 waren Ersatzmänner). Quae quidem decuriae appellatae sunt *δικαστήρια*. Iam vero in plerisque caussis una decuria iudicium exercebat; in gravioribus vero caussis etiam binae vel ternae vel quaternae decuriae (*δικαστήρια*) iungebantur; quin etiam apud Andocid. De myster. §. 17. 6000 cives suffragia tulisse narrantur. Nec tamen semper quingentorum numerus completus fuit. Nam etiam minora erant iudicia, in quibus iudices ducenti vel quadringenti sedebant, de quo v. Polluc. On. VIII. 48. Etiam septingenti iudices memorantur apud Isocrat. adv. Callimach. §. 54. Itaque nullo modo est credibile, de caussa Socratis 556 cives iudicavisse. Ex quo consequens est, ut aut apud Platonem vulgata lectio *τρεῖς* vitiosa sit, aut apud Diogenem Laërtium irrepserit error. Et apud hunc quidem pro *ὀγδοήκοντα* si scribatur *πεντήκοντα*, res protenus salva erit. Sed verisimilius est apud Platonem esse erratum. Nam plurimi certe iique praestantissimi libri habent *τριάκοντα*. Quod cur in *τρεῖς* abierit, caussa in promtu est. Visum enim bonis criticis est, istum numerum cum addito *μόναι* minus bene convenire; itaque hunc protenus mutarunt in *τρεῖς*, ita scilicet etiam optime de Socrate merituri, quippe qui iam videretur adeo trium tantum suffragiorum numero condemnatus esse. In quo optimi viri sane benevolentius quam cautius egerunt. Nam rectissime dictum est *τριάκοντα μόναι*, quoniam vel triginta iudices pro numeri 500 amplitudine sanequam pauci fuerunt; efficiunt enim nondum partem eius septimam decimam. Jam vero ubi amplectimur quod in praestantissimis codicibus Platonis scriptum legitur, nodus, qui visus semper est longe difficillimus, nullo negotio expediri potest. Sederunt enim, ut videtur, in caussa Socratis iudices quingenti et unus, quandoquidem ita institutum fuisse constat, ut pari numero fere unus adderetur, ne quando incertum videretur iudicium, si paria essent iudicum suffragia. v. Polluc. On. VIII. 48. Demosth. in Timocr. §. 9 p. 702. coll. Meier. et Schoemann. Process. Att. p. 139 sq. Hoc autem si ita fuit, comparato hoc Platonis testimonio cum Diogenis narratione efficitur, ut iudices ducenti et octoginta unus eundem condemnavisse existimandi sint. Nam ne statuamus constitutos fuisse 601, sed ex his alios, quia non liqueret, sententiam non tulisse, alios etiam abfuisse vel sero venisse (de quo v. Meier. et Schoemann. p. 722 sq. not. coll. p. 140.); certe illud magnopere im-

σοντες ἐμοῦ, κἂν ὦφλε χιλίας δραχμάς, οὐ μεταλαβὼν τὸ πέμπτον μέρος τῶν ψήφων. B

pedit, quod nec de suffragio ancipiti iudicibus concesso quidquam memoriae proditum est, de qua re alia omnia narrat Pollux Onom. VIII. 123., nec verisimile videtur, tam multos fuisse absentes, quandoquidem semper delecti fuerunt, qui, si qua opus esset, deficientium numerum supplerent. At vero, inquit aliquis, egregie certe hac tua ratione falsus es; nam si 281 iudices Socratem damnaverunt, sed 220 ipsum absolverunt, profecto non tantum triginta, sed potius sexaginta suffragia et quod excurrit adhuc necessaria fuerunt, quo vir sapientissimus absolveretur. Speciosa vero reprehensio, nec tamen iusta atque vera. Nam demas quaeso 30 de 281 suffragiis, et remanebunt non plus quam 251. Jam vero addas eadem illa 30 numero 220 suffragiorum, et habebis 250. Itaque liquidum est parem fere utrinque numerum evadere. Nam unius tantum suffragii damnatorii differentia emergit. Quocirca hoc dicit Socraets: si triginta tantum suffragia aliter cecidissent, h. e. non damnatoria, sed absolutoria extitissent, crimine liberatus essem. At nimirum, respondes, ita tamen futurum fuisset, ut una saltem sententia capitis condemnaretur! Recte vero. Nec tamen est, cur de ea re multum laboremus. Quid enim, si unus alterve iudicum casu fuit prohibitus, quominus in iudicio adesset, num id Platonem iudicabimus necessario indicare debuisse? Nimirum ita etiam nostro quidem iudicio inepte facturus fuisset. Putida enim ista foret enumeratio. Verum suppetit etiam alia eaque probabilior difficultatis istius tollendae ratio. Utitur enim Socrates numero rotundo pro eo, qui est triginta et unus, quoniam exacta ista diligentia ab oratoris persona aliena esse visa est. Enimvero quid sibi vellet his verbis suis, id vel uno illo non in censum relato omnibus sponte apparere debuit. Huc accedit, quod Pollux On. VIII. 123. narrat Heliaeam fere ex quingentis viris constitisse. Nimirum ita certe valuit calculus Minervae. Atque haec si vere disputata sunt, apertum esse putamus, et Diogenem Laërtium vera narrare, et codices Platonis ab iis, qui *τρεῖς* scripserunt, ob eam caussam, de qua supra monuimus, temere esse corruptos. De iudicio Heliastarum v. Hermannum Antiquitatt. Publ. Graec. §. 134. Ne vero mireris Socratem continuo calculis subductis ista dicere potuisse, videtur, suffragatione iudicum peracta, publice promulgatum esse, quae esset suffragiorum ratio. Quod si ita fuit, sponte apparet vana esse et inania, quae de hac re disputat Astius De Vita et Scriptis Platon. p. 487.

εἰ μὴ ἀνέβη Ἄνυτος καὶ Λύκων] Videlicet quum Anytus et Lyco Meleti, qui actionem instituerat, *συνήγοροι* vel *σύνοικοι* essent, his et ipsis licebat in iudicio contra Socratem verba facere. v. Meier. et Schoemann. l. c. p. 707 sqq. De numero singulari *ἀνέβη*, conf. Matthiae Gr. §. 304. Sequitur autem pluralis *κατηγορήσαντες* ob nomina proxime antegressa. Quod ne quem permoveat ut cum Cobeto et Hirschigio corrigendum putet *ἀνέβησαν*, eodem modo Plato Legg. V. p. 729. E: *δύναται δὲ διαφερόντως ὁ ξένιος ἑκάστων δαί-*

Cap. XXVI. *Τιμᾶται δ' οὖν μοι ὁ ἀνὴρ θανάτου. Εἶεν. ἐγὼ δὲ δὴ τίνος ὑμῖν ἀντιτιμήσομαι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι; ἢ δῆλον ὅτι τῆς ἀξίας; τί οὖν;*

Cap. XXVI. B. *ἢ δῆλον*] V. *ἦ δῆλον*, invitis codd. Paullo ante *ἄνδρες* ante *Ἀθηναῖοι* om. Bodl. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. g.

μων καὶ θεὸς τῷ ξενίῳ ξυνεπόμενοι Διΐ. Lysias in Eratosthen. p. 392: *ἐπιτυγχάνει Μηλοβιός τε καὶ Μνησιθείδης ἐκ τοῦ ἐργαστηρίου ἀπιόντες.* Demosthen. Aristocr. §. 12: *τὰ ὅπλα θήσεσθαι ἔμελλεν ὁ Σίμων οὐδ' ὁ Βιάνωρ, πολῖται γεγενημένοι κτλ.* Plura id genus v. apud Bernhardium Syntax. Graec. p. 416. sq.

κἂν ὦφλε χ. δρ. — τῶν ψήφων] Actor nisi quintam suffragiorum partem tulisset, mille drachmis multabatur adeoque infamia (*ἀτιμίᾳ*) notabatur, qua fiebat, ut ne in posterum accusator exsistere posset. v. Demosth. in Mid. p. 529. 23. in Timocrat. p. 702. 5. in Theocrat. p. 1323. 19. al. Harpocrat. in *δώρων γραφή*. Meursius Lectt. Attic. V. 13. et Themid. Att. II. 21. Matthiae l. c. p. 270. coll. Meier. et Schoemann. l. c. p. 734 sq. Boeckh. Oecon. Att. I. p. 406 sq. Dicit autem Socrates Meletum, nisi Anyti et Lyconis tanquam *συνηγόρων* auxilio gavisus esset, non fuisse laturum quintam partem suffragiorum, quum ipsius auctoritas et gratia non tanta esse videatur, quae efficere sola potuerit, ut iudices ipsum condemnarent. Locum perperam intellexit Fischerus, recte interpretatus est Schleiermacher. — Pro *οὐ μεταλαβὼν* quod Hirschig. putat dicendum fuisse *μὴ μεταλαβών*, ideoque totum hoc membrum: *οὐ μεταλαβὼν — τῶν ψήφων*, ut Platone indignum adeoque supervacaneum rescindendum et abiiciendum arbitratur, de grammatica saltem ratione mirifice fallitur. Dicitur enim Meletus revera non accepisse quintam suffragiorum partem hoc sensu: quum non acceperit partem ctr. Itaque *οὐ*, non *μή* dicendum fuit. Nec vero de reliquis critici iudicio ulla in parte accedimus.

Cap. XXVI. B. *Τιμᾶταί δ' οὖν μοι ὁ ἀνὴρ θανάτου*] Solebat enim actor aestimationem litis addere in libello accusationis, nisi poena iam legibus constituta esset. Hoc dicebatur *τιμᾶσθαι*; v. Pollux VIII. 150. Meletus igitur in *ἀντωμοσίᾳ* addiderat, Socratem sibi dignum nece videri, si caussa cecidisset. Fischerus.

ἢ δῆλον, ὅτι τῆς ἀξίας] h. e. sed quid quaero? an id quidem manifestum est etc. v. ad Protag. in. Perperam igitur *ἦ* scribitur. Dein Cobetus Varr. Lectt. p. 300. emendat scilicet: *τί οὖν ἄξιός εἰμι.* Quo commento debilitavit Socraticae orationis vim et gravitatem non mediocriter. Hoc enim dicit Socrates: quid igitur? quum apertum sit me contra litem aestumaturum esse prouti mereor, quid etc.

τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι] Fuit haec formula usu in iudiciis recepta, in qua *παθεῖν* ad poenam corporis, *ἀποτῖσαι* ad multam refertur. v. Heraldus Obss. ad l. A. et R. III. 1 — 6. Lelyvelt De infamia ex jure Attico p. 268. Hermann. Antiquitatt. Publ. Graec. §. 143. ann.

τί ἄξιός εἰμι παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι, ὅ τι μαθὼν ἐν τῷ βίῳ οὐχ ἡσυχίαν ἦγον ἀλλ' ἀμελήσας ὧνπερ οἱ πολλοί, χρηματισμοῦ τε καὶ οἰκονομίας καὶ στρατηγιῶν

h. de qua omissione quid existimandum sit, ad p. 17. A. cap. I. in. declaravimus. Ridicule igitur quidam ἄνδρες ubivis expulerunt.

10. et librum Meieri et Schoemanni saepius laudatum p. 739 sq. — De formula τί μαθών et ὅ τι μαθών, cuius exempla collegit Casaub. ad Athen. XIII. 9. Heindorf. ad Euthydem. p. 339 sq., disputavit Hermannus ad Viger. p. 759 sq., Praefat. ad Aristoph. Nubb. p. XLVI sqq. ed. sec., qui quidem posteriore loco τί μαθών et ὅ τι μαθών ubique censet mutandum esse in τί παθών et ὅ τι παθών, exceptis iis locis, ubi significet formula: quid edoctus. Nos tamen cum Wolfio ad Leptin. p. 348 sq. utrumque recte dici censemus. Quanquam enim τί ἔμαθες; in absoluta sententia non reperitur sicuti τί ἔπαθες; et τί πάσχεις; cuius rei caussa in eo est posita, quod in talibus: τί ἔμαθες ὥστε ταῦτα ποιῆσαι, participium solet regnare: tamen in responsionibus certe creberrimum est οὐκ ἔμαθον et ἔμαθον, nec rarum est μαθέ, modo imperativo; id quod multis exemplis ad Euthydem. p. 283. E. demonstravimus. Hoc igitur ἔμαθον et οὐκ ἔμαθον ex responsionum usu videtur in formulam interrogantem τί μαθών transiisse, ita quidem ut inter τί μαθών et τί παθών discrimen quoddam locum haberet ab ipsa quasi natura constitutum. Nam τί παθών, quare affectus, pertinet ad arguendum animi pravum affectum et temerariam commotionem; sed τί μαθών est: quid edoctus, qua ductus opinione, qua motus sententia; quod refertur ad mentis inconsiderantiam et iudicii perversitatem. Nos item dicimus: was ficht dich an? et was fällt dir ein? s. was kommt dir in den Sinn? Nec abhorret illud Francogallorum: Qui vous a appris à faire cela? Quocirca hanc quidem dubitationem de τί μαθών nullam esse putamus. Sed aliud quid est, quod explicationem desideret. Quum enim τί μαθών et τί παθών in recta oratione facillimam habent interpretationem, tamen quod usurpatur in oratione aliunde suspensa, ὅ τι μαθών et ὅ τι παθών quomodo expediendum sit, valde dubitatum est, v. Hermann. l. c. Matthiae Gr. §. 567. Bernhardy Synt. p. 293. al. Nos quid sentiamus, paucis declarasse iuvabit. Est enim τί μαθών et τί παθών interrogatio mirantis vel indignantis. Quae quidem interrogatio quoniam omnino significat cur? quamob caussam? factum est, ut etiam relative poneretur et, quoniam admiratio vel indignatio licentiorem orationis formam vel affert vel patitur, cum reliquo sermone liberius coniungeretur, ut idem fere esset quod propterea quod, adiuncta tamen notione reprehensionis vel a mentis vel ab animi quadam perversitate ductae. Itaque hunc locum Germanice sic fere reddere licebit: was verdiene ich wohl zu leiden oder zu büssen, was mir doch beigekommen ist, dass ich im ganzen Leben nicht ruhig war, i. e. deshalb, weil ich aus Verkehrtheit des Sinnes nicht Ruhe

καὶ δημηγοριῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν καὶ ξυνωμοσιῶν καὶ στάσεων τῶν ἐν τῇ πόλει γιγνομένων, ἡγησάμενος ἐμαυτὸν τῷ ὄντι ἐπιεικέστερον εἶναι ἢ ὥςτε
C εἰς ταῦτ' ἰόντα σώζεσθαι, ἐνταῦθα μὲν οὐκ ᾖα, οἷ ἐλθὼν μήτε ὑμῖν μήτε ἐμαυτῷ ἔμελλον μηδὲν ὄφελος εἶναι, ἐπὶ δὲ τὸ ἰδίᾳ ἕκαστον ἰὼν εὐεργετεῖν τὴν μεγίστην εὐεργεσίαν, ὡς ἐγώ φημι, ἐνταῦθα ᾖα, ἐπιχειρῶν ἕκαστον ὑμῶν πείθειν μὴ πρότερον μήτε τῶν

C. *εἰς ταῦτ' ἰόντα σ.*] Bodl. Ven. b. Φ. Par. DS. *ὄντα*, quod falsum esse arguit vel proximum istud: *ἐνταῦθα μὴν οὐκ ᾖα.* nihilominus nuper idem placuit codicum mancipiis.

ἐνταῦθα μὲν οὐκ ᾖα] V. *ᾔια* Bodl. Ven. *ᾔια* Vat. *ᾖα.* cf. Buttmann. Gr. Ampl. T. I. p. 554 et 558. ed. I.

hielt. Alia dictionis eiusdem exempla sunt: Euthydem. p. 283. E: *εἶπον ἄν, σοὶ εἰς κεφαλήν, ὅ τι μαθὼν ἐμοῦ καὶ τῶν ἄλλων καταψεύδει τοῦτο πρᾶγμα, ὃ ἐγὼ οἶμαι οὐδ' ὅσιον εἶναι λέγειν*: ich würde gesagt haben, Schuld auf dein Haupt! **was doch gedacht habend** du über mich und die Andern lügnerisch aussagst, was, wie ich glaube, nicht einmal gesagt werden darf. Ibid. p. 299. A: *πολὺ — δικαιότερον τὸν ὑμέτερον πατέρα τύπτοιμι, ὅ τι μαθὼν σοφοὺς υἱεῖς οὕτως ἔφυσεν.* Eupolis ap. Stob. Serm. IV. p. 53: *εὐθὺ γὰρ πρὸς ὑμᾶς πρῶτον ἀπολογήσομαι, Ὅ τι μαθόντες τοὺς ξένους μὲν λέγετε ποιητὰς σοφούς.*

ἀλλ' ἀμελήσας ὧνπερ οἱ πολλοί] Intell. *ἐπιμελοῦνται.* Nam praecedente verbo negante in sententiis oppositis haud raro verbum, quod aiat, intelligendum relinquitur. v. Heindorf. ad Gorg. §. 29. nos ad Politic. p. 301. D. Matth. §. 634. 3. Ruhnken. ad Rutil. Lup. p. 47 et 131. et quos laudavit Heindorf. ad Horat. Satir. I. 1. coll. Ruddimanni Instit. L. L. T. II. p. 361.

καὶ δημηγοριῶν καὶ τῶν ἄλλων ἀρχῶν] *Δημηγορία* h. l. intelligitur munus eius, qui verba facit in concione. Quod etsi non fuit de numero magistratuum, tamen recte additur *τῶν ἄλλων ἀρχῶν.* Nam sensus verborum hic est: quod quaestum, rem familiarem, imperia, conciones et praeterea etiam magistratus et conspirationes et seditiones nihil curavi. v. ad Phaedon. p. 110. E. 111. A. Symp. p. 191. B. Gorg. p. 473. C. 480. D. al. Phaedr. p. 232. E. ibique ann. Frustra igitur Fischerus defendit alteram lectionem *δημιουργιῶν*, praesertim quum non videatur docuisse, quod probare voluit, *δημάρχους* etiam nomine *δημιουργῶν* Athenis appellatos esse. — Ceterum de coniurationibus et sodalitatibus inde a bello Peloponnesiaco cum in universa Graecia, tum Athenis praecipue coortis egregie exposuit Hermann. Antiquitatt. Publ. §. 70. — *Ἐπιεικὴς* non raro opponitur v. *φαῦλος*, ut significet bonum, aequum, liberalem, iustum.

ἐνταῦθα μὲν οὐκ ᾖα] Notabis hunc usum voc. *ἐνταῦθα*, qui deinde statim redit in vv. *ἐνταῦθα ᾖα.* Phileb. p. 57. B.

ἑαυτοῦ μηδενὸς ἐπιμελεῖσθαι, πρὶν ἑαυτοῦ ἐπιμεληθείη, ὅπως ὡς βέλτιστος καὶ φρονιμώτατος ἔσοιτο, μήτε τῶν τῆς πόλεως, πρὶν αὐτῆς τῆς πόλεως· τῶν τε ἄλλων οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπιμελεῖσθαι. τί οὖν εἰμι ἄξιος παθεῖν τοιοῦτος ὤν; ἀγαθόν τι, D
ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ δεῖ γε κατὰ τὴν ἀξίαν τῇ ἀληθείᾳ τιμᾶσθαι· καὶ ταῦτά γε ἀγαθὸν τοιοῦτον, ὅ τι ἂν πρέποι ἐμοί. τί οὖν πρέπει ἀνδρὶ πένητι

D. *εἰ δεῖ γε κατα τ. ἀ.*] Sic Coisl. Vind. 3. Flor. b. Vulgo *ει δή γε.* In multis codd. est *εἰ δέ γε.* Dein pro *τιμᾶσθαι,* quod item ex Coisl. revocatum, vett. editt. *τιμᾶσθε.* Locum pristinae sanitati restituit Bekker.

δοκεῖ τοίνυν ἔμοιγε οὗτος ὁ λόγος — ἐνταῦθα προβεβηκέναι. De republ. p. 445. B: *ἐπείπερ ἐνταῦθα ἐληλύθαμεν.* Ibid. C. *ἐπειδὴ ἐνταῦθα ἀναβεβήκαμεν τοῦ λόγου.* Menexen. p. 248. C: *ἐνταῦθα τὸν νοῦν τρέποντες.* Xenoph. Anab. I. 10, 13. *ἐπεὶ δὲ καὶ ἐνταῦθ' ἐχώρουν οἱ Ἕλληνες.* Sophocl. Philoctet. v. 377: *ὁ δ' ἐνθάδ' ἥκων, καίπερ οὐ δύσοργος ὤν, δηχθεὶς πρὸς ἃ 'ξήκουσεν ὧδ' ἠμείψατο.* Plura dedi ad Gorg. p. 494. E. Ammonius p. 51. *ἐνταυθοῖ καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐνθάδε διαφέρει. ἐνταυθοῖ μὲν γὰρ τὴν ἐν τόπῳ* (leg. *εἰς τόπον*) *σημασίαν δηλοῖ· ἐνταῦθα δὲ καὶ τὴν ἐν τόπῳ καὶ τὴν εἰς τόπον. ὁμοίως καὶ τὸ ἐνθάδε.* Nimirum contraria in his locis obtinet ratio et quodammodo opposita ei, quam supra ad c. XXII. p. 33. D. illustravi. Quemadmodum enim illic ostendimus adverbiis motum in locum indicantibus per quandam notionum confusionem verba quietem significantia adiungi solere: ita vicissim verbis, quae motum indicant, adduntur adverbia statum et quietem, non motum, proprie significantia. Quod et ipsum exinde explicari debet, quod Graeci, qua erant mentis ingeniique velocitate, plures easque diversas notiones uno eodemque membro orationis solebant concludere et quasi coarctare.

ἐπὶ δὲ τὸ ἰδίᾳ ἕκαστον ἰὼν — ᾖα] Memorabilis est haec orationis redundantia. Nam participium *ἰὼν* nemo non videt omitti potuisse. Praeterea *ἐνταῦθα ᾖα* post *ἐπὶ δὲ τὸ — εὐεργετεῖν* illatum pro vulgari *ἐπὶ τοῦτο ᾖα.* Nam pronomen ita inferri constat. Vereor tamen, ne frustra locum tentaverint critici, ut ne Hermanno quidem suffragemur, verba *ἐνταῦθα ᾖα* eiicienda esse existimanti.

οὕτω κατα τὸν αὐτὸν τρόπον] Etiam haec *ἐκ παραλλήλου* posita sunt. Similia collegit Astius ad Legg. p. 24.

D. *ἀνδρὶ πένητι εὐεργέτῃ*] Cognomine *εὐεργέτου* ornabantur ii, qui bene meriti essent de civitate. Dorvillius ad Chariton. p. 317. ed. Lips. „Viri principes, immo reges, reipublicae Atheniensis *εὐεργέτας τοῦ δήμου γραφῆναι* ceu eximium decus adfectaverunt. Xenoph. de redit. 923. Lysias 20. p. 365. Suidas in *στήλῃ*. Antiqua monumenta affluunt exemplis. v

εὐεργέτῃ, δεομένῳ ἄγειν σχολὴν ἐπὶ τῇ ὑμετέρᾳ παρακελεύσει; οὐκ ἔσθ' ὅ τι μᾶλλον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πρέπει οὕτως, ὡς τὸν τοιοῦτον ἄνδρα ἐν πρυτανείῳ σιτεῖσθαι, πολύ γε μᾶλλον ἢ εἴ τις ὑμῶν ἵππῳ ἢ ξυνωρίδι ἢ ζεύγει νενίκηκεν Ὀλυμπιάσιν. ὁ μὲν γὰρ ὑμᾶς ποιεῖ εὐδαίμονας δοκεῖν εἶναι, ἐγὼ δὲ
E εἶναι· καὶ ὁ μὲν τροφῆς οὐδὲν δεῖται, ἐγὼ δὲ δέομαι. εἰ οὖν δεῖ με κατὰ τὸ δίκαιον τῆς ἀξίας τιμᾶσθαι,
73 τούτου τιμῶμαι, ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως.

Cap. XXVII. Ἴσως οὖν ὑμῖν καὶ ταυτὶ λέγων παραπλησίως δοκῶ λέγειν ὥςπερ περὶ τοῦ οἴκτου καὶ

E. *τιμῶμαι, ἐν πρυτ. σιτήσεως*] V. *τιμῶμαι, τῆς ἐν πρ. σιτήσεως*. Articulum om. Bodl. Vat. Coisl. Ven. Δa. b. Ang. Par. CEH. Vind 1. 2. 4. 5. 6. Flor. a. b. c. d. g. h. Zitt. Mox vett. editt. rursus *ἀπανθαδιαζόμενος*, quod e multis mutatum codd. est.
P. 37. A. *ὦ ἄνδρες Ἀθην.*] *ἄνδρες* om. Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 6. Flor. g. h. conf. ad p. 32. B.

Gisbert. Cuperum ad Marmor. Antiq. post Homeri Apotheosin p. 284." Cupero addas Meierum Comment. De proxenia, Halis, 1843. 4. p. 10. et p. 15. qui copias ex Inscriptionibus nuper publicatis hanc in rem plurimas collegit.

μᾶλλον πρέπει οὕτως, ὡς —] Dicendum fuit aut *ὅ τι μᾶλλον πρέπει ἢ τὸν τ. ἄ. κ. τ. λ.* aut *ὅ τι πρέπει οὕτως, ὡς τὸν τ. κ. τ. λ.* Sed utraque structura coniuncta dixit *μᾶλλον οὕτως ὡς*, liberiore orationis conformatione, quali Graeci saepissime utuntur. Sic supra legitur p. 30. B: *μήτε σωμάτων ἐπιμελεῖσθαι μήτε χρημάτων πρότερον οὕτω σφόδρα, ὡς τῆς ψυχῆς.* Alium locum comparavit Forsterus, De republ. VII. p. 526. C: *καὶ μήν, ὡς ἐγῷμαι, ἅ γε μείζω πόνον παρέχει μανθάνοντι καὶ μελετῶντι, οὐκ ἂν ῥᾳδίως οὐδὲ πολλὰ ἂν εὕροις, ὡς τοῦτο.* Duo praeterea exempla huius structurae attulit Heusdius Specim. crit. p. 12. Min. p. 318. E: *οὐ γὰρ ἔσθ' ὅ τι τούτου ἀσεβέστερόν ἐστιν, οὐδ' οὕτω χρὴ μᾶλλον εὐλαβεῖσθαι, πλὴν εἰς θεοὺς [καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ ἐξαμαρτάνειν.* Eryx. p. 392. C: *ὑπὸ δὲ τῶν σμικρῶν τούτων ἂν μᾶλλον ὀργίζοιντο οὕτως, ὡς ἂν μάλιστα χαλεπώτατοι εἴησαν.*

ἐν πρυτανείῳ σιτεῖσθαι] „Prytaneum erat locus in arce, ubi et Solonis leges asservabantur: v. Pausan. I. 18.: et civibus de republica optime meritis victus quotidianus praebebatur publice: h. e. *σιτεῖσθαι*: qui quidem honos apud Graecos maximus habebatur. v. Cic. Orat. I. 54. Demosth. de falsa leg. p. 231. Aeschin. de f. leg. p. 267. T. II. Tayl. Pollux. IX. 40. Gruter. Inscriptt. p. 460. I. et Schol. Aristoph. ad Equitt. p. 199. Bas." Fischerus. Idem recte docuit *ἵππον* h. l. intelligi *κέλητα*, equum singularem, qui ab

τῆς ἀντιβολήσεως, ἀπαυθαδιζόμενος· τὸ δὲ οὐκ ἔστιν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοιοῦτον, ἀλλὰ τοιόνδε μᾶλλον. πέπεισμαι ἐγὼ ἑκὼν εἶναι μηδένα ἀδικεῖν ἀνθρώπων, ἀλλὰ ὑμᾶς τοῦτο οὐ πείθω· ὀλίγον γὰρ χρόνον ἀλλήλοις διειλέγμεθα· ἐπεί, ὡς ἐγᾦμαι, εἰ ἦν ὑμῖν νόμος, ὥςπερ καὶ ἄλλοις ἀνθρώποις, περὶ θανάτου μὴ μίαν ἡμέραν μόνον κρίνειν, ἀλλὰ πολλάς, ἐπείσθητε B ἄν· νῦν δ᾽ οὐ ῥᾴδιον ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ μεγάλας διαβολὰς ἀπολύεσθαι. πεπεισμένος δὴ ἐγὼ μηδένα ἀδικεῖν πολλοῦ δέω ἐμαυτόν γε ἀδικήσειν καὶ κατ᾽ ἐμαυτοῦ ἐρεῖν αὐτός, ὡς ἄξιός εἰμί του κακοῦ, καὶ τιμή-

ὥςπερ καὶ ἄλλοις] V. *ὅςπερ,* invitis codd. omnibus.
μίαν ἡμέραν μόνον] V. *μίαν μόνον ἡμέρ.* quod e Bodl. Vat. a. b. Vindobb. et Florentinis, aliisque plurimis mutatum. Bekkerus e Par. DS. dedit *μίαν ἡμέραν μόνην.*
B. *πεπεισμένος δὴ ἐγώ*] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. Vulgo *πεπεισμένος δ᾽ ἐγώ.*
ἄξιός εἰμί του κακοῦ] Libri *τοῦ κ.* v. ann.

uno sessore regatur, v. Scheffer. de re vehic. I. 8. p. 85 sq. *Ξυνωρὶς* autem sunt bigae, et *ζεῦγος* trigae et quadrigae. v. Suidas, Hesychius, Phavorinus s. h. vv. Ceterum de prytaneis veteris Graeciae v. Hermann. Antiquitatt. Publ. §. 5. et §. 36. Müller. Doriens. II. 134 sqq. — Pro v. *νενίκηκεν Ὀλυμπιάσι* fere dicitur *νενίκηκεν Ὀλύμπια.* Sed eodem modo Isocrat. de Big. p. 351. C. et p. 357. B: *Ὀλυμπιάσιν ἐνίκησεν.*

ὁ μὲν γὰρ ὑμᾶς — δοκεῖν εἶναι] Opponuntur inter se *δοκεῖν εἶναι* et *εἶναι,* i. e. *ὄντως εἶναι.* Itaque non videmus caussam idoneam, cur quis cum Hermanno *εἶναι* post *δοκεῖν* tollendum censeat.

Cap. XXVII. P. 37. *ὥςπερ περὶ τοῦ οἴκτου καὶ τῆς ἀντιβολήσεως*] Respicit ad c. XXIII., ubi dicebat nolle se aliorum reorum exemplum sequi, qui iudicibus moverent misericordiam (*οἶκτον*), nec commissurum esse, ut iudices supplex rogaret, in qua re cernitur *ἀντιβόλησις* s. *ἀντιβολία.* Nam ut *ἀντιβολεῖν* idem valet quod *ἱκετεύειν,* ita *ἀντιβόλησις* idem est quod *ἱκετεία.* v. Thom. Mag. p. 75. De *τὸ δὲ* v. ad p. 23. A.

ἑκὼν εἶναι] h. e. quantum quidem a mea pendebat voluntate. Non idem est, quod simplex *ἑκών.* v. Herm. ad Viger. p. 880. et Opuscul. I. p. 227 sq. Matthiae Gr. §. 545. Rost. Gr. c. 122. p. 653 ed. 7. coll. Lobeck. ad Phrynich. p. 273 sq., qui docet Atticos hac formula potissimum in enuntiationibus negantibus usos esse.

ἀλλήλοις διειλέγμεθα] Videlicet in prima parte libelli.

ὥςπερ καὶ ἄλλοις ἀνθρώποις] ut Lacedaemoniis, de quibus v. Thucyd. I. 132, 9. Plutarch. Ages. 32. Apophth. Lacon. p. 217. A. B. ubi plura Wyttenbach.

B. *ἄξιός εἰμί του κα-*

σεσθαι τοιούτου τινὸς ἐμαυτῷ. τί δείσας; ἢ μὴ πάθω τοῦτο, οὗ Μέλητός μοι τιμᾶται, ὅ φημι οὐκ εἰδέναι οὔτ' εἰ ἀγαθὸν οὔτ' εἰ κακόν ἐστιν; ἀντὶ τούτου δὴ ἕλωμαι ὧν εὖ οἶδ' ὅτι κακῶν ὄντων, τού-
C του τιμησάμενος; πότερον δεσμοῦ; καὶ τί με δεῖ ζῆν ἐν δεσμωτηρίῳ, δουλεύοντα τῇ ἀεὶ καθισταμένῃ ἀρχῇ, τοῖς ἕνδεκα; ἀλλὰ χρημάτων, καὶ δεδέσθαι ἕως ἂν ἐκτίσω; ἀλλὰ ταὐτόν μοί ἐστιν, ὅπερ νῦν δὴ ἔλεγον· οὐ γάρ ἔστι μοι χρήματα, ὁπόθεν ἐκτίσω. Ἀλλὰ

τί δείσας; ἢ μὴ π.] Libri τί δείσας, ἢ μὴ πάθω v. ann.
ἕλωμαι ὧν εὖ οἶδ' ὅτι] V. ἕλωμαί τι ὧν κτλ. Sed τι Bodl. Vat. Ven a. b., sex Vindobb., Flor. a. b. c. d. e. g. i. Par. BCDHS. Ang. Zitt. omittunt, et videtur sane grammaticorum in-

κοῦ] Ita post Koehlerum, Heindorfium et Bekkerum correximus vulg. ἄξ. εἰμι του κακοῦ. Quam correctionem necessariam esse evincunt etiam verba cap. XXVIII: οὐκ εἰθισμαι ἐμαυτὸν ἀξιοῦν κακοῦ οὐδενός. Pronomen indefinitum τις interdum substantivo suo anteponi non est quod dubites. Theocrit. Idyll. I. 32: ἔντοσθεν δὲ γυνά, τὶ θεῶν δαίδαλμα, τέτυκται, ubi v. Meinekius.

τί δείσας; ἢ μὴ πάθω —] Sententiae ratio exigebat, ut cum Stephano interrogandi notam poneremus et pro ἢ cum Heindorfio scriberemus ἤ. Quid metuens? sc. hoc faciam, ut mihi ipse poenam constituam. Num forte, ne illud mihi accidat etc.? Vulgatum, etamsi sic interpreteris: τί ἄλλο δείσας ἢ μὴ πάθω, tamen ferri non potest: certe quidem non illud ἦθος habet, quod haec oratio requirit.

οὗ Μέλητός μοι τιμᾶται] Notanda constructio verbi τιμᾶσθαι cum casu tertio personae, ut cap. XXVI. et cap. XXVIII. ubi de iudicibus: τοσούτου βούλεσθέ με τιμῆσαι. Nimirum activum semper de iudicibus dicitur, medium de actore et reo: quod tenendum est infra p. 37. C.

ἕλωμαι ὧν εὖ οἶδ' ὅτι κακῶν ὄντων] Aut dicendum fuit ἕλωμαί τι τούτων ἃ εὖ οἶδα ὅτι κακά ἐστιν, aut ἕλωμαι τι τῶν, εὖ οἶδα, κακῶν ὄντων. Utramque structuram hic in unam conflatam videmus. Similiter Gorg. p. 481. D: αἰσθάνομαι οὖν σου ἑκάστοτε καίπερ ὄντος δεινοῦ, ὅτι, ὁπόσ' ἂν φῇ σου τὰ παιδικὰ καὶ ὅπως ἂν φῇ ἔχειν, οὐ δυναμένου ἀντιλέγειν, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω μεταβαλλομένου, ubi v. Heindorf. Ceterum cum codd. plurimis iisdemque optimis delevi quod vulgo post ἕλωμαι insertum legebatur pronomen τι, quod grammatico alicui deberi videtur, qui genitivi partitivi rationem explicare vellet.

C. τοῖς ἕνδεκα;] Undecimviri erant magistratus, quibus solebant tradi ad supplicium qui publice damnati essent. De munere et potestate eorum nuper copiose disputavit praeter Sluiter. Lectt. Andocid. p. 256 sqq. Ulricus ad calcem Dialogor. Plat. Menon. Criton. Alcibiad. I. et II. Germ. Fuerunt autem qui haec verba pro glossemate haberent prorsus importuno eaque delenda iudicarent: quam sententiam nuper amplexi sunt Heindorfius, Schleier-

δὴ φυγῆς τιμήσομαι; ἴσως γὰρ ἄν μοι τούτου τιμήσαιτε. πολλὴ μέντ' ἄν με φιλοψυχία ἔχοι, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, εἰ οὕτως ἀλόγιστός εἰμι, ὥςτε μὴ δύνασθαι λογίζεσθαι, ὅτι ὑμεῖς μὲν ὄντες πολῖταί μου οὐχ οἷοί τε ἐγένεσθε ἐνεγκεῖν τὰς ἐμὰς διατριβὰς D καὶ τοὺς λόγους, ἀλλ' ὑμῖν βαρύτεραι γεγόνασι καὶ ἐπιφθονώτεραι, ὥςτε ζητεῖτε αὐτῶν νυνὶ ἀπαλλαγῆναι, ἄλλοι δὲ ἄρα αὐτὰς οἴσουσι ῥᾳδίως. πολλοῦ γε δεῖ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι. καλὸς οὖν ἄν μοι ὁ βίος

ventum esse. Tenuit tamen Bekkerus.

C. ὅπερ νῦν δὴ ἔλεγον] V. δὴ νῦν, invitis codd. et praeter rectam rationem. Deinde Bodl. φ. τιμήσωμαι, quod Turicenses ediderunt. conf. p. 36. B.

macherus, Bekkerus, alii. Mihi non male retineri videntur, quum gravius significent molestam et invisam talis vitae conditionem. Accedit, quod Plato talia additamenta non aspernatur, ut ostendimus ad p. 23. E. De ἀεί, i. e. ἑκάστοτε, v. ad p. 25. C. et Reip. II. p. 360. A. Quippe undecimviri annuum magistratum gerebant.

καὶ δεδέσθαι, ἕως ἄν ἐκτίσω;] Δεδέσθαι, in vinculis publicis esse. Ceterum vel ex hoc loco intelligimus, saepe ita factum esse, ut qui pecunia multati essent, non prius e custodia emitterentur, quam pecuniam solvissent. Demosth. c. Timocr. p. 721. 1: ἐὰν ἀργυρίου τιμηθῇ, δεδέσθαι, ἕως ἄν ἐκτίσῃ. Adv. Mid. p. 529. 26., quos locos iam Forsterus laudavit. v. interprett. ad Nep. Miltiad. 7. et Cimon. 1. Meier. et Schoemann. p. 743 sqq.

εἰ οὕτως ἀλόγιστός εἰμι] De hoc indicativi usu v. ad cap. XII. extr. — Mox ζητεῖν est velle, cupere; v. Heusdii Specim. crit. p. 104 sq.

D. ἄλλοι δὲ ἄρα] alii vero scilicet patientur; h. e. non est consentaneum, ipsos hoc facturos esse. De his iam monui aliquid ad cap. XXIII. C.

Ceterum haec verba non amplius pendent e praecedenti ὅτι, sed addita sunt, quasi denuo ordiatur oratio. Sententia haec est: valde cupiditas vivendi mentem mihi occoecaverit, si non possim intelligere, quum vos, licet cives mei, meam consuetudinem ferre non potueritis, nec futurum esse, ut exteri eam facile ferant. Itaque non est, cur quis cum J. Jac. Hottingero voculam μὴ ante δύνασθαι delendam arbitretur. Nam verba: ἄλλοι δὲ ἄρα — ῥᾳδίως, ironice accipienda esse liquet.

καλὸς οὖν ἄν μοι ὁ βίος εἴη — ζῆν] Haec ironice intelligenda esse nemo non sentiet. De proximis, ἐξέρχεσθαι, non φεύγειν, dici, qui in exsilium eant, scita est Fischeri observatio, qui laudat Meursium Them. Attic. I. 16. Eodem modo statim post p. 37. E. et Criton. p. 45 B. 54. C. al. — ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλιν πόλεως ἀμείβεσθαι est aliam cum alia civitate permutare, ex alia in aliam civitatem migrare. Accus. πόλιν, vulgo omissum, non dubitavimus cum Bekkero ex uno codice revocare. Sic Tim. p. 34. B: καὶ ὅλον καὶ τέλεον ἐκ τελέων καὶ ὅλων σωμάτων σῶμα ἐποίησεν.

εἴη ἐξελθόντι τηλικῷδε ἀνθρώπῳ ἄλλην ἐξ ἄλλης πόλιν πόλεως ἀμειβομένῳ καὶ ἐξελαυνομένῳ ζῆν. εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι, ὅποι ἂν ἔλθω, λέγοντος ἐμοῦ ἀκροάσονται οἱ νέοι ὥςπερ ἐνθάδε. κἂν μὲν τούτους ἀπελαύνω, οὗτοι ἐμὲ αὐτοὶ ἐξελῶσι, πείθοντες τοὺς πρεσ-
E βυτέρους· ἐὰν δὲ μὴ ἀπελαύνω, οἱ τούτων πατέρες τε καὶ οἰκεῖοι δι' αὐτοὺς τούτους.

Cap. XXVIII. Ἴσως οὖν ἄν τις εἴποι, Σιγῶν δὲ καὶ ἡσυχίαν ἄγων, ὦ Σώκρατες, οὐχ οἷός τ' ἔσει ἡμῖν ἐξελθὼν ζῆν; Τουτὶ δή ἐστι πάντων χαλεπώτατον πεῖσαί τινας ὑμῶν. ἐάν τε γὰρ λέγω, ὅτι τῷ θεῷ ἀπειθεῖν τοῦτ' ἐστὶ καὶ διὰ τοῦτ' ἀδύνατον ἡσυχίαν

D. *ἐξ ἄλλης πόλιν πόλεως*] *πόλιν* cum Bekkero ex uno g. inserui.
ὅποι ἂν ἔλθω] V. *ὅπῃ*, praeter fidem et auctoritatem plurimorum codicum.
E. *Σιγῶν δὲ*] V. *τε*, quod e Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. Par. DS. correctum. Pro *Ἴσως οὖν ἄν τις εἴποι* Hirschig. arbitrio suo *ἴσως ἂν οὖν εἴποι τις*, ut quod aurium scilicet suarum sensus flagitet!
P. 38. *ἐάν τ' αὖ λέγω*] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 6.

Alia id genus congessimus ad Tim. p. 33. A. et Menexen. p. 239. C. unde etiam *πόλεως* munietur nuper temere in fraudis suspicionem vocatum. De implexo verborum ordine conf. etiam ad Politic. p. 277. B. Euthyphron. p. 4. C. Menex. p. 299. D. Legg. VII. p. 824. A. Dein infinitivus *ζῆν* per epexegesin additus est praecedentibus verbis *καλὸς—ὁ βίος εἴη*, quod genus loquendi licet primo adspectu alicui mirum accidat, tamen re diligentius considerata nihil offensionis habet; nam *καλὸς ἄν μοι βίος εἴη*, si sensum formulae spectamus, nihil fere aliud significat quam *καλὸν ἄν μοι εἴη*, ut infinitivus ex illa lege dicendi positus sit, de qua exposuit Matthiae Gr. Gr. §. 535. b. Sic Plat. Men. p. 247. B: *εἶναι τιμὰς γονέων — καλὸς θησαυρός*. Eurip. Med. v. 145: *τί δέ μοι ζῆν ἔτι κέρδος*, h. e. *τί μοι ὠφέλιμον*. Itaque iungas verba hunc in modum: *καλὸς οὖν ἄν μοι ὁ βίος εἴη ζῆν ἐξελθόντι κτλ.* Atque haec si vera est interpretatio, vix monere attinet, quid existimandum sit de Hirschigii audacia, qui edere non dubitavit ex coniectura sua: *ἀμειβομένῳ καὶ ἐλαυμένῳ γῆν πρὸ γῆς* (indem ich aus einem Lande in das andere gejagt würde). Nam etsi locutio ipsa, quam invexit, proba est, qua usi sunt Lucian. Alex. 46. Aeschyl. Prom. 683. coll. Aristoph. Acharn. 235., tamen mutationem verborum Platonis minime esse necessariam sponte intelligitur. Nec vero *ἐξελαυνομένῳ* quidquam offensionis habet, ad quod patet ex antecedentibus repetendum esse *ἐξ ἄλλης καὶ ἄλλης πόλεως*. Denique *τηλικῷδε ἀνθρώπῳ* dictum

ἄγειν, οὐ πείσεσθέ μοι ὡς εἰρωνευομένῳ· ἐάν τ' αὖ 38
λέγω, ὅτι καὶ τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ὂν ἀνθρώπῳ
τοῦτο, ἑκάστης ἡμέρας περὶ ἀρετῆς τοὺς λόγους ποιεῖσθαι καὶ τῶν ἄλλων, περὶ ὧν ὑμεῖς ἐμοῦ ἀκούετε διαλεγομένου καὶ ἐμαυτὸν καὶ ἄλλους ἐξετάζοντος, ὁ δὲ ἀνεξέταστος βίος οὐ βιωτὸς ἀνθρώπῳ, ταῦτα δ' ἔτι ἧττον πείσεσθέ μοι λέγοντι. τὰ δὲ ἔχει μὲν οὕτως, ὡς ἐγώ φημι, ὦ ἄνδρες, πείθειν δὲ οὐ ῥᾴδιον. Καὶ ἐγὼ ἅμ' οὐκ εἴθισμαι ἐμαυτὸν ἀξιοῦν κακοῦ οὐ-
δενός. εἰ μὲν γὰρ ἦν μοι χρήματα, ἐτιμησάμην ἂν B
χρημάτων ὅσα ἔμελλον ἐκτίσειν. οὐδὲν γὰρ ἂν ἐβλάβην· νῦν δέ — οὐ γὰρ ἔστιν, εἰ μὴ ἄρα ὅσον ἂν

Flor. d. g. h. Par. DST. Vulgo erat ἐάν τ' αὖθις. Multi codd. cum Bas. 2. exhibent ἐὰν ταῦτα λ.

μέγιστον ἀγαθὸν ὄν] Additum nuper ὄν e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST.

ἐμοῦ ἀκούετε] V. ἠκούετε, quod e Bodl. et plurimis reliquis mutatum.

οὐ ῥάδιον] V. ῥάδια. Mutavimus e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h. Par. DST.

ut τηλικόνδε ἄνδρα Euthyd. 293. B.

κἂν μὲν τ. ἀπελαύνω] Videlicet dum eos meis sermonibus interesse non sino. — De futuro Attico ἐξελῶσι v. Buttm. §. 86. p. 143. coll. Gramm. ampl. §. 95 9. Rost. §. 64. p. 168. 6. ed. 7.

Cap. XXVIII. P. 38. τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ὄν] Participium ὄν ex optimis codd. restitutum est. Quamquam etiam absolute poni verbum τυγχάνειν post Erfurdtium demonstravit Lobeckius ad Phrynich. p. 277.

ὁ δὲ ἀνεξέταστος — ἀνθρώπῳ] Pendent haec quoque ex praec. ὅτι, neque παρενθέτως interiecta sunt, quod putabat Fr. A. Wolfius. — De particula δὲ in verbis: ταῦτα δ' ἔτι ἧττον πείσεσθε, quae apodosin continent, cum vi quadam illata v. Hermann. ad Viger. p. 784 et 485. Matthiae Gr. Gr. §. 616. 3. et quae ad Legg. IV. p. 720. D. et Lachet. p. 184. D. collegimus. — De formula βίος βιωτός, vita vitalis, dicemus ad Criton. sect. VIII.

B. νῦν δέ—οὐ γαρ ἔστιν] Post νῦν δὲ intell. οὐ δύναμαί μοι τιμήσασθαι χρημάτων. Loquendi genus copiosius illustravi ad Euthyphron. p. 72 sq. ed. Lips. Lachet. p. 184. D. Fuerunt autem qui coniuncte scribendum arbitrarentur: νῦν δὲ οὐ γάρ ἐστι, quoniam Graeci pro ea, qua excelluerunt, cogitandi alacritate etiam in hac formula duo membra orationis in unum coniunxisse viderentur. Non repugnarem, si verum esset quod

ἐγὼ δυναίμην ἐκτῖσαι τοσούτου βούλεσθέ μοι τιμῆσαι. ἴσως δ' ἂν δυναίμην ἐκτῖσαι ὑμῖν μνᾶν ἀργυρίου· τοσούτου οὖν τιμῶμαι. Πλάτων δὲ ὅδε, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, καὶ Κρίτων καὶ Κριτόβουλος καὶ Ἀπολλόδωρος κελεύουσί με τριάκοντα μνῶν τιμήσασθαι, αὐτοὶ δ' ἐγγυᾶσθαι· τιμῶμαι οὖν τοσούτου· ἐγγυηταὶ δ' ὑμῖν ἔσονται τοῦ ἀργυρίου οὗτοι ἀξιόχρεῳ.

C Cap. XXIX. Οὐ πολλοῦ γ' ἕνεκα χρόνου, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὄνομα ἕξετε καὶ αἰτίαν ὑπὸ τῶν βου-

C. ἀπεκτόνατε] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. c. d. g. h. Par. D. Vulgo erat ἀπεκτονήκατε, de qua forma v. Bast. Epist. Crit. p. 242. ed. Lips.

εἰ οὖν περιεμ.] V. γοῦν, quod e Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. D.S.T. emendavi. Servavit tamen Bekker.

scripsit Fritschius, vir amicissimus, Quaestion. Lucian. p. 64., multos esse locos, qui neque aposiopesin neque alias huiusmodi artes in se recipiant. Nunc vero, quum haec formula ubique πάθος quoddam habeat, quod nemo non videt mirum quantum illi rationi adversari, et quum ne unum quidem locum investigare potuerim, qui aposiopesin non facillime admittat, eam quam olim proposui, huius formulae explicationem etiamnum tueri licebit. Huc accedit, quod post νῦν δὲ haud raro plena infertur sententia, quam altera deinde illato γὰρ subsequitur. Verum ut tollenda sit omnis post νῦν δὲ interpunctio, tamen originem dictionis eo, quo diximus, modo explicari oportere, concedendum erit. De re ipsa v. Diog. Laërt. II. 41. Dissentit Xenoph. Apol. §. 23. De qua discrepantia ad h. l. exposuerunt Forsterus et Fischerus. conf. etiam Boeckh. Oecon. Att. I. p. 411. ed. I.

αὐτοὶ δ' ἐγγυᾶσθαι] Intell. φασί, quod continetur praecedenti verbo κελεύουσι. Quam loquendi formam testante Fischero illustrarunt Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 492. Valckenar. ad Herodot. VII. 104. IX. 9. alii. — Etymol. M. Ἐγγυητής· ὁ ἀναδεχόμενος δίκην. De v. ἀξιόχρεως v. supra c. V.

Cap. XXIX. C. Οὐ πολλοῦ γ' ἕνεκα χρ.] Quae dehinc sequuntur, ea Plato Socratem locutum facit, quum iudices eum secundis sententiis damnassent. Quod quidem teste Diog. Laërt. II. 42. ita factum est, ut, quia Socrates superioris orationis vi et libertate animos iudicum magnopere offenderat, nunc octoginta iudices ad eorum partes accesserint, qui ipsum condemnavissent. Quocirca si vera sunt, quae ad p. 36. A. exposuimus, Socrates denique a iudicibus 360 condemnatus est, 140 suffragiis pro ipso latis. Ceterum etiam in hac parte orationis cernitur admirabilis quaedam dicentis libertas, constantia et magnitudo animi, ut Cicero verissime iudicaverit Socratem ita dixisse, ut non supplex aut reus, sed magister aut dominus vide-

λομένων τὴν πόλιν λοιδορεῖν, ὡς Σωκράτη ἀπεκτόνατε, ἄνδρα σοφόν· φήσουσι γὰρ δή με σοφὸν εἶναι, εἰ καὶ μή εἰμι, οἱ βουλόμενοι ὑμῖν ὀνειδίζειν. εἰ οὖν περιεμείνατε ὀλίγον χρόνον, ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου ἂν ὑμῖν τοῦτο ἐγένετο· ὁρᾶτε γὰρ δὴ τὴν ἡλικίαν, ὅτι πόῤῥω ἤδη ἐστὶ τοῦ βίου, θανάτου δὲ ἐγγύς. λέγω δὲ τοῦτο οὐ πρὸς πάντας ὑμᾶς, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἐμοῦ καταψηφισαμένους θάνατον. λέγω δὲ καὶ τόδε D πρὸς τοὺς αὐτοὺς τούτους. Ἴσως με οἴεσθε, ὦ ἄνδρες, ἀπορίᾳ λόγων ἑαλωκέναι τοιούτων, οἷς ἂν ὑμᾶς

ὑμῖν τοῦτο ἐγένετο] Vulgo additum legitur *ἐμὲ τεθνάναι δή*, quod glossema recte om. Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Par. DST. et Florentini.

τὴν ἡλικίαν] V. pessime *ὁρᾶτε γὰρ δὴ εἰς τὴν ἡλικίαν*, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. h. Par. DST. correctum.

retur esse iudicum. — Verba *οὐ πολλοῦ γ' ἕνεκα χρόνου* Steph. in marg. vertit: propter non longum temporis spatium, quod videlicet vitae meae superest, ut recte Fischerus explicat. Pervenerat enim Socrates iam ad extremam fere senectutem, siquidem iam septuaginta duos annos natus erat, ut ei parvum adhuc vitae spatium superesset. — *Ὄνομα ἔχειν* proprie, bono sensu, laudari, celebrari: sed h. l. reprehendi, male audire. — *Αἰτίαν ἔχειν* proprie est accusari, reum esse: deinde vituperari, reprehendi, ut h. l. Saepissime tamen etiam dicitur pro laudari, dici, bono sensu. v. Casaubon. ad Athen. IX. 2. Quoniam autem formula *ὄνομα καὶ αἰτίαν ἔχειν* habet significationem passivam, propterea cum praepositione *ὑπό* construitur. Thucyd. VI. 46. in. *πολλὴν τὴν αἰτίαν εἶχον ὑπὸ τῶν στρατιωτῶν.* De *ἀπεκτόνατε*, morte condemnavistis, v. ann. ad p. 29. B.

ὑμῖν τοῦτο ἐγένετο] Videlicet *ἐμὲ τεθνάναι δή*, quod additamentum ex glossemate in textum irrepsisse codicum testimonia evincunt. Heindorfius retineri quidem voluit: sed ita ut scriberetur: *τὸ ἐμὲ τεθνάναι δή*, in quo virum doctissimum fefellit opinio, ut videre licet ex iis, quae docuit Matthiae §. 468. b. — *ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου*, sponte, etiamsi me non damnassetis morte.

πόῤῥω ἤδη ἐστὶ τοῦ βίου] h. e. aetatem meam eo provectam esse, ut non longum reliquum sit vitae spatium. Similiter Plut. Vit. Demosth. p. 846. E. *ὀψέ ποτε καὶ πόῤῥω τῆς ἡλικίας ἠψάμεθα Ῥωμαϊκοῖς γράμμασιν ἐντυγχάνειν*, quem locum praeter alios laudavit Iacobsius. Gorg. 484. C. *ἐὰν πόῤῥω τῆς ἡλικίας φιλοσοφῇ.*

D. *οἷς ἂν ὑμᾶς ἔπεισα*] h. e. quibus vobis persuasurus fuissem. — *ἀπορίᾳ λόγων*, inopia verborum, vel, ut Cicero Orat. I. 54. vocat, inscientia dicendi. Ceterum Cicero l. c. contrarium affirmat. Formula *πάντα* vel *πᾶν*

ἔπεισα, εἰ ᾤμην δεῖν ἅπαντα ποιεῖν καὶ λέγειν, ὥστε ἀποφυγεῖν τὴν δίκην. πολλοῦ γε δεῖ. ἀλλ' ἀπορίᾳ μὲν ἑάλωκα, οὐ μέντοι λόγων, ἀλλὰ τόλμης καὶ ἀναισχυντίας καὶ τοῦ ἐθέλειν λέγειν πρὸς ὑμᾶς τοιαῦτα, οἷ' ἂν ὑμῖν μὲν ἥδιστ' ἦν ἀκούειν, θρηνοῦντός τέ μου καὶ ὀδυρομένου καὶ ἄλλα ποιοῦντος καὶ λέγοντος
E πολλὰ καὶ ἀνάξια ἐμοῦ, ὡς ἐγώ φημι· οἷα δὴ καὶ εἴθισθε ὑμεῖς τῶν ἄλλων ἀκούειν. ἀλλ' οὔτε τότε ᾠήθην δεῖν ἕνεκα τοῦ κινδύνου πρᾶξαι οὐδὲν ἀνελεύθερον, οὔτε νῦν μοι μεταμέλει οὕτως ἀπολογησαμένῳ, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον αἱροῦμαι ὧδε ἀπολογησάμενος τεθνάναι ἢ ἐκείνως ζῆν· οὔτε γὰρ ἐν δίκῃ

D. *καὶ τοῦ ἐθέλειν λ.*] V. *καὶ τοῦ μὴ ἐθ. λ.* quod retinuit Bekk. Omittunt *μὴ* Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. Unde optimorum librorum auctoritate *μὴ* eieci. Nam per se vocula defendi potest, si interpreteris: inopia in eo posita; quod nolo dicere.

ὑμῖν μὲν ἥδιστ' ἦν] *μὲν* om. Bodl. Par. DST. Flor. g. Eiecerunt Turicenses. sed v. explic.

θρηνοῦντός τέ μου] V. *θρηνοῦντός μου.* quod ex optimis omnibus mutatum. Bekkerus scripsit *τ' ἐμοῦ.*

P. 39. *ἀποθανεῖν ῥᾷον ἄν τις ἐκφύγοι*] Deest *ῥᾷον* in

ποιεῖν est: omnia experiri; nihil intentatum relinquere; v. ad Euthyphr. p. 8. C. ubi item est: *πάντα ποιοῦσι καὶ λέγουσιν.* Construitur formula cum *ὥστε* etiam Phaedon. p. 114. D. Xenoph. Hell. VI. 1, 4. al. Alibi *ὡς* vel *ὅπως* subiicitur, ut mox p. 39. A. vel etiam additur participium, ut Euthyphr. p. 8. C. ubi subiungitur: *φεύγοντες τὴν δίκην.* Mox post *ὑμῖν μέν* int. *ἀνάξια δ' ἐμοῦ,* quod aliter enuntiatur.

E. *τεθνάναι ἢ ἐκείνως ζῆν*] Ad *ἐκείνως* intell. *ἀπολογησάμενος.* De usu verbi *τεθνάναι* v. ad cap. XVII. p. 30. B. — Paullo ante *τότε* est priusquam me condemnastis.

P. 39. *ὅπως ἀποφεύξεται πᾶν ποιῶν θάνατον*] Misere locum innocentem vexavit nuper Hirschig., qui facta verborum transpositione audaciore scripsit et edidit: *ἀποφεύξεται θάνατον πᾶν ποιῶν καὶ λέγων,* ut scilicet hic quoque legeretur quod p. 38. D. Quasi vero *πᾶν ποιεῖν* etiam sine *λέγειν* aut non diceretur aut ad rem praesentem non satis esset.

ἐάν τις τολμᾷ] h. e. si quis hoc facere a se impetrat, si quis eo impudentiae procedit, ut —. Xenoph. Mem. II. 1, 3: *τίς ἂν εὖ φρονῶν τοῦ σοῦ θιάσου τολμήσειεν εἶναι;* Plat. Crit. sect. XV: *ἐτόλμησας οὕτω γλίσχρως ἐπιθυμεῖν ζῆν.* Phileb. p. 13. D. ibique ann.

θάνατον ἐκφυγεῖν] De infinitivo pronomini *τοῦτο* per epexegesin subiecto v. Matth. §. 468. b. — Ad *πονηρίαν,* quod sequitur, supple *ἐκφυγεῖν.*

B. *ἅτε βραδὺς ὢν καὶ πρ.*] Alludit fortasse ad Odyss. VIII. 329., ubi poëta sapientis-

*οὔτ' ἐν πολέμῳ οὔτ' ἐμὲ οὔτ' ἄλλον οὐδένα δεῖ τοῦ-
το μηχανᾶσθαι, ὅπως ἀποφεύξεται πᾶν ποιῶν θά-* 39
*νατον. καὶ γὰρ ἐν ταῖς μάχαις πολλάκις δῆλον γίγνεται, ὅτι τό γε ἀποθανεῖν ῥᾷον ἄν τις ἐκφύγοι καὶ ὅπλα ἀφεὶς καὶ ἐφ' ἱκετείαν τραπόμενος τῶν διωκόντων· καὶ ἄλλαι μηχαναὶ πολλαί εἰσιν ἐν ἑκάστοις τοῖς κινδύνοις, ὥςτε διαφεύγειν θάνατον, ἐάν τις τολμᾷ πᾶν ποιεῖν καὶ λέγειν. ἀλλὰ μὴ οὐ τοῦτ' ᾖ χαλεπόν, ὦ ἄνδρες, θάνατον ἐκφυγεῖν, ἀλλὰ πολὺ χαλεπώτερον πονηρίαν· θᾶττον γὰρ θανάτου θεῖ. καὶ
νῦν ἐγὼ μὲν ἅτε βραδὺς ὢν καὶ πρεσβύτης ὑπὸ τοῦ* B
βραδυτέρου ἑάλων, οἱ δ' ἐμοὶ κατήγοροι ἅτε δεινοὶ

Ven. b. Vind. 3. 6. Flor a. b. c. e. g. h. i. Coisl. Ang. Par. BCDEHST. Servat tamen illud Bodl., qui scriptum exhibet *ῥᾷιον*, una cnm Vat. aliisque bonis codd. Nimirum non pro comparativo, sed pro positivo accipiendum est, de quo usu v. Lobeck. ad Phryn. p. 403. Deinde loco vulg. *τραπεὶς* e Bodl. Coisl. Vat. Ven. b. Vind. 3. 4. 6. Flor. d. e. h. Par. DST. aliis, *τραπόμενος* scripsimus.

μηχαναὶ πολλαί] Sic optimi pro vulg. *πολλαὶ μηχαναί.*

B. *οἱ δ' ἐμοὶ κατήγοροι*] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. Vulgo *οἱ δέ μου κ.*

simus generalem infert sententiam: *Οὐκ ἀρετᾷ κακὰ ἔργα· κιχάνει τοι βραδὺς ὠκύν*: non fortunant vel beant mala facinora; tardusque assequitur celerem. Conferri potest etiam locus Iliad. IX. 498 sqq. de *Ἄτης* sive Noxae celeritate atque *Λιτῶν* tarditate. Quod vero *ἅτε* ante *βραδὺς ὢν* et *δεινοὶ καὶ ὀξεῖς* interponitur, sententia haec est: Quum mors tardior, improbitas autem velocior sit, nunc ita factum est, ut ego, utpote tardus et senex, a morte sim captus; adversarii autem mei, quippe qui validi sint et veloces, improbitatem nacti sint ipsos persequentem. Quippe utraque, et mors et improbitas, dicitur eum assequuta, quem pro virium ratione facilius posset consequi atque capere. Referuntur vero ad se invicem *βραδὺς καὶ πρεσβύτης* et *δεινοὶ καὶ ὀξεῖς*, ita quidem, ut per chiasmum vocabulo *πρεσβύτης* opponatur *δεινοί*, quippe quod designet iuvenilem vim atque vehementiam; ad *βραδύς* autem pertineat *ὀξεῖς*. Pro *δεινοί* quod non dixit *νέοι*, sicuti scriptum voluit vir doctus in Annal. Litter. Jenens. a. 1817. p. 153., accusatores et iudices, qui Socratem condemnaverant, certe non omnes simpliciter *νέοι* potuerunt appellari. Nec vero sine caussa Socrates eos vocat potius *δεινούς*, etiamsi de robustiore ipsorum aetate velit cogitari. Chiasmi istius exempla notavimus ad Phaedr. p. 230. A. Theaet. p. 140. E. Parmen. p. 131. A. De Rep. II. p. 370. E. VI. p. 494. E. Pol. 261. D. Sympos. p. 186. A. al. Ceterum ludit in ambiguitate verbi *ἁλῶναι*,

καὶ ὀξεῖς ὄντες ὑπὸ τοῦ θάττονος, τῆς κακίας. καὶ νῦν ἐγὼ μὲν ἄπειμι ὑφ' ὑμῶν θανάτου δίκην ὄφλων, οὗτοι δ' ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὠφληκότες μοχθηρίαν καὶ ἀδικίαν. καὶ ἔγωγε τῷ τιμήματι ἐμμένω, καὶ οὗτοι. Ταῦτα μὲν οὖν μου ἴσως οὕτω καὶ ἔδει σχεῖν, καὶ οἶμαι αὐτὰ μετρίως ἔχειν.

Cap. XXX. Τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο ἐπιθυμῶ ὑμῖν
C χρησμῳδῆσαι, ὦ καταψηφισάμενοί μου· καὶ γάρ εἰμι ἤδη ἐνταῦθα, ἐν ᾧ μάλιστ' ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν, ὅταν μέλλωσιν ἀποθανεῖσθαι. φημὶ γάρ, ὦ ἄνδρες, οἳ ἐμὲ ἀπεκτόνατε, τιμωρίαν ὑμῖν ἥξειν εὐθὺς μετὰ τὸν ἐμὸν θάνατον πολὺ χαλεπωτέραν νὴ Δί' ἢ οἵαν

καὶ νῦν ἐγὼ ἄπ.] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. d. g, h. Par. DST. Vett. editt. καὶ νῦν δὴ ἐγώ. Deinde vulgo erat ἀφ' ὑμῶν, quod e Basil. 2. et Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. c. d. g. h. Par. CD et rec. B. Ven. b. corr. mutatum.

καὶ ἔγωγε τῷ τιμήματι] Bekkerus cum Turicenss. de coniectura Heindorfii corr. καὶ ἐγώ τε τ. τ. invitis libris omnibus. Etiam Ficinus: atque ego quidem poenae acquiesco, et isti. Dein οὖν post Ταῦτα μὲν om. Bodl. Par. ADST. Ven. b. Vat. Vind. 1. 6. Flor. d.

C. ἐμὲ ἀπεκτόνατε] Sic Bodl. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. g. h. Par. DST. Prave vulgo εἴ με ἀποκτενεῖτε. Sensus est: qui me capitis condemnavistis.

ἢ οἵαν ἐμὲ ἀπεκτόνατε] V. ἀπεκτείνατε. Perfectum tempus, quod unice sententiae convenit, Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6., alii multi, suppeditarunt.

τοῦτο εἴργασθε] εἰργάσασθε Bodl. Par. DST. Vind. 1.

quod dicitur cum de eo, quem quis currendo assecutus est et cepit, tum de eo, qui caussa cecidit et condemnatus est, τῆς κακίας autem ut in altero membro adderetur, perspicuitatis rationes flagitaverunt.

θανάτου δίκην ὄφλων] h. e. morte multatus. Dictionem, satis frequentatam, exemplis illustrarunt Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 262. et Pierson. ad Moer. p. 426 sq. Ludens autem in eiusdem verbi usu addit ὑπὸ τῆς ἀληθείας ὠφληκότες μοχθηρίαν καὶ ἀδικίαν, h. e. a veritate improbitatis et iniustitiae convicti et condemnati. — τῷ τιμήματι ἐμμένω, h. e. ego paratus sum ad poenam subeundam, qualis a vobis aestimata est. Fischerus. — μετρίως ἔχειν i. q. εὖ, ὀρθῶς. Nam μέτρια dicuntur quaecunque conveniunt alicui, quae decent aliquem. v. Graevius et Heinsius ad Hesiod. Opp. et DD. v. 306. coll. annot. ad Phaedon. p. 87. D. 96. D. Crit. p. 46. C.

Cap. XXX. C. ἐν ᾧ μάλιστ' ἄνθρωποι χρησμῳδοῦσιν] Veteres credidisse animum, appropinquante morte, fieri diviniorem, atque morientes divi-

ἐμὲ ἀπεκτόνατε. νῦν γὰρ τοῦτο εἴργασθε οἰόμενοι ἀπαλλάξεσθαι τοῦ διδόναι ἔλεγχον τοῦ βίου. τὸ δὲ ὑμῖν πολὺ ἐναντίον ἀποβήσεται, ὡς ἐγώ φημι. πλείους ἔσονται ὑμᾶς οἱ ἐλέγχοντες, οὓς νῦν ἐγὼ κατεῖχον,
ὑμεῖς δὲ οὐκ ᾐσθάνεσθε· καὶ χαλεπώτεροι ἔσονται D
ὅσῳ νεώτεροί εἰσι, καὶ ὑμεῖς μᾶλλον ἀγανακτήσετε. εἰ γὰρ οἴεσθε ἀποκτείνοντες ἀνθρώπους ἐπισχήσειν τοῦ ὀνειδίζειν τινὰ ὑμῖν, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ζῆτε, οὐκ ὀρθῶς διανοεῖσθε· οὐ γάρ ἐσθ' αὕτη ἡ ἀπαλλαγὴ οὔτε πάνυ δυνατὴ οὔτε καλή, ἀλλ' ἐκείνη καὶ καλλίστη καὶ ῥᾴστη, μὴ τοὺς ἄλλους κολούειν, ἀλλ' ἑαυτὸν παρα-

4. 6. Vat. Flor. g. h. qui tamen partim *εἴργασθε* in marg. habent. Aoristus placuit Turicensibus et Herm. Post *οἰόμενοι* Herm. *μὲν* inseruit narrans in Bodl. *με* scriptum exstare. De quo nihil Gaisford. narrat.

D. *οἴεσθε ἀποκτείνοντες*] Steph. *ἀποκτείναντες*, sine codicum suffragio, ut videtur.

οὐκ ὀρθῶς διανοεῖσθε] V. *οὐ καλῶς δ.*, quod e Bodl. Coisl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. c. d. g. h. Par. BCDHST. Ang. mutare non dubitavi. Non enim vi sua et efficacia caret haec verborum eorundem repetitio. Vulgatum tenuit Bekker.

οὐ γάρ ἐσθ' αὕτη] V. *οὔτε*, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor. a, g. h. Par. DST. et rec. B. correctum.

ἑαυτὸν παρασκ.] V. *αὑτόν*, quod ex optimis codd. emendatum.

nare et augurari futura, etiam e Cicerone constat Divin. I. 30. ubi v. interpp. conf. etiam Phaedon. p. 84. E. sqq. Itaque verba: *ἐν ᾧ μάλιστ' χρησμῳδοῦσιν* explicantur per *ὅταν μ. ἀποθανεῖσθαι*, in quo nemo quisquam, nisi qui pravis argutiis intempestive delectetur, temere haerebit. Haesit tamen Hirschigius, qui haec quoque exterminavit. Pro *ἄνθρωποι* qui *ἅνθρωποι* scribendum censuit, usum loquendi ignoravit, de quo ad Protagor. p. 355. A. Remp. X. p. 603. C. 619. B.

ἢ οἵαν ἐμὲ ἀπεκτόνατε] h. e. quam qua me affecistis, quum me capitis condemnaveritis. Notandum est hoc loquendi genus, e brevitatis studio oriundum, nec vero iam corrigendum *ἢ δι' οἵαν*. — *τοῦ διδόναι ἔλεγχον τοῦ βίου*, h. e. ne vita vestra exploretur, eoque reprehendatur. Sequuntur enim verba: *πλείους γὰρ ἔσονται ὑμᾶς οἱ ἐλέγχοντες*. Dictionem *διδόναι ἔλεγχόν τινι* ad Gorg. p. 474. B. et Phaedr. p. 273. C. illustravimus.

D. *καὶ χαλεπώτεροι*] De omisso *τοσούτῳ* v. ad p. 30. A. cap. XVII. — Mox *ἀποκτείνοντες ἀνθρώπους* est eo

σκευάζειν, ὅπως ἔσται ὡς βέλτιστος. Ταῦτα μὲν οὖν ὑμῖν τοῖς καταψηφισαμένοις μαντευσάμενος ἀπαλλάττομαι.

E Cap. XXXI. Τοῖς δὲ ἀποψηφισαμένοις ἡδέως ἂν διαλεχθείην ὑπὲρ τοῦ γεγονότος τουτουῒ πράγματος, ἐν ᾧ οἱ ἄρχοντες ἀσχολίαν ἄγουσι καὶ οὔπω ἔρχομαι οἷ ἐλθόντα με δεῖ τεθνάναι. ἀλλά μοι, ὦ ἄνδρες, παραμείνατε τοσοῦτον χρόνον· οὐδὲν γὰρ κωλύει διαμυθολογῆσαι πρὸς ἀλλήλους, ἕως ἔξεστιν. ὑμῖν γὰρ
40 ὡς φίλοις οὖσιν ἐπιδεῖξαι ἐθέλω τὸ νυνί μοι ξυμβε-

P. 40. τί ποτε νοεῖ] V. τί ποτ' ἐννοεῖ, contra loquendi consuetudinem et optimorum codicum omnium auctoritatem.

quod homines interficitis. Non audiendus est Fischerus, qui rem ipsam ait postulare aoristum.

μὴ τοὺς ἄλλους κολούειν] Κολούειν proprie est amputare, mutilare: deinde impedire ne quid perficiatur, frangere impetum alicuius, cohibere alicuius vim et voluntatem, ne faciat quae facere conatur, ut h. l. Verbi usum illustravit Arnaldus Animadverss. p. 60. Lectt. p. 87. Pierson. Verisimil. p. 37 sq. et Fischerus ad h. l. Itaque ex interpretatione fluxit, quod in libris nonnullis legitur, κωλύειν. Certe Hesychius: κολούει· κωλύει.

ὅπως ἔσται ὡς β.] Sc. αὐτὸς ὁ ἑαυτὸν παρασκευάζων. Etenim refertur hoc ad τινά, quod continetur in infinitivo aliunde suspenso, v. ad p. 29. A. Sic etiam αὐτός interdum ad subiectum indefinitum, quod in infinitivo praecedenti latet, referri ostendimus ad Gorg. p. 469. C. et 520. E.

Cap. XXXI. E. ὑπὲρ τοῦ γεγ. τ. πρ.] Eleganter dicit ὑπέρ, non περί, quod nuperus editor Batavus mero arbitrio suo edidit, quoniam iis, qui ipsum absolvissent, ostensurus est, quidnam boni ex hac condemnatione sua oriturum sit. Itaque iam pro hac re disputare instituit.

ἐν ᾧ οἱ ἄρχοντες ἀσχολίαν ἄγουσι] h. e. dum undecimviri occupati sunt. Videlicet iudices tradebant undecimviris eos, qui ad supplicium damnati essent. Hos igitur oportebat ministris suis imperare, ut damnatum in carcerem abducerent et sumerent ab eo supplicium, quod constitutum esset. De ἐν ᾧ interea dum significante v. ad Remp. VI. p. 490. B. Theaet. p. 196. E. p. 190. E. — οἷ ἐλθόντα — τεθνάναι i. e. εἰς τὸ δεσμωτήριον. — Mox διαμυθολογῆσαι est confabulari, h. e. disserere, colloqui, ut Phaedon. p. 70. B. ἀλλὰ τί δὴ ποιῶμεν; ἢ περὶ αὐτῶν τούτων βούλει διαμυθολογῶμεν, εἴτε εἰκὸς οὕτως ἔχειν, εἴτε μή; Legg. I. p. 632. E. al. Vide quae de hoc verbi usu diximus ad Phaedon. p. 61. E.

P. 40. ἡ γὰρ εἰωθυῖά μοι

βηκὸς τί ποτε νοεῖ. Ἐμοὶ γάρ, ὦ ἄνδρες δικασταί — ὑμᾶς γὰρ δικαστὰς καλῶν ὀρθῶς ἂν καλοίην — θαυμάσιόν τι γέγονεν. ἡ γὰρ εἰωθυῖά μοι μαντικὴ ἡ τοῦ δαιμονίου ἐν μὲν τῷ πρόσθεν χρόνῳ παντὶ πάνυ πυκνὴ ἀεὶ ἦν καὶ πάνυ ἐπὶ σμικροῖς ἐναντιουμένη, εἴ τι μέλλοιμι μὴ ὀρθῶς πράξειν· νυνὶ δὲ ξυμβέβηκέ μοι, ἅπερ ὁρᾶτε καὶ αὐτοί, ταυτί, ἅ γε δὴ οἰηθείη ἄν τις καὶ νομίζεται ἔσχατα κακῶν εἶναι. ἐμοὶ δὲ οὔτε ἐξιόντι ἕωθεν οἴκοθεν ἠναντιώθη τὸ τοῦ θεοῦ σημεῖον, οὔτε ἡνίκα ἀνέβαινον ἐνταυθοῖ, ἐπὶ τὸ B δικαστήριον, οὔτ' ἐν τῷ λόγῳ οὐδαμοῦ μέλλοντί τι

B. *οὐδαμοῦ μέλλοντί τι ἐρεῖν*] V. *οὔτε ἐν τῷ λόγῳ οὐδενί, μέλλοντί τι ἐρεῖν.* quod e Bas. 2. Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. aliis plurimis correximus.

μαντικὴ ἡ τοῦ δαιμονίου] Non assentior Schleiermachero, qui verba *ἡ τοῦ δαιμονίου* pro glossemate habet propterea, quod Plato alibi rem ipsam *τὸ δαιμόνιον* appellare soleat: ubi autem nomine substantivo, veluti *μαντική, φωνή, σημεῖον*, idem significet, ibi *τοῦ θεοῦ* potius quam *τοῦ δαιμονίου* addere soleat. Nam etiamsi non reperiatur locus huic omni ex parte similis, tamen, quod libri omnes tuentur, satis tutum existimo: quin etiam, si deesset, magnopere desideratum iri arbitror. Obscurius enim dictum foret *ἡ εἰωθυῖά μοι μαντική*, quia dubitari posset, quamnam *μαντικὴν* intelligeret. Itaque addit *ἡ τοῦ δαιμονίου*, h. e. ea, quam daemonio illi, de quo mentionem supra inieci, debeo. Neque vero *ἡ μαντική* indicat rem ipsam, quam Socrates *δαιμόνιον* suum commemorans solebat cogitare; sed potius effectum quendam daemonii significat. — Mox advertas collocationem verborum *πάνυ ἐπὶ σμικροῖς*. Videlicet *πάνυ* habet *τόνωσιν*. Sic Euthyd. p. 305. C: *πάνυ παρὰ πολλοῖς*. Phaedon. p. 110. C: *καὶ πολὺ ἔτι ἐκ λαμπροτέρων*. Reipubl. IX. p. 509. B: *πολὺ ἐπὶ δεινοτέρῳ ὀλέθρῳ*. Euthyphr. p. 14. E: *πολὺ διὰ βραχυτέρων*. Cratyl. p. 413. C: *πολὺ ἐν πλείονι ἀπορίᾳ*. Plura dabit Bornemann. ad Xenoph. Sympos. p. 46. — *εἴ τι μέλλοιμι*, h. e. quotiescunque in eo essem, ut etc. De hac daemonii vi conf. ad p. 41. D.

ἅ γε δὴ οἰηθείη ἄν τις καὶ νομίζεται] h. e. et revera gravissima malorum existimantur. Nam ita verbum *νομίζεται* explicandum, quod fuerunt qui temere sollicitarent propter praecedens *οἰηθείη ἄν τις*. De pronomine relativo ad verba diversae constructionis referendo v. Matthiae §. 428. 2. et 474. d. Ad proxima compares Cic. De divin. I. 54. Illud tamen eius philosophi (Socratis) magnificum ac paene divinum, quod, quum impiis sententiis condemnatus esset, aequo animo se dixit mori; neque enim domo egredienti neque illud suggestum, in quo caussam dixerat, adscendenti signum sibi ullum, quod

ἐρεῖν· καίτοι ἐν ἄλλοις λόγοις πολλαχοῦ δή με ἐπέσχε λέγοντα μεταξύ. νυνὶ δὲ οὐδαμοῦ περὶ αὐτὴν τὴν πρᾶξιν οὔτ' ἐν ἔργῳ οὐδενὶ οὔτ' ἐν λόγῳ ἠναντίωταί μοι. τί οὖν αἴτιον εἶναι ὑπολαμβάνω; ἐγὼ ὑμῖν ἐρῶ· κινδυνεύει γάρ μοι τὸ ξυμβεβηκὸς τοῦτο ἀγαθὸν γεγονέναι, καὶ οὐκ ἔσθ' ὅπως ἡμεῖς ὀρθῶς ὑπολαμβά-
C νομεν, ὅσοι οἰόμεθα κακὸν εἶναι τὸ τεθνάναι. μέγα μοι τεκμήριον τούτου γέγονεν· οὐ γὰρ ἔσθ' ὅπως οὐκ

περὶ αὐτὴν την πρ.] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. quod verum esse arguit vel praegressum *ἐμοὶ δὲ οὔτε ἐξ κτλ.* Vett. editt. *περὶ ταύτην τ. πρ.*, quod retinuit Bekkerus probante Herm. Deinde loco vulg. *ἠναντιώθη* ex iisdem codd. *ἠναντίωται* restituimus.

C. *τεκμήριον τούτου*] V. *τοῦτο*, quod mutatum e Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 4. Flor. d. g. Par. DST.

μετοίκησις τῇ ψυχῇ] Sic Bodl. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Flor.

consuesset, a deo quasi mali alicuius imprudentis datum.

B. *λέγοντα μεταξύ*] h. e. eo ipso tempore, quo dicebam, inter dicendum; mitten im Reden. Theag. p. 128. E: *λέγοντος σοῦ μεταξὺ γέγονέ μοι ἡ φωνὴ ἡ τοῦ δαιμονίου.* De republ. I. p. 336. A: *καὶ διαλεγομένων ἡμῶν μεταξὺ ὥρμα ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ λόγου.* Plura dabunt Reizius ad Lucian. T. I. p. 730. Wesseling. ad Herodot. IV. p. 350. Vigerus de Idiot. p. 418 sq. Astius ad Polit. 349. cf. Rost. §. 130. not. 3. a.

τί οὖν — ὑπολαμβάνω;] Non est quod interrogandi notam cum commate permutemus, sicuti voluit Stephanus; quo facto oratio multum vigoris et alacritatis amittit. Solent enim apud Platonem ii, qui loquentes introducuntur, se ipsos interrogare ac deinde ad ea, quae dubia videantur, ipsi respondere. — Mox *οὐκ ἔσθ' ὅπως* est nullo modo. cf. Matth. §. 482. 2. De proximis verbis cf. Euthydem. p. 272. E: *ἀνισταμένου δέ μου ἐγένετο τὸ εἰωθὸς σημεῖον τὸ δαιμόνιον.*

Cap. XXXII. C. *Ἐννοήσωμεν δὲ καὶ τῇδε —*] Maximam huius sectionis partem exscripsit Eusebius Praepar. Evang. p. 661 ed. Viger. et Stobaeus Sermon. 119. p. 606. Vertit item Cicero Tuscul. Disput. I. 41. Initium eius laudat Theodoret. Therapeut. Serm. XI. p. 651. et huc denique respicit Plutarchus in Consolat. ad Apollon. p. 107. Forsterus.

Δυοῖν γὰρ θάτερον] Prorsus, ut hic Socrates apud Xenoph. Cyrop. VIII. 7, 19. loquitur Cyrus moriens, cui Xenophon videtur Socraticam tribuisse sapientiam. Videtur enim haec sententia plane esse Socratica: nam in Phaedone quidem aliisque libris Socrates non suam, sed Platonis doctrinam explicat. Ironiam in his verbis Socratis inesse statuit Cicero Tuscul. I. 42. recte dissentiente C. Fr. Hermanno Histor. Philos. Platon. I. p. 684 sq.

ἢ γὰρ οἷον μηδὲν εἶναι] h. e. *τοιοῦτόν τι ὥστε μηδὲν εἰ-*

ἠναντιώθη ἄν μοι τὸ εἰωθὸς σημεῖον, εἰ μή τι ἔμελλον ἐγὼ ἀγαθὸν πράξειν.

Cap. XXXII. Ἐννοήσωμεν δὲ καὶ τῇδε, ὡς πολλὴ ἐλπίς ἐστιν ἀγαθὸν αὐτὸ εἶναι. Δυοῖν γὰρ θάτερόν ἐστι τὸ τεθνάναι· ἢ γὰρ οἷον μηδὲν εἶναι μηδ' αἴσθησιν μηδεμίαν μηδενὸς ἔχειν τὸν τεθνεῶτα, ἢ κατὰ τὰ λεγόμενα μεταβολή τις τυγχάνει οὖσα καὶ μετοίκησις τῇ ψυχῇ τοῦ τόπου τοῦ ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον. καὶ εἴτε δὴ μηδεμία αἴσθησίς ἐστιν, ἀλλ' οἷον ὕπνος, D

d. g. h. Par. S. Vulg. τῆς ψυχῆς, quod etiam Bekk. retinuit. Dativum etiam propterea praeferendum iudicavimus, quod haec loquendi forma grammaticis minus cognita fuit ideoque facile potuit in alteram illam mutari.

καὶ εἴτε δὴ μηδεμία] δὴ om. Bodl. Par. DST. Ven. b. Vat. Vind. 1. 4. Flor. d. h. Eiecerunt Turicenss. Nos aegre careamus vocula, quae ob insequens μὴ elisa videtur.

ναι, ut paullo inferius: *εἰ δ' αὖ οἷον ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος.* Eusebius et Theodoretus habent *μηδέν τι εἶναι*, unde Heindorfius *μηδὲν ἔτι εἶναι* legendum coniecit.

καὶ μετοίκησις τῇ ψυχῇ —] De dativo pro genitivo posito vid. Matth. §. 389. 1. — Pro *μετοίκησις τοῦ τόπου* etiamsi dici poterat *μετοίκησις ἐκ τοῦ τόπου*, tamen cavendum est, ne illud usui et consuetudini minus accommodatum esse putemus. Quum enim *μετοικεῖν* non solum cum praepositionibus construatur, sed etiam accusativum adsciscat ad indicandum locum, unde quis in alium proficiscitur, veluti apud Pausan. IV. 40. *Ἀκαρνανίαν μετοικῆσαι*, non minus recte *μετοίκησις τόπου* dicitur quam *μετοίκησις ἐκ τόπου*. Vide quae monui ad cap. XIV. Nec vero audiendus est Cobetus, qui Varr. Lectt. p. 300. verba *τοῦ τόπου τοῦ* eiici iubet. Nam *τοῦ ἐνθένδε* dictum est pro *τοῦ ἐνταῦθα*, quia substantivum verbale motum in locum significat. De simili usu praepositionum supra diximus; adverbiorum rationem illustravit Heindorfius ad Gorgiam p. 472. B. ubi haec leguntur: *ἡ Περικλέους ὅλη οἰκία ἢ ἄλλη συγγένεια, ἥντιν' ἂν βούλῃ τῶν ἐνθένδε ἐκλέξασθαι.* Conf. etiam Buttmanni Gr. §. 138. 8. et quae ad Phaedon. sect. XXII. in. uberius exposuimus. Nec vero quisquam indicaverit origines talis glossematis, quale hic invenisse sibi visus est criticus. Praeterea idem pro *μετοίκησις* scribi iubet *μετοίκισις*. Sed *μετοικεῖν* est migrare in aliquem locum ibique collocare domicilium, ut Criton. p. 51. D. al. Itaque recte se habet *μετοίκησις*.

καὶ εἴτε δὴ μηδεμία —] Particulae *εἴτε* ne quis putet nihil respondere, post longiorem orationis intercapedinem infra E. subiectum est *εἰ δ' αὖ*. De *εἰ δὲ* post *εἴτε* illato vide ad cap. IV. in. Itaque iniuria Hermannus correxit *εἴ γε*, quod vereor ut nunc locum suum tueatur. Mortis cum nocte comparatio non infrequens. Catull. v. 5. Nobis cum semel occidit brevis lux, Nox est

ἐπειδάν τις καθεύδων μηδ' ὄναρ μηδὲν ὁρᾷ, θαυμάσιον κέρδος ἂν εἴη ὁ θάνατος. ἐγὼ γὰρ ἂν οἶμαι, εἴ τινα ἐκλεξάμενον δέοι ταύτην τὴν νύκτα, ἐν ᾗ οὕτω κατέδαρθεν, ὥςτε μηδ' ὄναρ ἰδεῖν, καὶ τὰς ἄλλας νύκτας τε καὶ ἡμέρας τὰς τοῦ βίου τοῦ ἑαυτοῦ ἀντιπαραθέντα ταύτῃ τῇ νυκτὶ δέοι σκεψάμενον εἰπεῖν, πόσας ἄμεινον καὶ ἥδιον ἡμέρας καὶ νύκτας ταύτης τῆς νυκτὸς βεβίωκεν ἐν τῷ ἑαυτοῦ βίῳ, οἶμαι ἂν μὴ ὅτι ἰδιώτην τινά,
E ἀλλὰ τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν αὐτὸν ταύτας πρὸς τὰς ἄλλας ἡμέρας καὶ νύκτας. εἰ οὖν τοιοῦ-

D. *πόσας ἄμεινον*] V. *ὁπόσας*, invitis optimis codicibus. E. *ἅπαντες οἱ τεθν.*] V. *πάντες*, quod ex optimis libris omnibus mutatum. Etiam codd. Stobaei *ἅπαντες*. Dein ab editis libris Platonis vett. *ἂν* post *τούτου εἴη* abest, invitis optimis codd.

perpetua una dormienda. Horat. Od. I. 28, 15. Sed omnes una manet nox, ubi v. intpp. Item cum somno; v. Xenoph. Cyrop. VIII. 7, 21. intpp. ad Aelian. Varr. Hist. II. 35. Heynium ad Virg. Aen. VI. 278.

D. *ἐγὼ γὰρ ἂν οἶμαι*] Pertinet *ἂν* ad infinitivum *εὑρεῖν*. Repetitum est autem propter parenthesin paullo longiorem, de quo usu v. Hermann. ad Viger. p. 780. Rost. §. 120. not. 4. Eadem de caussa etiam verbum *δέοι* et *οἶμαι* deinde iteratur. Heindorfius etiam voculam *εἰ* ante verba *δέοι σκεψάμενον* iterari volebat perspicuitatis caussa. Et scriptum est ita apud Eusebium. Sed quum inchoata structurae ratio non mutetur, hanc repetitionem non necessariam esse censemus.

μὴ ὅτι ἰδιώτην] h. e. ne dicam privatum aliquem. v. Hermann. ad Viger. p. 804. sq. Matthiae Gr. §. 624. 4.

E. *εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν αὐτὸν τ.*] *αὐτὸν* arcte cohaeret cum *τὸν μέγαν βασιλέα* habetque vim augendi: magnum regem ipsum. Nisi forte malis putare negligentius illud post ipsum nomen esse interpositum, ut Xenoph. Anab. II. 4, 7. Plat. De Rep. I. p. 375. D. al. — *εὐαρίθμητοι ἡμέραι* autem s. dies qui facile possunt numerari, h. l. intelliguntur perpauci: et *πρὸς* indicat comparationem: si comparentur ad ceteros dies atque noctes. Sic paullo post: *τὰ ἐμαυτοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐκείνων*. Ad *εὐαρίθμητος* contendas Horat. A. P. 206. populus numerabilis utpote parvus. Vocabuli usum notat Pollux Onom. III. 88.

καὶ γὰρ οὐδὲν πλείων] Fischerus ex Eusebio *πλεῖον* recepit. Sed rectius *πλείων* retinetur, ut significet longior, et *οὐδὲν* pro *οὐ* dictum accipiatur, usu haudquaquam raro. Codd. multi *πλείω*, quo vulgata firmatur. Cicero haec verba ita reddidit: perpetuitas consequentis temporis similis futura est uni nocti. Ceterum cfr. Eurip. Med. v. 25. *τὸν πάντα συντήκουσα δα-*

τον ὁ θάνατός ἐστι, κέρδος ἔγωγε λέγω· καὶ γὰρ οὐδὲν πλείων ὁ πᾶς χρόνος φαίνεται οὕτω δὴ εἶναι ἢ μία νύξ. εἰ δ' αὖ οἷον ἀποδημῆσαί ἐστιν ὁ θάνατος ἐνθένδε εἰς ἄλλον τόπον, καὶ ἀληθῆ ἐστι τὰ λεγόμενα, ὡς ἄρα ἐκεῖ εἰσὶν ἅπαντες οἱ τεθνεῶτες, τί μεῖζον ἀγαθὸν τούτου εἴη ἄν, ὦ ἄνδρες δικασταί; εἰ γάρ τις ἀφικόμενος εἰς Ἅιδου, ἀπαλλαγεὶς τούτων 41 *τῶν φασκόντων δικαστῶν εἶναι, εὑρήσει τοὺς ὡς ἀληθῶς δικαστάς, οἵπερ καὶ λέγονται ἐκεῖ δικάζειν, Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς καὶ Αἰακὸς καὶ Τριπτόλε-*

P. 41. *τούτων τῶν φασκ.*] Sic cum Stobaeo et Eusebio codd. optimi pro vulg. *τουτωνὶ τ. φ.* Dein *ὡς* ante *ἀληθῶς* om. Par. DST. et teste Bekkero quidem, dissentiente Bastio, Ven. b. Vind. b. Eiecerunt Turicenses, iniuria, opinor; et firmat *ὡς* etiam Stobaeus.

κρύοις χρόνον. Ibid. 1096. *τρυχομένους τὸν πάντα χρόνον.* De Rep. X. p. 618. B. *ὁ πᾶς κίνδυνος.* Gorg. p. 470. E. al.

P. 41. *Μίνως τε καὶ Ῥαδάμανθυς κτλ.*] Attendas quaeso appositionem casu pronominis relativi factam, quum primaria pars enuntiati requirat accusativum. Sic Phaedon. p. 66. E. *καὶ τότε — ἡμῖν ἔσται οὗ ἐπιθυμοῦμεν, — φρονήσεως,* ubi Fischerus non debebat amplecti *φρόνησις*. Sympos. p. 206. A. *οὐδέν γε ἄλλο ἐστὶν οὗ ἐρῶσιν ἄνθρωποι, ἢ τοῦ ἀγαθοῦ.* Hipp. Mai. p. 281. C: *τί ποτε τὸ αἴτιον, ὅτι οἱ παλαιοὶ ἐκεῖνοι, ὧν ὀνόματα μεγάλα λέγεται ἐπὶ σοφίᾳ, Πιττακοῦ τε καὶ Βίαντος, — φαίνονται ἀπεχόμενοι τῶν πολιτικῶν πράξεων.* Alia huius generis exempla collegerunt Wolfius ad Demosthen. Lept. §. 15. Heindorf. ad Hipp. Mai. §. 2. ad Phaedon. §. 30. Similiter Sulpicius in Cicer. Epp. IV. 5. genus hoc consolationis miserum est, quia, per quos ea confieri debet, propinquos ac familiares ipsi pari molestia afficiuntur. et ipse Cicero Legg. I. 17. extr. Ceterum de iudicibus inferorum eorumque muneribus egregius locus est Gorg. p. 523. E. sqq. Quod autem Triptolemus et alii heroum, qui vitam iuste sancteque egerint, in numero iudicum inferorum hoc loco ponuntur, ea videtur fuisse plebis Atticae opinio, quae fortasse ex mysteriis Eleusiniis in vulgus dimanaverat. Etenim Triptolemus non solum agriculturam Athenienses docuisse ferebatur, sed iisdem etiam leges tulisse sapientissimas, unde *θεσμοφόρος* dictus est. Dixerunt de hoc loco Welkerus in libro: Zeitschrift für alte Kunst I. 1. p. 134. et Creuzerus Mytholog. T. IV. p. 101 sq. Praeterea vero quod additur *καὶ ἄλλοι κτλ.* videtur hoc referendum esse ad vulgarem illam opinionem, qua sua quisque negotia, quae vivus obierat, etiam apud inferos obire credebatur. Cogitandum est igitur omnino de legum latoribus et iudicibus sapientiae et virtutis laude celebratis.

μος, καὶ ἄλλοι, ὅσοι τῶν ἡμιθέων δίκαιοι ἐγένοντο ἐν τῷ ἑαυτῶν βίῳ, ἆρα φαύλη ἂν εἴη ἡ ἀποδημία; ἢ αὖ Ὀρφεῖ ξυγγενέσθαι καὶ Μουσαίῳ καὶ Ἡσιόδῳ καὶ Ὁμήρῳ ἐπὶ πόσῳ ἄν τις δέξαιτ' ἂν ὑμῶν; ἐγὼ μὲν γὰρ πολλάκις ἐθέλω τεθνάναι, εἰ ταῦτ' ἐστὶν ἀληθῆ· ἐπεὶ ἔμοιγε καὶ αὐτῷ θαυμαστὴ ἂν εἴη ἡ διατριβὴ αὐτόθι, ὁπότε ἐντύχοιμι Παλαμήδει καὶ Αἴαντι τῷ Τελαμῶνος καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν παλαιῶν διὰ κρίσιν ἄδικον τέθνηκεν· ἀντιπαραβάλλοντι τὰ ἐμαυτοῦ πάθη πρὸς τὰ ἐκείνων, ὡς ἐγὼ οἶμαι,

B. *Παλαμήδει*] V. *Παλαμήδη*, quod non magis in usu est quam *Σωκράτη*. Veram scripturam codd. plerique omnes praebuerunt; tuetur etiam Eusebius.

καὶ δὴ τὸ μέγιστον] V. *καὶ δὴ καὶ τὸ μ.* quod servavit Bekk. Recte *καὶ* om. Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. Par. DST.

τίς αὐτῶν σοφός ἐστι] Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. Flor. d. g. h. Par. DST. *τίς ἂν αὐτῶν*. Quae constructio si aliunde satis firmari possit, iudice Hermanno De Part. *ἄν*. p. 43. ad sen-

ἐπὶ πόσῳ ἄν τις δέξαιτ' ἂν ὑμῶν;] Cicero: quanti tandem aestimatis? Xenoph. Mem. II. 2, 8. *ἀλλὰ νὴ Δία λέγει, ἃ οὐκ ἄν τις ἐπὶ τῷ βίῳ παντὶ βούλοιτο εἶναι.* cf. Matthiae §. 505. B. Rost. §. 120. not. 4.

ἐγὼ μὲν γὰρ πολλάκις ἐθέλω τεθνάναι] De hoc usu verbi *τεθνάναι* v. ad p. 30. B. cap. XVII. extr. Eusebius habet: *ἐγὼ μὲν καὶ πολλάκις*: unde Heindorfius suspicabatur Platonem scripsisse: *ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ πολλάκις* etc. Sed non opus est mutatione. De hoc usu voculae *γάρ*, quo ad sententiam refertur ex ceteris verbis facile intelligendam v. Buttmann. ad Sophoclis Philoctet. v. 756., qui eam reddendam censet profecto, sane.

ἡ διατριβὴ αὐτόθι] Optime Wolfius: Conversatio delectabilis, si colloqui licebit cum D. etc. cf. p. 41. A. Explicavi hunc vocabuli usum ad Euthyphron. p. 2 sq. De Palamede ab exercitu Graecorum lapidibus interemto propterea, quod dolis et fraudibus Ulyssis in proditionis suspicionem adductus erat, nota sunt omnia. conf. Heynius Excurs. ad Virgil. Aeneid. II. 81. et quae de cognomine Euripidis fabula disseruit Valckenar. Diatrib. de fragm. Eurip. p. 190 sq. Eius fortuna Socrates ap. Xenoph. Mem. IV. 2, 33. se consolatur. — Aiax Telamonius, omnium Graecorum post Achillem fortissimus, quum arma Achillis non accepisset et iniquo iudicio Ulyssi esset postpositus, insania mentis correptus se ipse interemit. vid. Homer. Odyss. *λ'*. v. 545 sqq.

B. *ἀντιπαραβάλλοντι — ἀηδὲς εἴη*] Haec verba existimo interpretationis caussa addita esse superioribus: *θαυμαστὴ διατριβὴ κτλ.*, ideoque non est quod cum Vigero ad Euse-

οὐκ ἂν ἀηδὲς εἴη. καὶ δὴ τὸ μέγιστον, τοὺς ἐκεῖ ἐξετάζοντα καὶ ἐρευνῶντα ὥςπερ τοὺς ἐνταῦθα διάγειν, τίς αὐτῶν σοφός ἐστι καὶ τίς οἴεται μέν, ἔστι δ' οὔ. ἐπὶ πόσῳ δ' ἄν τις, ὦ ἄνδρες δικασταί, δέξαιτο ἐξετάσαι τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα τὴν πολλὴν στρατιάν, ἢ Ὀδυσσέα, ἢ Σίσυφον, ἢ ἄλλους μυ- C ρίους ἄν τις εἴποι καὶ ἄνδρας καὶ γυναῖκας; οἷς ἐκεῖ διαλέγεσθαι καὶ ξυνεῖναι καὶ ἐξετάζειν ἀμήχανον ἂν εἴη εὐδαιμονίας πάντως. οὐ δήπου τούτου γε ἕνεκα οἱ ἐκεῖ ἀποκτείνουσι· τά τε γὰρ ἄλλα εὐδαιμονέ-

sum venustissime addita videatur particula, subindicans singulari casu fieri, ut quis vere sapiens inveniatur. Quippe *τίς ἂν* Hermannus interpretatur qui forte, wer etwa. Fortasse tamen *ἄρ'* scribendum.

C. *ἀμήχανον ἂν εἴη*] Sic Bodl. Coisl. Ven. Ξ. a. b. Vat., sex Vindobb., Flor. a. b. g. Zitt. Par. BCDEHSTg. Vulgo erat *ἀμηχάνου*. Dein Turicenses cum quinque codd. mss. interpungunt: *εὐδαιμονίας. πάντως οὐ δήπου κτλ.* cui rationi reluctatur collocatio vocularum *οὐ δήπου — γε.*

bium 1. d. scribatur *καὶ ἀντιπαρ.* vel alio modo corrigatur. Verum vidit iam Fischerus. Nisi forte cum A. Matthiae §. 636. putare malis apodosin per negligentiam quandam iteratam esse. Nam poterant sane omitti verba: *ὡς ἐγὼ οἶμαι, οὐκ ἂν ἀηδὲς εἴη.*

καὶ δὴ τὸ μέγιστον, τοὺς—] De hoc loquendi usu v. Matthiae Gr. §. 432. 5.

τὸν ἐπὶ Τροίαν ἀγαγόντα] Intell. Agamemnon.

C. *ἢ ἄλλους μυρίους ἂν τις εἴποι*] Frustra Stephanus scribi iubet *ἢ ἄλλους μυρίους, οὓς ἄν τις εἴποι,* immemor illius breviloquentiae, qua plures sententiae in unum orationis membrum concluduntur. Exempla huius generis collegit Heusdius Specim. crit. p. 13. Gorg. p. 403. D. *ἐπεὶ ποίῳ δικαίῳ χρώμενος Ξέρξης ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐστράτευσεν; ἢ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς Σκύθας; ἢ ἄλλα μυρία ἄν τις ἔχοι τοιαῦτα λέγειν.* Phaed. p. 94. B. *λέγω δὲ τὸ τοιόνδε, ὡς εἰ καύματος ἐνόντος καὶ δίψους ἐπὶ τοὐναντίον ἕλκειν, ἐπὶ τὸ μὴ πίνειν· καὶ πείνης ἐνούσης ἐπὶ τὸ μὴ ἐσθίειν· καὶ ἄλλα μυρία που ὁρῶμεν ἐναντιουμένην τὴν ψυχὴν τοῖς κατὰ τὸ σῶμα.* Sophist. p. 226. B. Legg. XII. p. 944. A. Demosth. Mid. c. 7.

ἀμήχανον ἂν εἴη εὐδαιμονίας] Similiter Theaetet. p. 175. A. *ἄτοπα αὐτῷ καταφαίνεται τῆς μικρολογίας,* quod Heindorfius comparat cum nostro: etwas Ungeheures von Dummheit. Legg. X. p. 904. *ἄπειρα τῆς μετατιθεμένης κοσμήσεως.* Cf. Erfurdt. ad Sophocl. Antigon. v. 1194. Astius ad Politiam p. 327. in his genitivum putat absolute positum esse ad indicandam rationem, quam nomen substantivum significet. Itaque hunc locum sic interpretatur: immensum hoc esset respectu felicitatis.

στεροί εἰσιν οἱ ἐκεῖ τῶν ἐνθάδε, καὶ ἤδη τὸν λοιπὸν χρόνον ἀθάνατοί εἰσιν, εἴπερ γε τὰ λεγόμενα ἀληθῆ ἐστιν.

Cap. XXXIII. Ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς χρή, ὦ ἄνδρες δικασταί, εὐέλπιδας εἶναι πρὸς τὸν θάνατον, καὶ ἕν
D τι τοῦτο διανοεῖσθαι ἀληθές, ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ κακὸν οὐδὲν οὔτε ζῶντι οὔτε τελευτήσαντι, οὐδὲ ἀμελεῖται ὑπὸ θεῶν τὰ τούτου πράγματα· οὐδὲ τὰ ἐμὰ νῦν ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου γέγονεν, ἀλλά μοι δῆλόν ἐστι τοῦτο, ὅτι ἤδη τεθνάναι καὶ ἀπηλλάχθαι πραγμάτων βέλτιον ἦν μοι. διὰ τοῦτο καὶ ἐμὲ οὐδαμοῦ ἀπέτρεψε τὸ σημεῖον, καὶ ἔγωγε τοῖς καταψηφισαμένοις μου καὶ τοῖς κατηγόροις οὐ πάνυ χαλεπαίνω. καίτοι οὐ ταύτῃ τῇ διανοίᾳ κατεψηφίζοντό

οἱ ἐκεῖ ἀποκτείνουσι] V. *ἀποκτενοῦσι,* quod e Bodl. Vind. 1. 4. 6. Flor. g. h. Par. BDST. mutatum.

D. *διὰ τοῦτο καὶ ἐμὲ*] V. *διὰ ταυτί,* praeter fidem optimorum librorum omnium.

οἰόμενοι βλάπτειν] V. *βλάπτειν τι.* Omittunt *τι* Bodl. Vind. 1. 6. Flor. g. h. Par. DS. et pr. Ven. b.

Cap. XXXIII. *Ἀλλὰ καὶ ὑμᾶς χρή*] Cicero: vos, iudices, qui me absolvistis. Recte.

καὶ ἕν τι τοῦτο διανοεῖσθαι ἀληθές] Verba sic interpretanda: atque hoc eximie cogitare verum esse. Nam *τοῦτο* subiectum est, cui praemittitur *ἕν τι,* h. e. *ὡς ἕν τι,* tanquam unum quiddam, h. e. eximie, quemadmodum dicitur etiam *μόνον,* de quo v. ad Sympos. p. 215. C. Alia ratio est locorum, quos memorat Fritschius Quaest. Luciann. p. 18. Hirschigius legendum censet: *ἓν ἔτι τοῦτο.* Quo non opus. Nec quidquam usitatius quam *εἷς τις* et *ἕν τι* apud Atticos.

D. *ἀπὸ τοῦ αὐτομάτου*] h. e. casu, fortuito, non consilio et voluntate deorum. — *ἀπηλλ. πραγμάτων,* h. e. rebus humanis, adiuncta laborum et aerumnarum notione. De Rep. III. p. 406. E: *τελευτήσας πραγμάτων ἀπηλλάγη.* — De verbis: *ἀπέτρεψε τὸ σημεῖον,* v. p. 40. A. B. coll. p. 27. C. 31. D. — *οὐ πάνυ χαλ.,* h. e. haud sane, non magnopere, nicht eben, qua formula nos quoque *ἠθικῶς* loquentes gravius negare solemus. Perperam alii: nullo pacto. Patet autem Socratem dicere hoc: non multum succensere se accusatoribus et iis iudicum, qui ipsum damnavissent, quandoquidem, quamvis illis invitis atque non opinantibus, per eorum condemnationem maioribus bonis potitus videatur. — Mox Heindorfius legendum esse censet: *τοῦθ' ὃ αὐτοῖς ἄξιον μέμφεσθαι.*

E. *ταὐτὰ ταῦτα λυποῦντες*] h. e. eos ad virtutem

μου καὶ κατηγόρουν, ἀλλ' οἰόμενοι βλάπτειν· τοῦτο αὐτοῖς ἄξιον μέμφεσθαι. E

Τοσόνδε μέντοι αὐτῶν δέομαι· τοὺς υἱεῖς μου, ἐπειδὰν ἡβήσωσι, τιμωρήσασθε, ὦ ἄνδρες, ταὐτὰ ταῦτα λυποῦντες, ἅπερ ἐγὼ ὑμᾶς ἐλύπουν, ἐὰν ὑμῖν δοκῶσιν ἢ χρημάτων ἢ ἄλλου του πρότερον ἐπιμελεῖσθαι ἢ ἀρετῆς, καὶ ἐὰν δοκῶσί τι εἶναι μηδὲν ὄντες, ὀνειδίζετε αὐτοῖς, ὥςπερ ἐγὼ ὑμῖν, ὅτι οὐκ ἐπιμελοῦνται ὧν δεῖ, καὶ οἴονταί τι εἶναι ὄντες οὐδενὸς ἄξιοι. καὶ ἐὰν ταῦτα ποιῆτε, δίκαια πεπονθὼς ἐγὼ
ἔσομαι ὑφ' ὑμῶν αὐτός τε καὶ οἱ υἱεῖς. 42

Ἀλλὰ γὰρ ἤδη ὥρα ἀπιέναι, ἐμοὶ μὲν ἀποθανουμένῳ, ὑμῖν δὲ βιωσομένοις. ὁπότεροι δὲ ἡμῶν ἔρχονται ἐπὶ ἄμεινον πρᾶγμα, ἄδηλον παντὶ πλὴν ἢ τῷ θεῷ.

E. ταὐτὰ ταῦτα λυποῦντες] Inepte vulgo λυποῦντας, quod iam Muretus Varr. Lectt. VIII. 4. in λυποῦντες mutavit, ut habent Bodl. Flor. h Par. DHS. et corr. T. Ang.

πλὴν ἢ τῷ θεῷ] εἰ pro ἢ Bodl. corr. Ven. h. Par. DST. Flor. h. Alii πλὴν δὴ τ. θ.

cohortantes, tentantes eorum sapientiam, convincentes eos stultitiae. — εἶναί τι, h. e. sapientia insigni praediti esse. — μηδὲν ὄντες, quum homines nullius frugi sint. De Rep. VIII. 556. D: ἄνδρες ἡμέτεροί εἰσιν οὐδέν. Ibid. p. 562. D: ὡς ἐθελοδούλους καὶ οὐδὲν ὄντας. Symp. p. 216. E. καὶ ἡμᾶς οὐδὲν εἶναι. Ibid. p. 200. Aristoph. Eccles. v. 144: σὺ μὲν βάδιζε καὶ κάθησ'· οὐδὲν γὰρ εἶ. Alia dabit Valck. ad Phoeniss. v. 601.

P. 42. Ἀλλὰ γὰρ —] Cicero Tusc. I. 41: Sed tempus est iam hinc abire, me, ut moriar; vos, ut vitam agatis. Utrum autem sit melius, dii immortales sciunt: hominem quidem scire arbitror neminem. Eodem modo Theaet. p. 145. B: ὥρα τοίνυν σοὶ μὲν ἐπιδεικνύναι, ἐμοὶ δὲ σκοπεῖσθαι. De forma appositionis in verbis: αὐτός τε καὶ οἱ υἱεῖς, conspicua dictum est ad Remp. III. p. 414. D. Criton. p. 50. E. Sympos. p. 221. D. Legg. IV. p. 720. D. VI. p. 751. C. 759. C. 763. B. al.

PLATONIS

C R I T O.

PRAEFATIO

AD

CRITONEM.

Crito fuit civis Atheniensis, qui in Apologia Socratis p. 33. E. vocatur Socratis ἡλικιώτης καὶ δημότης. Et aequalem eum Socratis fuisse apparet etiam ex Criton. p. 49. A. Is quum Socrati iam mature exstitisset benevolentissimus et amicissimus, magnis usque ipsum multisque caritatis et amoris documentis ornavisse narratur, adeoque liberalissime opibus ac divitiis, quas multas possidebat, adiuvisse, quo homo pauperculus posset vacare sapientiae studio; v. Diogen. Laërt. II. 20. 31. 105. 121. Xenoph. Mem. I. 2, 48. II. 9. Themist. IV. p. 110. Suidas in v. Κρίτων. Fuit enim Crito ipse philosophiae amantissimus, siquidem vera narrat Diogenes Laërtius, qui Libr. II. 121. eum scribit septemdecim edidisse dialogos uno volumine comprehensos, quorum ibi referuntur argumenta. Quanquam apud ipsum Platonem alibi informatur is, qui philosophandi subtilitate neutiquam excellat; de qua re explicatius diximus ad Euthydemum Prolegg. p. 45 sqq. et 62 sqq. Nimirum animi candor ac nativa simplicitas superavit in ipso, ut videtur, virtutem ingenii; nec vero opum ac divitiarum cura, cui deditus erat (v. Euthydem. p. 291. E. coll. Xenoph. Mem. II. 9, 1 sqq.), cum subtiliore rerum altiorum meditatione

facile conciliari potuit. Constans autem atque perpetua eius fuit erga Socratem suum fides et amicitia, quam adeo religiose coluit, ut, quum ille in iudicium esset vocatus, ipse senex cum sene (Criton. p. 49. A.) mallet de sua ipsius salute periclitari, quam illius vinculum solvere aut relaxare. Quamobrem etiam affuit ei in iudicio caussam suam dicenti atque una cum aliis multam pro eo spondere paratus fuit; v. Apolog. Socrat. p. 35. D. 38. B. Quin etiam vadimonium pro eo suscepit, sicuti ex Phaedone p. 115. D. intelligitur, atque omnia tentavit, ut etiam tempore periculosissimo veteris amici et familiaris saluti consuleret.

Is igitur in hoc dialogo ipsius nomine inscripto die ante Socratis mortem tertio primo adhuc diluculo ad hunc in carcerem, in quem coniectus erat, narratur venisse, ut eum ad fugam capessendam permoveret, ad quam amici ipsius iam omnia parassent *). Fecit autem Plato Socratem, quum amicus in custotiam ingrederetur, usque suavissime dormientem, Critonemque deinde ei paullisper ita assidentem, ut non sine magna quadam admiratione viri ad capitis supplicium condemnati quietem et tranquillitatem animadvertat. Ille vero tandem e somno expergefactus miratur, quod amicus tam multo mane hoc die venerit, eiusque rei caussam sciscitatur. Quo facto hic, viri constantiam et animi aequitatem in tanta calamitate admiratus, nuntium se ait afferre tristissimum atque gravissimum: navem enim sacram, in Apollinis honorem in Delum insulam mitti quotannis solitam, hoc die esse redituram, qua reversa ei moriendum sit. Itaque rogat eum tenerrimo cum amoris affectu atque obsecrat, ut nunc saltem, dum adhuc liceat, opportunitatem et occasionem e custodia aufugiendi, a se ceterisque amicis paratam, arripiat, idque consilium ei gravissimis argumentis commendare et probare conatur. Sed neque periculi imminentis magnitudo neque preces amicorum tenerrimae efficiunt, ut Socrates

*) Rem memorant etiam Auctor Apolog. Xenoph. §. 23: *τῶν ἑταίρων ἐκκλέψαι αὐτὸν βουλομένων οὐχ ὑφείπετο κ. τ. λ.* Plutarch. II. p. 1126. 13: *Σωκράτης μετὰ τὴν καταδίκην φυγῆς αὐτῷ μηχανημένης ὑπὸ τῶν φίλων οὐκ ἐχρήσατο κ. τ. λ.* Respexit ipse Plato Phaedon. p. 99. A.

illius virtutis et honestatis, quam per totam vitam cum praeceptis, tum suo ipsius exemplo commendaverat, ullo modo immemor esse videatur. Qui quidem, audita amici oratione, ante omnia ait videndum esse, num salva sapientia et iustitia commissurus sit, ut invitis legibus publicis e carcere aufugiat. Quae omnia tanta cum gravitate atque sapientia disputantur, ut Crito consilium antea datum denique ipse improbare et tanquam iustitiae et pietatis legibus contrarium abiicere cogatur. Est vero summa disputationis fere haec.

Expergefacto Socrati nunciat Crito hoc ipso die videri navem sacram ex Delo insula rediturani esse, qua reversa ei moriendum sit. Ille vero etsi sibi hunc nuntium fatetur neutiquam esse molestum aut gravem, tamen de eius veritate dubitat ideo, quia sibi insomnium quoddam modo prodiderit se tertio demum die in patriam coelestem rediturum esse. Quod quidem luculentissimum est argumentum maximae ipsius erga deos pietatis, qua ita facit, ut etiam divinationi aliquid tribuendum censeat (p. 43. A — 44 B.). — Tum vero Crito et suo et aliorum amicorum nomine eum amantissimis precibus studet permovere, ut aufugiendi opportunitate nunc ipsi oblata utatur, eoque modo quum suae ipsius saluti consulat, tum etiam bonam amicorum et familiarium suorum famam tueatur, quippe qui, nisi ipsum servaverint, quum tamen eius rei opportunitas data fuerit, apud magnam hominum multitudinem male sint audituri. Socrates vero vulgi quidem iudicio nihil in tali caussa tribuendum esse respondet, cuius opiniones saepe in rebus gravissimis soleant esse levissimae (p. 44. B — D.). — Crito tamen denuo eum cohortatur enixius ad fugam capessendam, monetque primum magnae multitudinis potentiam sane maximam esse, ut maxima mala afferre possit. Cui respondet ille multitudinem fere coeco cupiditatis impetu regi, nec posse quenquam facere aut insipientem aut sapientem, in quo certe maximum malum atque bonum maximum cernatur. Sed non desinit Crito usque instare precibus. Itaque amicum monet, ut ne de suis familiaribus et amicis, qui eum servare constituerint, ullo modo sollicitus sit, qui potius lubenter pro salute eius omne periculum subire parati sint; iacturam au-

tem bonorum minime metuant. Ostendit porro paratum ei fore apud exteros benevolum hospitium. Addit item nec iustum ullo modo fore, si se ipse prodere velit. Iustitiam enim postulare, ut et suae ipsius saluti consulat, et liberorum educationi prospiciat, qui ipso mortuo haud dubie tristem orborum sortem experturi sint. Quamobrem censet etiam totum hoc litis negotium plerisque visum iri ridiculum atque etiam amicis ipsius infamiam allaturum esse, qui eum non servaverint et mortis periculo eripuerint (44. D — 46. A.). — Haec igitur Crito amanter sane atque pie. Neque tamen Socrates eius precibus quamvis gravissimis atque enixissimis ulla in parte concedendum arbitratur. Nam laudat quidem amici studium et voluntatem; sed obtemperandum ei ita demum existimat, si consilium ipsius cum recta ratione coniunctum sit; se enim nulli alii rei magis quam rationi ubique obsequendum statuere solere (p. 46. B. C.). Itaque videndum esse ait, num eae rationes, quas semper in vita superiore probaverit, in praesenti adhuc valeant atque eaedem permanserint. Hoc enim si ita sit, easdem etiam nunc retinendas ac sequendas arbitratur. Quocirca quoniam Crito plurimum tribuit hominum existimationi indeque magnam partem argumentorum suorum sumsit, primum quidem (inde a p. 46. C.) quaestionem de opinionibus, iam superioribus temporibus identidem tractatam, repetendam esse censet quaerendumque sedulo, num olim recte iudicatum sit, an nunc aliter existimandum. Ponit igitur primum quidem, verum esse etiam nunc, de quo iam olim inter ipsos convenerit, ex hominum opinionibus alias magni faciendas ac sequendas, alias contemnendas et reiiciendas esse; nam hominum prudentium et intelligentium sententias probari, imprudentium et insipientium opiniones improbari ac repudiari oportere; id quod exemplo e re gymnastica petito luculentius demonstrat (p. 46. C — 47. C.). His vero ita expositis porro docet, quod inde consequitur, sicuti in re gymnastica negligendis prudentium hominum consiliis et opinionibus corpus laedatur, ita etiam, sicubi de iusto et iniusto, de turpi et honesto, de bono et malo agatur, ubi sapientium neglectae fuerint sententiae, animo fieri, quod certe longe sit miserabilius. Nam quum corpore corrupto vita nequa-

quam vitalis videri soleat, tum multo etiam magis ita iudicari oportere, sicubi animus iniustitiae labem contraxerit. Ex quo colligit non tam curandum esse, quid vulgus hominum existimet quam quid vir iustitiae gnarus atque recta ratio suadeat (47. C—48. A.). Quibus omnibus si quis opponat vulgus nos occidere posse, recordandum esse arbitratur, superiore tempore ipsos etiam ita statuisse, ut non vitam per se spectatam, sed vitam honestam, ideoque etiam iustam, plurimi aestimandam esse iudicaverint, quae ratio certe etiam nunc usque recta atque vera iudicari debeat (p. 48. A—B.). — His vero postquam demonstratum est non hominum opiniones in agendo spectandas esse, sed ubique sequendam esse sapientiam, honestatem, denique iustitiam, progreditur vir sapiens ad explorandum id, de quo nunc cummaxime agendum fuit. Quaerendum enim censet, iustumne an iniustum futurum sit, si invita civitate invitisque legibus publicis ex carcere aufugere conetur, siquidem prae hac quaestione alia omnia levia duci debeant. Quae quidem quaestio quo facilius expediatur, denuo in fronte argumentationis ponit tanquam principium quoddam, de cuius veritate inter ipsos iam superiore tempore convenerit. Statuit enim nullo unquam pacto ac nulla vitae conditione cuiquam licere iniuste facere, ideoque nec alios vicissim laedere nec iniuriam iniuria referre, quoniam id ipsum quoque sit iniuste facere (p. 48. B—49. E). Quo ita constituto, porro argumentatur, ne pactum quidem cum aliquo tanquam iustum initum violandum esse fide, quae data sit, male neglecta. Quae sententia quo fiat illustrior, inde a p. 50. A sqq. Leges publicas inducit verba facientes atque diserta oratione demonstrantes, maximam fore iniustitiam, si ipse invita republica ex vinculis, in quae coniectus sit, clandestino consilio aufugere audeat. Quippe docent illae verbis gravissimis ita certe futurum esse, ut ipse pro sua parte civitati universae atque legibus publicis perniciem moliatur, quum tamen illis maxima beneficia adeoque ipsam vitam atque eruditionem accepta referat (p. 50. A—D.) et bonorum omnium iudicio longe parentibus aut domino sanctoribus et venerabilioribus (p. 51. A. B.) eam debeat reverentiam et obedientiam, ut earum iussis nunquam non obtemperare fas videatur (p. 50.

E. — 51. D.). Qua ratione postquam declaratum est Socratem fuga capessenda ideo iniustissime contra rempublicam esse facturum, quia ingrato et impio animo patriae salutem subversurus sit, quae certe sine legum auctoritate salva stare et incolumis permanere non possit, deinde alio quoque nomine ipsum iniustitiae crimini obnoxium fore ostenditur, quandoquidem etiam perfidiae culpam sit in re admissurus, ruptis pactis et foederibus, quae ultro cum civitate inierit. De qua re Leges (inde a p. 51. C sqq.) sic fere sermocinantes inducuntur. Monent enim primum, qui fiat, ut cives cum civitate pactum iniisse existimandi sint. Nam unicuique Atheniensium publice permissum esse asseverant, ut cognitis rebus publicis, si qua ipsi civitas displiceat, collectis rebus suis migret quocunque placuerit; quisquis autem ista conditione ultro atque sponte in patria remanserit, eum censent re ipsa cum civitate atque legibus tanquam foedus iniisse atque spopondisse velle se ipsarum imperio religiose parere et obtemperare. Quocirca eum perfidum et foedifragum esse arbitrantur, qui illis refragetur, idque tanto rectius ita iudicari aiunt, quod ipsarum imperia non saeva sint aut dura et inhumana, sed lenia et mansueta, ut adeo civitatem liceat, si qua opus sit, meliora edocere (p. 51. C. — 52. A.). Quae quidem omnia vel maxime in Socratem convenire arbitrantur, quippe qui Atheniensem civitatem tam constanter coluerit et pro patria sua agnoverit, ut perpetuo in ea habitaverit, ne suscepta quidem unquam diuturniore aliqua peregrinatione adeoque nec in iudicio litem suam exilio aestimare voluerit (p. 52. A — 53. A.). — Iam vero iniustitia ac turpitudine fugae demonstrata Leges eam etiam inutilem atque noxiam fore ostendunt. Nam necessarios quidem ac familiares ipsius gravissimarum poenarum periculo obnoxios futuros esse (p. 53. B.); ipsum porro ut legum corruptorem exteris quoque, quibus patria sua cara sit, suspectum et invisum fore ideoque coactum iri ibi degere vitam, ubi maxima regnet morum licentia, indignis et abiectis modis illic cum aliis conversantem (p. 53. B — E.); liberos denique in terram peregrinam una cum ipso abductos melioris educationis fore expertes; in Attica autem relictos, ubi iusto modo poenam perpessus sit,

certe ab amicis fidelibus liberaliter educatum iri (p. 54. A. B.). — His omnibus vero expositis denique haec fere addunt: Age igitur, o Socrate, inquiunt, obsequere nobis tuis nutricibus, ac noli aut liberos tuos aut vitam tuam aut quidquam tuorum pluris facere quam iustitiam, ut, quum perveneris ad inferos, haec omnia apud eos, qui ibi imperium exercent, pro te afferre possis. Nam ut hic egeris, ita etiam illic tibi erit. Nunc igitur si abibis illuc, iniuria affectus abibis, nec tamen a nobis legibus, sed ab hominibus. Sin autem hinc egressus iniuriam iniuria retuleris et datam nobis fidem violaveris, tum leges apud inferos vigentes te haudquaquam excipient benevole, utpote scientes, nostram te molitum esse perniciem. Itaque Critoni noli obtemperare alia suadenti.

His omnibus vero ita explicatis, postquam Socrates denuo asseveravit de eorum veritate sibi plane esse persuasum, Crito sese tandem eo redactum esse fatetur, ut non amplius habeat quod contra disputet. Quocirca Socrates denique pie acquiescens divini numinis voluntate: Mitte igitur ista, o bone, inquit, et faciamus sic, ut iubet necessitas, quandoquidem hac via nos deus ducit.

Habes iam libri argumentum in brevi conspectu positum. Quod quidem nobis intuentibus neutiquam videtur dubitari posse, quin universa scriptio, si a scenico apparatu, admodum simplici illo, discesserimus, duabus partibus primariis absolvatur. Nam priore parte, quae exordium excipit et inde a p. 44. B. usque ad p. 46. A. extr. pertenditur, caussae atque rationes explicantur, quibus Crito Socratem permovere studet, ut carcere publico relicto suae et suorum saluti consulat, dum aufugiendi opportunitas data sit. Quae quidem rationes non tam ex philosophiae penu quam ex vitae usu depromtae sunt, ut plane referant Critonis ingenium animique indolem, quem antea vidimus vitae communis quam philosophiae subtilitatis fuisse curiosiorem. Repetit enim caussas, cur Socrati fugiendum sit, vel ex hominum existimatione vel ex iustitia, quam vocat, hoc est ex cura liberis ipsius atque sibi et familiaribus debita, omninove ex rerum externarum conditionibus, ita quidem, ut Socrates passim continuo interponat, quae contra dicenda vi-

deantur. Alia vero ratio est partis posterioris, quae inde a p. 46. B. exorditur. Ea enim dilucidantur rationes, quibus permotus Socrates ita statuit, ut sibi existimet nullo pacto licere invitis legibus publicis e custodia carceris effugere. Quae quidem ita comparatae sunt, sicuti ipse disertis verbis indicat, ut e fonte rationis ductae sint, non ex mera vitae experientia et usu repetitae. Constat autem disputatio Socratis ex duabus partibus principalibus, quarum tamen altera cum altera arctissime nexa est atque copulata. Nam primum quidem (p. 46. C. — 48. B.) docetur, in agendo neutiquam omnes hominum opiniones spectandas esse, sed tantummodo opiniones sapientium, hoc est, sanae et incorruptae rationis legem, quandoquidem, si quis imprudentium audiat iudicia, periculum sit, ne quis animum corrumpat et iniustitiae pravitate deturpet, quo facto vitam etiam multo minus vitalem esse, quam corpore corrupto ac depravato. Unde item colligitur, ne vitam quidem ipsam pluris esse aestimandam, quam vitam iuste honesteque actam, quae una magni facienda sit. Nimirum isto modo patet et Critonis sententiam refelli, qui hominum existimationem imprimis respiciendam arbitratur, et vero etiam doceri, ante omnia id esse curandum, ut animi virtus et iustitia conservetur, qua amissa nec ipsa vita ullius pretii futura sit. Arctissime vero, ut diximus, cum his cohaerent quae parte disputationis Socraticae altera (p. 48. B. — 54. C.) exponuntur. Agitur enim ibi hoc, ut Socratem ostendatur fuga capessenda iniuste facturum ideoque commissurum esse, ut vitae bonae vereque vitalis iacturam faciat. Nam quum nullo pacto liceat iniuste facere ac ne iniuriam quidem iniuria referre, tum nec civitati ac legibus publicis docetur a civibus unquam repugnari oportere, quoniam tanquam pactum quoddam cum republica inierint seque re ipsa spoponderint publicam legum patriarum auctoritatem sancte revereri velle. Violari autem iustitiam ab eo, qui invitis legibus patriis mero arbitratu suo agat duplici potissimum nomine, primum quidem, quia promissorum suorum atque acceptorum beneficiorum immemor patriae salutem evertat, deinde vero etiam, quod ipse turpissimae perfidiae crimini fiat obnoxius. Quibus omnibus denique nonnulla adiiciuntur, unde

perspiciatur, fugam Socratis ne utilem quidem ullo modo fore, sed potius noxiam et damnosam, praesertim quum patriae eversores poena iniustitiae etiam post mortem maneat. Etenim postrema haec ut adderentur, ad Critonis sententiam plane refellendam sanequam opus fuit, quippe quem meminerimus utilitatis potissimum rationibus tamquam cum iustitia coniunctis plurimum tribuere. Itaque facile apparet argumenti descriptionem atque tractationem utique esse elegantissimam, quae Platonis ingenio haudquaquam indigna sit.

Iam vero libri argumento perlustrato sequitur ut paucis querendum sit de ipsius summo consilio. De qua re nobis quidem videtur non adeo multum dubitari posse. Videtur enim Platoni in eo exarando hoc unum maxime fuisse propositum, ut Socratem tamquam optimum civem eumque legum patriarum observantissimum institueret ac describeret eademque opera omnino ostenderet ac doceret, in colendis officiis civilibus non id esse spectandum, ut aut hominum opinionibus aut propriorum commodorum studiis inserviatur, qui mos sane labente vetere disciplina in civitate Athenarum mirum quantum invaluerat, sed illud potius esse sequendum, ut recti honestique persuasio atque iustitiae sanctitas cum fide et religione coniuncta per omnia observetur. Quo modo id consequutus est, ut tam Socratem quam ipsius rationem ac disciplinam ab eorum criminationibus vindicaverit, qui illum civitati dictitassent extitisse adversarium, simulque exhibuerit boni civis imaginem, in quam intuentes aequales atque posteri intelligere possent, quibus sensibus animati esse deberent omnes, qui civium bonorum atque iustorum officia recte obire et explere vellent. Quamquam eadem occasione etiam illud videtur palam facere voluisse, neutiquam defuisse viro sapientissimo amicorum et familiarium ipsum servare cupientium studia, quod fortasse fuerunt qui illis vertissent opprobrio, verum extitisse utique, qui eum imminenti mortis periculo ereptum vellent, sed hos ipsos vi veritatis victos voluntatem suam magistri saniora et sapientiora suadentis consiliis reverenter submisisse.

Atque haec quidem ubi tenuerimus, certe nec obscurum erit, quomodo Plato munus, quod sibi per-

agendum proposuit, profligaverit et obierit. Adumbravit enim Socratis imaginem, quantum nos quidem iudicare possumus, quam fidelissime ad ipsius vitae veritatem, quanquam quae illi tribuit, non tam ea ipsa esse putanda sunt, quae revera dixisset, sicuti visum est Schleiermachero Opp. Platon. Germ. I. 2. p. 233. *) quam potius talia, quae ipsius rationi convenienter ei adscribi possent. Sunt enim sententiae, quas Socrates in medium affert, utique ductae ex ipsius sapientia, sed a Platone partim exornatae magis et ad maiorem subtilitatem explicatae. Quod tamen ita factum est, ut ne veri germanique Socratis species et imago ullo modo obscurata sit. Hanc enim scriptorem voluisse legentibus ob oculos ponere, imprimis ex eo fit perspicuum, quod Socratem in disputatione sua fecit identidem ad eas rationes provocantem, quas semper superiore vitae tempore pro veris probaverit atque adeo easdem illas in praesenti pro quaestionis instituendae principiis ponentem, quemadmodum p. 46. B. C. p. 46. D sqq. p. 48. B. et p. 49. A. fieri meminimus. Nimirum id ipsum pro universi scripti consilio prudentissime ita institutum esse facile intelligitur, quandoquidem philosophus non illud tantum sequutus est, ut, qualem civem Socrates sese imminente mortis periculo praestitisset, clarius appareret, sed imprimis etiam hoc voluit efficere, ut, quo ille animo adversus patriam atque leges publicas per totam vitam suam fuisset, quam luculentissime perspiceretur. In quo mirum est quod nuper criticus quidam adeo offendit, ut id etiam certissimum argumentum esse statuerit, unde Critonem non a Platone profectum esse omnibus patere deberet, quippe quum philosophus nusquam tam ineptus scilicet atque insipidus fuisse reperiatur, ut Socratem

---

*) Ibi enim scripsit haec: „Kriton mag wohl nicht ein vom Platon eigentlich gebildetes Werk sein, sondern ein wirklich so vorgefallenes Gespräch, welches Plato von dem Mitunterredner des Socrates, so gut es dieser geben konnte, überkommen, und selbst schwerlich mehr hinzugethan hat, als die ihm wohlbekannte Sprachweise des Socrates verschönernd herzustellen und Anfang und Ende zu verzieren.

suum iusserit ad sermones olim peroratos nec vero usquam litteris perscriptos respicere. Quasi vero non ipsa scriptionis ratio ita tulerit, ut nunc commodissime ita fieri posset. Sed mittamus ista somnia, quae satis est per occasionem verbo commemoravisse. Revertimur ad id, unde paullulum digressi sumus. Videntur igitur in Critone omnia esse Socratica, licet in eo reperiantur, quae ab ipso Platone vel uberius exornata vel rationi Socraticae convenienter inventa subtiliusque exposita sint. Etenim illud quidem, quod vir sapientissimus p. 46. C sqq. statuit, in vitae actione imprimisque in virtutis excercitatione non magnae multitudinis sed rectae rationis iudicia audienda esse, nullo fere negotio perspicitur Socratis germani ingenio atque moribus plane esse conveniens, sicuti vel illa evincunt, quae de eo narrantur Xenoph. Mem. IV. 4, 2. Hellen. I. 7. 9—16. Platon. Apol. Socr. p. 32. C sq. praesertim quum ipsum etiam constet virtutem ad scientiam retulisse, qualem non vulgo sed sapientibus obtingere posse consentaneum est. v. Prolegg. ad Lachet. et Charmid. edit. 2. Porro quod inde a p. 47. D. disputatur, neglectis in agendo sapientium atque ipsius sapientiae iudiciis negligi etiam iustitiam atque probitatem eoque ipso etiam animum ita corrumpi, ut vitae pretium perdatur, est profecto hoc quoque plane Socraticum. Nam quum virtus secundum Socratem ex una maxime sapientia efflorescat, certe nec fieri potest, quin sapientium opinionibus neglectis omnis eius laus deperdatur. Quod autem facta virtutis maximeque iustitiae iactura etiam vitae fructum ullum esse negatur, meminisse iuvabit, Socratem virtuti tamquam ultimum finem propositum esse voluisse felicitatis ac beatitatis sensum adeoque bonum item utile esse censuisse. v. Xenoph. Mem. III. 3, 2—3. IV. 6, 8. 9. al. Quam quidem sententiam Plato sic interpretatus est, ut Socratem, utpote utile non tantum ad vitae commoda et utilitates sed etiam ad rectam mentis conscientiam animique tranquillitatem pertinere arbitratum statuere iusserit, vitam sine virtute omnino non vitalem iudicari oportere. Ipse autem eam postea multo etiam illustrius exornavit in Gorgia p. 469. C sqq. p. 476. 477 sqq. quo loco demonstravit iniuste agere non modo malum esse, sed omnium malorum maximum. Sed haec atque similia

quum facile nobis persuadeamus ex Socraticae sapientiae fontibus tamquam ultro profluxisse, tum haud paullo difficilius iudicium de iis est, quae p. 49. A — E. Socrati sunt adscripta. Quod enim ibi vir sapiens ita loquens inducitur, ut non modo nullam iniustitiam committendam statuat, sed ne referri quidem iniuriam iniuria velit; est hoc sane eiusmodi, ut menti ac sententiae Socratis, qualem aliunde habemus cognitam, videatur adversari non mediocriter. Nam apud Xenophontem quidem Mem. II. 3, 14. sapiens Atheniensis sequitur sententiam popularem, qua laudabile et honestum putabatur, amicis bene, inimicis male facere, de qua v. Commentar. exeg. ad Criton. p. 49. B. Idem facit II. 1, 19. quo loco amicos conciliandos, inimicos vincendos esse arbitratur. Neque aliter iudicat II. 6, 35. et III. 9, 8. al. At enim vero sunt hi loci Xenophontis omnes nostro quidem iudicio ita comparati, ut eorum testimoniis utendum sit cautissime. Disputat enim Socrates ibi sic, ut sese ad vulgarem hominum opinionem demittat, quo facilius deinde eos habeat sibi consentientes, quibuscum colloquitur. Ex quo sponte consequitur, nihil illos valere ad aperiendam veram eius sententiam. Quae qualis fuerit, suspicari potius ex iis licet, quae Mem. II. 3, 5 sqq. disserit, ubi officium exigere ostendit, ut, si quis fratrem habeat sibi inimicum, eum, ira seposita, omnibus modis placare sibique conciliare studeat; itemque ex Mem. II. 2. in. ubi posteaquam docuit, ingratos esse in numero iniustorum habendos, deinde etiam ostendit, imprimis liberorum esse, parentes propter beneficia in ipsos collata pie revereri, praesertim quum impietas in parentes etiam publice gravissimis poenis afficiatur hominumque contemtum comitem habere soleat. Nimirum in his ipsis insunt quasi quaedam stamina eorum, quae Plato ita ei attribuit, ut etiam significet, virum sapientissimum iam superiore tempore ita sensisse, ut nullo pacto, ne vindictae quidem sumendae caussa, iniuriam admittendam esse iudicaverit. Quam quidem veram ipsius sententiam fuisse etiam inde suspicari licet, quod iam ante ipsum extiterant, qui de inimicis tractandis sensissent humanius (v. Fischer. disp. (praeside Frid. Aug. Wolfio defensa): Quid de officiis et amore erga inimi-

cos Graecis et Romanis placuerit. Hal. Sax. 1789. 8. I. Fr. Bruch: De amore inimicorum. Argentorat. 1811. 8. Lud. Phil. Huepeden: Commentat. qua comparatur doctrina de amore inimicorum Christiana cum ea, quae tum in nonnullis V. T. locis tum in libris philosophorum Graecor. et Romanor. traditur. Götting. 1817. 4.). Quin etiam ipsum novimus hominem fuisse mitem, lenem, mansuetum, humanum, licet hoc quoque in genere officii utilitatis cuiusdam rationem ducendam existimaverit. Neque vero Epictetus Disputatt. Arian. IV. 1. 133. 167. Themist. Diss. IX. aliique dubitaverunt hanc ipsi sententiam attribuere, quam Plato sub nomine eius defendit etiam Republ. I. p. 334. A sqq., susceperunt postea Stoici quoque aliique philosophi, sicuti dudum demonstraverunt Hugo Grotius De Veritate Relig. Christian. Libr. IV. §. 12. ann. 3. et Buddeus Introduct. ad philos. Stoic. ex mente Antonini Imperat. praemissa edit. Chr. Wollii, Sect. VII. §. 16. Accedit vero ad haec ipsius Critonis Platonici gravissima auctoritas, quandoquidem p. 49. A. Socrates ita loquens inducitur, ut sese iam olim in ea fuisse sententia profiteatur (*ὡς πολλάκις ἡμῖν ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ ὡμολογήθη*), ut nullo pacto ne lacessitum quidem alteri iniuriam inferre iustum esse existimaverit. Itaque nihil est profecto, cur Platonem suspicemur hac in parte Socratem eum informavisse, qui a sua ipsius ratione atque doctrina descivisse existimandus sit. Iam vero quod ille extrema dialogi parte inde a p. 50. A sqq. ita disputat, ut civitati atque legibus publicis maximam per omnia reverentiam deberi ostendat, etiamsi haec pars operis ab ipso Platone copiosius exornata esse videatur, tamen ne hic quidem quidquam reperiri putamus, quod non cum illius mente ac sententia planissime conveniat. Constat enim ipso Platone teste, Socratem tam severum fuisse officiorum legibus publicis atque reipublicae debitorum exactorem, ut plane spreverit populi licentiam in civitate Athenarum magis in dies grassari minantem, atque una cum discipulis suis Doricarum civitatum gravitatem et constantiam probare maluerit, quam popularium suorum levitatem. De qua re v. Commentar. ad Criton. p. 52. E. Quamobrem sine dubio eos sensus gessit atque retinuit,

quos in antiquis rebus publicis vulgo olim regnasse accepimus, ut cives communiter legem haberent omnium rerum dominam et gubernatricem, cui omnes subiecti esse et tamquam ultro ac sponte servire deberent. Quos sensus egregie declaravit Demaratus apud Herodot. VII. 104. expressit item Euripides Suppl. v. 433 sqq. conf. etiam Plat. Legg. III. p. 700. A. IV. p. 715. coll. p. 689. B. IX. p. 856. B. et quae nostra aetate de illis scripsit Rötscher Aristophanes u. sein Zeitalter p. 80. p. 92. p. 258 sqq. quamquam is de Socrate secus statuit. At nimirum hic quid senserit, clarissime exposuit Xenoph. Mem. IV, 4. ubi eum cum Hippia fecit sermocinantem. Ibi enim Socrates ostendit iustum esse idem atque legitimum (*τὸ δίκαιον ἐστι τὸ νόμιμον*). Hoc *νόμιμον* autem vult legibus vel scriptis vel non scriptis contineri, quibus qui obediant, eos etiam deorum parere voluntati. Harum vero legum observantiam quum alia bona habere arbitratur, tum etiam reipublicae firmissimum munimentum ac praesidium esse censet, ut omnino ea civitas praestantissima esse iudicanda sit, in qua cives legibus maxime obtemperent (§. 10 — 18.), licet obedientia civilibus legibus debita non per se iusta putanda sit, sed quatenus salus quum universae civitatis tum singulorum civium respiciatur. Quae nonne apertum est planissime cum iis convenire, quae in Critone eo, quem significavimus, loco explicantur? Nimirum utrobique certe veri iudicium ex iusti notione et rectae rationis legibus repetitur, quamquam apud Xenophontem etiam indicatur, quatenus vir sapientissimus in colenda iustitia utilitatis quoque rationem habendam esse censuerit. Neque vero singula, quae ibidem a Socrate proferuntur, ullo modo ab iis abhorrent, quae de ipsius mente ac sententia aliunde cognita habemus. Quale est illud, quod civitati vel propter beneficia, quae ei debeantur, maximam reverentiam et obedientiam testificandam esse arbitratur. Nam exspectabat quidem ille a patria, a parentibus, ab amicis, denique a necessariis beneficia, sed putabat item maximam illis ideo gratiam retribui oportere eiusque officii neglectionem esse longe turpissimam et iniustissimam; de qua re v. Xenoph. Mem. II. 1, 28. II. 2. II. 3, 9. IV. 4, 24. Sed nolumus haec persequi etiam copio

sius. Nam vel ex his satis, opinor, apparet, tôtum illum locum sanequam ita comparatum esse, ut quasi interiores pectoris sensus, quos vir sapientissimus adversus patriam eiusque leges et instituta foverit, penitus recludere videatur.

Atque his quidem ita disputatis non iam amplius obscurum fore putamus, Platonem utique Socratis imaginem eam adumbravisse, quae licet habeat singula quaedam lineamenta ab artifice potius quam ab illius persona profecta, tamen omnino ad vivum expressa dicenda sit. Quo minus certe dubitari poterit quin supra vere de consilio iudicaverimus, quod Plato in hoc libello litteris exarando sequutus sit. Apparet enim clarissime propositum ipsi hoc fuisse, ut, quo magis omnibus pateret quaenam officia iustitiae et pietatis secundum sapientiae praecepta patriae atque legibus publicis deberentur, Socratem ut civem iustum piumque tamquam imagine quadam ad ipsius vitae veritatem adumbrata repraesentaret, qui vel eo tempore, quo iniusto iudicio fuisset condemnatus, patriis legibus fidam obedientiam ipsique patriae piam sanctamque reverentiam praestiterit, utpote repletus interiore quadam animi de iusto et honesto persuasione cum pia divinae voluntatis spe et fiducia coniuncta. Nam hoc ipsum quoque diligenter est animadvertendum, cum iustitiae et honestatis studio in ipso coniunctam cerni etiam singularem quandam religionis pietatem, qua una maxime erectus ac sustentatus praesenti fortuna sua fortis acquiescit et quamvis morte instante tamen futura laetus fidensque exspectat. Quapropter in Critone plane ipso opere declarat, quod Plato eum in Gorgia p. 519. E. dicentem fecit: „Vir revera fortis, quamdiu vivit, res suas diis committit, atque id tantum spectat, quomodo destinatum sibi fato vivendi tempus paragat,“ atque simul confirmat veritatem eorum, quae scripsit Xenoph. Mem. IV. 4, 1. *ἀλλὰ μὴν καὶ περὶ τοῦ δικαίου γε οὐκ ἀπεκρύπτετο ἣν εἶχε γνώμην, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ ἀπεδείκνυτο.* Sponte autem intelligitur, hac ipsa ratione Platonem simul etiam Socratis eiusque amicorum rationem ac disciplinam a criminationibus eorum defendisse, qui eam tamquam civitati perniciosam in hominum invidiam perducere studuissent, praesertim quum ita instituerit, ut etiam

ipsius discipulos, qui propter integerrimum erga magistrum amorem eius fugam parassent eique vehementissime morti ereptum cuperent, tamen denique eius iudicia ita probare iusserit, ut viri voluntati concedendum putaverint.

Sed haec quidem satis erunt de consilio scriptionis deque via et ratione, qua philosophus illud effectum dedit. Nam de scenico dialogi apparatu, quem facile apparet argumento et consilio universi operis elegantissime esse attemperatum, certe non esse putamus quod peculiari opera disputetur.

Sunt autem omnia in hoc libro perquam populariter ac vulgari hominum captui accommodate exposita, ut primo saltem adspectu in eo plane desideretur celsior illa ac subtilior philosophandi ratio, quam in plerisque aliis Platonis dialogis vigere novimus. Quae res adeo offensioni fuit Fr. Astio De Vita et Scriptis Plat. p. 292 sqq. ut Critonem contenderit pro libro subditicio habendum esse et Platone prorsus indigno, quippe qui neque ad artis laudem neque ad rerum gravitatem cum aliis philosophi scriptis comparari possit. De quo nobis quidem multo videtur aliter. Nam primum quidem haudquaquam levia sunt, quae ex purissimis doctrinae moralis hausta principiis de iure civili deque officiis pietatis et obedientiae reipublicae praestandis disputantur, quorum vim et gravitatem, quae certe etiam ad Platonis philosophiam fuit maxima, multum veremur ne criticus severissimus non satis diligenter momentis suis ponderaverit. Deinde popularitas ista, quae per totum libellum regnat, neutiquam est abiecta et humilis, quae artis laude careat aut rerum vim et ubertatem plane nullam habeat. Imo in summa simplicitate tamen et veritatem atque gravitatem sententiarum sectatur et universi libri rationibus sollertissime est attemperata, siquidem per scriptionis consilium nullo modo fieri potuit, ut aut subtilius aut grandius ac sublimius disputandi genus deligeretur. Sed nolumus haec nunc persequi copiosius, praesertim quum libri argumento accuratius perlustrato sponte intellectum iri existimemus, quid de tota caussa iudicari oporteat. Nec tamen inutiliter consulentur quae contra Astium disputarunt Ios. Socher. De Scriptis

Plat. p. 64 sqq. Henr. Bremi in libro: Philol. Beiträge a. d. Schweiz Vol. I. p. 131 sqq. Car. Steinhart: Platons Werke übers. von Hier. Müller. Lips. 1851. Vol. II. p. 303.

Iam vero ex iis, quae hactenus disputavimus, videtur etiam coniectura capi posse de temporibus, quibus libellus scriptus et in lucem publicam emissus sit. Est enim longe verisimillimum origines eius in eandem incidisse aetatem, qua etiam Apologia Socratis nata est, siquidem in utroque opere Socratis in ipso capitis discrimine constituti imago ita proponitur, ut simul doctrinae eius atque vitae agantur vindiciae. Talis autem scriptionis suscipiendae consilium certe nullum aliud tempus magis suadere potuit, quam quod proxime post Socratis mortem est insecutum. Tum enim et grata atque pia magistri recordatio et Socraticorum fama atque existimatio et vero etiam ipsius philosophiae fortuna in discrimen adducta gravissime exhortari debuit scriptis palam facere ac declarare, qualis revera fuisset vir sapientissimus et quid de studiis eius atque vitae consiliis esset existimandum. Quod certe posterioribus temporibus, quum caussa eius dudum esset transacta et aequalium iudiciis pensitata, non modo supervacaneum sed etiam importunum futurum fuit. Nam aliud quid certe est, quod Plato Socratem postea in sermonibus suis ita loquentem induxit, ut eum suae atque propriae sapientiae fecerit interpretem. Quod certe neutiquam pertinet ad Socratis eiusque vitae ac studiorum defensionem, sed longe alia caussa nititur.

Ceterum quod apud Diogen. Laert. III. §. 36. coll. II. §. 35. et II. 60. narratur, non Critonem fuisse, qui haec cum Socrate colloquutus sit, sed Aeschinem, cui tamen Plato ea propter simultatem quandam tribuere noluerit, non est veridissimilis Schleiermacheri coniectura, Platonem rem aliter instituisse, ne Aeschines, utpote aetate minor, aequalium odio et invidia conflagraret. Quamquam haud scimus an ista quoque narratio, ut multa id genus alia, ab iis inventa sit, qui nomini Platonis apud posteros malae invidentiae maculam adspergere conati sunt. Sed utut res est, illud quidem omnes uno ore

fatebuntur, dignum fuisse Critonem, cuius memoriae tale monumentum consecraretur, quod constantis ac perpetuae ipsius erga Socratem amicitiae apud omnem posteritatem exhiberet testimonium.

Codices ad Critonem excussi.

Bodleianus. Vaticanus 225. Venetus a (qui Bekkero Σ signatus est) b (Bekkero Π), et Ξ. Vindobonenses 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. ex quibus 2. et 6tum etiam Bekkerus adhibuit notavitque litteris Υ et Φ. Coislin. Γ. Tubingensis. Parisin. B C D E H S. Florentini a. b. c. d. f. g. h. i. Angelicus u. Zittaviensis. Praeterea Bekkerus memorat cod. Ψ signatum, quem in librorum elencho p. XI. Huetianum appellavit.

Editiones.

Peculiari opera hic liber a multis, I. Fr. Fischero, Ph. Buttmanno et Fr. Gedickio, Heldio, aliis, tractatus est, quorum opera memorantur in Wilhelmi Engelmanni Biblioth. Scriptorum Classicorum Lips. 1847. 8. p. 169 sqq. et Supplem. a. 1853. p. 45 sqq. ubi etiam singulares commentationes memoratas invenies, quibus singuli quidam Critonis loci tractati sunt. Accesserunt nuper editiones R. B. Hirschigi et Christiani Cronis, de quibus v. Praef. ad Apol. Socr.

Cap. I. *Τί τηνικάδε ἀφῖξαι, ὦ Κρίτων; ἢ οὐ* 43
πρῲ ἔτι ἐστίν; ΚΡ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Πηνίκα μάλιστα; ΚΡ. Ὄρθρος βαθύς. ΣΩ. Θαυμάζω,

P. 43. *ἢ οὐ πρῲ ἔτι*] Libri omnes *πρωΐ*. Sed recte Fischerus vett. grammaticorum auctoritate *πρῴ* restituendum censuit, v. Tim. Gloss. s. h. v. Hermann. De em. rat. Gr. Gr. 1. 8. p. 36 sqq. Certe apud Aristophanem metrum ubique *πρῴ* monosyllabum flagitat, observante Brunckio ad Lysistr. v. 613., etsi ibi quoque libri mss. *πρωΐ* tenent. Nimirum iota debemus scribis veteribus, qui eam litteram longae vocali non subscribebant, sed apponebant, id quod in libro Clarkiano sive Bodleiano constanter factum novimus. Ceterum fallitur Buttmannus, qui iota abiici voluit, provocans ad Etymologi M. auctoritatem, qui tamen de solis pronominibus numeri dualis loquitur. conf. Matthiae Gr. Ampl. T. I. p. 118. Dein *ἔτι* ante *ἐστὶν* om. Vind. 6. Huet. Par. DS. et pr. Ven. II. quibuscum vocem eiecerunt Turicenses, recte reluctante Orellio.

Cap. I. P. 43. *Πηνίκα μάλιστα;*] quota hora est quum maxime? v. intpp. ad Thom. M. p. 713. ed. Bern. — 288. ed. Ritsch., qui haec habet: *πηνίκα μὴ εἴπῃς ἐπὶ χρόνου. ἔστι γὰρ ὥρας δηλωτικόν· οἷον ἐὰν εἴπῃς ἕωθεν ἢ περὶ μεσημβρίαν.* Adde Phrynich. p. 94 sq. cum ann. Lobeckii. *Μάλιστα* accipiendum ut quum numeris apponitur, de quo usu dixit Bastius Epist. Crit. p. 37 sq.

ὄρθρος βαθύς] Accuratius Crito his verbis tempus indicat. Etenim *πρῴ* et *ὄρθρος* inter se differunt, ut Lat. mane ac diluculum, quorum illud est spatium diei, quod pertinet a diluculo usque ad horam diei fere tertiam e ratione veterum; hoc autem est tempus antelucanum, ubi nox abiit, nec tamen orta dies, ut loquitur Ovid. Amat. 1. 5, 6. Phrynichus: *ὄρθος τὸ πρὸ ἀρχομένης ἡμέρας, ἐν ᾧ ἔτι λύχνῳ δύναταί τις χρῆσθαι.* Ceterum Graeci eodem modo *βαθύς* de tempore, quo nos voc. tief, usurpant. Protagor. p. 310. A. *τῆς παρελθούσης νυκτὸς ταυτησί, ἔτι ὄρθρου βαθέος.* Lucian. Asin. 34. *νὺξ βαθεῖα*, ubi v. Reitz.

θαυμάζω, ὅπως ἠθέλ.—] miror, qui factum sit, ut. Xenoph. Mem. I. 1, 20. *θαυ-*

ὅπως ἠθέλησέ σοι ὁ τοῦ δεσμωτηρίου φύλαξ ὑπακοῦσαι. ΚΡ. Ξυνήθης ἤδη μοί ἐστιν, ὦ Σώκρατες, διὰ τὸ πολλάκις δεῦρο φοιτᾶν, καί τι καὶ εὐεργέτηται ὑπ' ἐμοῦ. ΣΩ. Ἄρτι δὲ ἥκεις ἢ πάλαι; ΚΡ. Ἐπιει-
B κῶς πάλαι. ΣΩ. Εἶτα πῶς οὐκ εὐθὺς ἐπήγειράς

ὅπως ἠθέλησέ σοι] Ven. a. Coisl. Vind. 2. 3. 5. et pr. Ang.: ἤθελε, quod non debebat probare Buttmannus.

καί τι καὶ εὐεργέτηται] Ald. cum Par. E. Flor. b. g. i. καί τοι καὶ. Ald. Bas. 2. Steph. εὐεργετεῖται, quod e Bodl. Ven. b. Vind. 1. 2. 4. 5. 6. 7. Flor. a. c. d. e. h. i. Tub. Zitt. Huet. Ang. Par. H. S. qui partim cum Bodl. εὐεργετῆται exhibent, sine

μάζω οὖν, ὅπως ποτὲ ἐπείσθησαν οἱ Ἀθηναῖοι. Eurip. Med. v. 51. πῶς λείπεσθαι θέλει; Similiter mox: πῶς οὐκ ἐπήγειράς με εὐθύς; Miratur autem Socrates Critonem iam nunc a ianitore esse intromissum, quia οὐ πάνυ πρῷ ἀνεῴγετο, ut est Phaedon. p. 59. E. Ὑπακούειν, quod proprie dicitur de ianitore, qui fores pulsantibus (τοῖς κρούουσιν) auscultat, nunc significat fores aperire et venientes intromittere, v. intpp. ad Phaedon. p. 59. E. ad Xenoph. Symp. I, 11. et Theophr. Charact. IV. 3.

καί τι καὶ εὐεργέτηται] Quod non pauci olim probarunt καί τοι καί, et vero etiam, videtur pugnare cum Critonis modestia et urbanitate, qui non vult gloriari beneficiis in hominem illum collatis, sed nil nisi indicare caussam, cur iam nunc in custodiam intromissus sit. Itaque praeferendum est καί τι καί, quod tam a librorum auctoritate, quam a sententiae rationibus plurimum habet commendationis. Modeste enim Crito et verecunde, ne generosi amici animum laedat et offendat, se carceris custodi ait nonnihil mercedulae dare solitum esse. Cohaeret autem τι cum εὐεργέτηται, cuius verbi constructio in vulgus nota est. Ac ne mireris accuativum a verbo suo divulsum, legitima fuit propemodum haec verborum coniunctio: καί τις καί, καί τινες καί, καί τι καί. v. Ducker. ad Thucyd. p. 309. Boissonad. ad Philostrat. Her. p. 348. et 450. Quibus adde Sophocl. Philoct. v. 274: προθέντες — καί τι καὶ βορᾶς ἐπωφέλημα σμικρόν. Ibid. v. 308: καί πού τι καὶ βορᾶς μέρος προσέδοσαν. Buttmannus aliique probarunt εὐεργετεῖται, praesens tempus, quod de Critone ad Socratem saepius veniente et custodi identidem mercedulam porrigente aptissime dici videretur. Sed repetit Crito caussas, cur a ianitore intromissus sit, a tempore superiore; et recte utitur tempore perfecto, quo indicat hominem et accepisse a se beneficia et etiam nunc eorum memorem esse. De forma εὐεργέτηται v. Buttmann. Gr. Ampl. 1. §. 84. 6. 3. et §. 86. 2. et Matth. §. 169. annot. coll. §. 167. n. 6. Augmenti omissio peperit lectionem εὐεργετεῖται et ηὐεργέτηται.

Ἐπιεικῶς πάλαι] h. e. satis diu, ziemlich lange. Theaet. in. Ἄρτι, ὦ Τερψίων, ἢ πάλαι ἐξ ἀγροῦ; Terps. Ἐπιεικῶς πάλαι. Phaedon. p. 80. C. ἐπιεικῶς συχνὸν ἐπιμένει χρόνον. Grammatici ἐπιεικῶς interpretantur πάνυ, λίαν. v. Eu-

με, ἀλλὰ σιγῇ παρακάθησαι; ΚΡ. Οὐ μὰ τὸν Δί', ὦ Σώκρατες, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἤθελον ἐν τοσαύτῃ τε ἀγρυπνίᾳ καὶ λύπῃ εἶναι. ἀλλὰ καὶ σοῦ πάλαι θαυμάζω αἰσθανόμενος, ὡς ἡδέως καθεύδεις· καὶ ἐπί-

ulla dubitatione mutavimus. In aliis codd. non paucis est εὐηργέτηται, quod in Bodl. superscriptum legimus. v. explicatt.

B. ἐν τοσαύτῃ τε ἀγρ.] Sic Bodl. Vind. 2. 6. 5. 6. Tub. Ven. a. b. Flor. a. b. c. f. h. i. Ang. Huet. Zitt. Par. BCDE HS. Ang. cum Bas. 2. Vulgo τε aberat, quod post ἀγρυπνίᾳ collocant Vat. Vind. 1. 3. 6. Flor. d. g.

stath. ad Il. α'. p. 547. Hesych. s. v. ibique intpp.

B. Εἶτα πῶς οὐκ εὐθὺς ἐπήγειρας —] Hirschigius graviter asseverat πῶς esse eliminandum, quia εἶτα in interrogatione cum admiratione vel indignatione positum non soleat cum πῶς consociari. In quo dupliciter erravit. Nam primum quidem πῶς ita positum reperitur etiam alibi, ut Eurip. Iphig. Aul. v. 883. κᾆτα πῶς φέρων γε δέλτον οὐκ ἐμοὶ δίδως λαβεῖν; Aristoph. Avv. v. 964. κἄπειτα πῶς τοῦτ' οὐκ ἐχρησμολόγεις σύ; Deinde omisso πῶς gravior foret Socratis vel indignatio vel obiurgatio quam pro rei conditione. Nunc vero addita vocula lenius aliquanto et urbanius sciscitatur, qui tandem factum sit, ut Crito ipsum non e somno excitaverit. De εἶτα et ἔπειτα in interrogando sic usurpato v. ann. Apolog. Socrat. p. 28. B. et Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 549.

οὐδ' ἂν αὐτὸς ἤθελον —] Ne ipse quidem vellem in tanta insomnia tantoque moerore versari propter curam ac sollicitudinem, qua tua caussa discrucior; atque adeo te dudum admiror (hic assidens) sentiens et animadvertens, quam suaviter dormias etc. Etenim ἂν cum imperfecto iunctum contrarium eius rei cogitandum esse significat, quae verbis expressa est; v. Hermann. ad Viger. p. 820. — Pro ἐν τοσαύτῃ τε ἀγρυπνίᾳ καὶ λύπῃ vulgaris exigebat usus ἐν τοσαύτῃ ἀγρυπνίᾳ τε καὶ λύπῃ, quod in aliquot codd. repertum est. Sed recte habet etiam illud, quod sic explicandum est, ut post καὶ rursus intelligas τοσαύτῃ. Nimirum τε primae statim adhaesit voci, quia τοσαύτῃ etiam ad λύπῃ pertinet. Phaedon. p. 94. D. τά τε κατὰ γυμναστικὴν καὶ τὴν ἰατρικήν, i. e. τά τε κ. γ. καὶ τὰ κατὰ τ. ἰ. Legg. VII. p. 796. D. εἴς τε πολιτείαν καὶ ἰδίους οἴκους, h. e. καὶ εἰς ἰδ. οἴκ. XII. p. 969. B. Herodot. VII. 106. οἵ τε ἐκ Θρᾴκης καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου, i. e. καὶ οἱ ἐκ τοῦ Ἑλλ. Plura dabit Schaefer. Indic. ad Brunckii Poetas Gnomic. p. 367. ad Demosth. Apparat. Vol. I. p. 191. et 690.

ὡς ἡδέως κ.] graviter dictum pro ὅτι οὕτως ἡδέως κ. Sic mox: ὡς ῥᾳδίως αὐτὴν καὶ πρᾴως φέρεις. Phaedon. p. 58. E. εὐδαίμων μοι ὁ ἀνὴρ ἐφαίνετο — ὡς ἀδεῶς καὶ γενναίως ἐτελεύτα. Ibid. p. 89. A. ὡς ἡδέως καὶ εὐμενῶς τὸν λόγον ἀπεδέξατο. v. Schaefer. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 252. et Matth. §. 489. 3..

τηδές σε οὐκ ἤγειρον, ἵνα ὡς ἥδιστα διάγῃς. καὶ πολλάκις μὲν δή σε καὶ πρότερον ἐν παντὶ τῷ βίῳ εὐδαιμόνισα τοῦ τρόπου, πολὺ δὲ μάλιστα ἐν τῇ νυνὶ παρεστώσῃ ξυμφορᾷ, ὡς ῥᾳδίως αὐτὴν καὶ πράως φέρεις. ΣΩ. Καὶ γὰρ ἄν, ὦ Κρίτων, πλημμελὲς εἴη ἀγανακτεῖν τηλικοῦτον ὄντα, εἰ δεῖ ἤδη
C τελευτᾶν. ΚΡ. Καὶ ἄλλοι, ὦ Σώκρατες, τηλικοῦτοι ἐν τοιαύταις ξυμφοραῖς ἁλίσκονται, ἀλλ' οὐδὲν αὐ-

ἐν τῇ νυνὶ π.] V. *νῦν*, quod ex Vind. 6. et Florr. aliquot mutavi.

C. *αὐτοὺς ἐπιλύεται*] Sic Bodl. Vind. 1. 6. 7. Flor. d. f. g. Huet. Par. DS. et pr. Vat. b. Vulgo *αὐτοῖς*.

φέρων χαλεπήν] Bodl. cum aliis nonnullis: *χαλεπὴν καὶ βα-*

ἵνα ὡς ἥδιστα διάγῃς] Coniunctivus post coniunctiones finales praecedente praeterito positus, ubi res nondum perfecta esse sed adhuc durare cogitatur, ut hoc loco: de quo v. Hermannus de emendanda ratione Gr. Gr. p. 212 sq. ad Viger. p. 850. Matth. §. 518. 1. Buttm. §. 126. i. Rost. §. 122. not. 4. b. et anntot. ad Apolog. p. 17. A. Parum caute Hirschig. de suo scripsit *διάγοις*. — Ad *διάγῃς* intell. *τὸν βίον*, de qua ellipsi v. Lambert. Bosius p. 59 sqq. ed. Schaefer.

εὐδαιμόνισα τοῦ τρόπου] De constructione v. Matth. §. 368. *τρόπος* sentiendi agendique ratio in ipsa vita conspicua, mores. Phaedon. p. 58. E. *εὐδαίμων ἐφαίνετο τοῦ τρόπου*. Quid autem intelligatur, patet e verbis Xenophont. Memor. IV. 8, 3. *ἐθαυμάζετο ἐπὶ τῷ εὐθύμως καὶ εὐκόλως ζῆν*. Ad *τηλικοῦτον ὄντα* ne quis intelligendum opinetur *ἐμέ*, latet in infinitivo indefiniti subiecti significatio, de quo usu v. ad Apol. Socr. p. 29. A. p. 39. D. et Criton. p. 45. D. *χρὴ δὲ — ταῦτα αἱρεῖσθαι φάσκοντά γε δή κ. τ. λ.* ubi nugatur acutulus critus, *τὸν φάσκοντα* scribendum esse contendens. Nam sententia, quo fiat gravior, tanquam generalis quaedam effertur: „es würde ungereimt sein, wenn einer in diesem Alter noch unwillig sein wollte, wenn er nun enden soll. — *Τηλικοῦτος*, tam grandis aetate: fuit enim Socrates iam septuagenarius. v. infra c. XIV. et Apolog. p. 17. D. De *εἰ* post verba animi affectum significantia illato v. Buttm. §. 136. Rost. §. 121. not. 5. al.

C. *ἐν τοιαύταις ξυμφοραῖς ἁλίσκονται*] Eadem constructione Phileb. p. 45. C. *ἐν τοιούτοις νοσήμασιν ἐχόμενοι*. De republ. III. p. 395. D. *ἐν ξυμφοραῖς τε καὶ πένθεσι καὶ θρήνοις ἐχομένην*. Legg. X. p. 887. E. *ἐν ξυμφοραῖς παντοίαις ἐχομένων καὶ ἐν εὐπραγίαις*, ubi zeugma notabis. Phaedon. p. 108. B. *ἐν πάσῃ ἐχομένη ἀπορίᾳ*. Ibid. *δεδεμένος ἐν ἀνάγκαις*. Sophocl. Aiac. v. 270. *ἀνὴρ ἐκεῖνος, ἡνίκ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ, αὐτὸς μὲν ἥδεθ' οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς*. Vulgatum *αὐτοῖς* etsi cum Boeckhio ad Min. et Legg. p. 107. defendi potest, siquidem *ἐπιλύεσθαι* proprie est

τοὺς ἐπιλύεται ἡ ἡλικία τὸ μὴ οὐχὶ ἀγανακτεῖν τῇ παρούσῃ τύχῃ. ΣΩ. *Ἔστι ταῦτα. ἀλλὰ τί δὴ οὕτω πρῲ ἀφῖξαι;* ΚΡ. *Ἀγγελίαν, ὦ Σώκρατες, φέρων χαλεπήν, οὐ σοί, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, ἀλλ' ἐμοὶ καὶ τοῖς σοῖς ἐπιτηδείοις πᾶσι καὶ χαλεπὴν καὶ βαρεῖαν, ἣν ἐγώ, ὡς ἐμοὶ δοκῶ, ἐν τοῖς βαρύτατ' ἂν ἐνέγκαιμι.* ΣΩ. *Τίνα ταύτην; ἢ τὸ πλοῖον ἀφῖκται ἐκ Δήλου, οὗ δεῖ ἀφικομένου τεθνάναι με;* ΚΡ. *Οὔ* D

ρεῖαν, οὐ κ. τ. λ., quod ortum ex sequentibus. Errorem vel inde cognoscas, quod istud *καὶ βαρεῖαν* in aliquot libris punctis notatum est. Hirschigius tamen hic scripsit *χαλεπὴν καὶ βαρεῖαν*, quo facto in proximis arbitrio suo verba: *καὶ χαλεπὴν καὶ βαρεῖαν* exterminavit: iusto audacius, opinor.

alicui aliquid liberum praestare, tamen melioribus libris fuit obtemperandum, praesertim quum etiam *ἐπιλύεσθαί τινα* recte dici videatnr eo sensu, ut sit aliquem liberum praestare, liberare ab aliqua re. Sententia igitur haec est: neque tamen senectus eos liberos praestat, quod attinet ad illud, ne morte non indignentur. Ex quo intelligetur, qui fiat, ut *τὸ μὴ οὐ* saepe significet quominus; v. Hermann. Mus. Studior. Antiquit. Wolf. et Buttmann. Vol. I. p. 220. ad Viger. p. 802. De accusativo v. Eurip. Hippolyt. v. 48. *τὸ γὰρ τῆςδ' οὐ προτιμήσω κακόν, τὸ μὴ οὐ παρασχεῖν τοὺς ἐμοὺς ἐχθροὺς ἐμοὶ δίκην τοσαύτην*, ubi codd. quidam *τοῦ μὴ οὐ* habent. Aeschyl. Prometh. v. 243. *ἐξερυσάμην βροτοὺς τοῦ μὴ διαῤῥαισθέντας εἰς Ἅιδου μολεῖν*, ubi ex codd. scribendum videtur *τὸ μή*. Aristoph. Rann. v. 68. *οὐδείς μ' ἂν πείσειεν ἀνθρώπων τὸ μὴ οὐκ ἐλθεῖν ἐπ' ἐκεῖνον.* Plato Reip. III. p. 354. B. *οὐκ ἀπεσχόμην τὸ μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν ἀπ' ἐκείνου.*

ἀλλὰ τί δή —] h. e. sed, ut ad superiora revertar, cur tandem etc.

οὐ σοί, ὡς ἐμοὶ φαίνεται] Non tibi, inquit, ut patet, molestum, sed mihi et familiaribus tuis omnibus et *molestum* et *gravem*. Cum vi enim repetit superius *χαλεπήν* addito etiam *καὶ βαρεῖαν*, quippe quod etiam ponderosius est quam *χαλεπήν*. Eurip. Hecub. v. 100 sqq. *πρὸς σ' ἐλιάσθην — οὐδὲν παθέων ἀποκουφίζουσ', ἀλλ' ἀγγελίας βάρος ἀραμένη μέγα.* Hanc elegantiam non sentientes critici locum perperam sollicitaverunt. v. ann. crit.

ἐν τοῖς βαρύτατα] H. e. *ἐν τοῖς βαρέως φέρουσιν ἐγὼ βαρύτατα ἂν ἐνέγκ.* v. Matth. §. 290. conf. infra p. 52. A.

Τίνα ταύτην;] Intell. *φέρεις*, h. e. *τίς ἐστιν αὕτη ἡ ἀγγελία, ἣν φέρεις;* v. Matth. §. 264.

ἢ τὸ πλοῖον ἀφῖκται Particula *ἤ* quum fere poni soleat in secunda parte interrogationis bimembris, tum etiam ita usurpari solet, ut interrogatio antegressis non per interrogationem elatis opponatur: qua ratione etiam Latin. an poni-

τοι δὴ ἀφῖκται, ἀλλὰ δοκεῖ μέν μοι ἥξειν τήμερον ἐξ ὧν ἀπαγγέλλουσιν ἥκοντές τινες ἀπὸ Σουνίου καὶ καταλιπόντες ἐκεῖ αὐτό. δῆλον οὖν ἐκ τούτων τῶν ἀγγέλων, ὅτι ἥξει τήμερον, καὶ ἀνάγκη δὴ εἰς αὔριον ἔσται, ὦ Σώκρατες, τὸν βίον σε τελευτᾶν.

Cap. II. ΣΩ. *Ἀλλ', ὦ Κρίτων, τύχῃ ἀγαθῇ.*

D. *ἀλλὰ δοκεῖ μέν μοι ἥξειν*] Bodl. Tub. Flor. h. Par. D. Ven. b. *δοκεῖν*, quod fuit qui noto illo attractionis genere defenderet, quo infinitivus ex parenthesi pendet: de quo v. ad Phaedr. p. 272 D. Nos indicativum unice verum putamus. De *μέν* v. explicatt.

tur. Itaque locus sic intelligendus est: an vero navis rediit, qua reversa etc. Itaque cave *ἢ* desideraveris. Verba haec: *οὐ δεῖ — ἀποτεθνάναι με*; Hirschig. tanquam inepti magistelli, ut ait, importunum interpretamentum abiicienda censet, quia res et Critoni et Socratis aequalibus satis nota fuerit, ut eam accuratius exponere fuerit absurdum. Sed neutiquam otiosum videtur, quod Socrates continuo etiam moriendi necessitatem sibi instantem commemorat. Nec vero talia apud Platonem continuo abiicienda esse docuimus ad Apolog. Socr. p. 23. C. et E. De usu infinitivi *τεθνάναι*, pro quo exspectes *ἀποθνήσκειν*, v. ad Apolog. Socrat. c. XVII. — De re ipsa v. Fischerus ad h. l. et quae ad Phaedon. p. 58. A sqq. exposuimus. Athenienses enim propterea, quod Apollo Theseum cum sociis ex Creta insula salvum reduxerat, quotannis miserunt publice legatos in Delum insulam, qui Apollini sacra facerent eumque hymnis celebrarent. Hi legati dicebantur *θεωροί*, s. *θεωρία*, a verbo *ὠρεῖν*, h. e. *φροντίζειν*, *θεραπεύειν*, et nomine *θεός*, h. e. Apollo. Inde ab eo tempore autem, quo sacra legatorum navis corona laurea ornata erat, usque ad ditum legatorum nefas habebatur supplicia de publice damnatis sumi. v. Xenoph. Mem. IV. 8, 2. Phaedon. in. Quum igitur accidisset, ut navis pridie, quam Socrates damnaretur, laurea corona ornaretur et triginta diebus post rediret, Socrates post damnationem in carcere versatus est triginta dies. v. Phaedon. p. 58. A sqq. ibique ann. Xenoph. l. c.

D. *ἀλλὰ δοκεῖ μέν μοι ἥξειν*] Possis interpretari: at videtur saltem. Falluntur qui in talibus *μὲν* vim asseverandi habere putant. Sic *μέν* non subiecto *δέ* saepe ponitur ubi praecedit sententia negans, subiuncta per *ἀλλά* sententia adversativa, cui *μὲν* adnectitur. Sophist. p. 240. B. *οὐδαμῶς ἀληθινόν γε, ἀλλ' ἐοικὸς μέν.* Theaet. p. 201. B. *οὐδαμῶς ἔγωγε οἶμαι, ἀλλὰ πεῖσαι μέν.* Men. p. 87. A. *οὔπω οἶδα, εἰ ἔστι τὸ τοιοῦτον, ἀλλ' ὥσπερ μέν τινα ὑπόθεσιν οἶμαι προὔργου ἔχειν.* Protag. p. 344. A. *οὐ γὰρ εἶναι, ἀλλὰ γενέσθαι μέν ἐστιν.* Phaedr. p. 242. C. *εἰμὶ μὲν δὴ μάντις μέν, οὐ πάνυ δὲ σπουδαῖος, ἀλλ' — ὅσον μὲν ἐμαυτῷ μόνον ἱκανός.* De Rep. V. p. 475. E. *οὐδαμῶς, εἶπον, ἀλλ' ὁμοίους μὲν φιλοσόφους.* Nimirum in talibus id, quod antea negatum est, ad adversati-

εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ ἔστω. οὐ μέντοι οἶμαι ἥξειν αὐτὸ τήμερον. ΚΡ. Πόθεν τοῦτο τε- 44 κμαίρει; ΣΩ. Ἐγώ σοι ἐρῶ. τῇ γάρ που ὑστεραίᾳ δεῖ με ἀποθνήσκειν ἢ ᾗ ἂν ἔλθῃ τὸ πλοῖον. ΚΡ. Φασί γέ τοι δὴ οἱ τούτων κύριοι. ΣΩ. Οὐ τοίνυν τῆς ἐπιούσης ἡμέρας οἶμαι αὐτὸ ἥξειν, ἀλλὰ τῆς

ἐκ τούτων τῶν ἀγγέλων] ἀγγελιῶν Ven. *Π.* v. explicatt.
Cap. II. P. 44. *ἢ ᾗ ἂν ἔλθῃ*] V. ἔλθοι, soloece, et praeter fidem codicum optimorum atque plurimorum.
Φασί γέ τοι δή] V. δέ γέ τοι δή, invitis codd.

vam sententiam cum μέν copulatam non iam denuo repetitur, quia sponte intelligitur, quid rei sit. Itaque sententia loci haec est: Non sane iam advenit, at videtur certe hodie adventurum esse secundum ea, quae nuntiant etc. quanquam id non pro certo affirmaverim, quippe quum non iam advenerit. — Sunium, Atticae promontorium in ea parte situm, quae ad mare Aegeum et Cycladas insulas spectat.

ἐκ τούτων τῶν ἀγγέλων] Hirschigius τῶν ἀγγέλων abiecit, quia non dicatur δῆλον ἐκ τῶν ἀγγέλων neque ἄγγελοι apud Atticos aliter nisi de iis, qui quid nuntiant, intelligatur. Ac sane ἄγγελος non usurpatum est pro ἄγγελμα s. ἀγγελία, siquidem Thucyd. VII. 8. τὴν αὑτοῦ γνώμην μηδὲν ἐν τῷ ἀγγέλῳ ἀφανισθεῖσαν falso Schol. explicat: τῇ ἀγγελίᾳ. Videtur tamen ἐκ τούτων τῶν ἀγγέλων non minus recte dici potuisse quam apud Lysiam contr. Nicomach. §. 7. p. 183. ἐκ τῶν τοιαῦτα λεγόντων πλεῖον ἢ χίλιοι τῶν τετρακοσίων γενήσονται, quanquam ibi quoque verborum scriptura controversa est. Nimirum recte iam ad nuntios transfertur, quod antea de re dicebatur ἐξ ὧν ἀπαγγέλλουσιν, i. e. ἐκ τούτων ἃ ἀγγ. Phaedon. p. 61. C ἐξ ὧν ἐγὼ ᾔσθημαι — οὐδ' ὁπωστιοῦν — πείσεται. Theaet. p. 171. B. ὁ δέ γε αὖ ὁμολογεῖ καὶ ταύτην ἀληθῆ τὴν δόξαν ἐξ ὧν ἔγραψεν. Quae ratio si cui displicet, ei suademus codicis Veneti lectionem ἀγγελιῶν potius probare, quam ἀγγέλων tanquam glossema exterminare.

Cap. II. *τύχῃ ἀγαθῇ*] Notissima formula, qua utebantur Graeci boni ominis caussa, quum vel ipsi vel alii aliquid susciperent. Respondet Lat. quod bene vertat, quod bonum felix faustumque sit v. Sympos. p. 177. E. Thucyd. IV. 118. Itaque Socrates, audiens sibi moriendum esse, mortem adeo non metuit, ut etiam tanquam bonum aliquod appetendam arbitretur.

P. 44. *ἢ ᾗ ἂν ἔλθῃ*] Post ὑστεραίᾳ particula ἢ infertur, quia illud habet vim et significationem comparativi. Sympos. p. 173. A. τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκια ἔθυεν αὐτός τε καὶ οἱ χορευταί. v. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 314 sq. et Bast. Append. Epist. Crit. praef. p. VII. Loco optativi ἔλθοι recepimus coniunctivum; nam requiritur haec sententia: quo die redierit. Matth. §. 527.

Φασί γέ τοι δὴ οἱ τού-

ἑτέρας. τεκμαίρομαι δὲ ἔκ τινος ἐνυπνίου, ὃ ἑώρακα ὀλίγον πρότερον ταύτης τῆς νυκτός· καὶ κινδυνεύεις ἐν καιρῷ τινι οὐκ ἐγεῖραί με. ΚΡ. Ἦν δὲ δή τι τὸ ἐνύπνιον; ΣΩ. Ἐδόκει τίς μοι γυνὴ προςελθοῦσα καλὴ καὶ εὐειδής, λευκὰ ἱμάτια ἔχουσα, καλέσαι με
B καὶ εἰπεῖν, Ὦ Σώκρατες, ἤματί κεν τριτάτῳ Φθίην ἐρίβωλον ἵκοιο. ΚΡ. Ὡς ἄτοπον τὸ ἐνύπνιον, ὦ

B. ὥς γέ μοι δ.] V. ὡς ἐμοὶ δ. Sed Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 6. 7. Huet. Par. DS. Flor. f. g. h. ὥς γέ μοι δ. quod recte Herm. restituit. Contra Tub. Flor. d. ὥς γ' ἐμοὶ δ.

Cap. III. οὐ μία ξυμφ.] V. οὐδεμία, quod e Coisl. Ven. Ξ. Vind. 2. 3. Par. BEH. Ang. Flor. i. Zitt. correctum. Dein ἐστιν, ἀλλὰ χ. e Bodl. Coisl. Ven. Ξ. Ang. Par. BEH. Vind. 2. 3. Zitt.

των κύριοι] Intelliguntur undecimviri, οἱ ἕνδεκα, qui habebant potestatem carceris et suppliciorum ab iis sumendorum, qui publice damnati essent. Ea sunt h. l. ταῦτα. Ceterum v. ad Apolog. Socr. c. XXVII. De particulis γέ τοι δή, quae habent vim affirmandi cum restrictione, v. Hermann. ad Viger. p. 790.

τεκμαίρομαι δὲ ἔκ τινος —] Frequens est hic usus verbi τεκμαίρεσθαι, quo ita ponitur, ut τοῦτο s. αὐτὸ intelligendum relinquatur. v. De republ. III. p. 406. D. Gorg. p. 484. B. Phaedon. p. 108. A. Lysid. p. 204. E. Hippias mai. p. 287. C. Eurip. Alcest. v. 245. al. Non sine caussa autem adduntur verba ὀλίγον πρότερον. Nam somnia post mediam noctem visa pro veris haberi solebant. v. Homeri Odyss. IV. v. 842 sqq. XX. v. 82 — 91. Horatius Satir. I. 10, 33. Quirinus post mediam noctem visus, quum somnia vera.

ἐν καιρῷ τινι] peropportune, ut sexcenties. Κινδυνεύειν, quod proprie est: in periculo versari, periclitari, sequente infinitivo aliorum verborum saepissime a scriptoribus Atticis ita ponitur, ut idem sit quod δοκεῖν, sicuti etiam vett. Grammatici interpretantur, de quibus v. Ruhnken. ad Tim. p. 159. Valckenar. ad Herod. V. 105. Nimirum ortus est usus loquendi ex genere quodam antiphrasis, qua Atticos imprimis constat valde delectatos esse.

Ἐδόκει τίς μοι γυνὴ πρ.] Δοκεῖν est verbum proprium de visis et insomniis. Euripid. Iphig. Taur. v. 44. ἔδοξ' ἐν ὕπνῳ. Orest. v. 402. ἔδοξ' ἰδεῖν τρεῖς νυκτὶ προςφερεῖς κόρας. Aristoph. Vesp. v. 31. ἔδοξέ μοι περὶ πρῶτον ὕπνον ἐν τῇ πυκνὶ ἐκκλησιάζειν κ. τ. λ. Quoniam autem personae in somnis apparentes divinae esse credebantur, hinc fit, ut fere humana specie pulchriores, grandiores, augustiores fingantur atque dicantur. Itaque mulier illa, quae Socrati apparuit, vocatur καλὴ καὶ εὐειδής, pulchra et formosa, eademque fuit λευκὰ ἱμάτια ἔχουσα, h. e. vestibus candidis induta, quoniam veteres spectris candidas vestes tribuebant, de qua re v. intpp. ad Plinii Epist. VII. 27. — λευκά idem quod λαμπρά, h. e. candida. Vide ad Thomam

Σώκρατες. ΣΩ. Ἐναργὲς μὲν οὖν, ὥς γέ μοι δοκεῖ, ὦ Κρίτων.

Cap. III. ΚΡ. Λίαν γε, ὡς ἔοικεν. ἀλλ', ὦ δαιμόνιε Σώκρατες, ἔτι καὶ νῦν ἐμοὶ πείθου καὶ σώθητι· ὡς ἐμοί, ἐὰν σὺ ἀποθάνῃς, οὐ μία ξυμφορά ἐστιν, ἀλλὰ χωρὶς μὲν τοῦ ἐστερῆσθαι τοιούτου ἐπιτηδείου, οἷον ἐγὼ οὐδένα μή ποτε εὑρήσω, ἔτι δὲ

pro vulg. ἐστιν ἄλλη, ἀλλὰ χρ. In aliis libris ἀλλὰ omisso ἄλλη servatur.

χωρὶς μὲν τοῦ ἐστερ.] Ita correxit Wolfius. Libri σοῦ, quod mireris tueri conatum esse Hermannum infinitivum etiam praepositioni iungi asseverantem. conf. Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 39.

Mag. p. 566 sq. Salmas. ad Tertull. De pallio p. 182. Versiculus, quem mulier illa recitasse dicitur, petitus est ex Iliad. IX. 363. Sunt vero verba Achillis, quibus Ulyssi ostendit se iniuriis ab Agamemnone acceptis commotum domum esse rediturum, quo quidem se venturum esse speret die tertio. Itaque apud Homerum scriptum legitur ἱκοίμην. Cicero de Divinat. I. 25, ubi huius loci mentionem facit, versiculum Latine sic convertit: Tertia te Phthiae tempestas laeta locabit. Ceterum aptissime Achillis in patriam rediturі verba tribuuntur Socrati, item in patriam suam migraturo, h. e. in alteram vitam. Vita enim nihil aliud est nisi peregrinatio, et mors profectio in meliorem patriam. v. Davis. ad Cic. de divinat. I. 25. Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 434. ed. Reitz. Gataker. ad Antonin. II. 17.

B. Ὡς ἄτοπον —] h. e. quam mirum, ὡς θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ut recte vocem interpretantur Thomas M., Phavorinus, alii. Phaedon. p. 60. B. ὡς ἄτοπόν τι — ἔοικε εἶναι τοῦτο, ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἡδύ. Aristoph. Avv. v. 1200. ἄτοπόν γέ τοι τὸ πρᾶγμα. Deinde quod somnium dicitur ἐναργές, intelligitur illud tam clarum et evidens, ut non opus sit coniectore aut interprete. Tum μὲν οὖν est imo, imo vero, ut Gorg. p. 466. A. E. Legg. II. p. 655. V. p. 728. A. Euthydem. p. 304. E. Hipp. mai. p. 283. B. Xenoph. Mem. III. 8, 4. Aristoph. Equitt. v. 13. 610. al.

Cap. III. ἀλλ', ὦ δαιμόνιε —] Verbis ἔτι καὶ νῦν, vel nunc, nunc saltem, quo tempore scilicet ultima vitae servandae oblata est occasio, indicatur Critonem antea frustra Socrati persuadere conatum esse, ut fuga saluti suae consuleret. Soph. Phil. v. 950. ἀλλὰ νῦν ἔτ' ἐν σαυτοῦ γενοῦ. Aristoph. Rann. 1246. ἀλλ' ὦγαθ', ἔτι καὶ νῦν ἀποδός.

οὐ μία ξυμφορά — ἀμελῆσαι] Sensus hic est: Non unam tantum, sed multiplicem tua mors mihi calamitatem affert: nam praterquam quod te orbatus ero, qualem amicum nullo unquam tempore reperiam, etiam in perfidiae et nequitiae suspicionem incurram apud

καὶ πολλοῖς δόξω, οἳ ἐμὲ καὶ σὲ μὴ σαφῶς ἴσασιν,
C ὡς οἷός τ᾽ ὢν σε σώζειν, εἰ ἤθελον ἀναλίσκειν χρήματα, ἀμελῆσαι. καίτοι τίς ἂν αἰσχίων εἴη ταύτης δόξα, ἢ δοκεῖν χρήματα περὶ πλείονος ποιεῖσθαι ἢ φίλους; οὐ γὰρ πείσονται οἱ πολλοί, ὡς σὺ αὐτὸς οὐκ ἠθέλησας ἀπιέναι ἐνθένδε, ἡμῶν προθυμουμένων. ΣΩ. Ἀλλὰ τί ἡμῖν, ὦ μακάριε Κρίτων, οὕτω τῆς τῶν πολλῶν δόξης μέλει; οἱ γὰρ ἐπιεικέστατοι, ὧν μᾶλλον ἄξιον φροντίζειν, ἡγήσονται αὐτὰ οὕτω

C. ἀμελῆσαι] Sic Bodl. Coisl. Par. DEHS. Angel. Ven. b. Vind. 1. 2. 3. 6. 7. Flor. f. g. h. i. Tub. al. Vulgo ἀμελήσαιμι.
D. αὐτὰ δὲ δῆλα] Steph. de coniect. δηλοῖ. Non opus.
τὰ μέγιστα σχεδόν] V. σχεδὸν τὰ μέγιστα, Invitis Bodl.

eos, qui me atque te non satis noverint. Itaque quod plenius dici licebat sic: οὐ μία ξυμφορά ἐστιν ἐμοί, ἀλλὰ πλείους· χωρὶς μὲν γὰρ τοῦ ἐστερῆσθαι etc., id sic in brevius contractum est, ut particula ἀλλά praemittatur iis verbis, quae explicationem continent illius sententiae, quae opposita est praecedentibus: οὐ μία ξυμφορά ἐστιν, in quibus ut cum Hirschigio ἔσται pro ἐστιν refingatur, non opus videtur. His vero explicatis superest, ut de singulis dicamus. Et primum quidem, ut fidem faciamus receptae sine codicum auctoritate scripturae, consulas Sympos. p. 173. C. χωρὶς τοῦ οἴεσθαι ὠφελεῖσθαι ὑπερφυῶς ὡς χαίρω. Ibid. p. 184. B. οὐδὲν γὰρ δοκεῖ τούτων οὔτε βέβαιον οὔτε μόνιμον εἶναι χωρὶς τοῦ μηδὲ πεφυκέναι ἀπ᾽ αὐτῶν γενναίαν φιλίαν. Legg. VII. p. 814. C. χωρὶς τοῦ κακοῦ οὐδαμῶς εὔσχημον γίγνοιτ᾽ ἄν. Charmid. p. 44. B. Demosth. adv. Mid. p. 43. ed. Buttm. Porro tirones monendi videntur de vi et potestate verborum οὐδένα μή ποτε, quae Germanice reddas: keinen wohl irgend jemals; quod etsi per se lenius dictum est, tamen ethicam quandam gravitatem habet. Caussas autem et origines huius loquendi rationis cognosces ex annot. ad Rempubl. VI. p. 492. E. Enimvero quae ibi de οὐ μή disputavimus, ea plane conveniunt in h. l., ubi οὐδένα μή ποτε dictum accipias pro: οὐ μή ποτέ τινα, ut Charm. p. 168. D. ubi v. ann. Nec vero negligenda est particularum μέν et δέ in uno eodemque orationis membro consociatio, cuius aliquot exempla collegit Boeckhius Commentar. ad Pindar. T. II. P. II. p. 103. conf. Rost. Gr. §. 134. 13. a. a. Praeterea tenendum est ὡς non esse cum Buttmanno aliisque ad infinitivum ἀμελῆσαι referendum, quod fieri vel propterea non potest, quod ὡς, nusquam illud sic post verbum δοκεῖν illatum, ne in hac quidem anacoluthia locum suum obtineret. Relinquitur ergo, ut voculam cum οἷός τ᾽ ὢν connectamus, ita ut Crito loqui putandus sit ex mente eorum, qui ipsum calumniaturi sint: quod genus loquendi illustravit Matth. §. 568. Sententia verborum igitur haec est: Praeterea etiam multis, qui me atque te haud satis noverint, te

πεπρᾶχθαι, ὥςπερ ἂν πραχθῇ. ΚΡ. Ἀλλ' ὁρᾷς δή, ὅτι ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες, καὶ τῆς τῶν πολλῶν δόξης μέλειν. αὐτὰ δὲ δῆλα τὰ παρόντα νυνί, ὅτι οἷοί τ' εἰσὶν οἱ πολλοὶ οὐ τὰ σμικρότατα τῶν κακῶν ἐξεργάζεσθαι ἀλλὰ τὰ μέγιστα σχεδόν, ἐάν τις ἐν αὐτοῖς διαβεβλημένος ᾖ. ΣΩ. Εἰ γὰρ ὤφελον, ὦ Κρίτων, οἷοί τε εἶναι οἱ πολλοὶ τὰ μέγιστα κακὰ ἐξεργάζεσθαι, ἵνα οἷοί τε ἦσαν αὖ καὶ ἀγαθὰ τὰ D

Ven. b. aliisque multis.

ἵνα οἷοί τ' ἦσαν αὖ] Accessit αὖ e Ven. b. Huet. Par. DS. Cum Bekkero adiecimus. Dein ἦσαν om. Ven. b. Vind. 6. Par. DS. alii quidam.

neglexisse videbor, quasi, si quid pecuniae impendere vellem, possem te conservare. Denique ne quis forte inserta particula ἂν scribendum putet ὡς οἷός τ' ἂν ὤν, conf. Herm. ad Eur. Hecub. v. 1087. et qui plurima istiusmodi exempla collegit Schaeferus Melett. critt. p. 55.

C. ταύτης δόξα, ἢ δοκεῖν] De hac loquendi ratione Matth. Gr. §. 450. 2. et §. 468. c. coll. ann. ad Gorg. p. 500. C. Infra p. 53. B. βεβαιώσεις — τὴν δόξαν, ὥςτε δοκεῖν κ. τ. λ. Simili abundantia Herodot. VIII. 4: παρὰ δόξαν — ἢ ὡς αὐτοὶ κατεδόκουν Soph. El. v. 519. οὐκ ἴσον καμὼν ἐμοί, ὅτ' ἔσπειρ', ὥςπερ ἡ τίκτουσ' ἐγώ, ubi fallitur nuperus interpres.

D. αὐτὰ δὲ δῆλα τὰ παρόντα] Quod Stephanus de coniectura Cornarii recepit δηλοῖ, id, etiamsi primo adspectu verissimum videatur, tamen non est necessarium. Neque vero indigemus Fischeri ratione, qui frustra ex aliquot Theophrasti et Antonini locis, vel falso intellectis vel temere corruptis, demonstrare conatus est δῆλον habere vim et significationem activam, ut idem sit quod δηλωτικόν. Etenim scriptor per anacoluthiam quandam a passiva ratione ad activam deflectit. Nam Crito quum additurus esset haec: ὅτι ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐξειργασμένα ἐστίν, constructione repente mutata, rem multo gravius eloquitur, dicens: ὅτι οἷοί τέ εἰσιν οἱ πολλοί κ. τ. λ. Omnium minime autem opus est transpositione verborum, quam fecit Hirschig. scribendo: τὰ νυνὶ παρόντα, quoniam scilicet νῦν et νυνὶ nunquam non inter articulum et participium medio loco collocentur. Quod certe praeposterum esse iudicium, ne quid gravius dicamus, ex iis intelligetur, quae dudum ad Phaedonem p. 88. A. et Politic. p. 273. C. exposuimus.

ἵνα οἷοί τε ἦσαν] De hoc constructionis genere v. ad Sympos. p. 181. B. Hermann. ad Viger. p. 850. Sententia verborum haec est: quo efficere possent etiam bona maxima, id quod non est in eorum potestate.

καὶ ἀγαθὰ τὰ μέγιστα] Propter oppositionem nunc ἀγαθὰ praepositum rhetorica transpositione admissa. Quo non in-

μέγιστα, καὶ καλῶς ἂν εἶχε. νῦν δὲ οὐδέτερα οἷοί τε· οὔτε γὰρ φρόνιμον οὔτε ἄφρονα δυνατοὶ ποιῆσαι, ποιοῦσι δὲ τοῦτο, ὅ τι ἂν τύχωσιν.

E Cap. IV. ΚΡ. Ταῦτα μὲν δὴ οὕτως ἐχέτω· τάδε δέ, ὦ Σώκρατες, εἰπέ μοι· ἆρά γε μὴ ἐμοῦ προμηθεῖ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων, μή, ἐὰν σὺ ἐνθένδε ἐξέλθῃς, οἱ συκοφάνται ἡμῖν πράγματα παρέχωσιν ὡς σὲ ἐνθένδε ἐκκλέψασι, καὶ ἀναγκασθῶμεν ἢ καὶ πᾶσαν τὴν οὐσίαν ἀποβαλεῖν ἢ συχνὰ χρήματα, ἢ καὶ ἄλλο τι πρὸς τούτοις παθεῖν; εἰ γάρ τι τοιοῦτον
45 φοβεῖ, ἔασον αὐτὸ χαίρειν· ἡμεῖς γάρ που δίκαιοί

καὶ καλῶς ἂν εἶχε.] ἂν om. Steph. et Ven. Ξ. Vind. 7. ceteri tuentur omnes.

tellecto Hirschigius importune de coniectura sua scripsit καὶ τὰ μέγιστ' ἀγαθά, licet unus cod. habeat καὶ τὰ μέγιστα ἀγαθά.

καὶ καλῶς ἂν εἶχεν] De his Cobetus Varr. Lectt. p. 104. „Quis non perspicit insiticia et supervacua esse verba καὶ καλῶς ἂν εἶχεν? quae vel in negligentissimo scriptore reprehendi debebant, ea in Platone feremus?“ Nobis vero ea neutiquam frigida aut absurda videntur; nec adhuc visa sunt aliis utpote ad perspicuitatem necessaria. Hoc enim dicit: et praeclare nobiscum ageretur; haberemus, quo laetaremur.

τοῦτο, ὅ τι ἂν τύχωσι] h. e. non rationem sequuntur, sed caecum quendam animi impetum. Infra p. 45. D. ὅ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράξουσι. Protagor. p. 353. A. τὴν τῶν πολλῶν δόξαν ἀνθρώπων, οἳ ὅ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο λέγουσι. Sympos. p. 181. B. ὅθεν δὴ ξυμβαίνει αὐτοῖς, ὅ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράττειν. Gorg. p. 522. C. ὅ τι ἂν τύχω, τοῦτο πείσομαι. In quibus omnibus liquet ad τυγχάνειν participium intelligendum relinqui, ut h. l. ποιοῦντες. v. etiam ad p. 45. D.

Cap. IV. E. ἆρά γε μὴ ἐμοῦ προμ.] Interrogant hae particulae cum quadam eius rei, quam fieri nolumus, suspicione: du bist doch nicht etwa besorgt etc. v. Hermann. ad Viger. p. 824. coll. Schaeferi Melett. Critt. p. 66. Sed γε post ἆρα additum, de quo v. Apollonius Alex. in Bekkeri Anecdott. I. p. 517. et 518., intendit vim interrogandi particulae, perinde ac si dicas: du bist doch nicht gar etwa besorgt? — πράγματα παρέχειν, molestiam alicui facessere, saepe dicuntur ii, qui aliis molesti sunt accusando. Nam πράγματα simpliciter dici solent lites et controversiae. v. intpp. ad Aristoph. Plut. v. 20.

ἢ καὶ πᾶσαν τὴν οὐσίαν ἀποβαλεῖν ἢ συχνὰ χρ.] h. e. aut omnem adeo rem familiarem amittere, aut certe magnam partem opum nostrarum. Vides, opinor, cur καί in primo mem-

ἐσμεν σώσαντές σε κινδυνεύειν τοῦτον τὸν κίνδυνον καί, ἐὰν δέῃ, ἔτι τούτου μείζω. ἀλλ' ἐμοὶ πείθου καὶ μὴ ἄλλως ποίει. ΣΩ. Καὶ ταῦτα προμηθοῦμαι, ὦ Κρίτων, καὶ ἄλλα πολλά. ΚΡ. Μήτε τοίνυν ταῦτα φοβοῦ· καὶ γὰρ οὐδὲ πολὺ τἀργύριόν ἐστιν, ὃ θέλουσι λαβόντες τινὲς σῶσαί σε καὶ ἐξαγαγεῖν ἐνθένδε. ἔπειτα οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς συκοφάντας ὡς εὐτελεῖς καὶ οὐδὲν ἂν δέοι ἐπ' αὐτοὺς πολλοῦ ἀργυρίου; σοὶ δὲ ὑπάρχει μὲν τὰ ἐμὰ χρήματα, ὡς ἐγῷμαι, ἱκανά· ἔπειτα καὶ εἴ τι ἐμοῦ κηδόμενος οὐκ οἴει δεῖν ἀναλίσκειν τἀμά, ξένοι οὗτοι ἐνθάδε ἕτοιμοι ἀναλί- B

Cap. IV. P. 45. *Μήτε τοίνυν τ. φ.*] V. *μή*, quod e Bodl. Ven. b. Tub. Vind. 7. Flor. f. h. Huet. Par. DS. mutatum.

bro posuerit, omiserit in secundo. In tertio autem iterum addidit, quia novum periculi genus commemoratur; nam *ἄλλο τι παθεῖν* est: ne ipsi in vincula coniiciamur, exsilio multemur, necemur; v. ad Apolog. cap. XXVI. Cum toto loco conferas illa, quae infra p. 53. B. leguntur.

P. 45. *ἔασον αὐτὸ χαίρειν*] h. e. nunc timorem missum facias. Genus loquendi illustravit Valckenar. ad Herodot. IX. 41. ad Eurip. Hippolyt. v. 113. et Heindorf. ad Theaetet. p. 441. De constructione verborum *ἡμεῖς γάρ που δίκαιοί ἐσμεν — κινδυνεύειν* v. Matth. §. 296. Buttm. §. 138. 5. Rost. §. 125. 6

καὶ μὴ ἄλλως ποίει] Sic infra c. V. extr. *πείθου μοι καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποίει*, et alibi. v. ad Phaedon. p. 117. A. Remp. I. 328. A.

Μήτε τοίνυν ταῦτα φοβοῦ] Abruptum sermonis filum mox sect. D. resumitur his verbis: *ὥστε — μήτε ταῦτα φοβοῦ*. Intelligitur ex his, cur librarii *μήτε* in *μή* mutaverint.

τούτους τοὺς συκοφάντας] dicitur cum contemtu. Infra c. IX. *τούτων τῶν πολλῶν*. Soph. El. v. 530. ed. Br. *πατὴρ οὗτος σός*, pater iste tuus. Demosth. Philipp. I. P. 41. *παραδείγμασι χρώμενοι τῇ τε τότε ῥώμῃ τῶν Λακεδαιμονίων — καὶ τῇ νῦν ὕβρει τούτου*. Apolog. Socr. p. 17. B. De Rep. III. p. 403. A. Sympos. p. 181. E. Gorg. p. 452. E. al.

ἐπ' αὐτοὺς] h. e. ad eos corrumpendos.

ὑπάρχει μὲν τὰ ἐμὰ χρήματα] tibi meae opes praesto sunt: in usum tuum paratae sunt atque promtae; es steht dir das Meinige zu Gebote: nam *ἱκανά* per appositionem additum est. Tetigit hunc usum Wyttenbach. ad Select. Princip. Histor. p. 381., qui omnino de hoc verbo consulendus est. cf. etiam Lexic. Xenophont. T. IV. p. 333.

E. *ἐμοῦ κηδόμενος*] verens ne inops fiam opibus meis pro salute tua impensis.

ξένοι οὗτοι ἐνθάδε] ecce hospites hic adsunt parati etc. Noli enim *ἐνθάδε* tanquam otiosum damnare. Nam *οὗτοι* indicat *δεικτικῶς* eorum in iudi-

σκειν. εἷς δὲ καὶ κεκόμικεν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο ἀργύριον ἱκανόν, Σιμμίας ὁ Θηβαῖος· ἕτοιμος δὲ καὶ Κέβης καὶ ἄλλοι πολλοὶ πάνυ. ὥςτε, ὅπερ λέγω, μήτε ταῦτα φοβούμενος ἀποκάμῃς σαυτὸν σῶσαι, μήτε ὃ ἔλεγες ἐν τῷ δικαστηρίῳ, δυςχερές σοι γενέσθω, ὅτι οὐκ ἂν ἔχοις ἐξελθὼν ὅ τι χρῷο σαυτῷ. πολλαχοῦ μὲν γὰρ
C καὶ ἄλλοσε ὅποι ἂν ἀφίκῃ ἀγαπήσουσί σε· ἐὰν δὲ βούλῃ εἰς Θετταλίαν ἰέναι, εἰσὶν ἐμοὶ ἐκεῖ ξένοι, οἵ σε περὶ πολλοῦ ποιήσονται καὶ ἀσφάλειάν σοι παρέξονται, ὥςτε σε μηδένα λυπεῖν τῶν κατὰ Θετταλίαν.

Cap. V. Ἔτι δέ, ὦ Σώκρατες, οὐδὲ δίκαιόν μοι

B. εἷς δὲ καὶ κεκόμ.] In his καί om. Ven. b. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. Flor. a. c. g. h. Huet. Par. D. Sed tuentur illud Bodl. Tub. alii meliores; idque verissime: habet enim vim augendi, ut sit: adeo.

ὅ τι χρῷο] Sic Bodl. Ven. b. aliique plurimi pro vulg. χρῷ.

Cap. V. C. τοιαῦτα σπεύδεις] Iniuria Stephan. cum ex Ven. Ξ. correxit σπεύδειν, neque enim haec e superioribus pendent, sed

cio praesentiam; ἐνθάδε autem indicat eos Athenis versari. De hoc usu pronominis οὗτος v. Matth. §. 471. et qui ingentem exemplorum vim congessit Schaeferus Melett. Critt. p. 77 sq. — Simmias et Cebes, Thebani et Socrati familiarissimi, in Phaedone cum eo disputantes introducuntur. De iis pauca quaedam in eorum vitis memoriae prodidit Laërt. II. 124 et 125. et Suidas in h. v. Mentio eorum etiam iniicitur Phaedon. p. 59. C. et Epistol. Platonic. XIII. Uterque nonnulla scripsisse perhibetur: sed quae hodie sub Cebetis nomine circumfertur Tabula, videtur illa immerito ei tribui. De v. πάνυ post πολλοῦ collocato v. ad Phaedr. p. 256. E. Menex. p. 235. A.

μήτε — ἀποκάμῃς] h. e. noli in salute tua curanda propter obiectas difficultates animum despondere. Etenim Crito prae nimio amore et pietate erga amicum summae, qua ille ornatus erat, virtutis immemor Socratem putat et ipsum saluti suae fuga consulere voluisse. Pro ὅπερ λέγω, id quod dixi, iniuria Hirschig. de suo obtrusit Platoni ὥσπερ λέγω.

ὃ ἔλεγες ἐν τῷ δικ.] Vid. Apolog. p. 37. C. D. cap. XXVII.

ὅ τι χρῷο σαυτῷ] Nos dicimus: was du mit dir anfangen solltest. Sic Gorg. p. 486. A. Sympos. p. 216. C. Xenoph. Anab. III. 1, 41. Contulit praeterea Iacobsius Lucian. Bis Accusat. 27: ὅ τι χρήσαιτο ἑαυτῷ οὐκ εἰδώς. Necyom. §. 3: οὐκ εἰδὼς ὅ τι χρησαίμην ἐμαυτῷ. Harmonid. in. ὅπως μοι χρηστέον κἀμαυτῷ καὶ τῇ τέχνῃ. Adde Aeschin. adv. Ctesiphont. p. 76 ed. Bremi: ἀπορῶν δ' ὅ τι χρήσαιτο αὐτῷ — μίαν ἐλπίδα λοιπὴν κατεῖδε.

καὶ ἄλλοσε ὅποι ἂν ἀφίκῃ] Scribendum erat ἀλλαχοῦ e vulgari ratione. Sed quoniam sequitur ὅποι, per attractionem, quam vocarunt recentiores grammatici, ἄλλοσε dictum est. De

δοκεῖς ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα, σαυτὸν προδοῦναι, ἐξὸν σωθῆναι· καὶ τοιαῦτα σπεύδεις περὶ σεαυτὸν γενέσθαι, ἅπερ ἂν καὶ οἱ ἐχθροί σου σπεύσαιέν τε καὶ ἔσπευσαν σὲ διαφθεῖραι βουλόμενοι. πρὸς δὲ τούτοις καὶ τοὺς υἱεῖς τοὺς σαυτοῦ ἔμοιγε δοκεῖς προδιδόναι, οὕς σοι D
ἐξὸν καὶ ἐκθρέψαι καὶ ἐκπαιδεῦσαι οἰχήσει καταλιπών, καὶ τὸ σὸν μέρος, ὅ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράξουσι· τεύξονται δέ, ὡς τὸ εἰκός, τοιούτων, οἷάπερ εἴωθε γίγνεσθαι ἐν ταῖς ὀρφανίαις περὶ τοὺς ὀρφανούς. ἢ γὰρ οὐ χρὴ ποιεῖσθαι παῖδας, ἢ ξυνδιαταλαιπωρεῖν καὶ τρέφοντα καὶ παιδεύοντα· σὺ δέ μοι δοκεῖς τὰ ῥαθυμότατα αἱρεῖσθαι. χρὴ δέ, ἅπερ ἂν

per se seorsum sententiam efficiunt, quod certe dicentis fervori est convenientius.

D. ἢ γὰρ οὐ χρὴ π.] Vulgo χρῆν, quod ex Bodl. Ven. b. Vind. 6. Huet. Par. DS. correximus.

σὺ δέ μοι δοκεῖς] Bekkerus ex aliquot codicibus δ' ἐμοὶ δ. dedit: sed v. ad Protagor. p. 341.

qua re v. Herm. ad Viger. p. 941. Matthiae §. 474. Buttmann. §. 138. 1. 4. Rost. §. 123. 5. not. 8. Sustuli igitur interpunctionem.

Cap. V. C. ἐξὸν σωθῆναι] quum possis salvus evadere. v. Matth. §. 564. Verba: σαυτὸν προδοῦναι, praecedentibus per epexegesin subiecta. Menon. p. 76. A: ὑβριστὴς εἶ, ὦ Μένων, ἀνδρὶ πρεσβύτῃ πράγματα προστάττεις, ἀποκρίνεσθαι. Ibid. p. 80. A: καὶ σὺ δοκεῖς μοι νῦν ἐμὲ τοιοῦτόν τι πεποιηκέναι, ναρκᾶν. Euthyphr. p. 11. A: πάθος δέ τι (κινδυνεύεις) περὶ αὐτοῦ λέγειν, ὅ τι πέπονθε τὸ ὅσιον, φιλεῖσθαι ὑπὸ πάντων θεῶν.

D. οἰχήσει καταλιπών] Verbo οἴχεσθαι indicatur vel celeritas actionis vel agentis impetus. Exempla loquutionis collegit Matthiae § 559. c.

τὸ σὸν μέρος] quantum in te est, quod ad te attinet, ut c. XI. et XVI.

ὅ τι ἂν — τύχωσι] Intell. πράττοντες. v. ad p. 44. D. Sententia haec est: eam sortem habebunt, quam is fortunae arbitrium tribuerit; quidvis iis accidere poterit. Nam verbum πράττειν de fortuna et prospera et mala usurpatur, ut in formulis εὖ πράττειν et κακῶς πράττειν. Notandus est autem usus pronominis τοῦτο, cuius loco e vulgari ratione adverbium aliquod ponendum erat. Sed eodem modo Eurip. Troad. v. 700: πράξειν τι κεδνόν, ubi Seidlerus: „Dictum est pro εὖ πράξειν." Eurip. Iphig. Aul. v. 345: πράσσειν μεγάλα i. q. μάλ' εὐτυχεῖν. Aristoph. Avv. 1703: ὦ πάντ' ἀγαθὰ πράττοντες.

τὰ ῥαθυμότατα αἱρεῖσθαι] quae maxime animi levitati conveniant. Male Serranus: Tu autem mihi videris ea, quae cum maxima pigritia atque supinitate coniuncta sunt, elegisse. Mox ad verba φάσκοντά γε δὴ ne quis σέ intelligat, aut cum Hirschigio τὸν ante φάσκοντα inserat, latet in infini-

ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ ἀνδρεῖος ἕλοιτο, ταῦτα αἱρεῖσθαι, φάσκοντά γε δὴ ἀρετῆς διὰ παντὸς τοῦ βίου ἐπιμελεῖσθαι.
E ὡς ἔγωγε καὶ ὑπὲρ σοῦ καὶ ὑπὲρ ἡμῶν τῶν σῶν ἐπιτηδείων αἰσχύνομαι, μὴ δόξῃ ἅπαν τὸ πρᾶγμα τὸ περὶ σὲ ἀνανδρίᾳ τινὶ τῇ ἡμετέρᾳ πεπρᾶχθαι, καὶ

E. *ὡς εἰςῆλθες*] Bodl. Ven. b. Flor. d. f. *εἰςῆλθεν*: in Bodl. tamen *εἰςῆλθες* superscriptum. Tertiam personam vix admittit quod sequitur *ἐξὸν μὴ εἰςελθεῖν*. Dein *δήπου τουτί* cum Bodl. et Ven. b. pauci alii. Sed *δὴ* venuste dictum cum ironia est; et *που* ortum tivo, cui participium adiunctum est, personae indefinitae *τινά* significatio, de qua re monui ad p. 43 B.

ὑπὲρ σοῦ — αἰσχύνομαι] Theaet. p 490. E *αἰσχυνοίμην γὰρ ἂν ὑπὲρ ἡμῶν*. Symp. p. 183. A. Legg. VII. p. 819. D. v. ad Apol. Socr. p. 23. E.

E. *καὶ ἡ εἴσοδος τῆς δίκης εἰς τὸ δικαστήριον*] Iniuria Forsterus aliique verba *τῆς δίκης*, quae non conversa vidissent a Ficino et in Par. S. et Huet. omissa, in glossematis suspicionem vocarunt. Quum enim *ἡ δίκη* saepissime dicatur *εἰςιέναι* vel *εἰςέρχεσθαι*, de qua re vide praeter Casaubon. Theophrast. p. 157. etiam Buttm. Indic. ad Demosthen. orat. Midian. s.h.v., quidni recte etiam habeat *ἡ εἴσοδος τῆς δίκης*? Et video Fischerum, Schleiermacherum, Buttmannum eandem rationem vulgatae lectionis defendendae iniisse. Verba *εἰς τὸ δικαστήριον* autem, quae Schleiermacherus delenda censuit, ne quem forte posthac offendant, etiam ubi caussa ipsa dicitur *εἰςιέναι* vel *εἰςέρχεσθαι*, huiusmodi additamentum non inusitatum est. Demosthen. adv. Phormion. T. II. p. 912. 27: *μελλούσης τῆς δίκης εἰςιέναι εἰς τὸ δικαστήριον*. Intelligitur vero *ἡ εἴσοδος τῆς δίκης*, quum admittuntur actor et reus ad caussam apud iudicem agendam. v. Schoemann. et Meier. De lit. Att. p. 705 sqq. Itaque verba *ὡς εἰςῆλθες, ἐξὸν μὴ εἰςελθεῖν*, addita sunt interpretationis caussa, quandoquidem etiam ipse reus dictus est *εἰςιέναι* et *εἰςέρχεσθαι*, ut ostendit Wolf. ad Leptin. p. 339. Quamquam dubitari poterit, num scribendum sit *ὡς εἰςῆλθεν*, quod Wolfio placuisse video, praesertim quum id viri docti in libris non malae notae repererint. De qua re etiamsi nunc nihil decernam, tamen istud *ἐξὸν* videtur tutari lectionem *εἰςῆλθες*. Praeterea viri docti dubitaverunt, quorsum ista: *ἐξὸν μὴ εἰςελθεῖν*, referenda et quomodo explicanda sint. Quorum alii suspicati sunt respici ad illam legem, quam Lysias p. 354. ed. Reisk. commemorat, et ex qua licebat *δεδιότι δίκης ἕνεκα δρασκάζειν*, h. e. caussae suae diffidenti fuga se subtrahere: alii ad Anytum haec referri maluerunt, qui, teste Libanio T. I. p. 644., postquam accusationem instituisset, pactis quibusdam conditionibus in gratiam cum Socrate redire voluerit. Utut est, Libanii certe narrationem fide indignam iudicamus, quum in caussis publicis accusatori, re ad magistratus iam delata, cum adversario de lite componenda agere non amplius licuisse exploratum habeamus. v. Meier. et Schoemann. l. c. p. 702. et qui rem doctissime exposuit, Hudtwalcker.

ἡ εἴςοδος τῆς δίκης εἰς τὸ δικαστήριον, ὡς εἰςῆλθες, ἐξὸν μὴ εἰςελθεῖν, καὶ αὐτὸς ὁ ἀγὼν τῆς δίκης ὡς ἐγένετο, καὶ τὸ τελευταῖον δὴ τουτί, ὥςπερ κατάγελως τῆς πράξεως, κακίᾳ τινὶ καὶ ἀνανδρίᾳ τῇ ἡμε-
τέρᾳ διαπεφευγέναι ἡμᾶς δοκεῖν, οἵτινές σε οὐχὶ ἐσώ- 46

errore ex proxima syllaba.

P. 46. *οὐχὶ ἐσώσαμεν*] Sic Bodl. Ven. b. Tub. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. f. h. Par. D. pro vulg. *οὐ διεσώσαμεν*. Ceteri fere omnes habent *οὐκ ἐσώσαμεν*.

de Diaetetis Atheniens. p. 159 sqq.

αὐτὸς ὁ ἀγὼν τῆς δίκης] Referenda sunt haec verba ad contentionem coram iudicibus, hoc est ad orationes in iudicio habitas, imprimisque ad Socratis defensionem.

ὥςπερ κατάγελως τῆς πράξεως] „Hoc totum velut ad fabulam aliquam relatum accipiendum est, comoediam videlicet aut tragoediam, quae tres partes habet, *πρότασιν, ἐπίτασιν, καταστροφήν*: ita ut sit ingressus ad iudicium *πρότασις*, caussae vero actio *ἐπίτασις*, et postremo quod non servatus sit Socrates catastropha, quae hic a Platone *κατάγελως* dicitur.“ Cornar. Nimirum quia hic exitus iudicii Critonis sententia ridiculus videri debebat, propterea *κατάγελως* vocatur tanquam ridicula quaedam fabulae conversio vel catastrophe.

διαπεφευγέναι ἡμᾶς δοκεῖν] Verba: *τὸ τελευταῖον δὴ τουτί*, cohaerent cum illis. *ἅπαν τὸ πρᾶγμα πεπρᾶχθαι*, pariter atque priora illa: *καὶ ἡ εἴςοδος τῆς δίκης* et *καὶ αὐτὸς ὁ ἀγὼν τῆς δίκης* Etenim tria commemorantur a Critone, quae Socratis amicis oppobrio fore videantur: caussae initium, eiusdem defensio, denique iudicii exitus et *τὸ κακίᾳ τ. κ. ἀ. τ. ἡμ. διαπεφευγέναι δοκεῖν*. Nam infinitivus *διαπεφευγέναι δοκεῖν* per epexegesin additus est verbis *τὸ τελευταῖον δὴ τουτί*, usu loquendi frequentissimo. Gorg. p. 469. C. *ἀλλ' ἔγωγε τοῦτο λέγω, ὅπερ ἄρτι, ἐξεῖναι ἐν τῇ πόλει, ὃ ἂν δοκῇ αὐτῷ, ποιεῖν τοῦτο*, ubi Heindorfius *τὸ ἐξεῖναι* legendum censet. Phaedo. p. 78. C. *ἆρ' οὖν τῷ μὲν συντεθέντι τε καὶ συνθέτῳ ὄντι φύσει προςήκει τοῦτο πάσχειν, διαιρεθῆναι ταύτῃ, ᾗπερ συνετέθη;* cf. ad Apol. Socr. p. 18. A. Ponitur autem *διαπεφευγέναι* absolute, ut intelligi possit *τὸν κίνδυνον*: quem verbi usum non adeo rarum esse docebunt lexica Thucydidea et Xenophontea. Denique infinitivus *δοκεῖν*, quum antea dictum sit *μὴ δόξῃ ἅπαν τὸ πρᾶγμα — πεπρᾶχθαι*, additus alicui videatur per negligentiam quandam atque abundantiam, qualem supra cap. 3. animadvertimus in verbis: *καίτοι τίς ἂν αἰσχίων εἴη ταύτης δόξα ἢ δοκεῖν χρήματα περὶ πλείονος ποιεῖσθαι ἢ φίλους;* Verum tamen re accuratius considerata hoc loco illum vix recte abesse posse patebit. Nam si diceret Crito: *διαπεφευγέναι ἡμᾶς*, concedere videretur verum illud esse opprobrium, quod sibi ceterisque Socratis amicis obiectum iri ait, praesertim quum antea commemoraverit ea, quae re vera facta erant. Nam et Socrates in iudicio comparuerat et instituta erat coram iudicibus contentio, quae *ὁ ἀγὼν τῆς δίκης* vocatur. Quae quum ita sint, neque iis,

σαμεν, οὐδὲ σὺ σαυτόν, οἷόν τε ὂν καὶ δυνατόν, εἴ τι καὶ σμικρὸν ἡμῶν ὄφελος ἦν. ταῦτα οὖν, ὦ Σώκρατες, ὅρα, μὴ ἅμα τῷ κακῷ καὶ αἰσχρὰ ᾖ σοί τε καὶ ἡμῖν. ἀλλὰ βουλεύου, μᾶλλον δὲ οὐδὲ βουλεύεσθαι ἔτι ὥρα, ἀλλὰ βεβουλεῦσθαι. μία δὲ βουλή· τῆς γὰρ ἐπιούσης νυκτὸς πάντα ταῦτα δεῖ πεπρᾶχθαι. εἰ δέ τι περιμενοῦμεν, ἀδύνατον καὶ οὐκέτι οἷόν τε. ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ, ὦ Σώκρατες, πείθου μοι καὶ μηδαμῶς ἄλλως ποίει.

Cap. VI. ΣΩ. Ὦ φίλε Κρίτων, ἡ προθυμία σου πολλοῦ ἀξία, εἰ μετά τινος ὀρθότητος εἴη· εἰ δὲ μή,

πάντα ταῦτα δεῖ πεπρ.] *ταῦτα πάντα* Bekk. ex Ven. II. Huet. D.S.
εἰς δέ τι περιμεν.] *τι* accessit e Ven. b. Vat. Tub. Vind.

qui locum tentarunt coniecturis, neque illis, qui anacoluthiam in his reperisse sibi visi sunt, ullo pacto adstipulandum censemus.

P. 46. *οὐδὲ σὺ σαυτόν*] Haec verba prima certe specie sententiam pervertere videntur. Etenim loquitur Crito nunc non de Socrate salutis suae parum studioso, sed de amicorum eius incuria atque ignavia, qui magistro deserto suae ipsorum tantum saluti consuluisse videantur. Habent tamen illa excusationem ac defensionem ex eo paratam, quod Crito iudicio illi de Socratis familiaribus interponit lenem ipsius magistri reprehensionem, profectam illam a generosa quadam animi indignatione, qua moleste ferebat, quod Socrates accipere nollet quae ab amicis ad servandam ipsius salutem essent parata. Latine haec explanare licebit hoc modo: qui te non conservaverimus, quemadmodum nec tu te ipsum, quum tamen fieri illud potuisset.

εἴ τι καὶ — ἡμῶν ὄφελος ἦν] Explanavimus haec ad Apolog. Socrat. p. 28. B. cf. Hemsterhus. ad Luciani Tim. c. 55. Mox *ἅμα τῷ κακῷ* dictum est ut alibi *πρὸς τῷ κακῷ* et similia, de quo loquendi genere v. ad Reip. X. p. 610. E.

μᾶλλον δὲ οὐδὲ βουλ.] *Μᾶλλον δέ* est vel potius, imo vero. Proxima Germanice ita reddas: es ist nicht einmal mehr Zeit zu berathen, sondern berathen zu sein. Charmid. p. 176. C. *οὗτοι, ἦν δ' ἐγώ, τί βουλεύεσθον ποιεῖν; Οὐδέν, ἔφη ὁ Χαρμίδης, ἀλλὰ βεβουλεύμεθα.*

Cap. VI. B. *ἡ προθυμία σου — ὀρθότητος εἴη*] h. e. studium tuum mei servandi magni faciendum est et laudandum, si cum recta ratione coniunctum sit. Ad *ἀξία* intelligendum *ἐστί*, frequenti omissione, de qua vid. Schaefer. ad Lambert. Bos. p. 605. Matth. §. 304. De optativo *εἴη* praecedente indicativo v. Matth. §. 524. 8. et Apolog. p. 19. E.

οἷος τῶν ἐμῶν —] h. e. *ὥστε — πείθεσθαι*, v. Matth. §. 479. 2. 3. Ad *τοιοῦτος* intelli-

ὅσῳ μείζων, τοσούτῳ χαλεπωτέρα. σκοπεῖσθαι οὖν χρὴ ἡμᾶς, εἴτε ταῦτα πρακτέον εἴτε μή· ὡς ἐγὼ οὐ μόνον νῦν, ἀλλα καὶ ἀεὶ τοιοῦτος, οἷος τῶν ἐμῶν μηδενὶ ἄλλῳ πείθεσθαι ἢ τῷ λόγῳ, ὃς ἄν μοι λογιζομένῳ βέλτιστος φαίνηται. τοὺς δὲ λόγους, οὓς ἐν τῷ ἔμπροσθεν ἔλεγον, οὐ δύναμαι νῦν ἐκβαλεῖν, ἐπειδή C μοι ἥδε ἡ τύχη γέγονεν, ἀλλὰ σχεδόν τι ὅμοιοι φαίνονταί μοι, καὶ τοὺς αὐτοὺς πρεσβεύω καὶ τιμῶ, οὕσπερ καὶ πρότερον· ὧν ἐὰν μὴ βελτίω ἔχωμεν λέγειν ἐν τῷ παρόντι, εὖ ἴσθι ὅτι οὐ μή σοι ξυγχωρήσω, οὐδ' ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων ἡ τῶν πολλῶν

2. 3. 4. 6. 7. Flor. d. f. h. Huet. In Bodl. est *εἰ δ' ἔτι π.*, quod Hirschig. edidit. Sed hoc dicit: si qua cunctabimur.

B. *τοὺς δὲ λόγους*] Sic Bodl. Ven. b. Vind. 7. Tub. Huet. Flor. 1. h. pro vulg. *δή*.

gendum est *εἰμί*, de qua ellipsi paullo rariore v. ad Gorg. p. 487. D. et intpp. ad Gregor. Corinth. p. 152 sq. — *τὰ ἐμά*, quae ad me pertinent.

οὐ δύναμαι νῦν ἐκβαλεῖν] h. e. reiicere, repudiare. Nam opponuntur verba *τιμᾶν* et *πρεσβεύειν*. *Ἐκβάλλειν* proprie est foras proiicere, abiicere, diciturque de rebus vilibus aut inutilibus, quas nihili facimus: hinc saepenumero est spernere, contemnere.

πρεσβεύω καὶ τιμῶ] Pollux Onom. II. 12: *πρεσβεύειν, τὸ τιμᾶν παρὰ Πλάτωνι,* ubi vid. intpp. Sympos. p. 186. B: *ἵνα καὶ πρεσβεύωμεν τὴν τέχνην*. Ibid. p. 187. C: *ἐὰν μή — μηδὲ τιμᾷ τε αὐτὸν καὶ πρεσβεύῃ*. Aeschyl. Choeph. v. 480. Eumenid. v. 1. Eurip. Hippolyt. v. 5. Alcest. v. 282. Alia exempla ex Herodoto, Thucydide, Sophocle, Euripide, aliis, petita collegerunt interpp. ad Thom. M. p. 737. — *ὅμοιοι*, h. e. pares, iidem atque antea. De *ὅμοιον* sic usurpato v. ad Tim. p. 42. C. 67. B. et conf. mox p. 46. D.

C. *ὅτι οὐ μή σοι ξυγχωρήσω*] h. e. me haud sane tibi obtemperaturum. De particulis *οὐ μή* earumque usu v. ad cap. III. in.

οὐδ' ἂν πλείω τῶν νῦν παρόντων —] Ordo verborum Buttmanno iudice hic est: *οὐδ' ἂν ἡ τῶν πολλῶν δύναμις μορμολύττηται ἡμᾶς ὥςπερ παῖδας, ἐπιπέμπουσα πλείω, δεσμούς κτλ.* Non credo. Nam *πλείω* connectendum est cum *μορμολύττηται*, ita ut accusativo absoluto positum accipiatur loco adverbii: quam rationem suadet ipsa verborum collocatio. Sic infra p. 53. A: *ἐλάττω ἀπεδήμησας*. Legg. X. p. 904. C. et D: *ἐλάττω πλημμελεῖν*. Alia dedimus ad Remp. III. p. 396. C. *Μορμολύττεσθαι* est gestu quodam et pronuntianda voce *Μορμώ* pueros terrere, ut bene explanat Gesnerus ad Claudian. Carm. XXXI. v. 111. probante Ruhnkenio ad Tim. p. 181 sq. Valcken. ad Theocr. Thesmoph. v. 40. Deinde est terrere aliquem, pavefacere obiectis terriculis. Denique significat omnino terrere, terrorem incutere, sed eum

δύναμις ὥςπερ παῖδας ἡμᾶς μορμολύττηται, δεσμοὺς καὶ θανάτους ἐπιπέμπουσα καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις. Πῶς οὖν ἂν μετριώτατα σκοποίμεθα αὐτά; Εἰ πρῶτον μὲν τοῦτον τὸν λόγον ἀναλάβοιμεν, ὃν σὺ λέγεις περὶ τῶν δοξῶν, πότερον καλῶς ἐλέγετο ἑκάστοτε ἢ οὔ, ὅτι ταῖς μὲν δεῖ τῶν δοξῶν προςέχειν τὸν νοῦν,
D ταῖς δὲ οὔ· ἢ πρὶν μὲν ἐμὲ δεῖν ἀποθνήσκειν καλῶς ἐλέγετο, νῦν δὲ κατάδηλος ἄρα ἐγένετο, ὅτι ἄλλως ἕνεκα λόγου ἐλέγετο, ἦν δὲ παιδιὰ καὶ φλυαρία ὡς ἀληθῶς; ἐπιθυμῶ δ' ἔγωγε ἐπισκέψασθαι, ὦ Κρίτων, κοινῇ μετὰ σοῦ, εἴ τί μοι ἀλλοιότερος φανεῖται,

C. *λέγεις περὶ τῶν δοξῶν*] Euseb. *τὸν περὶ τῶν δοξῶν.*
D *ἐπειδὴ ὧδε ἔχω*] V. *ἐπειδή γε ὧδε ἔχω*, invitis codd.
P. 47. *τὰς δόξας τῶν ἀνθρ.*] Vind. 1. 6. Vat. Flor. d. cum

fere vanum et inanem. Activum *μορμολύττειν* nusquam nisi apud grammaticos reperitur: Attici semper *μορμολύττεσθαι* dicunt. *Ἐπιπέμπειν*, ut Lat. immittere, de iis dici solere, quae hominibus subito et magna cum vi intentantur atque immittuntur, docuit Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 208.

καὶ θανάτους — καὶ ἀφαιρέσεις] Attendas numerum pluralem non sine vi positum. Solent enim eiusmodi nomina, quando de truculentia rerum, quas designant, vel etiam de earum frequentia et multitudine cogitatur, in numero plurali poni. cf. Seidlerum ad Eurip. Electr. v. 479. Achilles Tat. VIII. 8. *καὶ θανάτοις καὶ δεσμοῖς παραδοθέντας.* Plat. Lachet. p. 191. D. *ὅσοι πρὸς πενίας ἀνδρεῖοί εἰσι.* Legg. VIII. p. 847. A. *δεσμοῖσι καὶ χρημάτων ζημίαις καὶ ἐκβολαῖς κτλ.* Sic mortes ap. Cicer. Tusc. III. 4. de Fin. I. 8. neces Catil. I. 7. al. Porro *ὥςπερ παῖδας ἡμᾶς* i. q. *ἡμᾶς ὥςπερ παῖδας*, ordine prope legitimo. De Rep. VIII. p. 545. E: *ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας*, i. e. *πρὸς ἡμᾶς ὡς πρὸς παῖδας π.* Tim. p. 27. B: *ὡς εἰς δικαστὰς ἡμᾶς.* Ibid. p. 79. A. Protag. p. 337. E. Euthyphr. p. 2. C. Legg. X. p. 905. B. Alia dabunt Dorvill. ad Chariton. p. 283. 519. Schaefer. Praef. ad Julian. p. XX. et ad Dionys. De Comp. Verb. p. 328.

Πῶς οὖν ἂν μετριώτατα σκοποίμεθα] *Μετρίως σκοπεῖσθαι* est quaerere ita ut par est, ut rei convenit, ut res postulat, h. e. bene, recte. Sic *μετρίως λέγειν* et alia dicuntur, ut Theaet. p. 180. C. De Rep. IV. p. 421. C. VI. p. 484. B. al. conf. ad Apol. p. 39. B. Ceterum haec verba vulgo Critoni tribuuntur, in quem talis quaestio vix convenit. Solent autem apud Platonem colloquentes animandae orationis gratia se ipsi interrogare sibique statim respondere, ut Gorg. p. 457. E. Protagor. p. 343. B. Plura dabit Heusdius Specim. crit. p. 87.

τὸν λόγον ἀναλάβοιμεν —] *Ἀναλαμβάνειν* est denuo tractare, resumere disputationem: vid. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 72. et mea ad Philebum p. 33. C. 34.

ἐπειδὴ ὧδε ἔχω, ἢ ὁ αὐτός, καὶ ἐάσομεν χαίρειν, ἢ
πεισόμεθα αὐτῷ. ἐλέγετο δέ πως, ὡς ἐγῷμαι, ἑκάστοτε
ὧδε ὑπὸ τῶν οἰομένων τι λέγειν, ὥςπερ νῦν δὴ ἐγὼ
ἔλεγον, ὅτι τῶν δοξῶν, ἃς οἱ ἄνθρωποι δοξάζουσι,
δέοι τὰς μὲν περὶ πολλοῦ ποιεῖσθαι, τὰς δὲ μή. τοῦ- E
το πρὸς θεῶν, ὦ Κρίτων, οὐ δοκεῖ καλῶς σοι λέγε-
σθαι; σὺ γάρ, ὅσα γε τἀνθρώπεια, ἐκτὸς εἶ τοῦ
μέλλειν ἀποθνήσκειν αὔριον, καὶ οὐκ ἄν σε παρα- 47
κρούοι ἡ παροῦσα ξυμφορά. σκόπει δή· οὐχ ἱκανῶς
δοκεῖ σοι λέγεσθαι, ὅτι οὐ πάσας χρὴ τὰς δόξας
τῶν ἀνθρώπων τιμᾶν, ἀλλὰ τὰς μέν, τὰς δ' οὔ;

Euseb. *τὰς δόξας τὰς τῶν ἀνθρ.* quo non opus. Dein haec, *οὐδὲ πάντων—τῶν δ' οὔ*, desunt in Bodl. Ven. Flor. b. Huet. Par. DS., habet tamen Bodl. in marg.

D. E. Minus accurate Fischerus interpretatur quaerere, cognoscere, videre. Respicitur enim ad ea, quae Socrates superiore tempore de eadem re disputaverat: quam quidem disputationem nunc ait esse resumendam atque denuo tractandam. Nam verba: *πότερον καλῶς ἐλέγετο ἑκάστοτε ἢ οὔ*, sic intelligenda sunt: utrum, quotiescunque superiore tempore de hac re disputabamus, recte a nobis dictum sit, necne, alias hominum opiniones respiciendas esse, alias non.

ὃν σὺ λέγεις] h. e. quem tu commemoras, videlicet cap. III. et V.

D. *νῦν δὲ κατάδηλος ἄρα ἐγένετο*] De hac loquendi forma vid. Matth. §. 296. Buttmann. §. 135. 5. Rost. §. 122. 8. b. Usum particularum *δὲ ἄρα* attigimus ad Apologiam Socratis c. XXIII. in.

ἄλλως ἕνεκα λόγου] Dicta sunt haec *ἐκ παραλλήλου*. Nam *ἄλλως* i. e. temere, sine ratione, explicatur formula *ἕνεκα λόγου*, dicis caussa, de qua v. Heindorf. ad Theaet. p. 191.

C. — *ἐπειδὴ ὧδε ἔχω*, postquam veni in periculum vitae. Formula *τι λέγειν*, opponitur verbo *φλυαρεῖν* et *ληρεῖν*, ac significat: dicere quod non sit vanum aut inane, ut Lat. aliquid dicere.

E. *ὅσα γε τἀνθρώπεια*] pro rerum humanarum ratione, i. e. quantum quidem ex iis, quae hominibus solent contingere, coniicere licet. — *Παρακρούειν* Hesychius interpretatur *ἐξαπατᾶν, πλανᾶν*. Quae significatio fluxit e luctae artificio *τοῦ παρακρούειν ἢ ποδὶ ἢ χειρί*. v. Etym. Magn. s. v. et Buttmann. ad Phaedr. p. 383. ed. Heind. sec. Sensus igitur hic est: Te enim praesens calamitas non ita conturbaverit, ut a recta iudicandi ratione abduci te patiaris.

P. 47. *οὐχ ἱκανῶς δοκεῖ*] Correxit Hirschig. *οὐχὶ καλῶς*, quemadmodum antea dicitur: *τοῦτο—οὐ δοκεῖ σοι καλῶς λέγεσθαι*, et mox: *ταῦτ' οὐχὶ καλῶς λέγεται*. Sed recte libri. Hoc enim dicit: nonne tibi videtur sic dici, ut facile tibi de huius sententiae veri-

οὐδὲ πάντων, ἀλλὰ τῶν μέν, τῶν δ' οὔ; τί φῄς; ταῦτα οὐχὶ καλῶς λέγεται; ΚΡ. Καλῶς. ΣΩ. Οὐκοῦν τὰς μὲν χρηστὰς τιμᾶν, τὰς δὲ πονηρὰς μή; ΚΡ. Ναί. ΣΩ. Χρησταὶ δὲ οὐχ αἱ τῶν φρονίμων, πονηραὶ δὲ αἱ τῶν ἀφρόνων; ΚΡ. Πῶς δ' οὔ;

Cap. VII. ΣΩ. Φέρε δή, πῶς αὖ τὰ τοιαῦτα
B ἐλέγετο; γυμναζόμενος ἀνὴρ καὶ τοῦτο πράττων πότερον παντὸς ἀνδρὸς ἐπαίνῳ καὶ ψόγῳ καὶ δόξῃ τὸν νοῦν προσέχει, ἢ ἑνὸς μόνου ἐκείνου, ὃς ἂν τυγχάνῃ ἰατρὸς ἢ παιδοτρίβης ὤν; ΚΡ. Ἑνὸς μόνου. ΣΩ. Οὐκοῦν φοβεῖσθαι χρὴ τοὺς ψόγους καὶ ἀσπάζεσθαι

Cap. VII. B. *καί δόξῃ*] Hoc om. codd. Vind. 2. Par. BCEH. probante Hirschig. sed v. explic.

ὅς ἂν τυγχάνῃ] Sic Bodl. Vat. Ven. a. b. Ang. Huet. septem Vindobb., Flor. b. d. f. h. i. Zitt. pro vulg. *τυγχάνοι*. Tub. et pauci alii *τυγχάνει*, quod Fischero olim probatum hodie ne tirunculus quidem amplectetur.

καὶ ἐδεστέον γε] *γε* om. Huet.

C. *τιμήσας δὲ τοὺς τῶν πολλῶν*] Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. Tub. Flor. d. f. h. Huet. *τοὺς τῶν πολλῶν λόγους*

tate persuadeas tibique plane satisfiat conf. p. 145. E. Mox p. 48. E: *ἐάν σοι ἱκανῶς λέγηται;* Notetur autem istud *τιμᾶν*, quod saepe significat colere, respicere, magni aestimare, ita ut oppositum sit verbo *ἀτιμάζειν*, de quo vide ad Apolog. Socrat. cap. III. Eurip. Iphig. in Taur. v. 54: *κἀγὼ τέχνην τήνδ', ἣν ἔχω ξενοκτόνον, τιμῶσ', ὕδραινον αὐτὸν ὡς θανούμενον κλάουσα.* Plat. Gorg. p. 462. D: *βούλει οὖν, ἐπειδὴ τιμᾷς τὸ χαρίζεσθαι, σμικρόν τί μοι χαρίζεσθαι;* ubi v. Heindorf. Sic mox cap. VII. B.

Cap. VII. B. *καὶ τοῦτο πράττων*] et hoc agens unice vel data opera. Similiter Xenoph. Hellen. IV. 8. 22: *ἀεί, πρὸς ᾧ εἴη ἔργῳ, τοῦτο ἔπραττεν,* quem locum comparavit Buttmannus. Alia ipse congessi ad Menex. p. 244. C: *σφέτερον δὲ ἤδη ἔργον εἶναι καταδουλοῦσθαι, ταῦτ' ἔπραττον.* Demosthen. *περὶ συντάξ.* p. 171. 28: *οἱ πολιτευόμενοι καὶ περὶ ταῦτ' ὄντες.* Cicer. De Orat. I. 32: quae sua sponte homines facerent, ea quosdam observasse atque id egisse: sc. ut ea observarent. Quae proxime praecedunt: *πῶς αὖ τὰ τοιαῦτα ἐλέγετο;* ea hoc modo intelligenda sunt: rectene an secusne dicebantur? Refertur autem etiam hoc loco tempus imperfectum ad sermones de eadem re superiore vitae tempore institutos.

καὶ δόξῃ] denique (omnino) opinioni, quod est generalius; v. ad Gorg. p. 490. C. Phaedon. 66. C.

ὃς ἂν τυγχάνῃ ἰατρὸς ἢ παιδοτρίβης ὤν;] Hoc dicit: an solam illius sententiam audiet et respiciet, qui sit magister exercitiorum ac vivendi praescribat rationem. Certum est scribendum fuisse *τυγχάνῃ*. Fallitur enim

τοὺς ἐπαίνους τοὺς τοῦ ἑνὸς ἐκείνου, ἀλλὰ μὴ τοὺς τῶν πολλῶν. ΚΡ. Δῆλα δή. ΣΩ. Ταύτῃ ἄρα αὐτῷ πρακτέον καὶ γυμναστέον καὶ ἐδεστέον γε καὶ ποτέον, ᾗ ἂν τῷ ἑνὶ δοκῇ τῷ ἐπιστάτῃ καὶ ἐπαΐοντι μᾶλλον ἢ ᾗ ξύμπασι τοῖς ἄλλοις. ΚΡ. Ἔστι ταῦτα. ΣΩ. Εἶεν. ἀπειθήσας δὲ τῷ ἑνὶ καὶ ἀτιμάσας αὐτοῦ τὴν C δόξαν καὶ τοὺς ἐπαίνους, τιμήσας δὲ τοὺς τῶν πολλῶν καὶ μηδὲν ἐπαϊόντων ἆρα οὐδὲν κακὸν πείσεται; ΚΣ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΩ. Τί δ' ἔστι τὸ κακὸν τοῦτο; καὶ ποῖ τείνει, καὶ εἰς τί τῶν τοῦ ἀπειθοῦντος; ΚΡ. Δῆλον, ὅτι εἰς τὸ σῶμα· τοῦτο γὰρ διόλλυσιν. ΣΩ.

καὶ τ. λ. quod redolet glossema. Dederunt tamen Turicenses, uncis inclusit Hermann.

τὸ κακὸν τοῦτο;] τὸ accessit e Bodl. Ven. b. Vat. Tub. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. d. f. h. Huet. Par. DS.

Δῆλον, ὅτι εἰς τὸ σ.] Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. d. f. h. Huet. Par. DS. locum sic scriptum exhibent: — ἀπειθοῦντος; ἢ δῆλον ὅτι — διολλ. Crit. Καλῶς λέγεις. Socr. Οὐκοῦν καὶ κτλ. Mox Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. d. h. Huet. Par. DS. διολλύει, quam formam Porsonus ad Med. p. 455. tragicis,

Fischerus, qui vulgatam lectionem ὅς ἂν τυγχάνει, quae plane soloeca est, defendere studuit; falluntur etiam qui optativum τυγχάνοι susceperunt, qui sententiam hanc efficeret: an illius audiet sententiam quicunque sit magister exercitiorum et medicus. Creberrime vero in re gymnastica ὁ ἰατρός, et ὁ παιδοτρίβης consociantur, ut Gorg. p. 452. A. 456. E. 504. A. Protag. p. 313. D. 326. B. C. al. Etenim intelligitur ἰατρός, qui praescribebat futuris athletis omnibusque iis, qui corporis exercitationibus utebantur (τοῖς γυμναζομένοις), rationem victus, ut intelligitur e Xenoph. Mem. II. 1, 25 et aliis locis. Eo referenda sunt verba ἐδεστέον γε καὶ ποτέον. — παιδοτρίβης autem est magister palaestrae, qui docebat adolescentes artem luctandi aliaque similia ideoque nosse debebat, quid cuique pro corporis sui valetudine atque robore virium agendum et exercendum esset. Eo referenda videntur verba τί πρακτέον καὶ γυμναστέον. Rem uberius illustrarunt Perizon. ad Aelian. V. H. II. 6. Fabricius ad Sext. Empir. p. 535. intpp. ad Aristoph. Nubb. v. 969. Ceterum vocula γὲ in plurium rerum enumeratione extollit notionem vocabuli, cui additur, ut hoc dicatur: **adeoque** edendum et potandum; v. ad Apol. Socr. p. 34. D.

ἀτιμάσας αὐτοῦ τὴν δόξαν] Exspectabas αὐτοῦ τοὺς ψόγους καὶ τοὺς ἐπαίνους, quod Hirschig. audacter de coniectura edidit. Sed leniter auctor τὴν δόξαν propter insequens τιμήσας dixit. Nisi forte legendum est: αὐτοῦ τὴν δόξαν καὶ τοὺς ψόγους καὶ τοὺς ἐπαίνους, quod melius convenit superioribus. Verbum ἀτιμάζειν est pro levi du-

Καλῶς λέγεις. οὐκοῦν καὶ τἆλλα, ὦ Κρίτων, οὕτως, ἵνα μὴ πάντα διΐωμεν. καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων καὶ αἰσχρῶν καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν, περὶ ὧν νῦν ἡ βουλὴ ἡμῖν ἐστιν, πότερον
D τῇ τῶν πολλῶν δόξῃ δεῖ ἡμᾶς ἕπεσθαι καὶ φοβεῖσθαι ταύτην, ἢ τῇ τοῦ ἑνός, εἴ τίς ἐστιν ἐπαΐων, ὃν δεῖ καὶ αἰσχύνεσθαι καὶ φοβεῖσθαι μᾶλλον ἢ ξύμπαντας τοὺς ἄλλους; ᾧ εἰ μὴ ἀκολουθήσομεν, διαφθεροῦμεν ἐκεῖνο καὶ λωβησόμεθα, ὃ τῷ μὲν δικαίῳ βέλτιον ἐγί-

et Bastius Epist. crit. p. 136. omnibus omnino Atticis abiudicavit; sed vid. Buttmann. Gr. T. I. p. 525. et Schneid. ad Rempubl. T. II. p. 250. quibus adstipulantes Turr. διολλύει ediderunt. Sed vulgatam tuentur reliqui codd. cum Bodlei.

καὶ αἰσχρῶν καὶ καλῶν] Ordinem verborum chiasmo excusabilem Hirschig. invitis libris mss. sic mutavit: καὶ καλῶν καὶ αἰσχρῶν.

D. καὶ φοβεῖσθαι ταύτην] Sic Vat. Vind. 1. 4. 6. Flor. a. c. d. f. Par. BC. Huet. pro vulg. αὐτήν.

cere, nihili aestimare, ut Soph. Oed. Col. 1378: ἵνα — μὴ ἐξατιμάζητον, εἰ τυφλοῦ πατρὸς τοιώδ' ἔφυτον, ut non leve esse putetis, si coeci patris tales (tam impii) estis filii.

D. ὃ τῷ μὲν δικαίῳ βέλτιον — ἀπώλλυτο] In his verbis miramur Buttmannum adeo offendisse, ut rationem horum imperfectorum ullo modo reddi posse desperaret ideoque e Theodoreto, qui hunc locum exscripsit Curr. Affect. Graec. II. p. 27., legendum putaret ἐγένετο—ἀπώλετο, ita ut aoristus indicaret id, quod fieri soleret. At neque haec aoristi vis et significatio in hunc locum convenit, neque apud Theodoretum ἀπώλετο legitur, sed ἀπόλλυται, quod a Buttmanno violenter mutatum est; neque verum putamus, quod vir egregius ait, horum imperfectorum non posse reddi rationem idoneam. Quid enim? Cum antea tempore imperfecto usus sit Socrates, ubi ordiebatur huius rei disputationem, atque dixerit: πῶς αὖ τὰ τοιαῦτα ἐλέγετο; quidni hic quoque eodem tempore recte potuit uti, quo significaret se respicere ad ea, quae olim cum familiaribus suis eadem de re disputasset? Itaque equidem haec breviter dicta puto pro eo, quod vulgaris ratio exigebat: ὃ τῷ μὲν δικαίῳ βέλτιον γίγνεσθαι, τῷ δὲ ἀδίκῳ ἀπόλλυσθαι ἐλέγετο ἑκάστοτε ὑφ' ἡμῶν περὶ τῶν τοιούτων διαλεγομένων. Recte vero poni imperfectum, ubi superiora respiciuntur, docebunt quae leguntur Phaed. p. 68. B. 72. A. 79. C—E. De Rep. VI. p. 490. A. Gorg. p. 516. D. Cratyl. p. 387. C. Phaedr. p. 230. A. Hipp. Mai. p. 294. D.

Cap. VIII. πειθόμενοι μὴ τῇ τῶν ἐπαϊόντων δόξῃ] Longam disputationem Fischerus ad hunc locum instituit de eo, quod optimi scriptores soleant per synchysin vel hyperbaton quoddam verborum ordinem invertere: sed cur hoc loco ver-

γνετο, τῷ δὲ ἀδίκῳ ἀπώλλυτο. ἢ οὐδέν ἐστι τοῦτο; ΚΡ. Οἶμαι ἔγωγε, ὦ Σώκρατες.

Cap. VIII. ΣΩ. Φέρε δή, ἐὰν τὸ ὑπὸ τοῦ ὑγιεινοῦ μὲν βέλτιον γιγνόμενον, ὑπὸ τοῦ νοσώδους δὲ διαφθειρόμενον διολέσωμεν πειθόμενοι μὴ τῇ τῶν ἐπαϊόντων δόξῃ, ἆρα βιωτὸν ἡμῖν ἐστι, διεφθαρμένου E
αὐτοῦ; ἔστι δέ που τοῦτο τὸ σῶμα. ἢ οὐχί; ΚΡ. Ναί. ΣΩ. Ἆρ' οὖν βιωτὸν ἡμῖν ἐστι μετὰ μοχθηροῦ καὶ διεφθαρμένου σώματος; ΚΡ. Οὐδαμῶς. ΣΩ. Ἀλλὰ μετ' ἐκείνου ἄρα ἡμῖν βιωτὸν διεφθαρμένου, ᾧ τὸ

Cap. VIII. E. *τοῦτο τὸ σῶμα*] Sic Bodl. Vat. Ven. b. septem Vindb. Tub. Flor. d. h. alii. Vulgo *τὸ* aberat, quam rationem tenuit Buttmann.

ἀλλὰ μετ' ἐκείνου ἄρα] Vett. editt. post *ἄρα* inferciunt *ἐστίν*, quod codd. optimi atque plurimi omitti iusserunt.

ᾧ τὸ ἄδικον μὲν λ.] Steph. coni. *ὅ*, quod legitur apud Euseb. et in codd. Vind. 3. 4. Flor. d. sed vide quae infra diximus in annot.

ba eo, quo leguntur, ordine collocata sint, id quidem non videtur perspexisse. Recte vero animadvertit Langius *μή* propterea verbis *τῇ τῶν ἐπαϊόντων δόξῃ* praemissum esse, quod sententia opposita, *ἀλλὰ τῇ τῶν οὐκ ἐπαϊόντων δόξῃ*, intelligenda relinquatur. Similis ratio est loci Xenoph. Memor. III. 9, 6: *τὸ δὲ ἀγνοεῖν ἑαυτὸν καὶ μὴ ἃ οἶδε δοξάζειν τε καὶ οἴεσθαι γιγνώσκειν, ἐγγυτάτω μανίας ἐλογίζετο εἶναι*; quanquam ibi recentiores editores invitis codicibus scripserunt *ἃ μὴ οἶδε*. Addo alios locos, huic omni ex parte simillimos: Xenoph. Symp. IV 16: *μνίονται δὲ καὶ οἱ μὴ τοὺς καλοὺς στρατηγοὺς αἱρούμενοι*. sc. *ἀλλὰ τοὺς αἰσχρούς*. Thucyd. I. 144: *πολεμεῖν δὲ μὴ πρὸς ὁμοίαν ἀντιπαρασκευὴν ἀδύνατοι*, sc. *ἀλλὰ πρὸς μείζω*. Ibid. III. 57: *εἰ δὲ—γνώσεσθε μὴ τὰ εἰκότα*. sc. *ἀλλὰ τὰ ἄδικα*. Legg. XII. p. 943 A: *ἐὰν δέ τις ἐκλείπῃ τινὶ κάκῃ, μὴ στρατηγῶν ἀφέντων γραφὰς ἀστρατείας εἶναι πρὸς τοὺς πολεμικοὺς ἄρχοντας, ὅταν ἔλθωσιν ἀπὸ στρατοπέδου*. Legg. II. p. 671. D: *μὴ μετὰ ἀρχόντων ἀθ*. Ibid IV p. 723. D: *οὐχ ὡς προοιμιαζόμενος*. Phaedon. p. 77. E: *μᾶλλον δὲ μὴ ὡς ἡμῶν δεδιότων*, ubi praecedit *ὡς δεδιότων*. conf. Sintenis ad Plut. Them. p. 2. His omnibus tamen contemtis ac neglectis Hirschigius solita audacia Platoni obtrusit *τῇ τῶν μὴ ἐπαϊόντων δόξῃ*, quia scilicet omnia clament *μή* ad solum *ἐπαϊόντων* pertinere. — *ἆρα βιωτόν* h. e. num vita vitalis est, h. e. suavis et iucunda.

E. *Ἀλλὰ μετ' ἐκείνου ἄρα*] In his *ἀλλά—ἄρα* eodem modo dicitur, quo p. 46. D. *δέ — ἄρα*. Fit autem conclusio a minore ad maius, siquidem ostenditur vitam multo etiam miseriorem fore animo corrupto ac depravato, quum ea vel corpore corrupto non vitalis habeatur.

ᾧ τὸ ἄδικον μὲν λωβᾶται] Retinui codicum lectionem *ᾧ*, quam editores recentiores

*ἄδικον μὲν λωβᾶται, τὸ δὲ δίκαιον ὀνίνησιν; ἢ φαυ-
λότερον ἡγούμεθα εἶναι τοῦ σώματος ἐκεῖνο, ὅ τι
48 πότ' ἐστι τῶν ἡμετέρων, περὶ ὃ ἥ τε ἀδικία καὶ ἡ
δικαιοσύνη ἐστίν; ΚΡ. Οὐδαμῶς. ΣΩ. Ἀλλὰ τιμιώ-
τερον; ΚΡ. Πολύ γε. Οὐκ ἄρα, ὦ βέλτιστε, πάνυ
ἡμῖν οὕτω φροντιστέον, τί ἐροῦσιν οἱ πολλοὶ ἡμᾶς,
ἀλλ' ὅ τι ὁ ἐπαΐων περὶ τῶν δικαίων καὶ ἀδίκων, ὁ*

P. 48. *τί ἐροῦσιν*] Bodl Ven. b. Vind. 1. 4. Tub. Huet. Par. DS. *τί ἐροῦσιν.* Vulgo *ὅ τι ἐρ.* v. annot.

B. *Δῆλα δὴ καὶ ταῦτα· φαίη γὰρ ἄν* —] Steph. *δηλαδὴ καὶ ταῦτα φαίη γ' ἄν τις.* Bodl. aliique liquido scriptum exhibent: *φαίη γὰρ ἄν.* unde quid verum sit, sponte apparet. vid. intpp.

αὐτός τε ὁ λόγος] Sic Coisl. Vat. Ven. b. Paris. DES. Huet. Angel. Tubing. Flor. a. b. c. h. i. et ex corr. Bodl. Vulgo *γε* legebatur, quod Hirschig. sese fatetur unice verum putare, praeter Bekkerum omnes cum Stephano mutarunt in *ὅ*, ut scriptum exstat apud Eusebium. Nam verbum *λωβᾶσθαι* etiam cum casu tertio construi testatur Phrynich. in Bekkeri Anecdotis T. I. p. 50. qui scribit: *Λωβᾶσθαι τόνδε καὶ τῷδε, αἰτιατικῇ καὶ δοτικῇ.* Aristoph. Equitt. v. 1413. *ἵν' ἴδωσιν αὐτόν, οἷς ἐλωβᾶσθ', οἱ ξένοι*, ubi vulgo legebatur *οὕς*, quod ex cod. Ravennate correxit Dindorfius. Alia habet Creuzerus ad Plotinum de Pulchritud. p. 244., qui inter alia laudat locum Dionys. Halic. Antiq. Rom. VII. 77. fin. p. 1501. ed. Reisk. (*ἡ βουλὴ*) *ἀναζητήσασα τὸν τῷ θεράποντι λωβησάμενον.* Dativus cur in accusativum mutatus sit, caussa in promtu est. Sequitur enim verbum *ὀνίνησιν*, quod cum quarto casu construi solet. Sed quod pronomen relativum praemittitur verbis diversae constructionis, id nihil habet insolentiae. Menexen. p. 239. C: *ὧν δὲ οὔτε ποιητής πω δόξαν ἀξίαν — λαβὼν ἔχει, ἔτι τε ἐστὶν ἐν μνηστείᾳ.* Sympos. p 201. B. *ὡμολόγηται, οὗ ἐνδεής ἐστι καὶ μὴ ἔχει, τούτου ἐρᾶν.* Matth. § 428.2 Rost. §. 123.8.

ἢ φαυλότερον] Verissime Timaeus *φαῦλον* interpretatur *εὐτελές.* Opponitur enim h. l. *τιμιώτερον.* Ceterum vid. Ruhnken. ad Tim. p. 268.

P. 48. *φροντιστέον, τί ἐροῦσιν*] Quod vulgo legebatur *ὅ τι ἐροῦσι*, id nescio an grammaticis debeatur, qui propter proximum *ὅ τι* sic correxerunt. Phileb. p. 17. B: *ἀλλ' ὅτι* (*ἴσμεν*) *πόσα τέ ἐστι καὶ ὁποῖα.* Ibid. p. 27. D. Gorg. p. 500. A: *ἄρ' οὐ παντὸς ἀνδρός ἐστιν ἐκλέξασθαι ποῖα ἀγαθὰ τῶν ἡδέων ἐστὶ καὶ ὁποῖα κακά;* Ibid. p. 448. E: *ἀλλ' οὐδεὶς ἐρωτᾷ, ποία τις εἴη ἡ Γοργίου τέχνη, ἀλλὰ τίς, καὶ ὅντινα δέοι καλεῖν τὸν Γοργίαν.* Phaedr. p. 271. A. Charmid. p. 160. D. De Republ. III. p. 414. D. IX. p. 578. E. Legg. I. p. 632. C. VI. p. 767. C. VII. p. 803. A. Alcibiad. I. p. 111. E. p. 114. A. Demosth. De Coron. p. 275. extr. R. Aeschin. adv. Ctesiph. §. 14. Xenoph. Mem. 1. 1, 13. Alia relativi et interrogativi ita consociati exempla collegit Lobeckius ad

εἰς, καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια. ὥςτε πρῶτον μὲν ταύτῃ οὐκ ὀρθῶς εἰςηγεῖ, εἰςηγούμενος τῆς τῶν πολλῶν δόξης δεῖν ἡμᾶς φροντίζειν περὶ τῶν δικαίων καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ τῶν ἐναντίων. ἀλλὰ μὲν δή, φαίη γ' ἄν τις, οἷοί τ' εἰσὶν ἡμᾶς οἱ πολλοὶ ἀποκτιννύναι. ΚΡ. Δῆλα δὴ καὶ ταῦτα· φαίη γὰρ ἄν, ὦ Σώκρα- B
τες. ΣΩ. Ἀληθῆ λέγεις. ἀλλ', ὦ θαυμάσιε, οὗτός τε ὁ λόγος, ὃν διεληλύθαμεν, ἔμοιγε δοκεῖ ἔτι ὅμοιος

quippe nugantes nihil curantem. In quo certe ipse criticam fastitavit leviter et nugatorie, ut aliis locis plurimis.

δοκεῖ ἔτι ὅμοιος] *ἔτι* cum Bekkero dedimus e Tub. Ven. b. Huet. Par. D. Flor. h. Deinde vulgo legebatur *τῷ προτέρῳ*, quod e Bodl. Tub. Ven. b. Huet. Par. DS. Vind. 4. Flor. h. in *τῷ καὶ πρότερον* mutatum. Temere nuper fuit qui *τῷ* eliminandum censeret, quod certe longe est verissimum v. explicatt.

Phrynichum p. 57. De *ἐρωτᾶν* cum duplici accusativo constructo v. ad Apolog. c. IX. p. 23. A.

οὐκ ὀρθῶς εἰςηγεῖ] *Εἰςηγεῖσθαι* dicuntur ii, qui legem vel conditionem aliquam ferunt et suadent: deinde qui auctores sunt alicuius rei, qui quid suadent; qua vi et potestate verbum frequentant etiam Thucydides, Xenophon, Demosthenes, Isocrates, Lucianus, alii; usurpavit fortasse etiam Soph. Oed. Col. v. 1284, ubi legendum: *καλῶς γὰρ εἰςηγεῖ σύ μοι* pro vulg. *ἐξηγεῖ*.

B. *Δῆλα δὴ καὶ ταῦτα· φαίη γὰρ ἄν, ὦ Σ.*] In hoc loco mirifice variant codices manuscripti. Dubitatur autem magnopere, utrum verba *δῆλα δὴ ταῦτα* trahenda sint ad orationem Socratis, an ad Critonis responsionem. Illam rationem cum Ald. Bas. 1. 2. tenuit Buttmannus; hanc Cornarius atque Stephanus probarunt, qui scribendum iudicant: *Δηλαδὴ καὶ ταῦτα φαίη γ' ἄν τις, ὦ Σ.* Et illam quidem rationem quod attinet, ferri ea propterea non posse videtur, quod mirum quantum languoris haberet oratio, si primum Socrates affirmaret rem esse manifestam; deinde Crito idem confirmaret; denique Socrates iterum hanc eandem sententiam comprobaret et laudaret. Cornarii autem atque Stephani lectionem non magis probandam censemus, quum codices omnes particulam *γάρ* tueantur et istud *δηλαδή* ab hoc loco alienum sit. Quocirca recepimus lectionem ab Im. Bekkero restitutam, qua omnes loci difficultates tolluntur. Postquam enim Socrates dixit fieri posse, ut quis ipsi obiiciat vulgi opinionem esse respiciendam, quia tanta sit illius potentia, ut ipsam vitam eripere possit cui velit; hanc sententiam cupide arripiens Crito respondet etiam hoc esse manifestum; fieri enim utique posse, ut quis ei hoc opponat. Quo facto Socrates respondet *Ἀληθῆ λέγεις*, hoc est, verissime ais hoc esse manifestum; deinceps autem docere instituit illam reprehensionem vanam atque inanem futuram esse.

ἀλλ' — ὅμοιος εἶναι τῷ

εἶναι τῷ καὶ πρότερον, καὶ τόνδε αὖ σκόπει, εἰ ἔτι μένει ἡμῖν ἢ οὔ, ὅτι οὐ τὸ ζῆν περὶ πλείστου ποιητέον, ἀλλὰ τὸ εὖ ζῆν. ΚΡ. Ἀλλὰ μένει. ΣΩ. Τὸ δὲ εὖ καὶ καλῶς καὶ δικαίως ὅτι ταὐτόν ἐστι, μένει, ἢ οὐ μένει; ΚΡ. Μένει.

Cap. IX. *ΣΩ. Οὐκοῦν ἐκ τῶν ὁμολογουμένων τοῦτο σκεπτέον, πότερον δίκαιον ἐμὲ ἐνθένδε πειρᾶσθαι ἐξιέναι, μὴ ἀφιέντων Ἀθηναίων, ἢ οὐ δίκαιον·*
C *καὶ ἐὰν μὲν φαίνηται δίκαιον, πειρώμεθα, εἰ δὲ μή,*

καὶ τόνδε αὖ σκόπει] V. *τόνδε δὲ αὖ σκ.* Sed recte Bodl. Vat. Ven. b. Tub. Flor. d. Vind. 6. Huet. *δὲ* omittunt.

καὶ πρότερον] Sententia verborum haec est: quemadmodum quae sermone modo absoluto disputavimus de vulgi opinionibus recte aestimandis mihi quidem videntur adhuc esse **eadem, quae etiam superiore tempore** (quo nondum accusatus et condemnatus eram) disputavimus et pro veris probavimus, ita etiam bene considera, num adhuc firma maneant, quae de vitae dignitate recte iudicanda statuimus. Quod enim Socrates, antequam quaestionem de iudicandis hominum opinionibus institueret, p. 46. B. affirmaverat, se eas rationes, quas per totam vitam esset secutus, in praesenti etiam conditione retinendas iudicare, id nunc disputatione finita repetit ac denuo paucis verbis confirmat. Itaque *οὗτος ὁ λόγος, ὃν διεληλύθαμεν,* intelligitur sermo hactenus de vulgi opinionibus institutus, ita quidem, ut maxime argumentum illius atque res eo disceptata intelligatur, sicuti sexcenties vocabulo *λόγος* et Lat. disputatio fieri solet. Charm. p. 178. E. *οὐκ ἄρα—ἔτι ἐμμένομεν τῷ λόγῳ τῷ εὐδαίμονα εἶναι τὸν ἐπιστημόνως ζῶντα.* Quem quidem sermonem vir sapientissimus ait *ἔτι ὅμοιον εἶναι τῷ καὶ πρότερον,* h. e. nihil plane differre ab iis, quae etiam superiore tempore, quo nondum accusatus et condemnatus fuerit, de eadem re disputaverint. Nam *ὁ καὶ πρότερον λόγος* sine dubio est disputatio superiore tempore cum familiaribus de eodem argumento instituta, h. e sententia superiore tempore explorata. Quocirca facile apparet, quomodo verba: *καὶ τόνδε αὖ σκόπει, εἰ ἔτι μένει ἡμῖν,* intelligenda sint. Quae quoniam referuntur ad sententiam proxime superiorem, nemo erit qnin videat receptam lectionem: *οὗτός τε ὁ λόγος — καὶ πρότερον· καὶ τόνδε αὖ σκόπει,* longissime praferendam esse vett. editt scripturae: *οὗτός γε ὁ λόγος — πρότερον. Καὶ τόνδε δὲ αὖ σκόπει.* Sic *καὶ αὖ* post *τε* positum Charmid. p 157. E: *ἥ τε γὰρ πατρῴα ἡμῖν οἰκία — ἐγκεκωμιασμένη, — καὶ αὖ ἡ πρὸς μητρὸς ὡσαύτως.*

Cap. IX. *ἐκ τῶν ὁμολογουμένων*] h. e. ex iis, de quibus consentimus: quod moneo, ne quis cum Hirschigio *ὡμολογημένων* corrigat. v. Sympos. p 200. B. et quae monuit Heindorfius ad Hipp. mai. p. 180. Aeschin. adv. Ctesiph. §. 13: *τὸ δοκεῖν μὲν ἀληθῆ λέγειν, ἀρχαῖα δὲ καὶ λίαν ὁμολογούμενα,* ubi Marklan-

ἐῶμεν. ἃς δὲ σὺ λέγεις τὰς σκέψεις περί τε ἀναλώσεως χρημάτων καὶ δόξης καὶ παίδων τροφῆς, μὴ ὡς ἀληθῶς ταῦτα, ὦ Κρίτων, σκέμματα ᾖ τῶν ῥᾳδίως ἀποκτιννύντων καὶ ἀναβιωσκομένων γ' ἄν, εἰ οἷοί τε ἦσαν, οὐδενὶ ξὺν νῷ, τούτων τῶν πολλῶν. ἡμῖν δ', ἐπειδὴ ὁ λόγος οὕτως αἱρεῖ, μὴ οὐδὲν ἄλλο σκεπτέον ᾖ ἢ ὅπερ νῦν δὴ ἐλέγομεν, πότερον δίκαια πράξομεν καὶ χρήματα τελοῦντες τούτοις τοῖς ἐμὲ ἐνθένδε ἐξάξουσι καὶ χάριτας, καὶ αὐτοὶ ἐξάγοντές τε καὶ ἐξα- D

Cap. IX. C. περί τε ἀναλώσεως χρημάτων] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Tub. 1. 4. 6. 7. Flor. d. h. Huet. Par. DS. Scribebatur περί τε χρημάτων ἀναλώσεως, quod etiam Bekker. tenuit.

dus malebat ὡμολογημένα.

C. μὴ ἀφιέντων Ἀθηναίων] h. e. Atheniensibus me non dimittentibus et poena absolventibus. Itaque non est quod scribatur ἐφιέντων, quod exstat in cod. Tubing. et uno Paris. Apol. p. 29. C: ἐλεύθερον ἀφίεμεν. Ibid. 29. D: εἴ—με ἐπὶ τούτοις ἀφίοιτε. De Legg. VI. p. 756. D: ἐλεύθερον ἀφεῖσθαι τῆς ζημίας,

περὶ ἀναλώσεως χρημάτων] videlicet te et alios debere pecuniam dare, quo possim e vinculis educi. vid. p. 44. E. sq.

καὶ δόξης] scil. ne videamini amico defuisse. vid. p. 44. B. sqq. 54. E. sqq.

καὶ παίδων τροφῆς] videlicet debere me educare et erudire filios meos, v. p 45. C. D. Ante μή hic et deinde intell. ὅρα, quod additur cap. X. cf. Matth. §. 632. 2.

σκέμματα] considerationes, rationes, Gedanken, Reflexionen, quod antea dicebatur σκέψεις.

τῶν ῥᾳδίως ἀποκτιννύντων] capitis condemnantium; v. ad Apolog. p. 29. C. Ἀναβιώσκεσθαι est in vitam revocare, vitam reddere, si ua intersit, si tibi ipsi prosis, ut recte interpretatur Fischerus. Sic Phaedon. p. 89. B. Wyttenbachius Epistol. crit. p. 232. ed. Lips. legendum putabat ἀναβιωσκομένων γ' αὖ. Sed recte ἄν participio additum est, siquidem verba sic explicanda sunt: καὶ τούτων, οἳ ἀνεβιώσκοντό γ' ἄν, εἰ οἷοί τε ἦσαν. v. Matth. §. 598. b. Buttm. §. 126. 14. Rost. §. 120. p. 616 ed. 7. Verba τούτων τῶν πολλῶν per appositionem addita sunt cum contemtu quodam, de quo usu pronominis οὗτος monui ad verba cap. IV. ἔπειτα οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς συκοφάντας.

ὁ λόγος οὕτως αἱρεῖ] Quandoquidem ratio ita suadet. Phileb. p. 35. D: οὐδαμῇ ὁ λόγος αἱρεῖ. Parmenid. p. 141. D: ὥς γε ὁ λόγος αἱρεῖ. De Rep. IV. p. 440. B. τοῦ λόγου αἱροῦντος, κτλ. Sed plura vide apud Gataker. ad Anton. IV. 24. Dorvill. ad Charit. p. 645. Ratio vincit dixit Horat. Sat. I. 3, 115. II. 3, 225. h. e. evincit. Nuperus tamen interpres reddidit ratio optat, ridicule sane. Mox ad χάριτας per zeugma ex praecedente τελοῦντες intelligas ἔχοντες vel εἰδότες, quod genus loquendi explanatum est a Wesselingio ad Diodor. IV. p. 270. Dorvillio ad Chariton. p. 440 sqq. Ernestio ad Xenoph. Mem. II. 1.

γόμενοι, ἢ τῇ ἀληθείᾳ ἀδικήσομεν ταῦτα πάντα ποιοῦντες· κἂν φαινώμεθα ἄδικα αὐτὰ ἐργαζόμενοι, μὴ οὐ δέῃ ὑπολογίζεσθαι οὔτ' εἰ ἀποθνήσκειν δεῖ παραμένοντας καὶ ἡσυχίαν ἄγοντας, οὔτε ἄλλο ὁτιοῦν πάσχειν πρὸ τοῦ ἀδικεῖν. ΚΡ. Καλῶς μέν μοι δοκεῖς λέγειν, ὦ Σώκρατες, ὅρα δὲ τί δρῶμεν. ΣΩ. Σκοπῶμεν, ὦ 'γαθέ, κοινῇ, καὶ εἴ πῃ ἔχεις ἀντιλέγειν

D. οὔτε ἄλλο ὁτιοῦν] Hirschig. coni. οὔτ' εἰ ἄλλο ὁτιοῦν.
E. ἀλλὰ μὴ ἄκοντος] ἄκοντα Vind. 6.

p. 38. B. conf. Cratyl. p. 39. B: χρήματα ἐκείνοις τελοῦντα καὶ χάριτας κατατιθέμενον.

D. μὴ οὐ δέῃ ὑπολογίζεσθαι — πρὸ τοῦ ἀδικεῖν] Apolog. p. 28. D: μηδὲν ὑπολογιζόμενον μήτε θάνατον μήτε ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ αἰσχροῦ, ubi vide quae diximus. Sensus hic est: vide ne non deceat reputare, num nobis, ubi hic manserimus, mors aut aliae calamitates subeundae sint, priusquam consideravimus, utrum recte facturi simus necne: vel priusquam iniuste agamus. Παραμένειν est manere in vinculis neque inde aufugere: dicitur autem maxime de servis fidelibus, παραμόνοις, quibus opponuntur οἱ ἀποδιδράσκοντες, fugitivi. v. Xenoph. Oec. III. 4.

E. ὡς ἐγὼ περὶ πολλοῦ — ἀλλὰ μὴ ἄκοντος] Longum est interpretum rationes, quas inierunt, ut haec verba rite explanarentur, ordine recensere: quas qui cognoscere cupiunt, ii adeant Fischerum et Buttmannum. Addidisse tamen iuvabit, nuper Heinichium in Progr. Gymnas. Zwiccav. a. 1847. locum hunc in modum corrigi voluisse: ὡς ἐγὼ περὶ πολλοῦ ποιοῦμαί σε ταῦτα πράττειν, πεῖσαι, ἀλλὰ μὴ ἄκοντος, ut πεῖσαι epexegesin contineat verborum: ταῦτα πραττειν: Wexium autem in Iahnii et Klotzii Annal. Paed. et Philol. Vol. 73. Fasc. 10. p. 669. ann. 1856. πεῖσαι eiiciendum statuisse. Nobis vero ne una quidem criticorum sententia adhuc satis recta visa est. Itaque satius videtur totam caussam denuo recognoscere et, si fieri possit aliter, atque ab illis factum est, diiudicare. Pendet autem iudicii ratio maxime ex eo, ut decernatur, utrum ad infinitivum πεῖσαι Socrates ipse, an vero Crito subiectum, quod vocant technici, intelligi debeat, de qua re critici multum inter se dissentiunt. Socratem si statuimus esse subiectum, ταῦτα πράττειν necesse est significet παύεσθαι λέγοντα πολλάκις τὸν αὐτὸν λόγον, et ad ἄκοντος supplendum est σοῦ, ut sententia exsistat haec: magni enim facio tibi (Critoni) persuadere, ut non semper eandem rationem repetas, modo ne id te invito fiat. Nam quod Sommerus in Zimmermanni Annal. Stud. Antiquit. a. 1842. p. 547. intelligi vult δίκαια πράττειν, id longius est repetitum. Sed quantumvis ea interpretatio Buttmanno et Wernsdorfio placuerit, tamen mihi ita com-

ἐμοῦ λέγοντος, ἀντίλεγε, καί σοι πείσομαι· εἰ δὲ μή, παῦσαι ἤδη, ὦ μακάριε, πολλάκις μοι λέγων τὸν αὐ- E
τὸν λόγον, ὡς χρὴ ἐνθένδε ἀκόντων Ἀθηναίων ἐμὲ ἀπιέναι· ὡς ἐγὼ περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι πεῖσαί σε ταῦτα πράττειν, ἀλλὰ μὴ ἄκοντος. ὅρα δὲ δὴ τῆς σκέψεως τὴν ἀρχήν, ἐάν σοι ἱκανῶς λέγηται, καὶ πειρῶ ἀποκρίνεσθαι τὸ ἐρωτώμενον, ᾗ ἂν μάλιστα οἴῃ. 49
KP. Ἀλλὰ πειράσομαι.

πειρῶ ἀποκρίνεσθαι] Vett. editt. ἀποκρίνασθαι, quod vix unus alterve codicum tuetur; praesens rei ipsi optime est accommodatum.

parata esse videtur, ut nullo modo tolerari queat. Nam ut taceam de aliis difficultatibus, quis non offendat in eo, quod Socrates optat, ut Critoni non invito sententiam suam persuadeat? Nimirum hoc et per se mirum est et viri sapientissimi resque humanas prae virtute constanter contemnentis persona prorsus indignum. Atque eadem difficultate premitur etiam ratio Sommeri. Itaque relinquitur altera ratio, ut sumamus Critonem esse subiectum, ad ἄκοντος autem cogitando addamus ἐμοῦ. Ita vero sententia haec est: magni aestimo te mihi suadere, ut id agam, h. e. ut fugam capessam, modo ne me invito hoc facias. Quae si diligentius perpenderis, nihil aliud significare videbis nisi hoc: generosam tuam amicitiam, qua fit, ut mihi fugam suadeas, utique plurimi facio; sed noli hoc committere, ut meae ipsius voluntati ac sententiae nihil tribuas, quum ego soleam non rerum externarum momentis commoveri, sed solius veritatis virtutisque rationibus. Conf. p. 46. B. ὦ Κρίτων, ἡ προθυμία σου πολλοῦ ἀξία κτλ. Hanc vero interpretationem confirmant verba praegressa: εἴ πῃ ἔχεις ἀντιλέγειν ἐμοῦ λέγοντος κτλ; quod enim ibi dicitur: εἰ δὲ μή, παῦσαι ἤδη—πολλάκις μοι λέγων τὸν αὐτὸν λόγον, id nunc brevius enuntiatur verbis ἀλλὰ μὴ ἄκοντος. Recte vero ita ταῦτα πράττειν ponitur: gravius enim rem significaturus Socrates Critonem ait sibi persuadere conari, ut hoc agat, h. e. ut fugam moliatur et capessat: in qua sententia nemo est quin videat illud verbum locum suum eleganter obtinere. Quanquam πράττειν etiam ponitur simpliciter pro verbo cuiuscunque generis ex antegressis repetendo. v. ad Sophist. p. 267. B. Pluralis ταῦτα autem de una re positus neminem, opinor, morabitur qui legerit ann. ad Apol. p. 19. D. Prot. p. 331. E. al. Deinceps post μὴ repetas e superioribus verbum, quae ratio ne cui durior videatur, comparet modo frequentissimam illam formulam μή μοι, μή μοι οὕτως, μή μοι ταῦτα, de qua dixit Heindorf. ad Protagor. p. 494. Denique pro μὴ ἄκοντος quum proprie dicendum fuerit μὴ ἄκοντα, quod ipsum video in codd. nonnullis scriptum exstare, haud scio an hic locus iis annumerandus sit, in quibus genitivus ponitur nulla ratione habita eius verbi, quod praecesserat, propterea quod ma-

Cap. X. ΣΩ. *Οὐδενὶ τρόπῳ φαμὲν ἑκόντας ἀδι-
κητέον εἶναι, ἤ τινι μὲν ἀδικητέον τρόπῳ, τινὶ δὲ
οὔ; ἢ οὐδαμῶς τό γε ἀδικεῖν οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κα-
λόν, ὡς πολλάκις ἡμῖν καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ
ὡμολογήθη; [ὅπερ καὶ ἄρτι ἐλέγετο]. ἢ πᾶσαι ἡμῖν
ἐκεῖναι αἱ πρόσθεν ὁμολογίαι ἐν ταῖσδε ταῖς ὀλίγαις
ἡμέραις ἐκκεχυμέναι εἰσί, καὶ πάλαι, ὦ Κρίτων, ἄρα
τηλικοίδε, γέροντες ἄνδρες, πρὸς ἀλλήλους σπουδῇ*
B *διαλεγόμενοι ἐλάθομεν ἡμᾶς αὐτοὺς παίδων οὐδὲν*

Cap. X. *ἤ τινι μὲν ἀδικ.*] Steph. dedit. *τοὺς μέν.* Sed agitur de variis modis faciendae iniuriae.

ὅπερ καὶ ἄρτι ἐλέγετο] Heindorf. coni. *ὡς πολλάκις μὲν ἡμῖν — ὡμολογήθη, ἀτὰρ καὶ ἄρτι ἐλέγετο.* Par. BCE. Ang. Flor. a. b. c. f. i. superscriptum habent *ἐγένετο.* Vulgatum hanc habet sententiam: id quod paullo ante etiam commemorabatur.

B. *αἰσχρὸν τυγχάνει*] V. *τυγχάνειν*, quod e Bodl. Ven.

ior existit vel gravitas vel perspicuitas, ubi alterum membrum libere effertur neque ex reliqua oratione suspenditur. Simillimus huic locus est Thucyd. VII. 48. a Iacobsio comparatus: *χρημάτων μὲν ἀπορίᾳ αὐτοὺς ἐκτρυχώσειν, ἄλλως τε καὶ ἐπὶ πλέον ἤδη ταῖς ὑπαρχούσαις ναυσὶ θαλασσοκρατούντων.* cf. Matth. §. 563. Bernhardy Syntax. p. 480 sq. et Kühner. Gramm. ampl. §. 681. b. p. 380. Hactenus igitur salva sunt omnia habentque explicationem satis idoneam. Sed negotium facessit infinitivus aoristi, quem patet nec conatum rei nec repetitam persuadendi actionem indicare posse. Nec vero Heinichen. eum videtur facta transpositione recte defendisse, quum in ista epexegesi certe *πείθειν* opus fuerit, ut taceamus de ipsius sententiae ita exorientis ratione, quae sane parum commoda videtur. Multo minus etiam Wexio assentimur, qui licenter magis quam caute et prudenter *πεῖσαι* istud eiici iussit. Nimirum corruptus sane locus est, sed subtilius emendandus. Quippe refingendum est: *περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι πείσαντά σε ταῦτα πρ.* i. e. si mihi persuaseris, h. e. si disputatione tua effeceris, ut videam et intelligam fieri recte et salva iustitia posse, ut fugam capessam. Qua ratione probata facile apparet inter se opposita esse *πείσαντα* et *ἄκοντός μου.* Sic *πείθειν* absolute positum est etiam infra p. 51. B: *ἢ πείθειν ἢ ποιεῖν κτλ.* et C: *ἢ πείθειν αὐτὴν ᾗ τὸ δίκαιον πέφυκε.* p. 51. E. al. ubi est: meliora edocere. Ad *μὴ ἄκοντος* autem int. *πράττε.*

Cap. X. P. 49. *ἑκόντας ἀδικητέον εἶναι*] Praecipiunt vulgo grammatici verbalibus addi solere dativum personae. At etiam accusativus additur. Caussa ëst, quod illis verbis continetur notio verbi *δεῖν* vel *χρῆναι,* ita ut *ἀδικητέον εἶναι* idem sit quod *ἀδικεῖν δεῖν.* v. ad Gorg. p. 512. D. Phaedr. p. 272. E. Legg. VII. p. 803. E. 793. E. VIII. p. 828. D. 833. D. IX. p. 862. B. XII. 966. A. al.

ὅπερ καὶ ἄρτι ἐλέγετο] Adscripsit haec glossator ad

*διαφέροντες; ἢ παντὸς μᾶλλον οὕτως ἔχει, ὥςπερ
τότε ἐλέγετο ἡμῖν; εἴτε φασὶν οἱ πολλοὶ εἴτε μή, καὶ
εἴτε δεῖ ἡμᾶς ἔτι τῶνδε χαλεπώτερα πάσχειν εἴτε καὶ
πραότερα, ὅμως τό γε ἀδικεῖν τῷ ἀδικοῦντι καὶ κα-
κὸν καὶ αἰσχρὸν τυγχάνει ὂν παντὶ τρόπῳ; φαμέν,
ἢ οὔ; ΚΡ. Φαμέν. ΣΩ. Οὐδαμῶς ἄρα δεῖ ἀδι-
κεῖν. ΚΡ. Οὐ δῆτα. ΣΩ. Οὐδὲ ἀδικούμενον ἄρα
ἀνταδικεῖν, ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται, ἐπειδή γε οὐδα-
μῶς δεῖ ἀδικεῖν. ΚΡ. Οὐ φαίνεται. ΣΩ. Τί δὲ δή;* C

Ξ. a. b. Vat. Tub., septem Vindd. Florentinis, Par. BCDES. Zitt. et editt. Ald. Bas. 1. 2. emendatum.

C. *Τί δὲ δή;*] V. *τί δαὶ δή;* quod e Ven. b. Vat. Vind. 1. 6. 7. Flor. d. h. Huet. Par. DS. mutavi. Nam *τί δὲ δή* ponitur, ubi quis alteri ita adversari pergit, ut sententiam suam e superioribus demonstret et confirmet. *τί δαὶ δή;* paullo est gravius, quam ut hic ferri possit.

verba: *καὶ ἐν τῷ ἐμπρ. χρ. ὡμολογήθη*, quoniam Socrates etiam supra aliquoties ad superioris temporis disputationes provocavit, ut p. 46. B. et p. 48. B. Verum perspexit Hirschigius; notaveramus nuper et ipsi.

ἐκκεχυμέναι εἰσί] profusae h. e. abiectae sunt. Eleganter Iacobsius comparavit formulas *ἐκχεῖν πλοῦτον, ἐκχεῖν χρήματα*. Verba *γέροντες ἄνδρες* poterant omitti: sed concinnitatis leges addi iubebant: sequitur enim *παίδων*.

B. *ἢ παντὸς μᾶλλον*] *Παντὸς μᾶλλον*, pro quo etiam dicitur *πάντων μᾶλλον*, est omnium maxime. v. Phaedon. p. 106. E. Symp. p. 223. A. Hipp. mai. p. 295. E. ibique ann. et Hemsterhus. ad Lucian. I. p. 173.

ὅμως τό γε ἀδικεῖν —] „Imo hoc malum adeo ei videbatur, ut in Gorgia p. 469. rogatus, *σὺ ἄρα βούλοιο ἂν ἀδικεῖσθαι μᾶλλον ἢ ἀδικεῖν*, optime responderet: *βουλοίμην μὲν ἂν ἔγωγε οὐδέτερα· εἰ δ᾽ ἀναγκαῖον εἴη ἀδικεῖν ἢ ἀδικεῖσθαι, ἑλοίμην ἂν μᾶλλον ἀδικεῖσθαι ἢ ἀδικεῖν.*“ Forsterus.

ὡς οἱ πολλοὶ οἴονται] Archilochus ap. Theophil. ad Autolyc. L. II. 37: *ἓν δ᾽ ἐπίσταμαι μέγα, τὸ καλῶς τι δρῶντα δεινοῖς ἀνταμείβεσθαι κακοῖς*: quem locum laudavit Iacobsius. Solon in Brunckii Poet. Gnom. p. 73. *εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρόν· τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν.* Fragment. Eurip. ap. Valcken. p. 157. *ἐχθρὸν κακῶς δρᾶν ἀνδρὸς ἡγοῦμαι μέρος.* Vulgarem autem hanc fuisse opinionem multis demonstrari potest veterum scriptorum testimoniis. Fortis enim animi esse putabatur ulcisci iniuriam. Hanc sententiam refert ipse Socrates Xenoph. Mem. II. 3, 14: *καὶ μὴν πλεῖστον γε δοκεῖ ἀνὴρ ἐπαίνου ἄξιος εἶναι, ὃς ἂν φθάνῃ τοὺς μὲν πολεμίους κακῶς ποιῶν, τοὺς δὲ φίλους εὐεργετῶν.* Ibid. II. 6, 35. III. 9, 8. II. 1, 19. Plura de hac re v. ad Phileb. p. 49. D.

κακουργεῖν δεῖ, ὦ Κρίτων, ἢ οὔ; ΚΡ. Οὐ δεῖ δή που, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Τί δέ; ἀντικακουργεῖν κακῶς πάσχοντα, ὡς οἱ πολλοί φασι, δίκαιον, ἢ οὐ δίκαιον; ΚΡ. Οὐδαμῶς. ΣΩ. Τὸ γάρ που κακῶς ποιεῖν ἀνθρώπους τοῦ ἀδικεῖν οὐδὲν διαφέρει. ΚΡ. Ἀληθῆ λέγεις. ΣΩ. Οὔτε ἄρα ἀνταδικεῖν δεῖ οὔτε κακῶς ποιεῖν οὐδένα ἀνθρώπων, οὐδ' ἂν ὁτιοῦν πάσχῃ ὑπ' αὐτῶν. καὶ ὅρα, ὦ Κρίτων, ταῦτα καθομολογῶν, ὅπως
D μὴ παρὰ δόξαν ὁμολογῇς. οἶδα γάρ, ὅτι ὀλίγοις τισὶ ταῦτα καὶ δοκεῖ καὶ δόξει. οἷς οὖν οὕτω δέδοκται καὶ οἷς μή, τούτοις οὐκ ἔστι κοινὴ βουλή, ἀλλ' ἀνάγκη τούτους ἀλλήλων καταφρονεῖν, ὁρῶντας τὰ ἀλλήλων βουλεύματα. σκόπει δὴ οὖν καὶ σὺ εὖ μάλα, πότερον κοινωνεῖς καὶ ξυνδοκεῖ σοι· καὶ ἀρχώμεθα ἐντεῦθεν βουλευόμενοι, ὡς οὐδέποτε ὀρθῶς ἔχοντος οὔτε τοῦ ἀδικεῖν οὔτε τοῦ ἀνταδικεῖν οὔτε κακῶς

δίκαιον ἢ οὐ δίκαιον] Posterus *δίκαιον* delevit Hirschig. Quasi vero non liceat dicere: iustumne an iniustum. Idem deinde de suo dedit: *κακῶς ἀντιποιεῖν* pro *κακῶς ποιεῖν*: quo non opus esse proxime sequentia evincunt.

ταῦτα καθομολογῶν] V. *ὁμολογῶν*, quod e Bodl. Vat. Ven. b. Huet. Par. DS. Vind. 1. 4. 6. Tub. Flor. d. mutare placuit.

D. *οἷς οὖν οὕτω δ.*] V. *οἷς δ' οὕτω δ.* Recte Bodl. Coisl.

C. *οὐδ' ἂν ὁτιοῦν πάσχῃ ὑπ' αὐτῶν*] h. e. ne tum quidem, si vel maximis et gravissimis iniuriis afficiatur. De *οὐδ' ὁτιοῦν* v. ad Apol. Socr. p. 29. A. Menon. p. 79, B. Remp. VI. p. 506. C. X. p. 611. C. p. 619. A. al. Post *πάσχῃ* Eusebius et Theodoret. inserunt *τις*. Quo non opus est, quum *δεῖ ἀνταδικεῖν* praecedat, in quibus verbis iam latet personae indefinitae significatio. v. ad Apol. Socr. p. 29. A.

D. *ὡς οὐδέποτε ὀρθῶς ἔχοντος*] h. e. sumentes nunquam rectum et honestum esse. De republ. IV. p. 437. A. *ὑποθέμενοι ὡς τούτου οὕτως ἔχοντος*. Protagor. p. 323. E. *ἔνθεν δὲ πῶς παντὶ θυμοῦται καὶ νουθετεῖ δῆλον ὡς ἐξ ἐπιμελείας καὶ μαθήσεως κτητῆς οὔσης*. Cf. Matthiae §. 568. et 569. 7. Rost. §. 130. not. 3. b. Mox *ἀρχή* est disputationis principium, ex quo cetera omnia colliguntur et concluduntur, qui usus verbi est pervulgatus. *Τὸ μετὰ τοῦτο* autem haec ipsa sunt, quae inde concluduntur, ut Euthyphron. p. 12. D. Cratyl. p. 402. D. al. — *ἐμμένειν* h. l. retinere ac tueri sententiam. Phaedon. p. 92. A. *ἐγὼ μέν — καὶ τότε θαυμαστῶς ὡς*

πάσχοντα ἀμύνεσθαι ἀντιδρῶντα κακῶς· ἢ ἀφίστασαι καὶ οὐ κοινωνεῖς τῆς ἀρχῆς; ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ E
πάλαι οὕτω καὶ νῦν ἔτι δοκεῖ· σοὶ δ' εἴ πῃ ἄλλῃ δέδοκται, λέγε καὶ δίδασκε. εἰ δὲ ἐμμένεις τοῖς πρόσθεν, τὸ μετὰ τοῦτο ἄκουε. *ΚΡ.* Ἀλλ' ἐμμένω τε καὶ ξυνδοκεῖ μοι· ἀλλὰ λέγε. *ΣΩ.* Λέγω δὴ αὖ τὸ μετὰ τοῦτο, μᾶλλον δ' ἐρωτῶ· πότερον ἃ ἄν τις ὁμολογήσῃ τῳ δίκαια ὄντα ποιητέον ἢ ἐξαπατητέον; *ΚΡ.* Ποιητέον.

Cap. XI. *ΣΩ.* Ἐκ τούτων δὴ ἄθρει. ἀπιόντες
ἐνθένδε ἡμεῖς μὴ πείσαντες τὴν πόλιν πότερον κακῶς 50
τινὰς ποιοῦμεν, καὶ ταῦτα οὓς ἥκιστα δεῖ, ἢ οὔ; καὶ ἐμμένομεν οἷς ὡμολογήσαμεν δικαίοις οὖσιν, ἢ οὔ; *ΚΡ.* Οὐκ ἔχω, ὦ Σώκρατες, ἀποκρίνασθαι πρὸς ὃ ἐρωτᾷς· οὐ γὰρ ἐννοῶ. *ΣΩ.* Ἀλλ' ὧδε σκόπει. εἰ μέλλουσιν ἡμῖν ἐνθένδε εἴτε ἀποδιδράσκειν εἴθ' ὅπως

Ven. b. Vat. Tub. Vindobb. omnes, Huet. Par. BCDEHS. Ang. Flor. b. c. d. f. h. i. Zitt. al.

ὁρῶντας τὰ ἀλλήλων β.] Sic Bodl. Ven. b. Vat. Tub. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. d. h. Huet. Par. DS. Vett. editt. ἀλλήλων τὰ β. Dein δὴ οὖν iidem pro vulg. οὖν δή.

ἀντιδρῶντα] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Tub. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. a. d. f. h. Zitt. Huet. Par. BCDS. Vulgo ἀντιδρῶντας.

E. καὶ νῦν ἔτι δοκεῖ] Huet. Par. DS. Flor. h. καὶ νῦν οὕτω δ.

ἐπείσθην ὑπ' αὐτοῦ καὶ νῦν ἐμμένω ὡς οὐδενὶ λόγῳ.

Cap. XI. Ἐκ τούτων δὴ ἄθρει] h. e. iam si haec vera sunt, nefas esse laedere quemquam ullo modo, vide quid inde sequatur. De praepositione ἐκ, secundum, vide cap. IX. in.

μὴ πείσαντες τὴν πόλιν] i. e. ἀκόντων Ἀθηναίων vel μὴ ἀφιέντων Ἀθηναίων, quod legebatur cap. IX. p. 48. B.

P. 50. οἷς ὡμολογήσαμεν δ.] h. e. de quibus ut iustis et aequis nobis cum civitate convenit. De constructione v. Matth. §. 473. 2. Rost. §. 123. 3.

εἰ μέλλουσιν ἡμῖν ἐνθένδε —] Dativus tam ex ἐλθόντες quam ex ἐπιστάντες suspensus est. De verbis veniendi cum dativo iunctis v. ann. ad Protagor. p. 321. C. Dein verbum ἀποδιδράσκειν quum fere de servis fugitivis dicatur, mitigandae orationis gratia additur εἴθ' ὅπως δεῖ ὀνομάσαι τοῦτο, h. e vel quo alio nomine istud nobis appellandum erit. Legg. I. p. 653. A. εἴτε μερῶν εἴθ' ἅττα αὐτὰ καλεῖν χρεών ἐστιν. Alia congessit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 100. D = 265. ed. Lugd.

δεῖ ὀνομάσαι τοῦτο, ἐλθόντες οἱ νόμοι καὶ τὸ κοινὸν τῆς πόλεως ἐπιστάντες ἔροιντο· Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, τί ἐν νῷ ἔχεις ποιεῖν; ἄλλο τι ἢ τούτῳ τῷ ἔργῳ, ᾧ ἐπιχειρεῖς, διανοεῖ τούς τε νόμους ἡμᾶς
B ἀπολέσαι καὶ ξύμπασαν τὴν πόλιν τὸ σὸν μέρος; ἢ δοκεῖ σοι οἷόν τε ἔτι ἐκείνην τὴν πόλιν εἶναι καὶ μὴ ἀνατετράφθαι, ἐν ᾗ ἂν αἱ γενόμεναι δίκαι μηδὲν ἰσχύωσιν, ἀλλ' ὑπὸ ἰδιωτῶν ἄκυροί τε γίγνωνται καὶ διαφθείρωνται; τί ἐροῦμεν, ὦ Κρίτων, πρὸς ταῦτα καὶ ἄλλα τοιαῦτα; πολλὰ γὰρ ἄν τις ἔχοι, ἄλλως τε καὶ ῥήτωρ, εἰπεῖν ὑπὲρ τούτου τοῦ νόμου ἀπολ-

Cap. XI. P. 50. B. ἐν ᾗ ἂν αἱ γενόμεναι δ.] γιγνόμεναι Vat. Ven. b. Vind. 6. Flor. d. al., sed praestat vulgatum. Non pauci ἂν omisso ἰσχύουσι et γίγνονται καὶ διαφθείρονται, quod etiam Bodl. a. pr. m. scriptum exhibet cum Ven. b. Atque hoc

τὸ κοινὸν τῆς πόλεως] commune civitatis, ut loquitur Cicero Verrin. II. 46, 63. commune Siciliae, quem locum comparavit Fischerus. Sic τὸ κοινὸν τῆς πόλεως dicitur Legg. IV. p. 715. B. VI. p. 676. B. XI. 928. D. XII. 955. D. 948. E. Protag. p. 319. D. De Rep. VII. p. 519. E. Lysiae Apol. Manth. p. 158. Accus. Philon. p. 161. ed. Brem. A. Xenoph. Cyr. I. 5, 4. 7. V. 5, 6. et centenis aliis locis. — Praeterea notabis participiorum cumulationem ἐλθόντες — ἐπιστάντες ἔροιντο, de quo loquendi genere dixi ad Apol. p. 27. A. 31. A. Symp. 181. D. Phaed. 70. A. al. Ceterum hunc locum imitatus esse videtur Cicero in Catil. I. 7.

ἄλλο τι ἢ τούτῳ τῷ ἔργῳ] De hac forma interrogandi vid. Viger. p. 148. Matth. §. 487. 8. et quae annotavi ad Euthyphron. p. 65. et p. 104. ed. Lips.

τούς τε νόμους ἡμᾶς ἀπ.] H. e. ἡμᾶς τε τοὺς νόμους, de qua verborum collocatione v. supra ad p. 46. C. Iniuria Hirschig. verba τούς τε νόμους delevit et post ἡμᾶς voculam τε suo arbitrio inseruit. Sed ita ille saepe intemperantius grassatur in verba Platonis. Memorant Leges graviter et ponderose, sese leges esse civitatis.

B. τὸ σὸν μέρος] i. q. cap. XII. καθ' ὅσον δύνασαι.

καὶ μὴ ἀνατετράφθαι] h. e. neque eversam iacere: nam haec est vis et significatio perfecti temporis. Itaque εἶναι, quod antecedit, dictum est ἐμφατικῶς, ita ut sit: salvum et incolumem stare, ut Protagor. p. 324. E. et p. 326. E. Quamobrem non erat cur Buttmannus Addend. p. 207. ed. 4. legendum putaret: τὴν πόλιν πόλιν εἶναι, scilicet εἶναι ratus non ita usurpari.

C. αἱ γενόμεναι δίκαι] s. αἱ δίκαι αἱ δικασθεῖσαι sunt iudicia e legibus facta s. iudicata.

ὅτι Ἠδίκει γὰρ ἡμᾶς ἡ πόλις] De isto ὅτι rectae orationi praemisso nota sunt omnia. vid. Matth. §. 624. c. Itaque non mirum est particulam γάρ tertio loco collocari. Pro ἠδί-

λυμένου, ὃς τὰς δίκας τὰς δικασθείσας προςτάττει κυρίας εἶναι. ἢ ἐροῦμεν πρὸς αὐτούς, ὅτι Ἠδίκει C γὰρ ἡμᾶς ἡ πόλις καὶ οὐκ ὀρθῶς τὴν δίκην ἔκρινε; Ταῦτα ἢ τί ἐροῦμεν; ΚΡ. Ταῦτα νὴ Δί', ὦ Σώκρατες.

Cap. XII. ΣΩ. Τί οὖν, ἂν εἴπωσιν οἱ νόμοι, Ὦ Σώκρατες, ἦ καὶ ταῦτα ὡμολόγητο ἡμῖν τε καὶ σοί, ἢ ἐμμένειν ταῖς δίκαις αἷς ἂν ἡ πόλις δικάζῃ; εἰ οὖν αὐτῶν θαυμάζοιμεν λεγόντων, ἴσως ἂν εἴποιεν, ὅτι Ὦ Σώκρατες, μὴ θαύμαζε τὰ λεγόμενα, ἀλλ' ἀποκρίνου, ἐπειδὴ καὶ εἴωθας χρῆσθαι τῷ ἐρω-

nuper edidit Hermann. alterum ex corr. natum esse ratus.

Cap. XII. C. Τί οὖν, ἂν εἴπωσιν] Vulgo deerat interpunctio. Dein Steph. ἢ καὶ τ. et δικάζοι, invitis codicibus tantum non omnibus et reluctante ipsa sententia.

κει Heindorfius ἀδικεῖ malebat. Verum non agitur nunc in universum de iniuria, quam civitas civibus inferat, sed potius de iniuria, quam illa iudicio iniuste de Socrate lato commiserit: id quod vel proxima verba docent. Itaque sententia haec est: Enimvero iniuste nobiscum civitas agebat, quum nos damnaret et in carcere retineret. Verum vidit iam Buttmannus, qui tamen quod statuit verbum ἔκρινε sic quoque esse aoristum, nos quidem non intelligimus, cur non ἔκρινε quoque pro imperfecto habendum sit.

ἢ τί ἐροῦμεν;] h. e. ἢ τί ἄλλο ἐροῦμεν; Xenoph. Oec. III. 3. τί οὖν τούτων ἐστὶν αἴτιον ἢ ὅτι κ. τ. λ. Plat. Gorg. p. 480. B. De Rep. I. 332. C. Plura v. ap. Lambert. Bos. de Ellips. p. 27. ed. Schaef.

Cap. XII. ἦ καὶ ταῦτα ὡμολόγητο — δικάζῃ] Nil egerunt qui locum coniecturis tentarunt. Audias Fischerum: „Certissimum est, inquit, locum sanum esse, modo legatur ἦ καὶ ταῦτα, ut nunc edidimus cum Aldo et aliis. Nam ut ἐμμένειν ταῖς δίκαις est iudicia rata habere, iudiciis stare: ita pronomen ταῦτα non potest dubitari quin respiciat ad verba superiora ἠδίκει γὰρ ἡμᾶς ἡ πόλις καὶ οὐκ ὀρθῶς τὴν δίκην ἔκρινε· hoc sensu: num etiam illud tibi nobiscum convenit, ut tu accusares civitatem eiusque iudicia iniustitiae, an potius hoc, ut rata esse velles iudicia, ut stares iudiciis, quae fecisset civitas e nostro praescripto?" — Praesens ἐμμένειν ne quis cum Hirschigio in ἐμμενεῖν futurum mutet v. annot. ad p. 52. A. — De formula ἐμμένειν ταῖς δίκαις v. Legg. IX. p. 867. E. τοῖς δικασθεῖσιν ὑπὸ τῶν ἀρχόντων ἐμμένειν. Lucian. T. I. p. 606. ed. Reisk. μένειν ἐν τοῖς νόμοις. Thucyd. p. 330. ed. Ducker. Plat. Reip. X. p. 619. C. οὐκ ἐμμένοντα τοῖς προῤῥηθεῖσιν.

τῷ ἐρωτᾶν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι] H. e. τῷ διαλέγεσθαι: de qua periphrasi v. ad Phaedon. p. 75. D. Reip. VII. p. 534. D.

τᾶν τε καὶ ἀποκρίνεσθαι. φέρε γάρ, τί ἐγκαλῶν ἡμῖν
D καὶ τῇ πόλει ἐπιχειρεῖς ἡμᾶς ἀπολλύναι; οὐ πρῶτον μέν σε ἐγεννήσαμεν ἡμεῖς, καὶ δι' ἡμῶν ἐλάμβανε τὴν μητέρα σου ὁ πατὴρ καὶ ἐφύτευσέ σε; φράσον οὖν, τούτοις ἡμῶν, τοῖς νόμοις τοῖς περὶ τοὺς γάμους, μέμφει τι ὡς οὐ καλῶς ἔχουσιν; Οὐ μέμφομαι, φαίην ἄν. Ἀλλὰ τοῖς περὶ τὴν τοῦ γενομένου τροφήν τε καὶ παιδείαν, ἐν ᾗ καὶ σὺ ἐπαιδεύθης; ἢ οὐ καλῶς προςέταττον ἡμῶν οἱ ἐπὶ τούτοις τεταγμένοι

D. *δι' ἡμῶν ἐλάμβανε*] ἐλάμβανε Bodl. Ven. b. Tub. Huet. Par. DS. Vind. 4. Flor. h., sed Ven. b. in marg. ἔλαβε habet. Vulgo erat ἔλαβε.

περὶ τὴν τοῦ γενομένου] Ven. Ξ. et marg. Par. BC. Flor. a. b. γεννωμένου, quod quis ex Lysid. p. 237. E. Alcibiad. I. p. 121. D. defendat. Sed v. Legg. VII. p. 789. E. et p. 791. E. ubi vulgo γεννώμενον, reluctante optimo Paris. Ibid. XI. p. 930. D. quo loco optimi codd. τὸ γενόμενον pro vulg. τὸ γεννώμενον.

D. *οὐ πρῶτον μέν σε ἐγεννήσαμεν* —] Dignum est observatione post πρῶτον deinde non inferri ἔπειτα. Inest tamen huius vocis notio in verbis sequentibus: Ἀλλὰ τοῖς περὶ τὴν τοῦ γενομένου τροφήν τε καὶ παιδείαν κ. τ. λ. Nam ibi etiam hoc modo poterat scribi: ἔπειτα οὐ καλῶς προςέταττον οἱ ἐπὶ τῇ τροφῇ τε καὶ παιδείᾳ τεταγμένοι νόμοι, παραγγ. — παιδεύειν; ἢ καὶ τούτοις μέμφει; Similiter p. 48. A. et 53. B. C. Deinde Buttmann. pro vulg. ἔλαβε, ἐλάμβανε edidit, quod verum putamus. Nam recte censet Buttm. imperfecto non solum actum simplicem nanciscendi indicari, sed etiam viam praescriptam connubii legitimam, hoc est, actionem diuturniorem, designari. De imperfecti et aoristi coniunctione v. ann. ad Phaedon. p. 59. E. coll. infra p. 52. C. Ceterum de legibus Atheniensium ad nuptias et matrimonia pertinentibus vide Meursii Them. Attic. I. 14. II. 6. Herm. Antiquitatt. Gr. §. 119.

τοῖς νόμοις τοῖς περὶ τοὺς γάμους] Haec addita sunt per epexegesin quandam, nec videntur ullo modo sollicitanda esse, quamquam ipse olim in ea fui sententia, ut τοῖς νόμοις e glossemate ortum putarem. v. ad Apol. p. 23. A. Opponuntur deinde τοῖς περὶ τὴν τοῦ γεν. τρ. Hirschig. tamen τοῖς νόμοις et mox νόμοι tollendum censet. Sed vide annot. ad p. 50. A.

τροφήν τε καὶ παιδείαν] Phileb. p. 55. E. οὐκοῦν ἡμῖν τὸ μέν, οἶμαι, δημιουργικόν ἐστι τῆς περὶ τὰ μαθήματα ἐπιστήμης, τὸ δὲ περὶ παιδείαν καὶ τροφήν; ubi plurima collegi huius generis exempla. Etiam ordine inverso Xenoph. Mem. III. 5, 10. τὴν Ἐρεχθέως γε τροφὴν καὶ παιδείαν.

ἢ οὐ καλῶς κ. τ. λ.] Iterant leges magna cum vi eandem quaestionem, quam antea proposuerunt verbis: Ἀλλὰ τοῖς περὶ τ. τ. γ. — ἐπαιδεύθης; Germanice haec ita reddas: Aber du tadelst die Gesetze über die Erziehung und den

νόμοι, παραγγέλλοντες τῷ πατρὶ τῷ σῷ σε ἐν μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ παιδεύειν; Καλῶς, φαίην ἄν. E
Εἶεν. ἐπειδὴ δὲ ἐγένου τε καὶ ἐξετράφης καὶ ἐπαιδεύθης, ἔχοις ἂν εἰπεῖν πρῶτον μέν, ὡς οὐχὶ ἡμέτερος ἦσθα καὶ ἔκγονος καὶ δοῦλος, αὐτός τε καὶ οἱ σοὶ πρόγονοι; καὶ εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, ἆρ' ἐξ ἴσου οἴει εἶναι σοὶ τὸ δίκαιον καὶ ἡμῖν, καὶ ἅττ' ἂν ἡμεῖς σε ἐπιχειρῶμεν ποιεῖν, καὶ σὺ ταῦτα ἀντιποιεῖν οἴει δίκαιον εἶναι; ἢ πρὸς μὲν ἄρα σοι τὸν

Herodot. V. 4. VII. 3. Deinde vett. editt. ἦ οὐ καλῶς, quod e Vind. 2. 5. Ven. b. emendatum.

οἱ ἐπὶ τούτοις τεταγμένοι] Ita nunc ex Bodl. Vat. Tubing. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. d. h. Huet. Par. DS. rescribere non dubitavi, quum vulgo τούτῳ circumferatur.

E. ἐγένου τε καὶ] τε om. Ven. b. Par. DS. Huet. iniuria probantibus Turicenss.

καὶ σὺ ταῦτα ἀντιπ.] Sic Par. B. Vind. 2. 3. 5. Vat. Ven.

Unterricht, welchen du genossen hast? Haben vielleicht diejenigen von uns, welche darüber gesetzt sind, es nicht gut angeordnet etc. Ferri non potest vulgatum ἦ οὐ κ.

ἐν μουσικῇ καὶ γυμναστικῇ παιδεύειν;] „De Graecorum ac praesertim Atheniensium in rebus hisce moribus et institutis consulendi sunt Aristotel. in Polit. VIII. 3. Demosth. c. Timarch. p. 261. Petit. in Legg. Attic. p. 162. et Spanhem. in Aristoph. Nubb. v. 961. et 969.“ Forsterus. Omnia, quae huc pertinent, disces e loco Protagorae p. 325. C. — p. 326. De Legg. VII. p. 810 sqq. et Isocrat. Paneg. II. p. 195. — 197. Conferas etiam Beckeri Charicl. Vol. I. p. 37 sqq.

E. ἐγένου τε καὶ ἐξετράφης καὶ ἐπαιδεύθης] Sic Alcibiad. I. p. 122. B. τῆς δὲ σῆς γενέσεως καὶ τροφῆς καὶ παιδείας — οὐδενὶ μέλει. Legg. XI. p. 920. A. ὅσοι γενέσει καὶ τροφαῖς εὖ πεπαίδευνται.

καὶ δοῦλος, αὐτός τε καὶ οἱ σοὶ πρόγονοι;] Notetur haec appositionis amplificatae ratio. Sophocl. Oed. Col. v. 452: ἐπάξιος μὲν Οἰδίπους κατοικτίσαι, αὐτός τε παῖδές θ' αἵδ'. Ibid. v. 864: τοιγάρ σέ, καὐτὸν καὶ γένος τὸ σόν, θεῶν ὁ πάντα λεύσσων Ἥλιος δοίη βίον τοιοῦτον: ad quem locum plurima huius generis exempla collegit Reisig. Platonica dedi ad Apolog. Socr. p. 42. A. De re ipsa tenendum veteres ita statuisse, ut libertatem et felicitatem publicam nullam putarent esse, nisi cives vellent ἑκόντες δουλεύειν τοῖς νόμοις. v. Plat. Legg. III. p. 700. A. 689. B. IX. p. 876. B 874. E. V. p. 762. IV. p. 715. Arist. Pol. III. 16. Cicer. pro Cluentio c. 53: Legum omnes servi sumus, ut liberi esse possimus.

καὶ σὺ ταῦτα ἀντ.] Plurimi codd., in iisque etiam Bodl., καὶ σοὶ τ. ἀντ., quod recepit Bekk., quem olim secutus sum: cuius me facti nunc poenitet. Neque enim exempla huius lo-

πατέρα οὐκ ἐξ ἴσου ἦν τὸ δίκαιον καὶ πρὸς τὸν δε-
σπότην, εἴ σοι ὢν ἐτύγχανεν, ὥςτε, ἅπερ πάσχοις,
ταῦτα καὶ ἀντιποιεῖν, οὔτε κακῶς ἀκούοντα ἀντιλέ-
51 γειν οὔτε τυπτόμενον ἀντιτύπτειν οὔτε ἄλλα τοιαῦτα
πολλά· πρὸς δὲ τὴν πατρίδα ἄρα καὶ τοὺς νόμους
ἐξέσται σοι, ὥςτε, ἐάν σε ἐπιχειρῶμεν ἡμεῖς ἀπολλύ-
ναι δίκαιον ἡγούμενοι εἶναι, καὶ σὺ δὲ ἡμᾶς τοὺς
νόμους καὶ τὴν πατρίδα καθ' ὅσον δύνασαι ἐπιχει-

a. Tub. Zittav. quod verum putamus. Bodl. Coisl. Ven. Ξ. b. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. a. b. c. d. f. h. i. Huet. Ang. Par. CDHS. *καὶ σοὶ ταῦτα*. Vett. editt. *ταῦτα καὶ σὺ ἀντ.* v. annot.

πρὸς τὸν δεσπότην] Articulus e Bodl. Coisl. Ven. b. Tub. Vind. 1. 3. 4. Flor. h. Huet. Par. DS. additus.

ὥςτε, ἅπερ πάσχοις] Sic Bodl. Vat. Coisl. Ven. Ξ. a. b.

quutionis, *δίκαιόν μοί ἐστι ταῦτα ποιεῖν*, repertum iri existimo. Nam alius certe generis est De Republ. I. p. 334. C. D. quod nuperi editores memorant. Quapropter nunc *σύ* cum Buttm. tenui, quod cum vett. editionibus tuentur codd. mss. non malae notae. Etenim *σύ* per attractionem positum refertur ad verbum finitum *οἴει*, quum vulgari ratione *σέ* scribi oporteret, quod referretur ad infinitivum *εἶναι*. Quod cur ita factum sit, caussa in promtu est. Nam et oppositionis gravitas hanc structuram suadebat, et perspicuitatis ratio erat habenda, quae nemo non videt quam graviter esset laboratura, si scriptum esset *καὶ σὲ ταῦτα ἀντιπ.* Protagor. p. 316. C. *ταῦτ' οὖν ἤδη σὺ σκόπει, πότερον περὶ αὐτῶν μόνος οἴει δεῖν διαλέγεσθαι πρὸς μόνους ἢ μετ' ἄλλων.* ubi v. Heindorf. Demosthen. de Male Gest. Legat. p. 414. 15. ed. Reisk. *ἡγούμην ἐν τούτοις πρῶτος αὐτὸς περιεῖναι δεῖν αὐτῶν καὶ μεγαλοψυχότερος φαίνεσθαι.* ad quem locum Schaefer. haec annotavit: „Bekk. „*αὐτόν*." Quod si quis praeoptet malitque etiam *μεγαλοψυχότερον*, quum illud pertineat ad *περιεῖναι*, hoc ad *φαίνεσθαι*, amboque infinitivi regantur ab impersonali *δεῖν*, sciat in gravi se errore versari: nam nominativus tali in structura legitimus est. v. Lobeck. Parerg. ad Phrynich. p. 754. Qui quod ait *δεῖν* in huiusmodi constructione delitescere, hoc, opinor, dicit, esse genus attractionis, quod, ut tot alia huius schematis genera, rationem syntacticam obscuret adeoque tollat. Res vulgo neglecta dudum me adverterat nec pauca eiusdem modi exempla collegeram, quae Angli publicarunt in Thesauro Stephan. c. 3150. B." Plura congesserunt Fritschius Lectt. Lucian. p. 102 sq. et Schaefer. ad Demosth. Appar. T. V. p. 626. In proximis *σοί* pertinet ad *ἐξ ἴσου ἦν*, quod hyperbaton notatione dignum est.

οὔτε κακῶς ἀκούοντα ἀντιλέγειν —] Haec addita sunt ad explicanda verba *ταῦτα καὶ ἀντιποιεῖν*; quod moneo, ne quis hic vinculum aliquod orationis desideret, quod sententiis explicandi caussa adiectis non addi

ῥήσεις ἀνταπολλύναι, καὶ φήσεις ταῦτα ποιῶν δίκαια πράττειν, ὁ τῇ ἀληθείᾳ τῆς ἀρετῆς ἐπιμελόμενος; ἢ οὕτως εἶ σοφός, ὥςτε λέληθέ σε, ὅτι μητρός τε καὶ πατρὸς καὶ τῶν ἄλλων προγόνων ἁπάντων τιμιώτερόν ἐστι πατρὶς καὶ σεμνότερον καὶ ἁγιώτερον καὶ ἐν μείζονι μοίρᾳ καὶ παρὰ θεοῖς καὶ παρ' ἀν- B
θρώποις τοῖς νοῦν ἔχουσι, καὶ σέβεσθαι δεῖ καὶ μᾶλλον ὑπείκειν καὶ θωπεύειν πατρίδα χαλεπαίνουσαν ἢ

Tub. Viud. 1. 4. 6. Flor. b. c. d. i. Zitt. Par. BCH. Angel. pro vulg. *πάσχεις*.

P. 51. *τῆς ἀρετῆς ἐπιμελόμενος*] V. *ἐπιμελούμενος*, quod auctoritate Bodl. Ven. b. Vind. 4. 7. Par. DS. Flor. d. h. mutavimus.

ἐστι πατρίς] *ἐστιν ἡ πατρίς* Bodl. Ven. b. Tub. Vind. 7. Huet. Par. S. Flor. h. nec tamen opus articulo.

solere iam saepe monuimus. Additur autem *οὔτε* licentius, quia antecedit *οὐκ ἐξ ἴσου ἦν*, perinde ac si scriptum fuerit: *οὐκ ἦν δίκαιον οὔτε κακῶς ἀκούοντα*. Totum locum violentius tractavit Hirschig., qui voculas *ἄρα σοι* invitis libris omnibus post *τὸν πατέρα* transposuit, hyperbaton istud ratus esse plane intolerabile, et verba: *ἅπερ πάσχοις, ταῦτα καὶ ἀντιποιεῖν*, tamquam ineptum glossema eiicienda censuit.

P. 51. *πρὸς δὲ τὴν πατρίδα ἄρα —*] Confer annot. ad Apolog. Socrat. c. XXIII. in. Ad *ἐξέσται σοι* sponte apparet infinitivum ex superioribus intelligendum relinqui. Quo non animadverso Hirschig. correxit *ἐξ ἴσου ἔσται*, monstrum constructionis dicens *ἔξεστί τινι πρός τινα ὥςτε*. At id monstrum ipse confinxit. Mox ad augendam oppositionis gravitatem pro simplici: *καὶ σὺ ἡμᾶς*, dictum est: *καὶ σὺ δὲ ἡμᾶς*, usu haud infrequenti. Verba *ὁ τῇ ἀλ. τ. ἀρ. ἐπιμελόμενος*, per appositionem adiecta, acerbam continent ironiam. Genus loquendi illustravimus ad Apolog. Socrat. p. 34. A. Hipp. mai. p. 285. B. Remp. p. 467. C. al.

τιμιώτερόν ἐστι πατρίς] Non opus est articulo ante *πατρίς*, quem codd. nonnulli additum habent. Solent enim nomina *πατήρ, μήτηρ, παῖς, ἀδελφός, γῆ, πόλις, ἀγρός*, alia, quando non de uno quodam ac definito, sed de genere in universum dicuntur, articulo carere. v. Schaefer. Melett. crit. p. 45. p. 62 sq. p. 116. ad Sophocl. Oed. Tyr. v. 630. Buttmann. ad Menon. §. 7. Sic deinde: *καὶ σέβεσθαι δεῖ καὶ μᾶλλον — πατρίδα χαλεπαίνουσαν ἢ πατέρα*. Accedit quod praecedit *μητρός τε καὶ πατρός*. De sententia conf. Cicer. Offic. I. 17, 57: Cari sunt parentes, cari liberi, propinqui, familiares; sed omnes omnium caritates patria una complexa est; pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, si ei sit profuturus?

B. *καὶ ἐν μείζονι μοίρᾳ*] „*Ἐν μείζονι μοίρᾳ εἶναι* dicitur quod pluris aestimatur, quod in maiore pretio

πατέρα, καὶ ἢ πείθειν, ἢ ποιεῖν ἃ ἂν κελεύῃ, καὶ πάσχειν, ἐάν τι προστάττῃ παθεῖν, ἡσυχίαν ἄγοντα, ἐάν τε τύπτεσθαι ἐάν τε δεῖσθαι, ἐάν τε εἰς πόλεμον ἄγῃ τρωθησόμενον ἢ ἀποθανούμενον, ποιητέον ταῦτα, καὶ τὸ δίκαιον οὕτως ἔχει, καὶ οὐχὶ ὑπεικτέον, οὐδὲ ἀναχωρητέον, οὐδὲ λειπτέον τὴν τάξιν, ἀλλὰ καὶ ἐν πολέμῳ καὶ ἐν δικαστηρίῳ καὶ πανταχοῦ
C ποιητέον ἃ ἂν κελεύῃ ἡ πόλις καὶ ἡ πατρίς, ἢ πείθειν αὐτὴν ᾗ τὸ δίκαιον πέφυκε· βιάζεσθαι δ' οὐχ ὅσιον οὔτε μητέρα οὔτε πατέρα, πολὺ δὲ τούτων ἔτι ἧττον τὴν πατρίδα. Τί φήσομεν πρὸς ταῦτα, ὦ Κρίτων; ἀληθῆ λέγειν τοὺς νόμους, ἢ οὔ; ΚΡ. Ἔμοιγε δοκεῖ.

B. ἃ ἂν κελεύῃ] Vitiose vett. editt. κελεύοι, quod ex codd. fere omnibus mutatum.

ποιητέον ταῦτα] V. ποιητέα, invitis Bodl. Vat. Ven. b. Tub. Vind. 1. 4. 5. 6. Flor. a. b. c. d. f. h. i. Huet. Par. B. CDES. Mox οὐχὶ pro οὐχ iidem fere suppeditarunt.

C. κελεύῃ ἡ πόλις] V. κελεύοι, invitis libris omnibus praeter Paris. E. Praeterea vett. editt. ἡ πόλις τε καὶ ἡ πατρ. sed τε optimi om.

est et honore." Fisch. Cf. Valckenar. ad Herodot. III. 172. ubi haec leguntur: αὐτὸν ἐν οὐδεμιῇ μεγάλῃ μοίρῃ ἦγον.

καὶ ἢ πείθειν, ἢ ποιεῖν] „Aut persuadendo contendere te oportere." Wolfius. Etenim πείθειν est placare oratione, ita ut doceas, quomodo res habeat; meliora docere. v. Apolog. p. 35. C., ubi διδάσκειν καὶ πείθειν coniunguntur. Paullo post: πείθειν ᾗ τὸ δίκαιον πέφυκε.

C. ἢ πείθειν αὐτὴν ᾗ τὸ δ. πέφ] Infinitivus πείθειν positus est ac si praecessisset ποιεῖν δεῖ, quae ratio est longe frequentissima. Gorg. p. 492. D. τὰς μὲν ἐπιθυμίας φῂς οὐ κολαστέον, εἰ μέλλει τις οἷον δεῖ εἶναι, ἐῶντα δὲ αὐτὰς ὡς μεγίστας πλήρωσιν ἄλλοθέν γέ ποθεν ἑτοιμάζειν, ubi Heindorfius: „Supplendum δεῖν, quod latebat in illo κολαστέον." De Rep. IV. p. 424. B. Legg. IX. p. 876. B. ibique annot. Xenoph. Mem. I. 5, 5. ἐμοὶ μὲν δοκεῖ — ἐλευθέρῳ ἀνδρὶ εὐκτέον εἶναι μὴ τυχεῖν δούλου τοιούτου, δουλεύοντα δὲ — ἱκετεύειν τοὺς θεούς κ. τ. λ. Lucian. Hermotim. c. 23. T. I. p. 761: πάντων μάλιστα ἐπὶ τούτῳ σπουδαστέον, τῶν δ' ἄλλων ἀμελητέον, καὶ μηδὲ πατρίδος — πολὺν ποιεῖσθαι λόγον, μήτε παίδων ἢ γονέων — ἐπικλᾶσθαι, ἀλλὰ μάλιστα μὲν κἀκείνους παρακαλεῖν κ. τ. λ. Addas Struvium Miscellan. Crit. a. Seebodio et Friedemanno edit. Vol. II. P. II. p. 238 sq.

Cap. XIII. D. τῷ ἐξουσίαν πεποιηκέναι] eo, quod fecimus potestatem. v. ad Phaedon. p. 60. B. Stepha-

Cap. XIII. ΣΩ. Σκόπει τοίνυν, ὦ Σώκρατες, φαῖεν ἂν ἴσως οἱ νόμοι, εἰ ἡμεῖς ταῦτα ἀληθῆ λέγομεν, ὅτι οὐ δίκαια ἡμᾶς ἐπιχειρεῖς δρᾶν ἃ νῦν ἐπιχειρεῖς. ἡμεῖς γάρ σε γεννήσαντες, ἐκθρέψαντες, παιδεύσαντες, μεταδόντες ἁπάντων ὧν οἷοί τ' ἦμεν καλῶν σοὶ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι πολίταις, ὅμως προαγορεύομεν τῷ ἐξουσίαν πεποιηκέναι Ἀθηναίων τῷ βουλομένῳ, ἐπειδὰν δοκιμασθῇ καὶ ἴδῃ τὰ ἐν τῇ πόλει πράγματα καὶ ἡμᾶς τοὺς νόμους, ᾧ ἂν μὴ ἀρέσκωμεν ἡμεῖς, ἐξεῖναι λαβόντα τὰ αὑτοῦ ἀπιέναι ὅποι ἂν βούληται. καὶ οὐδεὶς ἡμῶν τῶν νόμων ἐμ- D

Cap. XIII. ἃ νῦν ἐπιχειρεῖς] νῦν olim neglectum codd. longe plurimi magna consensione tuentur: habet etiam Bas. 2

D. σοὶ καὶ τοῖς ἀλλ.] Editt. σοί τε κ. τ. ἀλλ. Abieci τε cum Bodl. Vat. Ven. b. Tub. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. Flor. d. h. Huet. Par. D S.

ἐπειδὰν δοκιμασθῇ] V. δοκιμάσῃ, quod solus Ven. Ξ. habere videtur.

ὅποι ἂν β.] V. ὅπῃ. Verum cum Bodl. Vat. Tub. plerique omnes testantur.

οὐδεὶς ἡμῶν τῶν νόμων] τῶν νόμων ex lege sua hic quoque proscripsit Hirschig.

nus coni. τό. Male. Nam, quod recte observavit Fischerus, verbum προαγορεύομεν cohaeret cum infinitivo ἐξεῖναι, et verbis τῷ ἐξουσίαν πεποιηκέναι declaratur, quo modo leges quasi in antecessum ostendant licere cuivis civi in aliam terram migrare: videlicet eo, quod cuique huius rei potestas concessa est. Patet vero ex hac interpretatione, cur perfectum positum sit, et cur dicatur προαγορεύομεν, quod fuerunt qui edicimus, iubemus, interpretarentur.

ἐπειδὰν δοκιμασθῇ καὶ ἴδῃ] Sic libri Platonis manuscripti praeter unum omnes. Nec video, cur haec lectio mutanda sit in δοκιμάσῃ, quod placuit editoribus fere omnibus. Sensus enim hic est: postquam sui iuris factus est et res publicas cognovit, h. e. ea aetate, qua de rebus ad rempublicam pertinentibus iudicare maxime potest: quod nemo non sentit magna dici hoc loco cum gravitate. Prorsus huc pertinet Aeschin. adv. Timarch. p. 26. ed. Bremi: ἐπειδὰν δὲ ἐγγραφῇ τις εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, καὶ τοὺς νόμους εἰδῇ τοὺς τῆς πόλεως, καὶ ἤδη δύνηται διαλογίζεσθαι τὰ καλὰ καὶ τὰ μή, οὐκ ἔτι ἑτέρῳ διαλέγεται (ὁ νομοθέτης). Cogitandum est autem de δοκιμασίᾳ εἰς ἄνδρας. Etenim qui iura civium Atheniensium plena et integra habere atque publicos honores adipisci vellent, horum nomina referebantur in ληξιαρχικόν. Quod priusquam fieret, debebant adolescentes examen subire, quo explorabatur, quo quisque genere natus esset, utrum legitime adoptatus necne, et quae alia huiusmodi fuere. v. Demosthen. in Midiam. c. 43.

ποδὼν ἐστιν οὐδ' ἀπαγορεύει, ἐάν τέ τις βούληται ὑμῶν εἰς ἀποικίαν ἰέναι, εἰ μὴ ἀρέσκοιμεν ἡμεῖς τε καὶ ἡ πόλις, ἐάν τε μετοικεῖν ἄλλοσέ ποι ἐλθών, ἰέναι ἐκεῖσε, ὅποι ἂν βούληται, ἔχοντα τὰ αὑτοῦ.
E ὃς δ' ἂν ὑμῶν παραμείνῃ, ὁρῶν ὃν τρόπον ἡμεῖς τάς τε δίκας δικάζομεν καὶ τἄλλα τὴν πόλιν διοικοῦμεν, ἤδη φαμὲν τοῦτον ὡμολογηκέναι ἔργῳ ἡμῖν ἃ ἂν ἡμεῖς κελεύωμεν ποιήσειν ταῦτα, καὶ τὸν μὴ πειθόμενον τριχῇ φαμεν ἀδικεῖν, ὅτι τε γεννηταῖς

ἄλλοσέ ποι ἐλθών] Steph. πῃ et mox ὅπῃ, quod est in paucissimis codicibus.

ἔχοντα τὰ αὑτοῦ] V. ἔχων, quod etsi habet quod defendatur, v. ad Phaedon. c. XXIX. extr. et Fritsche Quaest. Luciann. p. 103., tamen vel auctoritate codicum Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 3. 4. 6. 7. Flor. a. b. d. f. h. i. Coisl. Par. BCDHS. Angel. Huet. mutandum fuit.

ὑμῶν παραμείνῃ] Hirschig. de suo παραμένῃ.

E. γεννηταῖς οὖσιν] Vulgo γεννήταις.

ἢ μὴν πείθεσθαι] Sic Coisl. Par. BC. Flor. a. b. c. f. i.

ibique Ulpianum. conf. Boeckh. De ephebia Attica in libro: Neues Archiv für Philologie etc. v. Seebode. P. III. fasc. III. p. 78 sq. Hermann. Antiquitatt. Gr. publ. §. 123. Mox attendas accusativum λαβόντα, cum praecedat τῷ βουλομένῳ. Sophocl. Electra v. 470. ὑπεστί μοι θράσος, ἁδυπνόων κλύουσαν ἀρτίως ὀνειράτων. ubi v. Brunck. Lysias Epitaph. p. 28. ἄξιον γὰρ πᾶσιν ἀνθρώποις — ὑμνοῦντας. Alia id genus collegi ad Symp. p. 176. D. conf. Matthiae Gr. §. 536. Bernhardy Synt. p. 367 sq. alios grammaticos, quos ibi laudavimus.

εἰς ἀποικίαν ἰέναι — μετοικεῖν ἄλλοσέ ποι] Εἰς ἀποικίαν ἰέναι est migrare in coloniam Graecam, eamque Atheniensem: sed μετοικεῖν est migrare in alienam civitatem, Graecam vel etiam barbaram, ut recte vidit Fisch.

E. ὅτι τε γεννηταῖς] Libri omnes vitioso accentu γεννήταις; unus ex corr. γεννηταῖς, quod unice verum. Nam γεννῆται sunt gentiles, sed γεννηταί genitores, qui h. l. requiruntur. Vitium primus notavit Guil. Dindorfius ad Stephan. Thesaur. L. Gr. ed. Parisin. Vol. II. p. 573 ne postea quidem ab Hirschigio sublatum, sicuti par erat a tali scilicet critico fieri.

καὶ ὅτι ὁμολογήσας ἢ μὴν πείθεσθαι κ. τ. λ.] Vulgo pro ἢ μὴν legebatur ἡμῖν, quod ex optimis codd. emendatum est, sed nuper contentiose revocatum ab Hirschigio; qui certe neglexit quae dudum a Buttmanno Gr. Gr. §. 149. in usum tironum saluberrime sunt exposita.

οὔτε πείθει ἡμᾶς] intell. nos facere iniuste: id quod docent verba εἰ μὴ καλῶς τι ποιοῦμεν. Quum autem dicatur: οὔτε πείθεται οὔτε πείθει ἡμᾶς,

οὖσιν ἡμῖν οὐ πείθεται, καὶ ὅτι τροφεῦσι, καὶ ὅτι ὁμολογήσας ἦ μὴν πείθεσθαι οὔτε πείθεται οὔτε πεί- 52
θει ἡμᾶς, εἰ μὴ καλῶς τι ποιοῦμεν, προτιθέντων ἡμῶν, καὶ οὐκ ἀγρίως ἐπιταττόντων ποιεῖν ἃ ἂν κελεύωμεν, ἀλλὰ ἐφιέντων δυεῖν θάτερα, ἢ πείθειν ἡμᾶς, ἢ ποιεῖν, τούτων οὐδέτερα ποιεῖ.

Cap. XIV. Ταύταις δή φαμεν καὶ σέ, ὦ Σώκρατες, ταῖς αἰτίαις ἐνέξεσθαι, εἴπερ ποιήσεις ἃ ἐπινοεῖς, καὶ οὐχ ἥκιστα Ἀθηναίων σέ, ἀλλ' ἐν τοῖς

et pr. Ang. pro vulg. ἡμῖν πειθ. quod Turr. tenuerunt. In Bodl. super ἡμῖν ascriptum ἢμ i. e. ἦ μήν. Ceterum Buttmannus πείσεσθαι legendum coniecit, quod Hirsch. non debebat Platoni continuo obtrudere, qui quod audacter pronuntiat, in talibus omnes ineptire praeter Stephanum, certe quidem humaniter, ut decet litteras nostras, pronuntiandum fuit.

ποιοῦμεν, προτιθέντων] Vat. Flor. d. καὶ προτιθέντων, sed v. annot.

P. 52. ἀλλὰ ἐφιέντων] ἀφιέντων Par. H. Formam δυεῖν hic codd. et vett. editt. omnes tuentur praeter Vat. Flor. d. Huet.

non opus erat, ut deinde adderentur haec: τούτων οὐδέτερα ποιεῖ. Sed quoniam istis: προτιθέντων ἡμῶν — δυεῖν θάτερα, primaria sententiae pars quasi obscurari quodammodo videbatur, non sine caussa iterata sunt haec: τούτων οὐδέτερα ποιεῖ; quae eo facilius addi potuerunt, quod inde a verbis ἀλλὰ ἐφιέντων — alia pars enuntiati ordiri videri possit. De simili structurae negligentia dixit Heindorf. ad Theaet. §. 73. conf. ad Protagor. p. 316. C. D. Hirschigii vero argutias, quibus τούτων οὐδ' ποιεῖ abiicienda esse demonstrare conatus est, mittere praestat. — προτιθέναι h. l. dicuntur leges eae, quae fieri iubent, quia edicta et mandata publice proponuntur, ita ut ab omnibus legi et iudicari possint; id quod necessarium est, si quis velit docere meliora. Itaque sententia haec est: quum nos et potestatem faciamus eorum, quae publice iubentur, cognoscendorum atque iudicatorum, neque immani severitate quemquam cogamus, ut faciat quae fieri velimus, imo vero concedamus, ut aut doceat meliora, aut, si hoc non potuerit, nobis pareat, tamen iste neutrum horum facit.

Cap. XIV. P. 52. Ταύταις δή φ. — ἐνέξεσθαι] Hesychius: ἐνέχεσθαι· ἐγκαλεῖσθαι, κρατεῖσθαι, συνέχεσθαι. Videlicet ἐνέχειν significat proprie constrictum, implicitum tenere: hinc verbum medium est constringendum se praebere, sinere se implicari, h. e. teneri constrictum, et sensu forensi reum, obnoxium esse: unde ἔνοχος, reus, obnoxius. Itaque sententia verborum est haec: dicimus etiam te obnoxium fore his criminibus s. reum fore horum criminum.

ἀλλ' ἐν τοῖς] Intell. ὡμολογηκόσιν. v. ad p. 43. C.

μάλιστα. Εἰ οὖν ἐγὼ εἴποιμι, διὰ τί δή; ἴσως ἄν
μου δικαίως καθάπτοιντο, λέγοντες, ὅτι ἐν τοῖς μά-
λιστα Ἀθηναίων ἐγὼ αὐτοῖς ὡμολογηκὼς τυγχάνω
ταύτην τὴν ὁμολογίαν. φαῖεν γὰρ ἂν ὅτι Ὦ Σώ-
B κρατες, μεγάλα ἡμῖν τούτων τεκμήριά ἐστιν, ὅτι σοι
καὶ ἡμεῖς ἠρέσκομεν καὶ ἡ πόλις· οὐ γὰρ ἄν ποτε
τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἁπάντων διαφερόντως ἐν αὐτῇ
ἐπεδήμεις, εἰ μή σοι διαφερόντως ἤρεσκε, καὶ οὔτ'

Cap. XIV. B. *ὅ τι μὴ ἅπαξ εἰς Ἰσθμόν*] Desunt haec in Tub. Ven. b. Vind. 6. 7. Flor. h. Huet. Par. DS. Sed legit iam Athenaeus V. 55., uti recte Fischerus observavit. In Bodl. adscripta sunt marginibus.

ἀποδημίαν ἐποιήσω] Hunc ordinem servarunt Bodl. Ven. b. Vat. Tub. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. d. h. Huet. Editt. *ἐποιήσω*

δικαίως καθάπτοιντο] Hesychius: *καθάπτεσθαι· λοιδορεῖσθαι, ὀνειδίζειν.* v. Heindorf. ad Phaedon. p. 132.

τούτων τεκμήριά ἐστιν] Ne *τούτου* cum sapienti critico desideres, v. ad Apol. p. 19. D. Phileb. p. 71. Phaedon. p. 62. E. De Rep. VI. p. 504. D. Gorg. p. 447. A. coll. Legg. III. p. 689. B. VII. 816. E. ubi post *τούτων ἕνεκα αὐτῶν* deinde *τοῦ* c. infinit. infertur.

τῶν ἄλλων Ἀθηναίων διαφερόντως] h. e. prae ceteris Atheniensibus. v. Phaedon. p. 64. E. De re ipsa consulas Phaedr. p. 230. D.

ἐπὶ θεωρίαν] h. e. ad spectandos ludos sollemnes, videlicet Olympicos, Nemeaeos, Isthmicos, Pythios, ad quos spectandos ex universa Graecia homines confluebant. Quod vero dictum est: *καὶ οὔτ' — οὔτε — οὔτε*, repetendum ex antegressis: *καὶ οὐκ ἄν.* Nam ita post generalem negationem patet recte iam subiungi *οὔτε — οὔτε.*

εἰ μή ποι στρ.] Quum pugnaret ad Potidaeam et Amphipolin, Thraciae oppida, et ad Delium, oppidum Boeotiae. v. Apolog. cap. XVII. et Laërt. II. 22.

οὐδ' ἄλλων — εἰδέναι] h. e. *ὥστε εἰδέναι αὐτούς.* Loquendi genus illustravimus ad Gorg. p. 513. E. Remp. I. p. 342. D. Phaedr. p. 242. B. Plura de eo exposuerunt Matthiae ad Eurip. Orest. v. 383. et Boeckh. ad Pindar. Olymp. III. 35. Sed alia omnia discas ab Hirschigio. Is enim: „Abieci, inquit, *εἰδέναι*, quod non est Graecum *ἐπιθυμία σε ἔλαβέν τινος εἰδέναι.* Scilicet non Graecum ille dixit quod ipsi fuit parum perspectum. — Archelai in Macedoniam eum invitantis aliorumque principum promissa ipsum neglexisse referunt Seneca, Laërtius, Libanius, alii." Forsterus.

C. *ὡμολόγεις καθ' ἡμᾶς πολιτεύεσθαι*] Notabis infinitivum temporis praesentis, quem Stephanus invitis codicibus mutavit in *πολιτεύσεσθαι.* Eodem modo cap. XIII. extr.: *καὶ ὅτι ὁμολογήσας ἡ μὴν πείθεσθαι οὔτε πείθεται οὔτε πείθει.* et paullo post: *φάσκοντές σε ὡμολογηκέναι πολιτεύεσθαι*, atque *καθ' ἃς ἡμῖν ξυνέθου πο-*

ἐπὶ θεωρίαν πώποτε ἐκ τῆς πόλεως ἐξῆλθες, ὅ τι μὴ
ἅπαξ εἰς Ἰσθμόν, οὔτε ἄλλοσε οὐδαμόσε, εἰ μή ποι
στρατευσόμενος, οὔτε ἄλλην ἀποδημίαν ἐποιήσω πώ-
ποτε, ὥσπερ οἱ ἄλλοι ἄνθρωποι, οὐδ' ἐπιθυμία σε
ἄλλης πόλεως οὐδ' ἄλλων νόμων ἔλαβεν εἰδέναι, ἀλλὰ
ἡμεῖς σοι ἱκανοὶ ἦμεν καὶ ἡ ἡμετέρα πόλις· οὕτω
σφόδρα ἡμᾶς ᾑροῦ, καὶ ὡμολόγεις καθ' ἡμᾶς πολι- C
τεύεσθαι, τά τε ἄλλα καὶ παῖδας ἐν αὐτῇ ἐποιήσω,

ἀποδ. Post ἀποδημίαν Hirschig. inseruit οὐδεμίαν, quia in his ubique apud Atticos ἄλλος additum οὐδεὶς habeat, quam legem ipse videat quo iure sanxerit.

C. καθ' ἡμᾶς πολιτεύεσθαι] Stephanus invitis libris omnibus de coniectura dedit πολιτεύσεσθαι, probante Buttmann. me improbante. v. ann.

λιτεύεσθαι, ubi Stephanus itidem correxit πείσεσθαι et πολιτεύσεσθαι. Legg. XI. p. 937. B. ἐὰν ἐγγυητὴν ἀξιόχρεων ἦ μὴν μένειν καταστήσῃ. ubi Astius cum Stephano μενεῖν scripsit. Ibid. IX. p. 856. A. ὑποσχόμενον — τὰ δίκαια καὶ ἀληθῆ κρίνειν. ubi Astius praeter fidem codd. scripsit κρινεῖν. Herodot. IX. 106. πίστι τε καταλαβόντες καὶ ὁρκίοισι ἐμμένειν τε καὶ μὴ ἀποστήσεσθαι: ubi Wesselingius contra fidem codd. ἐμμενεῖν correxit. Xenophon. Cyrop. VI. 2, 39. ἐμοὶ προςαγαγὼν ἐγγυητὰς ἦ μὴν πορεύεσθαι. ubi Stephanus malebat πορεύσεσθαι. Anabas. II. 3. 27. ὀμόσαι ἦ μὴν πορεύεσθαι: ubi Schneiderus, Stephanum secutus, πορεύσεσθαι edidit. Eurip. Med. v. 750. ὄμνυμι — ἐμμένειν, ἅ σου κλύω. ubi v. Schaefer. Nimirum non perinde est, futurum an praesens tempus ponatur. Illo qui utitur, is de re nunc nondum praesenti, sed postea demum futura loquitur atque pollicetur se postero tempore hoc vel illud facturum esse. Veluti apud Xenophont. Hellen. II. 4, 30. ὀμόσαντες ὅρκους ἦ μὴν μὴ μνησικακήσειν, aliter dici nullo modo potuit, quoniam vindicta non praesens esse cogitatur, sed futura. Praesens autem qui adhibet, is cogitat de re non futura demum aliquando, sed iam nunc praesenti, quanquam fieri potest, ut eadem etiam postero tempore adhuc duret ac maneat. Ut si quis dicit: ἦ μὴν ἐμμένω, his verbis indicat se inde ab hoc ipso temporis momento, quo iusiurandum dat, promissis staturum esse, quoniam ea rerum conditio iamiam adsit, in qua praestandum sit quod alter voluerit. Quae si vera sunt, facile poterit iudicari, praesens tempus hoc loco servandum sit, an mutandum in formam futuri. Fingamus igitur civem iureiurando confirmantem velle se vitam, mores, studia sua dirigere et moderari ad cuiuspiam civitatis leges et instituta, in qua dehinc victurus sit. Quid censes? rectiusne ille dicturus est: ἦ μὴν ὁμολογῶ κατὰ τοὺς νόμους πολιτεύσεσθαι; an ἦ μὴν ὁμολογῶ κατὰ τοὺς νόμους πολιτεύεσθαι? Me si audis, ne calumniae locus relinquatur, alteram iurisiurandi formulam praeferes, qua signifi-

ὡς ἀρεσκούσης σοι τῆς πόλεως. ἔτι τοίνυν ἐν αὐτῇ τῇ δίκῃ ἐξῆν σοι φυγῆς τιμήσασθαι, εἰ ἐβούλου, καὶ ὅπερ νῦν ἀκούσης τῆς πόλεως ἐπιχειρεῖς, τότε ἑκούσης ποιῆσαι. σὺ δὲ τότε μὲν ἐκαλλωπίζου ὡς οὐκ ἀγανακτῶν εἰ δέοι τεθνάναι σε, ἀλλ' ᾑροῦ, ὡς ἔφησθα, πρὸ τῆς φυγῆς θάνατον· νῦν δὲ οὔτ' ἐκείνους τοὺς λόγους αἰσχύνει, οὔτε ἡμῶν τῶν νόμων ἐντρέ-
D *πει, ἐπιχειρῶν διαφθεῖραι, πράττεις τε ἅπερ ἂν δοῦλος φαυλότατος πράξειεν, ἀποδιδράσκειν ἐπιχειρῶν παρὰ τὰς ξυνθήκας τε καὶ τὰς ὁμολογίας, καθ' ἃς*

τῶν νόμων ἐντρέπει] Vind. 6. τὸν νόμον, inepte; v. ad Phaedr. p. 254. A.

D. δοῦλος φαυλότατος] ὁ articulum vulgo post δοῦλος positum om. Bodl. Ven. b. Tat. Tub. Vind. 1. 6. Flor. d. h. Huet. Par. DFS. delevi igitur praeeunte Buttmanno.

ξυνέθου πολιτεύεσθαι] Hic quoque Steph. invitis codd. fere omnibus correxit πολιτεύσεσθαι, suffragante Buttmanno et Hirschig. Deinde μὲν post πρῶτον, in vett. editt. omissum, in-

catur inde ab hoc ipso temporis momento legibus satisfactum iri. Iam vero ea sermonis lex, quae in oratione recta regnat, num mirum cuiquam videbitur, quod item in oratione obliqua observatur? Itaque equidem in iis locis omnibus, quos antea memoravi, et quibus alii multi addi poterant, servandam censeo codicum lectionem, ut quae unice sententiae accommodata sit. Nam quod apud Herodotum additur καὶ μὴ ἀποστήσεσθαι, id facile intelligi potest non eam vim habere, ut etiam ἐμμενεῖν scribendum iudicemus. Quippe sensus verborum hic est: confirmantes se et nunc promissis stare velle, nec unquam postero tempore illa violaturos esse. — Proxima verba: τά τε ἄλλα καὶ παῖδας ἐν αὐτῇ ἐποιήσω, addita sunt, quasi praecessisset καὶ ἐπολιτεύου, h. e. et civem te gerebas tum aliis rationibus, tum eo quod etc.; cuiusmodi orationis conformatio neminem offendet, qui meminerit illius libertatis, qua usi Graeci saepenumero magis sententiarum quam verborum rationem habuerunt. cf. annot. ad Apol. Socr. p. 36. A. Quamquam vellem pro ὡμολόγεις scriberetur ὁμολογήσας.

ἐξῆν σοι φυγῆς τιμήσασθαι] quum iudices primas sententias de eo tulissent. Nam, ut ad Apolog. Socrat. cap. XXV. narravimus, actor addebat in libello aestimationem litis, ni poena iam legibus constituta esset: hoc dicebatur τιμᾶν, quod verbum dativum personae et genitivum poenae adiunctum habere solet. Caussa cognita, quum iudices reum primis sententiis damnassent, reus interrogabatur, quam poenam commeruisse se fateretur: τί ἄξιος εἴη παθεῖν ἢ ἀποτῖσαι. Hoc dicebatur τιμήσασθαι vel ἀντιτιμήσασθαι, Apolog. Socr. p. 36. B. p. 37. B. C. vel ὑποτιμήσασθαι, ut in

ἡμῖν ξυνέθου πολιτεύεσθαι. πρῶτον μὲν οὖν ἡμῖν τοῦτ' αὐτὸ ἀπόκριναι, εἰ ἀληθῆ λέγομεν, φάσκοντές σε ὡμολογηκέναι πολιτεύεσθαι καθ' ἡμᾶς ἔργῳ, ἀλλ' οὐ λόγῳ, ἢ οὐκ ἀληθῆ. Τί φῶμεν πρὸς ταῦτα, ὦ Κρίτων; ἄλλο τι ἢ ὁμολογῶμεν; ΚΡ. Ἀνάγκη, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἄλλο τι οὖν ἂν φαῖεν ἢ ξυνθήκας τὰς πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς καὶ ὁμολογίας παραβαίνεις, οὐχ ὑπ' ἀνάγκης ὁμολογήσας, οὐδὲ ἀπατηθείς, E
οὐδὲ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ἀναγκασθεὶς βουλεύσασθαι, ἀλλ' ἐν ἔτεσιν ἑβδομήκοντα, ἐν οἷς ἐξῆν σοι ἀπιέναι, εἰ

seruimus e Venet. b. Vat. Tub. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. d. h. Par. DS.

ὡμολογηκέναι πολιτεύεσθαι] Vett. editt. hic πολιτεύσεσθαι scribunt, quod ex Coisl. Ven. b. Vat. Vindobonensibus omnibus, Flor. d. f. h. Zitt. Huet. Par. DS. praeeunte Bekkero mutavimus.

Ἄλλο τι οὖν ἂν φαῖεν] Stephan. τι et ἂν omisit. Bas. 2. solum ἂν neglexit. Veram lectionem codd. longe plurimi, ne dicam paene omnes, suppeditarunt.

Apolog. Socr. Xenophontea cap. XXIII. Itaque Socrates interrogatus respondere poterat se commeruisse exilium. — καλλωπίζεσθαι, interprete Hesychio, est proprie κοσμεῖσθαι, se comere, se ornare: unde καλλωπίστρια, ornatrix. Metaphorice autem est more hominum comtorum et delicatorum superbire, se efferre, se iactare, ut h. l. Protagor. p. 333. D. τὸ μὲν οὖν πρῶτον ἐκαλλωπίζετο ἡμῖν ὁ Πρωταγόρας — ἔπειτα μέντοι ξυνεχώρησεν ἀποκρίνεσθαι. De infinitivo τεθνάναι, pro quo exspectes θνήσκειν, v. ad Apolog. Socrat. cap. XVII. extr. — ἡμῶν — ἐντρέπει, du kehrst dich nicht an uns, h. e. nos non curas. Idem verbum sic positum Phaedr. p. 254. A. Soph. Oed. T. v. 717. et 1226. al.

D. Ἄλλο τι οὖν ἂν φαῖεν] Deerat vulgo particula ἄν. Quae ne cui alieno loco posita esse videatur, Aristoph. Pac. v. 137. ἀλλ' ὦ μέλε ἄν μοι σιτίων διπλῶν ἔδει. Demosthen. p. 1445. 14. ed. Reisk.: τί οὖν ἂν εἴποι τις σὺ παραινεῖς; Olynth. p. 14. 5. ed. R.: τί οὖν ἄν τις εἴποι σὺ γράφεις; Platon. Legg. VII. p. 800. C. ἆρ' οὐκ ἂν φαίημεν — ἄλλοις ἂν φθέγγοιτο; Phaed. p. 87. B. τί οὖν ἂν φαίη ὁ λόγος ἔτι ἀπιστεῖς; ad quem locum exempla huius collocationis collegit Heindorf. Nimirum in talibus sententia intermedia cum primaria in unum coniungitur, ut rectius absit interpunctionis distractio. v. Hermann. De part. ἂν p. 195. Praeterea audias nuperum criticum ita disputantem: „Restitui, inquit: φαῖεν ἢ τὰς σαυτοῦ ξυνθήκας et expunxi αὐτοὺς post ἡμᾶς. Nam excidit articulus ante συνθήκας nec non σαυτοῦ, quod e suo loco migrasse et dein in αὐτοὺς abiisse videtur. v. p. 54. C.“ Haec ille; quae posuisse satis erit.

μὴ ἠρέσκομεν ἡμεῖς μηδὲ δίκαιαι ἐφαίνοντό σοι αἱ ὁμολογίαι εἶναι. σὺ δὲ οὔτε Λακεδαίμονα προῃροῦ οὔτε Κρήτην, ἃς δὴ ἑκάστοτε φῂς εὐνομεῖσθαι, οὔτε ἄλλην οὐδεμίαν τῶν Ἑλληνίδων πόλεων οὐδὲ τῶν
53 *βαρβαρικῶν, ἀλλ' ἐλάττω ἐξ αὐτῆς ἀπεδήμησας ἢ οἱ χωλοί τε καὶ τυφλοὶ καὶ οἱ ἄλλοι ἀνάπηροι· οὕτω σοι διαφερόντως τῶν ἄλλων Ἀθηναίων ἤρεσκεν ἡ πόλις τε καὶ ἡμεῖς οἱ νόμοι δῆλον ὅτι· τίνι γὰρ ἂν πόλις ἀρέσκοι ἄνευ νόμων; νῦν δὲ δὴ οὐκ ἐμμενεῖς τοῖς ὡμολογημένοις; ἐὰν ἡμῖν γε πείθῃ, ὦ Σώκρατες· καὶ οὐ καταγέλαστός γε ἔσει ἐκ τῆς πόλεως ἐξελθών.*

E. *σὺ δὲ οὔτε Λακ.*] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Tub. Vind. 1. 4. Flor. a. c. d. f. h. Huet. Par. BCDES. pro vulg. *σύ τε*. Paullo ante vett. editt. praeter Bas. 2. *ἐν οἷς ἦν*, quod e Bodl. Vat. Ven. a. b. Tub., septem Vindobb. et aliis plurimis correctum.

οὐδὲ τῶν βαρβαρικῶν] V. *οὔτε*, quod e Bodl. Ven. b. Tub. Vind. 6. Huet. Par. DS. mutatum. Pro vulg. *βαρβάρων* Bodl. Vat. Ven. b. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. d. h. Huet. Par. S. cum Eusebio *βαρβαρικῶν* praebuerunt. In Vat. Flor. d. et Vind. 2. etiam *Ἑλληνικῶν* legitur, probante Buttmanno.

P. 53. *καὶ ἡμεῖς οἱ νόμοι δῆλον ὅτι*] Ven. b. Vind. 4. 7.

E. *ἃς δὴ ἑκάστοτε φῂς εὐνομ.*] Leges et instituta harum civitatum laudat Socrates de Republ. VIII. p. 544. C. Legg. I. p. 634 sqq. Protagor. p. 342. C. D. Alcibiad. I. p. 121. Ceterum in his verbis *δή* est scilicet, de quo voculae usu v. Valckenar. ad Herodot. V. 20. — *ἑκάστοτε*, quotiescunque de iis loqueris.

οὐδὲ τῶν βαρβαρικῶν] Ita legendum fuit propterea, quod opponitur *πόλεων Ἑλληνίδων*. Si *βαρβάρων* legeretur, dicendum fuit *τῶν Ἑλλήνων πόλεων*. Rem exemplis firmavit Schaefer. Melett. p. 39 sqq. Sunt autem *Ἑλληνίδες πόλεις* civitates Graecienses. — *Πηροί* et *ἀνάπηροι* dicuntur ii omnes, qui carent parte vel membro aliquo corporis, aut certe eius usu: quae scita est Fischeri ad h. l. observatio.

P. 53. *οἱ νόμοι δῆλον ὅτι*] Stephano haec verba e glossemate orta videbantur. Sed recte Fisch. monuit iis sublatis nullam fere vim habitura esse quae sequuntur: *τίνι γὰρ ἂν πόλις ἀρέσκοι ἄνευ νόμων;* Accedit quod *δῆλον ὅτι* vel, ut vulgo scribebatur, *δηλονότι* non ad *οἱ νόμοι* tantum pertinet, sed referendum est sine dubio ad omnem, quae praecedit, enuntiationem, quasi legeretur: *δῆλον ὅτι οὕτω διαφερόντως σοι ἤρεσκεν ἡ πόλις τε καὶ οἱ νόμοι.* Rem uberius illustravit Buttm. ad h. l. et Indic. v. *δηλονότι.* Neque ta-

Cap. XV. Σκόπει γὰρ δή, ταῦτα παραβὰς καὶ ἐξαμαρτών τι τούτων τί ἀγαθὸν ἐργάσει σαυτόν, ἢ τοὺς ἐπιτηδείους τοὺς σαυτοῦ. ὅτι μὲν γὰρ κινδυνεύσουσί γέ σου οἱ ἐπιτήδειοι καὶ αὐτοὶ φεύγειν καὶ στερηθῆναι τῆς πόλεως, ἢ τὴν οὐσίαν ἀπολέσαι, σχεδόν τι δῆλον· αὐτὸς δὲ πρῶτον μὲν ἐὰν εἰς τῶν ἐγγύτατά τινα πόλεων ἔλθῃς, ἢ Θήβαζε ἢ Μέγαράδε, — εὐνομοῦνται γὰρ ἀμφότεραι — πολέμιος ἥξεις, ὦ Σώκρατες, τῇ τούτων πολιτείᾳ, καὶ ὅσοιπερ κήδονται τῶν αὐτῶν πόλεων, ὑποβλέψονταί σε διαφθορέα ἡγού- B

Flor. b. Huet. Par. DS. καὶ οἱ νόμοι ἡμεῖς δ., quod ediderunt Turicenss. coll. p. 50. A. B.

οὐκ ἐμμενεῖς τοῖς ὡμ.] Bekkerus corr. ἐμμενεῖς, quod in Bodl. a sec. manu adscriptum exstat, quum ceteri libri probante Hermanno ἐμμένεις tueantur. Sed futurum tempus vel proxima verba requirunt: ἐὰν ἡμῖν γε πείθῃ, ὦ Σ., ad quae liquet ἐμμενεῖς intelligendum esse, quod Stephanus temere ante ἐὰν inseruit, scribens ἐμμενεῖς δέ, ἐὰν κ. τ. λ.

Cap. XV. ἐξαμαρτών τι τούτων] ἐξαμαρτάνων Bodl. Ven. b. Tub. Vind. 7. Flor. h. Huet. Par. DS. In Ven. b. tamen vera lectio margini apposita est. Praesens probant Turicenss.

B. ἢ Μέγαράδε] V. Μεγάραδε. Illud praebuerunt Coisl. Vind. 2. Huet. Par. DS. Et scripsimus etiam οἰκόνδε, πόλεμόνδε, κ. τ. λ. cfr. ad Phaedr. p. 227. D.

men Hirschigio de librorum scripturae veritate persuasum est, qui ulterius etiam progressus totum hoc comma inde ab οἱ νόμοι δῆλον ὅτι usque ad ἀρέσκοι ἄνευ νόμων tollendum arbitratur. Quod consilium haud scimus an cuiquam placiturum sit. Ceterum de talibus additamentis, quae glossematum speciem referunt, v. ann. ad Apol. Socrat. p. 23. E.

ἐὰν ἡμῖν γε πείθῃ] His verbis leges sibi ipsae respondent. Repetendum est autem ex ipsa interrogatione: ἀλλ' ἐμμενεῖς.

Cap. XV. B. τῇ τούτων πολιτείᾳ] Intell. civium illarum civitatum. Apponam alia huius synesis exempla. Legg. VIII. p. 828. B. αὐτῶν item post πόλεως infertur, perinde ac si πολῖται memorati sint. Eodem modo Legg. VI. p. 780. A. 829. B. post πόλεσιν ponitur αὐτούς. Ibid. XII. p. 945. E. post τὴν πόλιν sequitur δεχομένους. Pariter p. 950. A. et XII. p. 952. B. post τὴν πόλιν continuo insequitur ἀποβλέποντας.

ὑποβλέψονταί σε —] Hesychius: ὑποβλεπόμενος· ὑπονοῶν, ἐχθραίνων. Videlicet ὑποβλέπεσθαι est cum suspicione intueri: deinde suspectum habere: interdum etiam odisse, inimicum esse.

βεβαιώσεις τ. δ.] h. e. confirmabis iudices in ea opinione, ut putent se recte te capitis damnasse:

μενοι τῶν νόμων, καὶ βεβαιώσεις τοῖς δικασταῖς τὴν
C δόξαν, ὥςτε δοκεῖν ὀρθῶς τὴν δίκην δικάσαι· ὅςτις γὰρ νόμων διαφθορεύς ἐστι, σφόδρα που δόξειεν ἂν νέων γε καὶ ἀνοήτων ἀνθρώπων διαφθορεὺς εἶναι. πότερον οὖν φεύξει τάς τε εὐνομουμένας πόλεις καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς κοσμιωτάτους; καὶ τοῦτο ποιοῦντι ἆρα ἄξιόν σοι ζῆν ἔσται; ἢ πλησιάσεις τούτοις καὶ ἀναισχυντήσεις διαλεγόμενος — τίνας λόγους, ὦ Σώκρατες; ἢ οὕςπερ ἐνθάδε, ὡς ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη πλείστου ἄξιον τοῖς ἀνθρώποις καὶ τὰ νόμιμα

C. ἄξιόν σοι ζῆν ἔσται;] Sic Bodl. Ven. b. Tub. Vind. 7. Flor. h. Huet. Par. DS. pro vulg. ἔστι σοι ζῶν. In aliis est σοι ζῆν ἐστιν, quod receptam lectionem confirmat.

τίνας λόγους] Hoc debemus Ven. b. Huet. Par. DS. Vulgo legebatur τινάς.

ἄσχημον ἂν φανεῖσθαι] ἂν additum e Vat. Ven. b. Huet. Par. DS. Vind. 1. 6. 7. Flor. d. h.

D. τούτων τῶν τόπων] Sic Bodl. Vat. Ven. b. Tub. Flor.

aut, confirmabis alios in ea opinione, ut putent recte de te iudicatum esse; quasi dictum esset ὥςτε αὐτοὺς δοκεῖν κ. τ. λ. Posteriorem rationem mecum praeferent qui meminerint eorum, quae cap. III. in. legebantur. Euthydem. p. 305. D. ἐὰν τούτους εἰς δόξαν καταστήσωσι, μηδενὸς δοκεῖν ἀξίους εἶναι.

C. καὶ τῶν ἀνδρῶν τοὺς κοσμιωτάτους] Κόσμιοι dicuntur qui servant τὸν κόσμον, h. e. interprete Fisch., qui vitam, mores, studia diligenter dirigunt et componunt ad legum normam; modesti, probi. v. Perizon. ad Aelian. V. H. XIV. 7.

καὶ τοῦτο ποιοῦντι ἆρα ἄξ.] Phaedon. p. 65. A. καὶ δοκεῖ γε που τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις, ὦ μηδὲν ἡδὺ τῶν τοιούτων, οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν, ubi v. annot. Mox cum Iacobsio scripsimus: καὶ ἀναισχυντήσεις διαλεγόμενος — τίνας λόγους; ut orationis tenor interrogatione subito illata mutetur. Legebatur olim: καὶ ἀναισχυντήσεις διαλεγόμενός τινας λόγους, ὦ Σ., ἢ οὕςπερ ἐνθάδε. Pronomen interrogativum τίνας in bonis codd. repertum est.

ἄσχημον ἂν φανεῖσθαι] Particula ἂν cum infinitivo futuri coniuncta nihil habet insolentiae. v. ad Apol. p. 30. B. Quanquam Hirschig. refinxit ἀναφανεῖσθαι, ut scilicet significetur, Socratem contra exspectationem talem esse appariturum. De quo si qui dubitent, ii caveant, ne a critico severissimo continuo rei agantur puerilium ineptiarum. — Τὸ τοῦ Σωκράτους πρᾶγμα, Socratis negotium, h. e. et ipse Socrates et res eius. v. ad Hipp. mai. p. 286. E. coll. Fischer. ad Weller. III. I. p. 312. Muret. Varr. Lectt. II. 5. Valcken. ad Theocrit. Id. 18. v. 4. et intpp. ad Gregor. Corinth. p. 325 sq. ed. Lips. — For-

καὶ οἱ νόμοι; καὶ οὐκ οἴει ἄσχημον ἂν φανεῖσθαι τὸ τοῦ Σωκράτους πρᾶγμα; οἴεσθαί γε χρή. Ἀλλ' ἐκ D μὲν τούτων τῶν τόπων ἀπαρεῖς, ἥξεις δὲ εἰς Θετταλίαν παρὰ τοὺς ξένους τοὺς Κρίτωνος· ἐκεῖ γὰρ δὴ πλείστη ἀταξία καὶ ἀκολασία, καὶ ἴσως ἂν ἡδέως σου ἀκούοιεν ὡς γελοίως ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἀπεδίδρασκες, σκευήν τέ τινα περιθέμενος, ἢ διφθέραν λαβὼν ἢ ἄλλα οἷα δὴ εἰώθασιν ἐνσκευάζεσθαι οἱ ἀποδιδράσκοντες, καὶ τὸ σχῆμα τὸ σαυτοῦ μεταλλάξας. ὅτι δὲ γέρων ἀνὴρ σμικροῦ χρόνου τῷ βίῳ λοιποῦ ὄντος,

d. h. Huet. Par. DS. pro vulg. τ. τ. πόλεων. quod in Ven. b. margini appictum.

τοὺς ξένους τοὺς Κρίτωνος] Ita Ven. b. Vind. 4. Tub. pro vulg. τοῦ Κρ.

σκευήν τέ τινα] τε e Bodl. Vat, Ven. Ξ. a. b. Tub. Vind. 1. 2 3. 4. 6. 7. Flor. a. b. c. d. .. h. i. Parisinis, aliis, additum. Bodl. Huet. Par. DS. Tub. Flor. h. καταλλάξας, sed margo Bodl. μεταλλάξας.

mula οἴεσθαί γε χρή saepenumero solet interponi reliquae orationi. Mox p. 54. B. ἐὰν δὲ εἰς Ἅιδου ἀποδημήσῃς, οὐχὶ ἐπιμελήσονται; — οἴεσθαί γε χρή. Phaed. p. 68. A. οὐκ ἄσμενος εἶσιν αὐτόσε; οἴεσθαί γε χρή. Protag. p. 325. C. ταῦτα δ' ἄρα οὐ διδάσκονται οὐδ' ἐπιμελοῦνται πᾶσαν ἐπιμέλειαν; οἴεσθαί γε χρή. Gorg. p. 412. B. Plura collegit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 168 sq. ed. Lips.

D. ἐκεῖ γὰρ δὴ πλείστη — ἀκολασία] „Thessali enim tum infames erant ob licentiam libertatemque vivendi, fraudulentiam, levitatem, immodestiam, petulantiam, luxuriem, aliaque vitia. v. Athenaeus IV. 6 p. 137. X. 4. p. 418. XII. 6. p. 527. XIV. 23. p. 663." Fischerus. Addas Xenoph. Mem. I. 2, 24. Philostr. Vit. crit. p. 501. et 502. Nam Critias quoque in exilium eiectus Thessaliam petiisse narratur. Verbum ἀπαίρειν discedendi vi positum illustrat Ruhnk. vid. Tim. p. 753.

σκευήν τέ τινα περιθ.] Hesychius et Suidas: σκευή· στολή. Phavorinus: σκευή· ὀξυτόνως, τὸ ἔνδυμα· ὅθεν καὶ σκευάζομαι τὸ ἐνδύομαι. Intelligi videtur vestis, quae totum corpus contegit: id quod e verbo περιτίθεσθαι recte colligit Fischerus.

σχῆμα] refer ad habitum et vestitum (Tracht). Hesychius: σχῆμα· — ἱματισμός. Tetigit hunc vocabuli usum Kusterus ad Suidam T. I. p. 192. Verba cohaerent sic: σκευήν τε περιθέμενος καὶ τὸ σχῆμα μεταλλάξας. Ista vero: ἢ διφθ. λ. ἢ ἄλλα κ. τ. λ. varias indicant τῆς σκευῆς species et formas. Διφθέρα est vestis ex pellibus confecta; quo vestitu rustici Attici utebantur, qui inde dicti sunt διφθερίαι. v. intpp. ad Theophrast. Char. IV. 4. et Aristoph. Nubb. v. 71.

E *ὡς τὸ εἰκός, ἐτόλμησας οὕτω γλίσχρως ἐπιθυμεῖν ζῆν, νόμους τοὺς μεγίστους παραβάς, οὐδεὶς ὃς ἐρεῖ; ἴσως, ἂν μή τινα λυπῇς· εἰ δὲ μή, ἀκούσει, ὦ Σώκρατες, πολλὰ καὶ ἀνάξια σαυτοῦ. ὑπερχόμενος δὴ βιώσει πάντας ἀνθρώπους καὶ δουλεύων — τί ποιῶν ἢ εὐωχούμενος ἐν Θετταλίᾳ, ὥςπερ ἐπὶ δεῖπνον ἀποδεδημηκὼς εἰς Θετταλίαν; λόγοι δὲ ἐκεῖνοι οἱ περὶ δι-*
54 *καιοσύνης τε καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ποῦ ἡμῖν ἔσον-*

E. *οὕτω γλίσχρως*] Bodl. Ven. b. Tub. Vind. 1. 4. 6. 7. Flor. b. Huet Par. DS. *οὕτως αἰσχρῶς*. Meliorem lectionem Bodl. in marg. servavit.

ὑπερχόμενος δὴ βιώσει —] V. *πάντας ἀνθρώπους βιώσῃ*, quod e Bodl. Ven. b. Vat. Huet. Par. DS. Vind. 1. 4. 6. 7. Tub. mutatum. Deinde Vat. Flor. d. *δουλεύων καὶ τί ποιῶν*. Vind. 6. pro *ἐν Θετταλίᾳ* habet *εἰς Θετταλίαν*, omissis iisdem post *ἀποδε-*

E. *ἐτόλμησας οὕτω γλίσχρως*] In his *τολμᾶν* est sustinere, non erubescere, *οὐκ αἰσχύνεσθαι*. v. Iacobsius Addit. ad Athenaeum p. 309. et quae dixi ad Phileb. p. 13. D.

εἰ δὲ μή] sin minus, sin Thessalis molestus fueris. v. Matthiae Gr. §. 617. Buttmann. §. 135. 10. Apte comparat Iacobsius Eurip. Alcest. v. 707. *εἰ δ' ἡμᾶς κακῶς ἐρεῖς, ἀκούσει πολλὰ κοὐ ψευδῆ κακά.*

ὑπερχόμενος δὴ — πάντας — καὶ δουλεύων·] Ad haec Schleiermacherus: „Das *τί ποιῶν* steht so kahl, und das *δουλεύων* so überflüssig, dass ich letzteres als Glosse zu dem *ὑπερχόμενος* herauswerfen und lesen möchte: *ὑπερχόμενος δὴ π. ἀνθρ. βιώσει καὶ τί ποιῶν* —.“ Cui rationi Buttmannus istud *ἐν Θετταλίᾳ*, perquam incommode in finem sententiae longioris reiectum, obstare iudicabat. Itaque hic quum in cod. quodam Vindob. scriptum vidisset *εἰς Θετταλίαν*, iisdem verbis post *ἀποδεδημ.* omissis, totum locum ita refingendum censuit: *ὑπερχόμενος δὴ βιώσει πάντας ἀνθρώπους, καὶ τί ποιῶν ἢ εὐωχούμενος, εἰς Θετταλίαν ὥςπερ ἐπὶ δεῖπνον ἀποδεδημηκώς;* At vero, ut taceam de huius correctionis molestiis, quibus certe non caret, ne caussam quidem video idoneam, cur vulgatam lectionem spernamus. Nam illud *καὶ δουλεύων* minime otiosum est, sed gravius quid significat, quam quod praecedit *ὑπερχόμενος*. Sententia enim haec est: quippe ita vives, ut te in aliorum familiaritatem et favorem insinuare studeas iisque adeo servias. Itaque alterum opprobrium multo gravius est priore, praesertim ei obiectum, qui servilem istam conditionem maxime oderat. De *ὑπέρχεσθαι, ὑποδύεσθαι* et *ὑποτρέχειν*, adulando se alicui insinuare, blandiri, adulari, v. Fr. Iacobs ad Achill. Tat. p. 961 Schoemann. ad Isaeum p. 337. Baehr. ad Plutarch. Alcibiad. p. 205 sq. Weber. ad Demosth. Or. in Aristocr. p. 145. Iam vero ante *τί ποιῶν* quod Schleiermacherus *καί* inserendum censuit, ne hoc quidem opus esse vide-

ται; Ἀλλὰ δὴ τῶν παίδων ἕνεκα βούλει ζῆν, ἵνα αὐτοὺς ἐκθρέψῃς καὶ παιδεύσῃς; τί δαί; εἰς Θετταλίαν αὐτοὺς ἀγαγὼν θρέψεις τε καὶ παιδεύσεις, ξένους ποιήσας, ἵνα καὶ τοῦτό σου ἀπολαύσωσιν; ἢ τοῦτο μὲν οὔ, αὐτοῦ δὲ τρεφόμενοι σοῦ ζῶντος βέλτιον θρέψονται καὶ παιδεύσονται, μὴ ξυνόντος σοῦ αὐτοῖς; οἱ γὰρ ἐπιτήδειοι οἱ σοὶ ἐπιμελήσονται αὐτῶν; πότερον ἐὰν εἰς Θετταλίαν ἀποδημήσῃς, ἐπιμε-

δημηκώς. v. explicatt.

περὶ δικαιοσύνης τε] τε ex Bodl. Coisl. Vat. Ven. b. Tub. Vind. 1. 4. 6 7. Flor. d. h. Huet. Par. DS. adiectum vulgo aberat.

P. 54. πότερον ἐὰν εἰς Θεττ.] Editt. habent πότερον ἐὰν μὲν εἰς Θ. Sed μὲν recte om. Bodl. Ven. b. Vat. Tub. Vind. 1. 4. 6. Flor. d. h. Huet. Par. DS.

tur. Nam arctissime ista cum praecedentibus verbis cohaerent, quamquam hinc demum orditur interrogatio, ut supra p. 53. C. Quae cum ita sint, post δουλεύων satis habuimus lineolam ponere, quum vulgo plene distingueretur. Sensus totius loci hic est: Vives igitur adulator adeoque servus aliorum quid quaeso aliud faciens quam convivans in Thessalia, quasi ad epulum quoddam e patria profectus sis in Thessaliam? Nec vero sine vi Thessalia bis commemoratur. De proximis cf. Axioch. p. 124. Ἀξίοχε, τί ταῦτα, ποῦ τὰ πρόσθεν αὐχήματα; Soph. Oed. T. v. 940. ὦ θεῶν μαντεύματα, ἵν' ἐστέ; Ibid. 946. τὰ σέμν' ἵν' ἥκει τοῦ θεοῦ μαντεύματα; Eurip. Supplic. v. 127. τὸ δ' Ἄργος ὑμῖν ποῦ 'στιν; ἢ 'κόμπει μάτην; Orest. 792. 1479. Heracl. v. 370. 811. Plura dabit Valcken. ad Eurip. Phoeniss. v. 1662.

P. 54. Ἀλλὰ δὴ τῶν παίδων ἕνεκα β.] In his ἀλλὰ δή, ut Lat. at enim, est at, inquies, poniturque sic, ut quod ab altero possit obiici, id quasi occupetur ac statim redarguatur. De Republ. X. p. 600. A. ἀλλὰ δὴ εἰ μὴ δημοσίᾳ, ἰδίᾳ τισὶν ἡγεμὼν παιδείας αὐτὸς ζῶν λέγεται Ὅμηρος γενέσθαι. Protag. p. 338. C. ἀλλὰ δὴ βελτίονα ἡμῶν αἱρήσεσθε, ubi v. Heindorf. Cf. supra p. 48. A. Apol. p. 37. C.

ἵνα καὶ τοῦτό σου ἀπολαύσωσιν;] Verbum ἀπολαύειν, quod proprie de rebus bonis et iucundis dicitur, cum Attica εἰρωνείᾳ saepenumero usurpatur etiam de rebus malis. Legg. X. p. 910. B. καὶ πᾶσα οὕτως ἡ πόλις ἀπολαύῃ τῶν ἀσεβῶν τρόπον τινὰ δικαίως. Lucian. Dialog. Deor. X. Sol. τοιαῦτα ἀπολαύσονται τῶν Διὸς ἐρώτων. Mercur. Σιώπα, ὦ Ἥλιε, μή τι κακὸν ἀπολαύσῃς τῶν λόγων. Aristoph. Avv. v. 1347. conf. Iensii Lectt. Luciann. I. 4. p. 24 sq.

αὐτοῦ] scil. Athenis. — Dein θρέψονται καὶ παιδεύσονται accipienda sunt παθητικῶς. cf. Matth. §. 496. annot. 4. Buttm. §. 113. 6. ed. max.

πότερον ἐὰν εἰς Θ.] Ne quis haereat in hoc asyndeto,

λήσονται· ἐὰν δὲ εἰς Ἅιδου ἀποδημήσῃς, οὐχὶ ἐπι-
B μελήσονται; εἴπερ γέ τι ὄφελος αὐτῶν ἐστι τῶν σοι φασκόντων ἐπιτηδείων εἶναι, οἴεσθαί γε χρή.

Cap. XVI. Ἀλλ' ὦ Σώκρατες, πειθόμενος ἡμῖν τοῖς σοῖς τροφεῦσι μήτε παῖδας περὶ πλείονος ποιοῦ μήτε τὸ ζῆν μήτε ἄλλο μηδὲν πρὸ τοῦ δικαίου, ἵνα εἰς Ἅιδου ἐλθὼν ἔχῃς πάντα ταῦτα ἀπολογήσασθαι τοῖς ἐκεῖ ἄρχουσιν· οὔτε γὰρ ἐνθάδε σοι φαίνεται ταῦτα πράττοντι ἄμεινον εἶναι οὐδὲ δικαιότερον οὐδὲ ὁσιώτερον, οὐδὲ ἄλλῳ τῶν σῶν οὐδενί, οὔτε ἐκεῖσε ἀφικομένῳ ἄμεινον ἔσται. ἀλλὰ νῦν μὲν ἠδικημένος
C ἄπει, ἐὰν ἀπίῃς, οὐχ ὑφ' ἡμῶν τῶν νόμων ἀλλ'

εἰς Ἅιδου ἀποδημήσῃς] Vind. 3. hic om. ἀποδημήσῃς. Sed in hac oppositione membrorum eiusdem verbi repetitio prope est legitima. v. explicatt. — Deinde vulgo post ἐπιμελήσονται

solent sententiae aliis cum gravitate quadam oppositae saepenumero sine particula adversativa enuntiari. Itaque non est quod cum Eusebio legamus πότερον δὲ ἐάν. De repetito ἐπιμελήσονται et ἀποδημήσῃς v. ad Lysid. p. 209. C. Apol. p. 27. B. et Legg. X. p. 890. E. His vel male neglectis vel prorsus ignoratis nuperus criticus et ἀποδημήσῃ post εἰς Ἅιδου et ἐπιμελήσονται post οὐχὶ extrusit, ne scilicet aliquid esset otiosum. Alius etiam extitit, qui removendi asyndeti caussa verba sic distingueret: οἱ γὰρ ἐπιτήδειοι, οἵ σοι ἐπ. αὐτῶν, πότερον. — De verbis εἴ τι ὄφελος v. ad c. V.

Cap. XVI. μήτε παῖδας π. πλ.] Non dicit τοὺς παῖδας, ut scripsit Hirschig., quia de liberis loquitur universe, ut nostri quoque faciunt dicentes Väter u. Mütter, Kinder u. Frauen, Brüder u. Schwestern, quod certe non dissimile est, quanquam usus loquendi Graecorum aliquanto patet latius. Xenoph. Anab. VII. 8, 9. λαβεῖν ἂν καὶ αὐτὸν καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας καὶ τὰ χρήματα. Multa id genus collegit Schaefer. Meletem. Critt. p. 116 sqq.

πρὸ τοῦ δικαίου] Vid. ad cap. IX. p. 29. B.

πάντα ταῦτα ἀπ.] haec omnia possis ad te defendendum afferre. Sic enim ἀπολογεῖσθαί τι dici solere, ad Phaed. p. 69. D. Symp. p. 174. D. Gorg. p. 521. E. al. ostendimus.

οὔτε γὰρ ἐνθάδε] scil. hac in vita. — ταῦτα πράττοντι, ea agenti, quae Crito tibi suasit.

ἄμεινον εἶναι] pro ἀγαθὸν εἶναι dicitur constanti Graecorum more, de quo cf. Apolog. Socr. p. 19. A. Phaedon. p. 115. A. Gorg. p. 468. B. D. Reipubl. III. p. 410. D. al. Quum autem hic comparativi usus esset legitimus, additur quasi per attractionem quandam οὐδὲ δικαιότερον οὐδὲ ὁσιώτερον. Eadem prorsus ratio est in

ὑπ᾽ ἀνθρώπων· ἐὰν δὲ ἐξέλθῃς οὕτως αἰσχρῶς ἀνταδικήσας τε καὶ ἀντικακουργήσας, τὰς σαυτοῦ ὁμολογίας τε καὶ ξυνθήκας τὰς πρὸς ἡμᾶς παραβὰς καὶ κακὰ ἐργασάμενος τούτους, οὓς ἥκιστα ἔδει, σαυτόν τε καὶ φίλους καὶ πατρίδα καὶ ἡμᾶς, ἡμεῖς τέ σοι χαλεπανοῦμεν ζῶντι, καὶ ἐκεῖ οἱ ἡμέτεροι ἀδελφοί, οἱ ἐν Ἅιδου νόμοι, οὐκ εὐμενῶς σε ὑποδέξονται, εἰδότες, ὅτι καὶ ἡμᾶς ἐπεχείρησας ἀπολέσαι τὸ σὸν μέρος. ἀλλὰ μή σε πείσῃ Κρίτων ποιεῖν ἃ λέγει μᾶλλον ἢ ἡμεῖς. D

Cap. XVII. Ταῦτα, ὦ φίλε ἑταῖρε Κρίτων, εὖ ἴσθι ὅτι ἐγὼ δοκῶ ἀκούειν· ὥςπερ οἱ κορυβαντιῶντες

commate, post ἐπιτηδείων εἶναι interrogandi signo distinguebatur, quod praeeunte Buttmanno mutavimus.

Cap. XVI. B. πάντα ταῦτα ἀπολογ.] Bodl. Tub. πάντα ταῦτα. Vulgo erat ταῦτα πάντα. conf. p. 46. A.

Phaedon. p. 98. E. Sensus est: neque tu neque alius tuorum familiarium ullus eritis et iudicabimini feliciores, iustiores, sanctiores, si tu effugeris.

ἀλλὰ νῦν μὲν] quum Critonis voluntati non obtemperaveris.

κακὰ ἐργασάμενος τούτους, οὓς ἥκιστα ἔδει. —] Graviter additur τούτους: iniuria affectis illis, quos minime decebat iniuria affici, ut non exputemus, cur Hirschigius suo arbitrio pronomen deleverit. Idem quod ante φίλους inculcavit τούς, vid. ann. ad huius sect. init.

οἱ ἐν Ἅιδου νόμοι] Haec quoque Hirschig. ut supervacanea eliminari iussit. Sed non egent patrocinio, quae certe vi et gravitate nequaquam carent.

Cap. XVII. D. ὅτι ἐγὼ δοκῶ ἀκ.] „Scilicet Corybantes fuere sacerdotes magnae matris deum in Phrygia, qui saltabant deo pleni. v. Strabo X. p. 725. Almelov. Unde κορυβαντιᾶν et laborare morbo, qui κορυβαντιασμός, morbus imaginosus, vocatur, quum aures videntur personare tibiarum cantu: qui morbus putabatur proficisci a Corybantibus. v. Scaliger. ad Catull. XLII. 8. et ad Euseb. p. 27. s. et Langbaenius ad Longin. p. 209. Toll.“ Fischerus. Scaligeri sententiam pluribus confirmavit Salmas. Exercitt. Plin. p. 764. Conferatur etiam Ruhnkenius ad Tim. p. 163. Explicabimus de his accuratius ad Legum lib. VII. p. 790. D. Nunc monuisse satis erit sententiam huius loci esse hanc: quemadmodum qui Corybantio furore repleti sunt, sibi usque videntur sonos tibiarum audire, etiamsi eae non iam canant amplius, ita etiam ego videor Legum vocem exaudire sic, ut ea una totus repletus sim neque possim alias audire orationes, utpote ab illis mirifice commotus. Sunt autem ista: ὥςπερ οἱ κορυβαντ. —

τῶν αὐλῶν δοκοῦσιν ἀκούειν, καὶ ἐν ἐμοὶ αὕτη ἡ ἠχὴ τούτων τῶν λόγων βομβεῖ καὶ ποιεῖ μὴ δύνασθαι τῶν ἄλλων ἀκούειν. ἀλλὰ ἴσθι, ὅσα γε τὰ νῦν ἐμοὶ δοκοῦντα, ἐάν τι λέγῃς παρὰ ταῦτα, μάτην ἐρεῖς. ὅμως μέντοι εἴ τι οἴει πλέον ποιήσειν, λέγε.
E ΚΡ. Ἀλλ', ὦ Σώκρατες, οὐκ ἔχω λέγειν. ΣΩ. Ἔα τοίνυν, ὦ Κρίτων, καὶ πράττωμεν ταύτῃ, ἐπειδὴ ταύτῃ ὁ θεὸς ὑφηγεῖται.

Cap. XVII. D. *τῶν ἄλλων ἀκούειν*] Tub. *τῶν* om. non improbante Buttmanno. Mox *ἐὰν λέγῃς* Bodl. Huet. Par. DS. et pr. II.

ἀκούειν, antegressis: *ταῦτα δοκῶ ἀκούειν*, per epexegesin addita, unde mutavimus vulgarem interpunctionem. Loquendi usum ad Phaedon. p. 61. D. Gorg. p. 448. E. Theaet. p. 172. D. Sophist. p. 258. C. al. attigimus. — *ἠχή*, pro *ἦχος*, est vocabulum Atticum. v. Moeris et Thomas M. h. v. — *βομβεῖν*, bombum facere, hoc loco de voce legum, quae aures quasi personare dicitur. Synesius Epist. 123. *ἐμβομβεῖ μου ταῖς ἀκοαῖς ἡ θαυμαστή σου τῶν σοφῶν λόγων ἠχώ.* — Deinde *ἴσθι — μάτην ἐρεῖς* dictum est ut Apolog. Socr. cap. V. *εὖ μέντοι ἴστε, πᾶσαν ὑμῖν τὴν ἀλήθειαν ἐρῶ.* Ibid. cap. XVII. *ταῦτα γαρ κελεύει —, εὖ ἴστε.*

ἐάν τι λέγῃς παρὰ ταῦτα] Phaedr. p. 107. A. *οὔκουν ἔγωγε ἔχω παρὰ ταῦτα ἄλλο τι λέγειν.* Phaedon. p. 80. B. *ἔχομέν τι παρὰ ταῦτα ἄλλο λέγειν.* v. ad Phileb. p. 21. D.

E. *ταύτῃ ὁ θεὸς ὑφηγεῖται*] En vocem egregiae pietatis testem, qua eleganter finitur colloquium. Supra p. 43. D. *εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ ἔστω.* Apol. p. 19. A. *τοῦτο μὲν ἴτω ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον.* Alcib. I. p. 135. D. *χρὴ λέγειν — ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ.* Phaedr. p. 246. D. *ταῦτα μὲν δὴ ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον, ταύτῃ ἐχέτω.* Phaedr. p. 69. D. *ἐκεῖσε ἐλθόντες τὸ σαφὲς εἰσόμεθα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ.*

ERFORDIAE,
FORMIS DESCRIPSERUNT HENNINGS & HOPF.

PLATONIS
OPERA OMNIA.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.


VOL. I. SECT. II.

CONTINENS

PHAEDONEM.

EDITIO QUARTA

SUPERIORIBUS ALIQUANTO AUCTIOR ET EMENDATIOR.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXVI.

PLATONIS

PHAEDO.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO QUARTA

SUPERIORIBUS ALIQUANTO AUCTIOR ET EMENDATIOR,

QUAM CURAVIT

MARTINUS WOHLRAB,
IN SCHOLA DRESDENSI QUAE EST AD AEDEM ST. CRUCIS PRAECEPTOR.



LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI.

MDCCCLXVI.

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI.

PRAEFATIO.

Quarta haec Phaedonis editio tota fere Godofredi Stallbaumii est. Omnia enim, quae ad eam adornandam pertinerent, ipse providerat. Retractaverat prolegomena eorumque maximam partem de integro scripserat; ex tertia huius dialogi editione huic duo tantum capita, secundum et octavum, et ea quidem correcta inseri voluerat. Confecta autem prolegomena esse ipse indicavit a. d. XVI. Cal. Nov. a. MDCCCLX., tribus igitur fere mensibus, antequam diem supremum obiit. Praeterea textum nonnullis locis mutavit, commentarios autem multis partibus auxit et emendavit.

Hanc editionem ut ego curarem, cum essem rogatus, ante omnia id faciendum putavi, ut quae a Stallbaumio peccata esse viderentur emendarem. Atque cum in laudandis scriptoribus eum saepe erravisse invenissem, eos conferre institui, qua in re omnes libros adeundi quod mihi facultas non erat, magnopere dolui. Deinde cum vidissem nonnulla pluribus locis dicta esse, ea semel et suo quidque loco ponenda curavi; quae uberius disputata erant et fusius, contraxi; paucissima delevi atque ea nimis trita aut aperte falsa. Prolegomenis addidi capitis sexti eam partem, quae est de dialogi habiti aetate, et caput

septimum totum; minus apte enim quae ibi narrata sunt commentariis visa sunt interposita fuisse. Quibus in rebus si quae minus e Stallbaumii consilio mutaverim, eorum quidem, qui hunc librum legent, rebus me consuluisse confido.

Paucissima sunt, quae ipse addidi, eaque uncis quadratis ([ ]) includenda curavi.

Scribebam Dresdae m. Oct. a. MDCCCLXV.

M. Wohlrab.

PROLEGOMENA

AD

PHAEDONEM PLATONIS.

CAPUT I.

PRAEVIAE ADMONITIONES.

Phaedo Platonis quemadmodum propter argumenti gravitatem ac sermonis artem et elegantiam prope in omnium hominum doctorum manibus versatur, ita semper visus est praeter ceteros summi philosophi libros longe dignissimus esse, qui adolescentibus bonarum litterarum studiosis vel publice in scholis enarraretur vel privatim ad liberalioris studii exercitationem commendaretur. Sed exstiterunt nuper, qui Phaedonis similiumque librorum Platonicorum lectionem a iuvenilibus studiis fere procul habendam arbitrarentur, ad ineundam cum Platone familiaritatem satis esse putantes, si adolescentibus praeter Apologiam Socratis et Critonem uni maxime illi dialogi in manus traderentur, in quibus more Socratico de virtute et scientia cum ea coniuncta aliisque rebus similibus eo modo disseritur, ut non tam verum exquiratur, quam alieni errores vel opiniones callidae argumentationis artificio fraudis convincantur. Qua de re nos quidem libere fatemur longe sentire aliter. Censemus enim adolescentes aliquando a Socrate dialectico in illis libris adumbrato ad Platonem philosophum et a dialogis in arguendis vanis opinionibus more Socratico occupatis ad libros in illustrandis gravioribus quibusdam philosophiae locis versantes traducendos esse, quandoquidem alioquin facile futurum est, ut Socraticae quidem disserendi rationis aliquam notitiam accipiant, Platonem autem adeo non noscant, ut ipsum non tam pro celso et magnifico philosopho, quam pro acuto et contentioso aliquo disputatore habituri videantur.

Inter omnes autem Platonis dialogos vix ullum reperiri existimamus, qui ad Platonicam rationem

et elegantiam cognoscendam animosque iuveniles illius studio incendendos tantam vim habeat, quantam Phaedo. Nam primum quidem ubi spectamus operis materiam, certe vix quidquam reperiatur, quod animum humanum magis movere faciliusque capere queat, quam argumentum huius dialogi, in quo, dum imaginem sapientis in ipso mortis articulo constituti intuemur, simul etiam gravissimi uberrimique sermones cum de aliis rebus maximis ad philosophiae doctrinam pertinentibus, tum imprimis de animorum immortalitate instituuntur. Quae quidem res etiam eo valet, ut philosophiae Platonicae, idearum potissimum doctrinae tamquam fundamento superstructae, elementa et quasi initia percipiamus. Id quod sane iis omnibus opus est, qui vel levem quandam sapientiae Platonicae notitiam quasi *παιδείας χάριν* animis suscipere voluerint.

Iam vero ubi animum attendimus ad rerum tractationem atque disserendi rationem in hoc opere regnantem, haec quoque ita est comparata, ut ad Platonem cognoscendum longe sit convenientissima. Nam disputatio quamvis in rebus gravissimis et difficillimis expediendis versetur, tamen non est impedita, non arguta et spinosa, sicuti est in dialogis Socratico more scriptis, in quibus saepe argutiae argutiis refelluntur, sed potius facilis, perspicua et pellucida, denique plane ad verum reperiendum comparata.

Sed admonet haec ipsa argumentationis virtus etiam aliam operis dotem. Nam cum disputatio magnam partem versetur in rerum difficiliorum et reconditiorum quaestionibus, tum eadem nihilominus elocutione atque dictione ea insignis est, quae cum maxima dignitate et gravitate summam perspicuitatem, simplicitatem, elegantiam coniunctam habeat, ut, quantum quidem per sermonis Attici consuetudinem licuit, nihil usquam obscure, nihil ambigue et tenebricose, nihil denique inflato tumore enuntiatum sit. Enimvero nativo quodam recti veri sensu ductus philosophus facile perspexit veritatem semper esse simplicem atque maximam orationis laudem in illa ipsa veritatis imitatione contineri.

Denique ars et compositio dialogi est tam admirabilis, ut ea nihil fere cogitari possit hoc in genere excellentius, quandoquidem Phaedo in iis est Platonis libris, qui ad artis leges sollertissime sunt elaborati. Legimus in scholis poetas Graecorum non aliam ob causam, opinor, quam ut una cum antiquitatis cognitione etiam sensus elegantiae ac venustatis excitetur et corroboretur, quippe cum nobis persuasum sit in illis unis maxime humanitatis ad singularem quandam perfectionem excultae exemplaria expressa esse. Quid vero? num qua antiquitas, num qua aetas recentior talem nobis extulit tragoe-

diam, quam exhibet Phaedo Platonis? Enimvero omnia in hoc libro tam sollerter ad fabularum tragicarum exemplum composita sunt, ut licet agatur de rebus ad philosophiam pertinentibus, tamen legentes non tam subtili rerum graviorum disputationi, quam grandi alicui dramati interesse videamur, cuius auditione et spectatione in varios subinde affectus gaudii et doloris, spei et sollicitudinis, commiserationis et admirationis inducimur, usque dum in ipso eius exitu quamvis tristitiae sensu graviter affecti, tamen beata quadam spe et tranquillitate recreamur et ad melioris vitae post hanc mortem futurae fiduciam erigimur. Tale fere opus quis est quin sponte largiatur non modo viris humanitatis disciplina excultis semper gratum acceptumque esse, verum etiam adolescentibus bonarum litterarum studiosis maxime esse commendabile?

Venimus igitur ad id, quod ut hoc loco declaremus officii ratio sanequam postulat, quandoquidem aperiendum tandem est, quid hac nova operis editione a superioribus multum sane diversa nobis agendum putaverimus. Id vero quale sit aut quorsum tendat, iam ex iis perspicuum erit, quae modo de iis exposuimus, quorum in manibus omnino Phaedonem versari vel putemus vel velimus. Propositum enim nobis fuit hoc, ut liber non modo critica ratione castigaretur, sed etiam ita illustraretur, ut conveniret desideriis eorum, qui eum vel aliis interpretari vel privato studio legere vel etiam adolescentibus studiorum suorum causa tradere et commendare vellent. Itaque primum quidem in commentariis Graecae orationi subiectis ea exposuimus, quae ad singulorum verborum interpretationem opus esse atque interpretationem ipsam confirmare posse viderentur, qua in re mediocritatem quandam adhibendam putavimus, ut nec nimia copia imprimisque rebus tritis et vulgaribus afferendis molesti essemus nec desultoria levitate adspersa hic et illic levi aliqua notula iustae interpretationis constantiam neglegeremus. Praeterea vero in Prolegomenis id egimus, ut universi libri tamquam corpus spectaretur ideoque disquireretur de eius materia atque forma deque omni doctrina, quae a scriptore in eo explicata et illustrata esset, quandoquidem nobis plane persuasum est nullum Platonis dialogum recte posse intellegi, nisi cum singularum eius partium interpretatione etiam totius disputationis accurata consideratio coniuncta fuerit. Itaque in Prolegomenis id dedimus operam, ut vel aditus ad universi sermonis intellegentiam aperiretur vel iis, qui in eius lectione occupati essent, ubique ostenderetur, quonam vinculo singula cum universis continerentur, in quo ipso magnum sane intellegendi praesidium est positum.

CAPUT II.

SUMMA DIALOGI REFERTUR.

Phaedo, discipulus Socratis, qui postea exstitit scholae Eliacae auctor, quo tempore Phliunte, oppido Sicyoniae, hospes commoratus est, Echecrati Phliasio, homini, ut videtur, Pythagoricae philosophiae studiis dedito, eiusque amicis ac familiaribus de Socratis nuper Athenis vita defuncti ultimis dictis atque fatis narrans introducitur. Convenisse dicit plurimos Socratis familiares et amicos in custodiam carceris, in quo vinculis captus fuerit, cum aliis diebus, tum eo die, quo ei venenum hauriendum fuerit, multo mane. Audisse enim ipsos sacra navi e Delo insula reversa postero die Socrati moriendum fore. Itaque omnes ait sub ipsum diluculum ad custodiam convenisse. Cum igitur, inquit, ad carcerem accessissemus, ianitor, qui fores aperire solebat, nos aliquantisper foris commorari iussit, cum undecimviri capitales nunc ipsum Socratem vinculis liberarent eique denuntiarent moriendi necessitatem. Paullo post reversus nos intromisit. Ingredientes autem in custodiam Socratem deprehendimus modo vinculis solutum atque Xanthippen, eius uxorem, cum infante iuxta ipsum considentem. Quae ubi nos conspexit, ut solent mulierculae, multum lacrimata est vehementerque eiulavit. Tum vero Socrates placido vultu Critonem intuens rogavit, ut aliquis eam domum abduceret; id quod fecerunt Critonis pedisequi. Nos omnes autem eo die mirifice affecti eramus, cum mixtus quidam tristitia atque gaudio sensus animos nostros occupatos teneret; modo enim tranquillitatem hilaritatemque Socratis admirabamur, ut obliversceremur praesentis calamitatis, modo casus gravitate devicti instantem amici fortunam deplorabamus[1]).

Socrates vero erigens se in lectulo et crus fricans, quod vincula antea compressissent, quam mira est, inquit, illa coniunctio, quae inter voluptatem atque dolorem intercedit. Nam cum simul adesse non soleant, tamen alterutro cedente alterum alterius continuo locum occupat. Hoc si animadvertisset Aesopus, eum credo fabulam fuisse compositurum, quae illam doloris et voluptatis vicissitudinem illustraret. Tum vero Cebes, opportune, inquit, admones me carmina, quae in carcere pepigisti. Nam cum alii, tum nuper Evenus ex me quaesivit, quid tandem causae esset, quod tu, qui nunquam antea carmina fecisses, extremo vitae tempore illis componendis dedisses operam. Quid igitur vis ut illi respondeam? Ego vero, inquit Socrates, hoc non eo consilio feci, ut laudum Eveni aemulus

1) P. 57—60 B.

exsisterem, sed ut animum meum religione quadam exsolverem. Nam cum superiore vitae tempore, tum ex quo in carcere hic versatus sum, saepe mihi apparuit somnium, quod me iuberet facere et tractare musicam. Iam cum per totam vitam philosophiam, quippe quae esset musica praestantissima, tractassem, nunc etiam carmina facere conatus sum, si forte somnium illud divinum hoc a me fieri vellet. Itaque composui hymnum in laudem Apollinis, cui hi dies festi sacri sunt, sed cum me imparem esse sentirem fabularum inventioni, Aesopi fabulas in versus redegi. Hoc igitur, mi Cebes, Eveno nuntiabis eumque meo nomine cohortaberis, ut me quam primum sequatur. Abeo autem hodie; ita enim Atheniensibus visum est. Ea vero responsione offensus Simmias Thebanus, quale tandem istud est, inquit, quod Evenum facere iubes? Neque enim ille is mihi videtur, qui te lubens ad inferos secuturus sit. Cui Socrates, nonne Evenus, respondit, est philosophus? Illo autem hoc affirmante, igitur neque Evenus, inquit, mortem refugiet, neque quisquam alius, qui quidem philosophi nomine dignus videri velit. Quamquam hoc nolim ita a vobis intellegi, ac si illum iuberem sibi manum inferre; hoc enim verissime nefas iudicatur[1].

Atqui, respondit Simmias, haecine inter se pugnare, quae tu dicis, appetendam quidem esse mortem, nec tamen cuiquam licere se ipsum interimere? Ego certe quamquam nuper in patria mea audivi Philolaum, nobilem Pythagoreum, eadem, quae tu dicis, dictitantem, tamen nunquam huius sententiae rationes plane potui cognoscere aut perspicere. Quare si tu illas explicare uberius et confirmare certius posse tibi videaris, age nobis noli invidere ea, quae dicenda habeas. His auditis Socrates se paratum ostendit ad exponendas rei rationes, quas in promtu haberet, quas tamen se non ipsum repperisse dixit, sed fando ab aliis accepisse. Mirum vero, inquit, non iniuria alicui videatur, quod antea dictum est, etiam iis hominibus, qui mortem tamquam bonum aliquod expetant, nefas esse sibimet ipsis hoc beneficium tribuere, sed exspectare eos debere, donec alius eodem ipsos afficiat. At enim vero habet illa sententia certe idoneas rationes. Nam homines in hoc corpore a deo immortali quasi in carcere quodam inclusi sunt, ex quo iniussu summi imperatoris nemini aufugere licet; atque persuasi mihi penitus esse numen divinum, quod hominum curam gerat, eiusque numinis homines esse servos atque ministros. Quocirca nobis non licet nostro arbitratu ex hac vita discedere, sed exspectandum, donec ipse deus nos liberet atque hinc discedendi necessitatem immittat. Ad haec autem Cebes, ista quidem si vera sunt,

1) P. 60 B — 61 D.

inquit, consequitur, ut stultis animo aequo moriendum sit, sapientibus non item. Etenim stultum fuerit profecto ex eo loco discedere, ubi optimum dominum habeas, deum, qui saluti tuae prospiciat; neque enim meliorem etiam nacturus sis alibi dominum. Cebetis sententiae accessit Simmias. Tum vero Socrates, agite igitur, o boni, inquit, quandoquidem mihi litem intenditis, causam meam apud vos ita dicam, ut vobis coner eius bonitatem probare certius, quam potui probare iudicibus, qui me capite condemnarunt. Persuasum autem mihi est me post mortem etiam maiorem consecuturum esse felicitatem. Nam licet non affirmaverim nisi cum quadam animi dubitatione me ad meliores homines esse venturum, tamen ad optimos deos me hinc discessurum eorumque adspectu et consuetudine tanto magis gavisurum, quo purior sinceriorque animus ad illos evolaverit, id quidem certum atque verum esse censeo[1]).

Quocirca sapientis est morte appropinquante bono esse animo; nam si mors est animi a corpore seiunctio, certe philosophia nil est aliud nisi praeparatio atque meditatio mortis, id quod homines vulgo ignorare videntur; ridiculum autem fuerit hominem, qui tota vita philosophatus sit adeoque mortem commentatus, in extremo vitae periculo angi atque metu cruciari. Habent autem mors atque philosophiae studium hoc sibi commune, quod et illa animum a corporis vinculis exsolvit et hoc mentem nostram a rerum sensibus subiectarum ludibriis ad aeternae veritatis virtutisque constantiam traducit. Etenim philosophus spernit corporis voluptates atque cultum curamque suam maxime convertit ad animum, quem a corporis communione cupit quam maxime liberare, ut adeo magnae hominum turbae videatur ultro ad mortem tendere. Enimvero cum omnino corpus sapientiae studio multum officiat, tum ne sensus quidem ullam afferunt veritatis cognitionem. Attingit potius animus veritatem maxime tum, cum a corporis communione maxime liber est, siquidem iustitia in se spectata, pulcritudo, virtus denique non oculis vel alio sensu, sed sola mente percipitur eaque pura ac sincera neque corporis sensibus contaminata aut perturbata. Itaque philosophi, sapientiae dum student, revera solutionem animi a corpore meditantur, quippe cum corpus innumerabilia prope afferat studii sapientiae impedimenta. Ex quo certe perspicuum fit puram ac sinceram veritatis cognitionem nobis post mortem demum, corpore plane ab animo disiuncto, posse obtingere; quamdiu autem vivamus, nos ita demum proxime ad illius scientiam accessuros esse, si animum quam maxime a corporis societate liberum reddiderimus. Atque hoc ipsum illud est, quod vocamus mori discere sive mor-

1) P. 61 D — 64 A.

tem meditari. Hoc autem veri germanique philosophi ita faciunt, quorum hoc munus et officium esse solet. Ex quo certe perspicuum fit plane ridiculum fore, si quis morte appropinquante indignetur; imo veri certe philosophi volentes ac lubentes hinc discedent, quippe sperantes sese iam id esse consecuturos, quod sibi per totam vitam studiosissime expetierint. — Quare si quem videtis mortem timere, hunc ne dubitetis habere potius *φιλοσώματον* quam *φιλόσοφον*. Cuiusmodi homines sicuti non possunt pervenire ad sinceram veritatis cognitionem, ita nec virtutem colunt veram suoque nomine dignam. Nam qui inter eos fortes habentur, ii cum mortem in magnis malis ducant, prae metu maiorum tantum malorum mortem subire audent, ut prae timiditate et ignavia fortes sint, id quod sane perquam absurdum est. Ac pariter etiam ii, qui inter eos videntur temperantes esse ac modesti, revera propter intemperantiam colunt temperantiam, quippe cum aliis voluptatibus abstineant, ut ne aliis iisque maioribus priventur. Talis autem virtus cum quasi mercatura quadam contineatur neque nitatur sapientia, quae una est reliquarum virtutum omnium tamquam magistra quaedam atque regina, revera nihil est aliud nisi adumbrata quaedam virtutis species admodum servilis et abiecta nihilque sani ac veri in se continens. Quippe vera virtus, temperantia, iustitia, fortitudo et ipsa sapientia, quae est ceterarum virtutum omnium dux atque princeps, si verum quaerimus, nihil est aliud quam animi quaedam a talibus rebus purgatio, sicuti mysteriorum conditores dudum prodiderunt. Itaque ego semper id egi, ut in verorum philosophorum numero haberer. Quod num recte secutus sim, mox sciemus, ubi illuc pervenerimus. Etenim certa me spes tenet futurum esse, ut apud inferos multo certiorem plenioremque consequar veritatis cognitionem, cui me nostis per totam vitam studuisse, et dominos atque amicos etiam illic habeam optimos. Haec igitur sunt, quae mei defendendi causa apud vos, o boni, dicenda videbantur; quae si vobis probata fuerint, optime factum arbitrabor[1]).

Quae postquam Socrates disputavit, primum Cebes ei respondit: Cetera quidem, o Socrate, quae dixisti, plane mihi probantur et egregie videntur disputata esse. Sed quid animo futurum sit a corpore segregato et disiuncto, id quidem multis magnisque subiectum est dubitationibus. Vulgo enim metuunt, ne e corpore excedens animus tamquam halitus aut fumus dissipetur atque penitus evanescat. Itaque necessarium est, ut probetur argumentis eum etiam post mortem corporis ita manere superstitem, ut vi vitali et intellegentia polleat; eiusque rei, o Socrate, si quam tenes explicationem et demonstrationem, age

---

1) P. 64 B — 69 E.

illam nobiscum communica. Ego vero, inquit Socrates, faciam quod petitis; neque enim exiguum hoc, quod mihi superest, vitae tempus melius collocare possim, quam si de hoc gravissimo loco sapientiae quid mihi videatur vobis exponam[1]).

Et primum quidem videamus eam rationem, quae ultimae antiquitatis confirmatur testimonio. Dicuntur enim animi nostri hinc ad inferos et inde vicissim in humana corpora transgredi ac veluti in orbem ex inferis ad superos et a superis ad inferos migrare. Quae sententia si vera est, de animorum immortalitate dubitari non poterit. Confirmat autem illius sententiae veritatem hoc maxime, quod in universa rerum natura hanc videmus legem constanter dominari, ut contraria ex contrariis oriantur, veluti cum maius oritur ex minore, tardum ex veloci, firmum ex infirmo, calor ex frigore et vicissim. Eadem igitur necessitate inter se coniunctas esse mortem et vitam sponte consequitur, ita ut ex vivo fiat mortuus et vicissim ex mortuo vivus. Sed age, rem diligentius etiam consideremus. Itaque quidquid mutatur, id in alium statum transire manifestum est. Continetur autem omnis mutatio triplici condicione; nam primo res mutata ex aliquo statu, in quo antea fuerat, discedit, deinde eadem ad aliud quiddam transit, denique pervenit ad aliquem statum, in quem antea tendebat. Veluti si quis dormit, is ex vigilia in somnum transiit. Inter somnum autem atque vigiliam interiectum est illud, quod vocamus obdormiscere. Unde intellegitur, quam sit verum quod diximus de triplici cuiusque mutationis condicione. Eadem ratio est si quis vicissim ex somno redeat ad vigiliam; nam priusquam ipsa vigilia incidit, illud locum habeat necesse est, quod expergisci vocamus. Cum vero haec lex per totam rerum naturam valeat, eum, qui in hanc vitam intret, necesse est illam permeare quasi condicionem, quam nasci dicere solemus, eum vero, qui mortuus sit, moriendo ad illum statum pervenisse. Quae cum ita sint, animum moriendo non exstingui, sed in alium statum transire, facile est ad intellegendum. Nam quominus existimemus naturam altera sui parte quasi claudicare, cum illud, quod moriendo respondeat quodque ex inferis redire vocamus, non eveniat, hoc maxime impedit, quod sublata rerum generatione reciproca paullatim tota rerum natura quasi rigesceret et consumeretur. Veluti si illud tantum eveniret, quod vocamus obdormiscere, neque locum haberet contrarium, quod expergiscimur, omnia ad extremum perpetuo premerentur somno. Eodem igitur modo de eo, quod moriendo est contrarium, iudicari convenit. Nam si omnia morerentur nec quidquam denuo in vitam rediret, ad extremum omnia forent emor-

1) P. 69 E — 70 C.

tua, nihil amplius viveret. Hoc igitur argumento mihi constare videtur animos hominum morte non absumi, sed manere eos aliam vitam, in qua bonis melius, malis peius futurum sit[1]).

Tum Cebes: Ego vero, o Socrate, sententiam tuam toto pectore amplector. Quam ut pro vera habeam, faciunt etiam ea, quae superiore tempore de eo disputavisti, quod totum illud, quod discere vocamus, nil aliud sit nisi reminisci. Hoc enim si verum est, animum iam necesse est, antequam in hanc vitam intraret, viguisse atque rerum notitias in humanum corpus secum attulisse. His auditis Socrates: Sed ne forte Simmias huic rationi diffidat, eadem etiam aliis argumentis comprobari potest. Quae qualia sint, nunc accipite. Quotidie enim experimur nos ex unius in alterius rei cogitationem deferri. Solent enim res oculis, auribus, aliis sensibus perceptae in animis nostris excitare cogitationem rerum ab illis plane diversarum. Ut si quis conspecta amici lyra vel veste ipsius amici recordatur, aut si imaginem eius intuens tacite secum iudicat illa quam prope ad eius similitudinem accedat vel quam longe ab ea absit. Neque vero ad ea solum, quae sensibus percipi possunt, referimus illa, quae videmus, audimus, sentimus, sed etiam ad species quasdam et formas solo animo comprehensas, quas in hac rerum natura nusquam exstare compertum habemus. Tenemus enim animo nostro speciem eius, quod per se ipsum est honestum et turpe, iustum et iniustum, magnum et parvum, simile et dissimile, ad eamque speciem referre solemus ea, quae sensibus nostris percipimus. Sed undenam animi nostri hanc absolutarum formarum sive idearum cognitionem hauserunt? Certe sensibus corporis non acceperunt; his enim non utimur nisi in rerum singularium perceptione et animadversione. Itaque relinquitur, ut animus rerum per se absolutarum notitias non in hac demum vita acceperit, sed antequam cum hoc corpore nasceretur. Ex quibus omnibus apparet eundem iam olim ante hanc vitam mortalem viguisse[2]).

Finita hac disputatione Simmias, quid adhuc desideraret, aperte professus est. Nam hac quidem ratione censuit sibi utique id videri effici, ut animum fuisse, priusquam corpus nasceretur, statuere cogamur; sed illud nondum esse demonstratum, eum post mortem quoque fore superstitem. Quae quidem dubitatio etiam Cebetem permovit, ut dimidium tantum disputationis absolutum esse diceret, dimidium contenderet deesse. Ad eos igitur Socrates, quod nunc desideratis, o boni, inquit, id iamiam habetis, si quidem superiora illa, quae concessistis, cum his dictis coniungenda sunt. Nam si verum est, quod

1) P. 70 C — 72 D.
2) P. 72 D — 77 A.

ostendimus, hanc per totam rerum naturam valere legem, ut nihil intereat, et si recte affirmavimus animum rerum per se absolutarum notitias non corporis ope sibi acquisivisse, sed accepisse aliunde, dubitari certe non poterit animum omnino esse immortalem[1]).

Sed quoniam metus ille, ne animus ex corpore egrediens tamquam vento dissipetur, facile animos vestros denuo occupaverit, age, eum iam ita tollamus, ut animorum immortalitatem etiam pluribus argumentis probare studeamus. Et primum quidem videamus, quid sit illud dissipari, quod vos dicitis metuere ne animo accidat. Est autem illud nil aliud nisi dissolvi in partes suas, ita ut hae a se invicem discedant et illud, quod partibus istis continebatur, pereat et intereat. Itaque dissipari nil poterit, nisi quod ex partibus sit compositum. Quocirca videamus, num cadere dissolutio possit in animi naturam. Discerni autem omnino possunt duo rerum genera, alterum compositum, simplex alterum. Illud continua fertur agitatione neque unquam manet in statu eodem atque corporis sensibus subiectum est. Alterum, quod nullis partibus constat ideoque a quavis mutatione liberum est et immune, non potest corpore unquam contrectari, sed sola mente comprehenditur. Quemadmodum vero dubium non est, corpus quin habendum sit in numero rerum compositarum, ita animum ad naturas simplices referendum esse evidentibus doceri potest argumentis. Hic enim primum quidem non est adspectabilis, porro in veritate investiganda et contemplanda cum sensuum ope utitur, adeo non pervenit ad eius cognitionem, ut maxime perturbetur et quasi vertigine corripiatur; ubi autem se a corpore quasi segregatus in se ipsum collegit, tum vero attingit sempiternas illas rerum species et formas, quae solae habent veritatis cognitionem. Praeterea animum habemus imperantem, corporis servitio utimur, ut hinc quoque intellegi possit illum rerum simplicium neque mutationi subiectarum generi esse similem atque cognatum. Iam si verum est, quod diximus, sequitur, ut animus nunquam dissolvatur et intereat, sed etiam ex corpore egressus duret et salvus permaneat[2]).

Abibit autem, si quidem se castum purumque a corporis contagione servaverit, in coelestes purasque regiones, quo et ego mox perveniam, ibique errore, ignorantia, cupiditatibus, vitiis liberatus beatum et immortale deget aevum. Sin autem, dum hanc vitam ageret, non studuit se a corporis societate liberare eique ita indulsit, ut eius contagione pollueretur et labem contraheret, ex superioribus regionibus per corpoream

1) P. 77 A — D.
2) P. 77 D — 80 E.

vim humi depressus in tenebris ac squalore volutatur adeoque denuo alligatur animantium corporibus. Nec vero si quis civilem tantum virtutem usu et consuetudine partam coluerit, illuc continuo perveniet. Nimirum soli philosophi ad genus deorum pervenient. Atque haec cum ita sint, philosophi hoc est officium, ut spretis corporis voluptatibus animum dirigat et convertat ad purae sinceraeque bonitatis, pulcritudinis et veritatis contemplationem; nam ita demum ei continget, ut ad deum immortalem perveniat sempiternaque fruatur felicitate et beatitate [1]).

Haec vero cum Socrates dixisset, aliquamdiu silentium fuit videbaturque ipse secum reputare et meditari ea, quae modo disseruisset. Tandem Cebes et Simmias summissa voce inter se colloqui coeperunt. Quod animadvertens Socrates, quid vobis, inquit, de mea videtur disputatione? numquid in ea ad animi persuasionem desideratis? Agite igitur, si quid habetis dubitationis, nolite illud celare, quo possimus communiter persequi institutam disputationis viam, si quidem vobis placuerit. Tum Simmias, dicam, inquit, quod res est. Etenim iam dudum uterque nostrum alterum hortatur et instigat, ut te interroget; veremur autem, ne tibi molesti simus propter imminentem calamitatem. Ille vero his auditis leniter subridens, papae, inquit, o Simmia, aegre profecto aliis possim persuadere me mortem non in malis ducere, cum vos adeo vereamini, ne mihi nunc de his rebus disserere molestum sit. Itaque eos amice cohortatus est, ut si quae ipsis dubia viderentur, ea ne dubitarent exponere [2]).

His dictis permotus Simmias, fatebor equidem, inquit, quae adhuc disputasti, ea mihi nondum omnem scrupulum ex animo exemisse. Neque enim absurdum videtur, quod permulti homines arbitrantur, animum nil esse nisi harmoniam quandam ex iusto singularum corporis partium temperamento oriundam. Quemadmodum igitur concentus fidium dissolutis lyrae partibus interit, ita vide ne fracto dissolutoque corpore etiam omnis animi vis et natura dispereat. Tum Socrates vultu ad risum composito et, ut solebat, intenta oculorum acie circumspiciens, non male, inquit, Simmias meam orationem videtur impugnasse. Sed huic priusquam respondeamus, etiam Cebetis audienda sententia est. Et Cebes quidem se in iisdem fere haerere dixit, de quibus Simmias dubitaret. Quae tu, inquit, modo disputasti, iis licet efficiatur, ut animus diuturnitate corpus superet, tamen nondum est demonstratum eundem ab interitu omnino esse liberum. Fieri enim potest, ut animus, cum in multa deinceps corpora migret iisque superstes sit, tamen et ipse temporis

---

1) P. 80 E — 84 B.
2) P. 84 B — 85 D.

diuturnitate tandem fatiscat et conteratur. Quis igitur nobis praestet hoc, in quo nunc degimus, corpus non esse ultimum?[1])

His vero auditis omnes, qui aderamus, vehementer sumus perturbati. Nam cum antea Socratis disputatio nobis plane satisfecisset mirificeque placuisset, tum nunc Simmiae et Cebetis dubitatio eam habuit vim, ut consilii prorsus inopes haereremus. Socrates vero tantum abfuit, ut de causa sua videretur esse sollicitus, ut nunquam magis admiratus sim viri tranquillitatem atque constantiam. Nam non solum benevole amanterque excepit illas Cebetis et Simmiae dubitationes, sed etiam nos cum animadvertisset vehementi dolore perculsos esse, ad pristinam immortalitatis spem et fiduciam erexit. Monuit autem ante omnia, ut nobis caveremus, ne, si quando in veri investigatione deciperemur, animo abiecto rationis et philosophiae osores evaderemus. Quemadmodum enim hominum osores, inquit, fieri solent ii, qui, cum de quolibet optima quaeque sperassent, a pluribus dein decepti sunt et in fraudem inducti, ita etiam qui sententias eas, quas maxime probaverant, postmodo falsas esse cognoverunt, saepenumero in eam inducuntur opinionem, ut de veritate exquirenda et invenienda omnino desperandum existiment adeoque rationis et sapientiae osores (μισόλογοι) exsistant. Itaque nos quoque, o boni, nobis caveamus ab isto errore neve nos unquam patiamur a philosophiae studio deterreri[2]).

Sed redeamus ad sermonem superiorem. Putabat igitur Simmias animum contineri harmonia, quae singulis corporis partibus bene temperatis efficeretur. Quam rationem mihi videor vel una interrogatiuncula posse confutare. Quid enim? nonne in superiore disputatione concessum est animum viguisse, antequam in corpus veniret? Hoc igitur si vere diximus, eum plurimum ab harmonia differre nemo est quin videat. Quippe harmonia oritur tum demum, cum lyrae partes compositae et coagmentatae sunt, animum autem affirmamus corpore prius fuisse[3]). Praeterea etiam, ubi harmoniae vim naturamque accuratius consideraverimus et cum animo contenderimus, magna inter utrumque discrepantia obtinere videbitur. Nam harmonia varios gradus et temperationes habet, animus autem vi sua constans est et immutabilis. Animus porro virtutibus et vitiis, quae quasi concentu quodam et discrepantia continentur, insignis est, cum harmonia non possit alias harmonias et discrepantias sonorum in se simul continere. Praeterea animus cum propter naturae suae constantiam plus minusve temperari non possit,

1) P. 85 D — 88 B.
2) P. 88 C — 91 C.
3) P. 91 C — 92 E.

consequens foret, ut, si ille esset harmonia, ipsa harmonia nullam sonorum varietatem caperet ac semper sonaret aequaliter. Hoc vero si ita statuatur, qui animum harmoniam esse dicunt, ii affirmare cogentur id, quod nemo sibi facile persuadeat, animos humanos turpitudinis et pravitatis omnino esse expertes omniumque animantium animos eiusdem virtutis esse participes. Denique animum novimus corpori imperare neque raro eius perturbationibus et cupiditatibus adversari. Quod quidem, si ille ipsius corporis esset quaedam intentio et remissio, fieri nullo modo posset. Sed de harmonia Simmiae satis dictum; consideremus nunc etiam Cebetis rationem[1]).

Putas autem, o Cebes, nisi fallor, animus etiamsi in multis antea fuerit corporibus, tamen nihil impedire, quominus temporis diuturnitate paullatim consumatur et aliquando intereat. Ac profecto magnam atque gravem dubitationem in medium attulisti. Quippe explicandus est locus ille de rerum natura, generatione et corruptione. In quem cum et ipse admodum iuvenis essem delatus, narrabo vobis quid mihi tum acciderit. Cum enim doctrinam physicam putarem esse longe praestantissimam, quippe quae doceret, quibus causis res omnes vel orirentur vel interirent, plurimum studii in ea collocare coepi. Sed quamvis omnium philosophorum opiniones investigarem et perquirerem, tamen de ortu et interitu rerum nihil novi me ab iis discere mox intellexi. Postea incidi forte in librum Anaxagorae. Qui cum omnia a mente divina ordinari et administrari doceret, dicere non possum, quanta spes veri inveniendi animum meum occupaverit. Sed mirum dictu est, quantopere etiam illa me fefellerit exspectatio. Etenim ille quoque, ut singularum rerum aperiret causas et rationes, aerem, aquam, alia huius generis, tamquam machinas quasdam adhibebat, mentem divinam praetermittebat. Haec cum mihi accidissent, physicis relictis, aliam viam ingrediendam esse statui. Itaque mihi plane persuasi esse aliquid, quod per se esset magnum, pulcrum, bonum et cuius vi efficeretur, ut quae magna, pulcra, bona vocare solemus, hanc ipsam virtutem adipiscerentur. Putavi igitur res pulcras non colore, sed pulcritudine pulcras fieri similiterque magnas magnitudine, parvas parvitate, honestas honestate. Quae cum firmiter tenerem, coepi etiam intellegere nihil esse in rerum natura constans et immutabile praeter illud, quod per se esset verum, bonum, pulcrum, hoc est praeter ideas rerum sola mente comprehendendas et quasi intuendas. Haec igitur sunt, quae in harum rerum quaestione etiam nunc tenenda esse mihi videntur[2]).

---

1) P. 92 E — 95 B.
2) P. 95 B — 100 A.

Iam vero haec omnia cum Socrati essent concessa, denique ad aliam rationem explicandam aggressus est, qua animi immortalitatem probaret. Docuit enim animum ideo esse sempiternum omnisque interitus expertem, quia *τὸ εἶδος* ipsius, hoc est ipsa eius vis et natura in se spectata ideam vitae in se inclusam comprehenderet[1]. Conclusit autem argumentationem fere hunc in modum. Ideae, inquit, contrariae, h. e. mutuam contrarietatem habentes (notiones directe inter se oppositae), sive per se seorsum constent (*ἐν φύσει*) sive in nobis (*ἐν ἡμῖν*) insint et cum rebus adspectabilibus tamquam concretae videantur, sese semper mutuo inter ipsas excludunt ideoque contrarium nunquam sibi solet contrarium aut esse aut fieri. Quamobrem non solum ipsa magnitudo nunquam vult parva fieri, verum etiam haec, quae in nobis est, magnitudo nunquam suscipit parvitatem aut sese ab ea vinci ac superari patitur; imo de duobus alterutrum accidat necesse est, ut aut fugiat et decedat adventante contrario sive parvitate, aut, cum hoc ipsum invaserit, protenus pereat parvitate suscepta, licet ipsa aliud esse nolit quam quod antea fuerat[2]. Sed cum haec sit idearum inter se oppositarum et contrariarum ratio, ut alterae alterarum vim naturamque non ferant aut suscipiant; tum eandem plane legem etiam illa sequuntur, quae licet non sint inter se contraria (directe opposita), tamen adiunctum sibi habeant atque rebus afferant quod alii alicui contrarium sit (i. e. generi alicui subiecta sint, cuius notio habet mutuam contrarietatem). Nam nec haec recipiunt speciem illam, quae ei formae (ideae), quam in se conclusam tenent atque rebus impertiunt, contraria sit, sed hac adveniente aut pereunt protenus aut abeunt ac recedunt. Veluti ternio in se continet et rebus affert imparilitatem paritati natura sua contrariam ideoque nec ipse fert aut in se suscipit paritatem, et quae sunt alia id genus[3]. Atque hinc quid de animi immortalitate existimandum sit, facile iam existimari licet. Habet enim animus hoc, ut ad quodcunque accedat, semper ad illud vitam afferat adeoque vitae ideam participet et in se natura sua inclusam teneat (quod dialectici in meris mentis notionibus rimandis occupati sic enuntiant, ut animum dicant sub vitam vel vim vitalem tamquam genus altius esse subiectum). Iam vero vitae mors est contraria; animus vero, quemadmodum ex superioribus apparet, nunquam contrarium eius, quod ipse habet et rebus adducit, aut subibit aut suscipiet, hoc est mortem utpote vitae contrariam. Quod vero mortem non fert aut suscipit, id mortis expers est. Quidquid

1) P. 100 B — 102 A.
2) P. 102 A — 103 A.
3) P. 103 C — 105 B.

autem mortis expers est, id est ἀθάνατον vel immortale[1]. Immortale autem, si quidquam aliud, natura sua omnino est ἀνώλεθρον, interitus expers, ut fieri nullo modo possit, ut aliquando morte absumatur. Nam nihil certe fuerit usquam, quod nullam ferat dissolutionem, si immortale ac sempiternum dissolutionem admittat. Deus quidem certe atque idea vitae, quam animus in se comprehensam tenet, nunquam interibit, sicuti inter homines et magis etiam inter deos immortales constat. Si igitur quidquid est immortale, idem dissolutionis expers et interitu liberum habetur, certe etiam animus, quem apparuit esse immortalem, omnis interitus expers et immunis iudicandus erit. Itaque morte appropinquante mortalis quidem hominis pars interibit, immortalis pars incolumis semper et interitu liber atque immunis permanebit[2].

Haec igitur Socrates de argumento immortalitatis ex idearum rationibus repetito. Finita vero gravissima hac oratione Cebes, mihi vero, inquit, plane persuasisti animum esse interitus expertem atque revera futurum esse apud inferos. Sed si vos, o boni, habetis quod contra Socratis disputationem moneatis, nolite illud reticere. Neque enim tempus magis opportunum, quo de his rebus vel dicere vel audire aliquid cupiatis, unquam redierit. Tum vero Simmias, ego vero, inquit, non habeo quod iis, quae disputata sunt, iam possim opponere. Verumtamen nescio quid mihi in animo residet scrupuli et dubitationis, sive quod rei, quae agitur, magnitudo me perturbat, sive quod humanarum virium imbecillitas videtur prohibere, quominus ad certam harum rerum cognitionem perveniamus. Recte tu quidem, inquit Socrates. Nam et de hoc dubitandum est, et de sumtionibus et principiis, unde mea disputatio profecta est, diligentius quaerendum. Quod ubi feceritis, pervenietis, opinor, ad tantam spem immortalitatis, quanta maxima homini contingere possit[3].

Animus igitur cum immortalis sit, operae pretium est, o amici, ut quisque in hac vita studeat eum aptum reddere immortalitati. Nam post mortem sua quemque manet sors, laeta illa aut tristis futura, prout quis animi curam in hac vita gesserit. Ferunt enim a daemone quemque suo in eum deduci locum, ubi de mortuis habeatur iudicium indeque audita iudicum sententia perduci eo, ubi ipsi vel male vel bene futurum sit. Quo ex loco quemque tandem alio duce certis quibusdam temporum periodis exactis rursus ad superos reverti. Vias autem ad Orcum ducentes varias esse ac multiplices; varios etiam animorum mo-

---

1) P. 105 B — E.
2) P. 106 A — E.
3) P. 107 A — B.

tus, quibus affecti fatale iter ingrediantur. Atque his quidem dictis Socrates addit descriptionem terrae. Discernuntur enim tres terrae regiones, ex quibus mediam eamque vere mediocrem homines incolunt, superiorem omnibus beatitatis copiis largissime refertam animi piorum tenent, inferiorem perquam illam tristem et horridam impiorum manes lustrationum ac poenarum causa inhabitare coguntur. Denique suscipitur disputatio de varia fortuna, quam animi pro suis quique studiis ac virtutibus post mortem subituri sint. Nam qui mediocriter vixerunt, ii postquam ad paludem Acherusiam sese expiaverunt, tandem liberati mercedem recte factorum pro suis quisque meritis accipiunt. Sed ii, qui vixerunt scelerate et flagitiose, si prorsus videntur insanabiles esse, in Tartarum coniecti aeternis cruciantur suppliciis, quorum nullus unquam finis est, sin autem sanari queunt, coguntur quidem ipsi quoque abire in Tartarum, sed anno exacto vel in Cocytum vel in Pyriphlegethontem eiiciuntur veniuntque inde tandem item ad paludem Acherusiam, ubi denique de fortuna ipsorum decernitur. Contra qui insigniter pie sancteque vixerunt, ab istis in terra locis liberantur ac sursum in purum domicilium perveniunt. Inter eos vero singulari fruuntur felicitate ii, qui sese philosophia satis purgaverunt [1]).

Qua narratione absoluta hoc fere modo perrexit dicere. Haec igitur cum ita sint, o amici, hoc maxime agere omnes decet, ut virtutis ac sapientiae in hac vita participes evadamus. Propositum est enim magnum certaminis praemium magnaque spes. Quamquam autem mortuorum condicionem eam fore, quam descripsi, haud certo affirmaverim, tamen hoc maxima asseveratione contendo futuram ipsam esse illi similem, et ita quemque fore beatissimum, ut se maxime a vitiorum labe purum castumque servaverit. Et vos quidem suo quisque tempore illuc discedetis; mihi vero nunc abeundum est. Quocirca me iam ad lavacrum convertam, ne mortuus aliis negotia facessam [2]).

Tum Crito, nobis vero, inquit, o Socrate, quid mandas, et quomodo vis ut te sepeliamus? Quomodocunque, respondit, vobis libuerit, si modo me capere potueritis. Simul autem placido hilarique vultu nos intuens, videor, inquit, Critoni non posse persuadere me non esse eundem, quem brevi mortuum videbitis. Nam animus meus ubi discesserit ex hoc corpore, non amplius Socratem habebitis, sed eius corpus emortuum. Igitur bono animo sis, mi Crito, neve doleas, cum videris corpus meum cremari vel humari; neque enim Socrates ipse peribit. Corpus autem meum sepelies ita, ut tibi placuerit. His

1) P. 107 B — 114 C.
2) P. 114 D — 115 A.

dictis abiit, ut lavacro uteretur. Nos autem interea modo de iis, quae disseruisset, inter nos colloquebamur, modo calamitatem nostram deplorabamus, haud secus ac si patre orbaremur. Peracto lavacro filii cum mulieribus domesticis ad eum adducuntur. Quibus cum ultima mandata dedisset, ad nos revertit. Tum minister undecimvirorum ingreditur, qui ad eum accedens, invitus, inquit, meo nunc fungor munere, quamquam te eum esse cognovi, qui mihi non maledicturus sis, quod saepe facere solent ii, quibus mortem annuntio. Nam ex quo in carcere versatus es, semper te cognovi esse virum bonum et humanum. Quare vale et forti animo perfer instantem necessitatem. Et tu quoque vale, respondit Socrates, praedicans hominis humanitatem et misericordiam. Deinde autem poculum sibi afferri iussit. Tum Crito: Nondum sol occidit, o Socrate; en lucem in montium verticibus adhuc radiantem! Non est quod tantopere festines et tuum a nobis discessum acceleres. At vero Socrates, equidem, inquit, longiore mora nihil lucraturus essem nisi hoc, ut mihi ipsi viderer inconstans esse adeoque ridiculus. Itaque mihi morem geras, quaeso, neque aliter facias. Quocirca Crito arcessi iussit carceris ministrum, qui poculum afferret. Quem quidem hominem intuens Socrates, age, inquit, o bone, quid facere me iam oportet? tu enim nosti. Cum hauseris, inquit ille, obambulabis, dum genua gravari sentias, tum vero in lecto recumbes. His dictis ei poculum porrexit. Quod quidem Socrates ita accepit, nihil ut timeret aut vultum mutaret. Quid vero? inquit, licetne diis immortalibus de hoc poculo offerre libationem? Noli hoc facere, minister respondit; neque enim plus cicutae paramus, quam quantum satis esse videtur. Tum ille, at preces tamen, respondit, diis immortalibus facere ad hoc poculum licet, ut haec migratio mihi bene feliciterque eveniat. Itaque hoc a diis immortalibus precor ut mihi contingat. His dictis poculum hilari et tranquillo animo exhausit. Nos vero eum videntes bibentem, cum adhuc vix cohibuissemus lacrimas, tum vero non amplius potuimus nobis a lacrimis temperare. Fuerunt etiam qui magna voce eiularent et pectora tunderent prae maerore. Socrates autem, quid agitis, inquit, o boni? nam hanc ipsam ob causam antea mulieres amandavi; audivi enim bonis ominibus moriendum esse. Atque nos his auditis erubuimus et lacrimas repressimus. Ille vero cum paullisper obambulasset, crura sibi gravari sentiens, supinus in lectulo recubuit. Morti autem proximus, o Crito, inquit, Aesculapio debemus gallum; hunc igitur deo reddite. Quod cum Crito se facturum esse polliceretur eumque rogaret, num quid aliud vellet, ille leniter placideque animam exspiravit. Hic fuit vitae exitus, o Echecrates, quem habuit amicus noster, quo meliorem,

prudentiorem atque iustiorem virum nec nos cognovimus nec unquam visuri sunt posteri[1]).

CAPUT III.

DISPUTATUR DE SUMMA OPERIS SENTENTIA EIUSQUE ULTIMIS CONSILIIS.

Fuit communis fere hominum doctorum de Phaedone sententia semper haec, ut in eo immortalitatem animorum argumentis ex ipsa animi natura repetitis confirmari et ad interiorem animi persuasionem explicari existimarent. Quae sententia non destituitur antiquitatis testimoniis, quandoquidem qui olim hunc dialogum aut secundariis ornarunt inscriptionibus aut ab argumenti summa laudaverunt, ii ipsum vel *περὶ ψυχῆς* vel *περὶ ψυχῆς καὶ ἀθανασίας* vel etiam *περὶ τῆς ψυχῆς ἀθανασίας* agere iudicaverunt, id quod docte demonstravit Io. Frid. Fischerus[2]). Nam quod nonnulli eum simpliciter *περὶ ψυχῆς* inscripserunt, quam inscriptionem secutus est etiam Cicero[3]), fecisse hoc illi existimandi sunt non alia de causa, quam quia argumenta immortalitatis animadvertissent in hoc libro ab ipso animo esse repetita.

Sed nostris temporibus aliquantum ab ea de Phaedonis consilio sententia discedi coeptum est. Id quod primum evenisse constat, ex quo praestantissimus Platonis interpres Germanicus, Fridericus Schleiermacherus[4]), cum omnino de Platonicorum librorum indole, argumento, nexu et coniunctione, tum imprimis etiam de Phaedone subtilius disquisivit. Etenim hic quidem persuasit sibi Platonem in Phaedone exhibuisse tandem philosophi speciem illam dudum in Sophista et Politico promissam, quamquam imago sapientis in hoc opere expressa multum ab illa diversa exstiterit, quae olim ei illos dialogos commentanti ob oculos versata fuerit[5]). Itaque Platoni in Phaedone id propositum fuisse, ut descripta Socratis morientis specie et imagine intellegeretur vitam philosophorum, utpote totam rerum divinarum (idearum) scientiae et cognitioni consecratam, revera nihil esse aliud, nisi perpetuam quandam

---

1) Pag. 115 B — 118.

2) Plat. Euthyphro, Apol. Socr., Crito, Phaedo Graece. ed. III. Lips. 1783. p. 229 sq.

3) Tusc. I, 11, 24: *evolve diligenter Platonis eum librum, qui est de animo.*

4) Platons Werke. Vol. II. Tom. III. p. 3 sq.

5) [Cf. Stallbaumii Prolegom. ad Soph. p. 46—55, ad Symp. p. LX—LXI.]

mortis commentationem adeoque ipsam philosophiam uno maxime studio atque desiderio animi ex corporis vinculis liberandi contineri, quo ipso demum fieret, ut animus integra et plena veritatis intellegendae facultate potiretur. Cui quidem operis summae reliqua omnia ita censet attemperata esse Schleiermacherus, ut ne disputatio quidem de animorum aeternitate instituta aliorsum trahenda videatur, quandoquidem sine immortalitate nec facultas aeternae veritatis intellegendae ullo pacto cogitari queat.

Hoc Schleiermacheri iudicium, quo philosophum mortem usque commentantem Phaedonis primarium argumentum esse voluit, non omni ex parte convenit cum iis, quae de ea re in Phaedone sunt exposita. Plato enim Socratem induxit non alium, quam qui et ipse sibi de animorum immortalitate persuasum habeat et aliis virtutis et sapientiae causa persuasum esse cupiat. Sed Schleiermacheri si valeat ratio, propemodum omnia, quae ad fidem immortalitatis probandam pertinent, omnino omittenda fuerint, utpote supervacanea neque ad rem primariam necessaria. Enimvero prudenti catoque libri auctori isto pacto satius videri debuit illis omissis in iis acquiescere, quae ad id ipsum, quod fuit propositum, illustrandum valerent, hoc est describere talis sapientis habitum, sensum et affectum. Nunc vero alia omnia legimus, quae certe ne ita quidem possunt apte exposita dici, ut scriptorem dicamus longioribus usum esse digressionibus, quae sunt utique perquam importunae. Iam vero ad haec accedit etiam aliud quid, quod simili dubitationi ansam praebet. Etenim si sapiens mortem meditans depingitur, quorsum tandem pertinere censebimus monita illa et praecepta de colendae virtutis necessitate a Socrate identidem sermonibus suis intexta? Quis, quaeso, sibi persuadebit Platonem sententiam suam eo modo fuisse declaraturum, qui iusto argumentationis ordine et progressu prope totus esset destitutus? Nam vide mihi, num qua haec inter ipsa bene conveniant: „Sapientis munus et officium est mortem meditari ac divinae veritatis cognitioni studere. Ac suppetit sane ei talis cognitionis adipiscendae facultas, cum animi sint immortales. Ergo virtuti et sapientiae in hac vita operam dare debemus; nam post mortem sua quemque manet sors, laeta illa aut tristis futura, prouti quisque vitam hanc terrestrem transegerit.“ Nimirum haec quidem quonam vinculo denique inter se contineantur vix quisquam indicaverit. Quam ob rem ista de virtute colenda praecepta non ad mortis meditationem pertinere possunt, sed ad spem et confisionem declarandam, qua vitae olim post mortem futurae beatitas exspectanda sit. Denique vero nec fabulosa descriptio status animorum post mortem futuri ullo modo convenit cum Schleiermacheri de ultimo Phaedonis consilio sententia. Nam quorsum

tandem isto pacto opus fuerit fingere fabulam, qua vel mortuorum iudicium describitur vel bonis aliquando bene, malis male futurum esse docetur?

Schleiermacherus hanc sententiam, qua in Phaedone philosophi speciem mortem perpetuo commentantis et mortalitatis vinculis exsolvi gestientis depingi arbitratus est, etiam certius communire conatus est addita acuta alius cuiusdam rei ab aliis neglectae admonitione. Quippe imaginem illam philosophi, de qua modo diximus, animadvertit vix dimidiam in Phaedone expressam esse, ut alteram eius partem in alio quopiam opere Platonis quaerendam esse consentaneum sit. Id quod hac argumentatione evincere conatus est. Duplicem enim ait intellegi posse viam et rationem, qua philosophus in obeundo officio suo versari soleat, si quidem aut illud agat, ut immortalia ac divina in ideis perspicua ad vitam humanam traducantur, aut omne studium eo conferat, ut quae sunt divina atque coelestia, ea a mortalis vitae communione et concretione liberentur. Iam vero Phaedonem intuentibus perspicuum fore arbitratur, in eo quidem philosophum non alium deformari, quam qui animum a mortalitatis communione liberum praestare studeat. Ex quo consequens esse vult, ut Phaedo arctius cohaereat cum Symposio, quippe in quo Socrates ut conviva hilaris ac festivus divini amatoris partes agat, qui vitae mortalium omnem divinae sapientiae vim quam cumulatissime impertire gestiat. Inde vero continuo colligit Phaedoni tam arctam cum Symposio intercedere coniunctionem, ut uterque liber omnino pro uno opere habendus sit, quandoquidem utrobique id agatur, ut plena perfectaque sapientis imagine depicta doceatur, quam magnum celsumque sit veri germanique philosophi munus. Indidem autem intellegi arbitratur, quid denique de supremo Phaedonis consilio existimari oporteat, quandoquidem omnibus apertum esse debeat in hoc opere non tam id spectari, ut spes immortalitatis animorum confirmetur, quam illud potius agi, ut imago philosophi mortem usque meditantis et divinae veritatis cognitionem expetentis depingatur eaque ratione summum omnis philosophiae culmen ac fastigium designetur.

Sed quamquam concedendum est Symposium et Phaedonem argumenti quadam cognatione contineri, propterea quod in utroque sermone studium divinioris rerum scientiae, quo veri philosophi animus incensus sit, depingatur, tamen multum falli videtur Schleiermacherus, qui imaginem philosophi in Phaedone adumbratam quasi dimidium eius picturae exhibere putavit, quae in Symposio sit proposita. Immo utraque pictura per se seorsum spectanda est, cum quaeque eius libri consiliis convenienter sit elaborata, cuius ipsa partem conficit. Nam in Sym-

posio quidem proposito Socratis tamquam divini amatoris exemplo ostenditur unum demum philosophiae studium animos ex rerum humanarum humilitate posse ad rerum divinarum admirationem et cognitionem evehere atque vitam mortalem divinae sapientiae bonis ornare. In Phaedone autem eiusdem Socratis ut philosophi morientis imagine proposita docetur philosophiam ipsam vi et natura sua immortalitatis spem atque fidem excitare et confirmare, quippe quae usque sapientis animum infinito quodam virtutis atque veritatis desiderio repleat, quod non aliter nisi animo in libertatem vindicato prorsus expleri satiarique possit, ut manifestum sit in Socrate hic tamquam vivam immortalitatis imaginem expressam cerni. Itaque facile apparere arbitramur utramque philosophi vel morientis vel amantis speciem habere quidem aliquid commune, sed tamen item adeo inter se discrepare, ut altera ab altera plane separata sit ac seiuncta et quaeque in se absoluta et perfecta esse putanda sit. Haec autem cum ita se habeant, profecto consequens est, ut iudicium de Phaedonis summa atque consilio haudquaquam e Symposii rationibus suspendendum sit.

Haec igitur sunt fere, quae Schleiermacherus de Phaedonis causis et consiliis commentatus est; quae certe nemo non videbit esse eiusmodi, ut a vulgari de summa operis iudicio plurimum discrepent. Haec omnia autem, quae ab eo disputata sunt, recentiorum criticorum non paucorum plausum tulerunt, quandoquidem postea exorti sunt, qui eius sententiam vel simpliciter amplecterentur vel nonnihil mutatam eo modo defenderent, ut eam rationem, quae vulgo esset probata, et ipsi deserendam arbitrarentur.

Et Ferd. Christ. Baurus[1]) quidem Schleiermacheri sententiam omnino ita comprobavit, ut eam vel ideo iudicavit assensione esse dignissimam, quia argumenta in Phaedone pro animorum immortalitate allata, ubi subtilius examinentur, perquam infirma et imbecilla esse videantur, ut illorum expositio merito pro secundaria operis parte habenda sit et Platonem credibile sit in hoc opere componendo aliud quid egisse, quam ut immortalitatis spem adiuvaret. Sed unde tandem apparere dicemus ipsum Platonem de sua disputatione pro animorum sempiternitate suscepta tam humiliter et prope abiecte sensisse? Nimirum id certe sumpsit potius Baurus, quam demonstravit, quoniam ipse scilicet recentioris philosophiae placitis meliora edoctus, quid de dialecticis eiusmodi argumentationibus existimandum sit, clarius perspectum habere sibi visus est. At enim vero graviter ac severe Platonem egisse atque disputationibus istis

1) In libro praestantissimo: das Christliche des Platonismus, pag. 144 sq.

tribuisse plurimum vel ex eo intellegitur, quod iis non modo in Phaedone amplissimum spatium concessit — pertinent enim inde a pag. 70 A usque ad pag. 107 A —, sed easdem etiam in aliis libris gravissimis simili modo instituit, ut in Phaedro, in Republica, in Legibus. Nec vero illae ullo modo contemnendae sunt, si quidem revera tam sunt acutae tamque subtiles, ut nec posterorum saeculorum sapientia, ubi discesserimus a Christianae religionis doctrina, certius quiddam ac firmius hoc in genere extulisse videatur. Id quod tanto confidentius asseverare licet, quoniam summus philosophus, sicuti postea ostendemus, sapientissimo consilio cum dialecticis argumentis etiam eam rei confirmationem coniunxit, quae a virtutis colendae necessitate atque divinae iustitiae existimatione est repetita. Quamquam ille nullo modo celavit quaestiones istas utique esse arduas ac difficiles explicatu[1]. At enim experiendum certe omni modo censuit esse, quid humana ratio hac in causa posset neque desperandum iudicavit de veri reperiendi facultate[2]. Quod certe non est hominis suae ipsius rationi diffidentis aut eam contemnentis.

Nec vero ab hac Bauri ratione multum deflexit Fr. Iul. Guttmannus[3], qui licet doctrinae de animorum immortalitate in Phaedone explicatae maiorem paullo impertiat dignationem, tamen libri summam denique eo redire arbitratur, ut hoc unum maxime doceatur sapientissimo cuique firmissime de animi immortalitate persuasum esse debere. Quod certe facile apparet cum Schleiermacheri ratione planissime concordare, praeterquam quod a Guttmanno in locum philosophi mortem commentantis substitutus est philosophus, cui de animi immortalitate penitus persuasum sit. Nec vero ille de arctiore Phaedonis et Symposii coniunctione aliter quam Schleiermacherus statuit.

Iam vero Hermannum Schmidtium[4] ubi audimus, Phaedo scriptus est eo consilio, ut sapientem intellegatur mortem non horrere ac reformidare, sed potius forti fidentique animo exspectare propterea, quod ipsi penitus sit persuasum illa subeunda veram immortalemque vitam recuperatum iri. In quo ipse quoque tenuit illa, quae Schleiermacherus de interiore quodam libri cum Symposio nexu disputavit, atque id imprimis egit, ut quonam tamquam unitatis vinculo singulae sermonis partes inter ipsas coniunctae sint, clarius perspiciatur. Quam-

1) Pag. 84 C—E, 85 C, 90 E, 91 A—C, 107 sq.
2) Pag. 90 E sq.
3) Commentatio de Platonis Phaedone. Progr. Gymn. Suidnic. a. 1842.
4) Beiträge zur Erklärung von Plato's Phaedon. Mützell, Zeitschr. für das Gymnasialw. 1852. Fasc. V—VII.

quam multum veremur, ne ille, hoc dum ita fecit, quasi quoddam discidium inter dialogi formam atque materiam introduxerit, quod quomodo cum arte operis et compositione conciliari queat, haud sane intellegimus.

Pergimus nunc ad rationem Caroli Steinharti[1]), cuius sententia huc fere redit. Primum quidem sese ostendit Schleiermachero de Phaedonis et Symposii arctiore coniunctione omnino assentiri. Deinde dubium nemini futurum esse censet dramaticam dialogi partem accuratius consideranti, quin hac ipsa parte operis species quaedam et imago philosophi sit effícta in ipso vitae mortalis termino constituti atque ita animati, ut propter indefessum, cui deditus fuerit, sapientiae studium certissime sibi persuaserit mortem non modo non in malis ducendam esse, verum etiam aditum ad maximam vitae perfectionem ac similitudinem cum deo patefacere, quam sapientissimus quisque ardentissimo animi desiderio expetere soleat. Iam vero etiam ea, quae praeterea de immortalitate animorum disserantur subtilius, pertinere existimat eo, ut certius intellegatur firmam stabilemque de animorum immortalitate persuasionem eamque ad scientiae constantiam provectam omnis philosophiae fundamentum pariter atque culmen et fastigium esse[2]). Quocirca de universi operis summa atque proposito denique ita statuit, ut in eo verus germanusque philosophus informetur, iamiam e vita mortali discessurus et ad ultimum finem atque terminum scientiae et cognitionis aeternae veritatis properans[3]). Haec igitur Steinhartus de ultimis Phaedonis rationibus et consiliis. Quae quantam habeant cum iis cognationem, quae a Schleiermachero aliisque criticis ab illius sententia profectis disputata sunt, vix demonstrare attinet, quippe cum philosophi in ipso mortis articulo constituti imaginem pro parte libri primaria haberi omnibus sponte apparíturum sit. Sed quod partem dialogi dialecticam arbitratur eam vim habere, ut persuasio de animi aeternitate ad

---

1) Einleitung zum Phaedon in Platon's sämmtl. Werke. Uebers. v. Hieron. Müller. IV. p. 386 sq.

2) L. l. pag. 390: „*Als Grundgedanken und als Ziel der philosophischen Erörterungen glauben wir aufstellen zu müssen, dass die zur Erkenntniss erhobene Ueberzeugung von dem ewigen Leben der Seele, der Trägerin der Idee des Lebens und der unaufhörlich wirksamen Vermittlerin zwischen der Welt der Ideen und Erscheinungen, aller Philosophie Grundbedingung und höchstes Ergebniss sei.*“

3) L. l. pag. 426: „*Der Dialog ist bestimmt den wahren Philosophen darzustellen, wie er bei seinem Abschiede vom Leben am höchsten Ziele seiner Erkenntniss steht.*“ Pag. 409: „*Die doppelte Aufgabe unseres Dialoges, die Philosophie in ihrer Vollendung darzustellen und die Unsterblichkeit des Geistes als ihre Grundbedingung und ihr höchstes Ergebniss nachzuweisen, löst Socrates nicht minder handelnd und leidend als — redend.*“

scientiae firmitatem explicata omnis philosophiae sit principium, eius rei non attulit iustas causas. Quatenus enim immortalitatis spe et fiducia omnis ipsius philosophiae perfectio absolvatur, id minime ostendit neque Socratis philosophi mortem commentantis imagine ullo modo declaravit.

Sed veniamus tandem ad eam sententiam, quam nuper Franc. Susemihlius[1]) defendit. Persuasum vero etiam illi est de interiore Phaedonis ac Symposii necessitudine, nec tamen cum aliis, de summa operis qui inde iudicii sui rationes repetierunt, usquequaque consentit, quippe cum Platoni in Phaedone exarando id potius fuisse propositum censeat, ut illustranda animorum immortalitate animi vis atque natura eiusque cum ideis pariter atque cum rebus spectabilibus coniunctio et necessitudo aperiretur et quasi recluderetur[2]). Quod igitur Steinhartus iudicavit uni maxime dialecticae disputationis parti esse propositum, ut animo utpote ideae vitae tenaci et participi atque idearum rerumque sensibus subiectarum interpreti et conciliatori vitae sempiternitas vindicetur, id ille omnino ita accepit, ut non modo omnem disputationem in animi vi ac natura illustranda versari iudicaverit, quippe cum inde tota dialectica, ethica et physica suspensa sit, verum etiam in ea re principale libri argumentum et consilium cerni statuerit, cui imago philosophi in mortis commentatione defixi tamquam subiecta et accomodata sit. Sed est illud profecto eiusmodi, ut Phaedoni attribuatur, quod multo latius pateat, quam quod conveniat argumento, in quo disputatio libri revera versatur. Nam vim et naturam animi in hoc libro manifestum est non totam atque integram exquiri, sed eatenus tantum illustrari, quatenus id instituta de immortalitate disputatio exegerit. De dialectices autem atque ethices et physices cum animi cognitione necessitudine ibi adeo non exponitur, ut iste quidem philosophiae locus vix leviter attingatur.

En igitur habes iam varias criticorum de Phaedonis ultimis consiliis ac rationibus sententias, nostra memoria in medium allatas. Quae quot et quantis obnoxiae sint dubitationibus, ex iis, quae a nobis exposita sunt, facile intellegitur. Quominus igitur recentiorum criticorum iudiciis protenus accedamus, maxime haec officiunt. Primum enim illi non pauca ad argumentum et consilium Phaedonis retulerunt, quae in hoc opere aut plane non tractantur aut leviter tantum attinguntur, ut potius

---

1) Prodromus platonischer Forschungen, pag. 3 sq. Die genetische Entwickelung der platonischen Philosophie. Vol. I. pag. 464 sq.

2) Genet. Entwickel. I. p. 466: „*Die wahre Aufgabe des Gesprächs ist also die, die Unsterblichkeit oder die Ontologie der Seele als den Knotenpunkt zwischen der Dialektik auf der einen und der Ethik und Physik auf der andern Seite darzustellen.*“

aliunde arcessita et philosopho invito obtrusa, quam ex eius libro hausta et repetita videantur. Satis erit hic memorare sententias Susemihlii, vim et naturam animi inferiorem in Phaedone recludi arbitrantis, vel Steinharti, persuasionem de animorum immortalitate philosophiae principium esse demonstrantis, vel ipsius Schleiermacheri, philosophi mortem commentantis imaginem primarium argumentum esse putantis. Deinde recentiorum criticorum de Phaedonis proposito iudicia ubi amplexi fuerimus, fieri non poterit, quin universi operis ars atque compositio adeo laborare existimanda sit, ut quomodo singulae illius partes inter se nexae et ad unum finem coniunctae sint haudquaquam intellegatur neque totius operis simplicitas et convenientia ullo modo perspiciatur. Illorum enim si rationes valeant, propemodum omnia, quae ad fidem immortalitatis probandam pertinent, omnino omittenda fuerint. Denique praecepta de colendae virtutis necessitate quorsum pertineant, nemo intellegit itemque iudicii mortuorum et rerum supernarum pariter atque infernarum pictura adeo ampla et magnifica. Referunt autem haec talia placita interpretum nescio quomodo recentiorem quandam disciplinae rationem, qua ita fieri assolet, ut migratis severioris interpretationis legibus licentius etiam ea veteribus scriptoribus attribuantur, quae ex noviciae sapientiae ratione ab iis dici vel potuisse vel debuisse videantur.

Cum igitur eae, quae nuper de Phaedonis consilio propositae sunt, sententiae idoneis rationibus destituantur, anquirenda est sane alia ratio, qua quaestio perquam difficilis expediatur. Fatemur vero aperte nobis quidem unice rectam atque veram videri eorum sententiam, qui id potissimum in hoc opere agi censuerunt, ut animorum immortalitas argumentis ex philosophiae ratione ac disciplina depromtis confirmetur[1]. At spectaverunt superiores illi interpretes nihil fere aliud nisi argumenta dialectice explicata et ex animorum statu et natura repetita, quae pro animorum aeternitate in medium afferuntur, reliqua autem ad merum dialogi ornatum retulerunt. In quo sane errarunt non mediocriter, quandoquidem etiam reliqua omnia ad immortalitatis disputationem prudentissime attemperata esse pro certo habendum est.

---

1) [In eorum numero, qui Phaedonem esse de animorum immortalitate statuerunt, habendus est I. Dautwiz, Entwicklung des inneren Zusammenhanges in Plato's Phaedo. Progr. Ratzeburg. a. 1841. Addit autem argumentis, quibus immortalitatem animorum in Phaedone tractari iam ab aliis demonstratum est, hoc novum, quod Platonem dicit ipsum ea de re disputationem institui pag. 70 B plane indicavisse, id quod tanto maioris sit momenti, quod nisi in Phaedone et Sophista in aliis dialogis quid sibi fuerit propositum non significaverit.]

Videmur quid rei sit duobus verbis posse significare. Agitur enim nostro iudicio causa immortalitatis in Phaedone non modo dialectice, sicuti vulgo existimatum est, verum etiam ethice. Quippe dialectice illa defenditur eo, quod argumenta ex animi natura petita pro illa afferuntur. Ethice autem illa tractatur, quatenus vel exemplo et moribus Socratis vel etiam praeceptis virtutis et sapientiae ab eo hic et illic propositis docetur virtutis atque veritatis quaerendae atque adipiscendae disciplinam haudquaquam posse consistere, nisi animos immortales esse nobis persuadeamus. Et de dialecticis quidem disputationibus ad immortalitatem probandam accomodatis postea dicetur explanatius. Itaque hoc loco id unum agendum videtur, ut quatenus reliqua eodem faciant, breviter ostendatur.

Facit autem huc ante omnia Socratis morientis descriptio, in quo tamquam viva quaedam imago sapientis expressa cernitur, qui non modo mente et intellegentia, sed etiam animo atque pectore spem immortalitatis adeo firmiter conceperit, ut ipsius exemplo facile cognoscatur, quantum divinioris vitae spes et fiducia non modo ad bene vivendum, sed etiam ad bene moriendum valeat. Huc enim pertinet, quod Socrates is informatur, qui recte factorum conscientia sustentatus atque sapientiae disciplina ad spem futurae post mortem beatitatis erectus moriendi necessitatem iamiam imminentem non modo non horret, sed etiam laeto ac tranquillo animo exspectat, ut adeo lugentes amicos amanter consoletur atque inter omnes unus sit, qui perpetuo tueatur animi constantiam ac fortitudinem. Huc spectat, quod aequa mente uxores ac liberos, dum sermones de immortalitate instituturus est, discedere iubet, ne querelis et lamentationibus eorum sanctissimum hoc tempus tamquam vocibus male ominatis interturbetur, quodque lenis, mitis, benevolus erga omnes est, qui in carcere praesentes adsunt, ne ianitore quidem atque ministro undecimvirorum excepto, qui ei letiferum cicutae poculum porrecturus est. Huc pertinet, quod plenus est pia erga deos reverentia, quorum voluntati per omnia obtemperare promptus et paratus est quosque tam religiose colit, ut vel in extremo vitae termino constitutus gallum Aesculapio olim voto promissum immolari iubeat et in carcerem coniectus poemata pangat, si forte animum isto modo religione possit exsolvere. Huc denique referenda est praeter alia multa etiam admirabilis illa animi serenitas et tranquillitas, qua postremo mortem ita oppetit, ut sese cum diis fore coniunctiorem planissime speret et confidat.

Ex his omnibus vero quis est, quin protenus animadvertat, quantum praesidii spei immortalitatis accedat, quandoquidem isto pacto interiore quasi animo sentimus humanam vivendi

condicionem utique eam esse, ut immortalitatis fiducia vel maxime indigeamus ad bene et vivendum et moriendum? Socrates autem iste moribundus prope omnibus argumentationibus dialecticis plus valet ad suscipiendam immortalitatis fiduciam, quandoquidem nemo est, quin eum intuens sibi persuadeat virum tam pie de futuro sperantem et vitam ante actam honeste sancteque transegisse et futuro tempore fore beatissimum.

Hanc vero tam praeclaram viri imaginem ut effingeret philosophus, Socratem non ad historiae fidem descripsit, sed informavit ut sapientem, qui quanta necessitudine spes immortalitatis cum vita hominum morali, quam dicere licebit, contineretur, intimo pectore senserit. In quo tamen ita versatus est, ut picturae suae id fundamentum subiecerit, quo nullum reperiri potuit certius, hoc est veros Socratis sensus, mores, sermones. Nam ille ut a multis prope pro perfectae et consummatae virtutis exemplo est habitus, ita etiam videtur animorum immortalitatem pia mente auguratus esse[1]). Hinc igitur profectus Plato eum ad verisimilitudinis quidem speciem depinxit, sed ita, ut longius progressus quidquid ad talem eius imaginem absolvendam opus esset, qualem ipse pro suo scribendi consilio requireret, cum ex sua ipsius doctrina et ratione, tum ex Pythagoreorum disciplina assumeret. Nam Pythagorici quiddam etiam in persona et moribus Socratis esse conspicuum non temere videmur statuere.

Sed cum Socratis persona ita sit descripta, ut qui eam intueantur, ii quanti facienda sit spes immortalitatis facile sentiant, tum etiam ethicae disputationes cum dialecticis argumentis consociatae eam vim habent, ut plane ad confirmandam immortalitatis fidem comparatae sint. In quo Plato similiter certe sensit atque multis saeculis post immortalis nominis philosophus, Im. Kantius. Hunc enim constat iudicavisse ipsa ratione postulari (postulatum rationis ipse vocat), ut animus sit immortalis, quoniam ita demum vitae honestati atque virtutis studio suus honos suumque pretium constare posse videatur. Quamquam philosophus Atheniensis huius rei iudicium etiam latius patere voluit, qui illud non tantum ad vitae honestatem, sed etiam ad philosophiae scientiam et cognitionem retulerit.

Exstant autem in Phaedone tres potissimum loci, in quibus id agitur, ut animorum aeternitas etiam a virtutis et veritatis rationibus tamquam probabilis et fide digna commendetur. Etenim primum quidem non longe a sermonis principio[2]) docetur

---

1) Quamquam de ea re disputavit utique dubitantius, sicuti perspicuum fit ex Apol. p. 40 C et e Xen. Cyr. VIII, 7, 6 sq., ubi quae Cyrus moriens loquitur, ea Socratis mentem ac sententiam videntur referre.

2) Pag. 64 A — 69 E.

verum germanumque philosophum per totam vitam in mortis commentatione occupatum esse; versari enim eum perpetuo in veritatis et virtutis studio. Hoc vero studium nunquam iudicatur perfectum et omnibus numeris absolutum exstiturum esse, quamdiu animus in hoc corpore mortali tamquam carcere quodam inclusus teneatur. Cum vero certum exploratumque sit virum sapientem, quo magis ipse animum a corporis sensuumque communione avocaverit, eo propius accedere ad veritatis absolutae cognitionem virtutisque perfectae laudem, consentaneum esse iudicatur sperare animum ipsius post mortem corporis vinculis liberatum veritatis et virtutis aliquando participem factum iri. Toto igitur hoc loco Plato egregie docuit ipsum studium virtutis et veritatis, hoc est veram germanamque philosophiam non posse consistere, nisi credamus animum non cum corpore plane interire, sed immortalem esse, quandoquidem alioquin nulla sit futura virtutis et veritatis cognitionis, quam sapientissimi quique expetant, perfectio et absolutio.

Atque eodem plane facere existimandus est alius locus[1]), quo expositis tribus prioribus immortalitatis animorum argumentis gravi oratione de virtutis et vitae aeternae necessitudine disputatur. Ibi enim quam vim spes immortalitatis ad vitam pure et sancte degendam habere debeat, exponitur, quandoquidem fieri posse negatur, ut qui in hac vita voluptatibus dediti sese corporis vitiis contaminaverint, ii olim in vitae purae ac divinae communionem perveniant. Itaque hic quidem virtutis exercitationem docetur tanto constantiorem, generosiorem, integriorem esse futuram, quo firmius quis sibi de vitae post mortem futurae divina condicione persuaserit. Ex quo nullo fere negotio intellegitur immortalitatis persuasionem plane duci oportere necessariam, siquidem officii religio ab unoquoque homine cordato et sapienti hoc exigat, ut superatis sensuum et cupiditatum illecebris unice menti et rationi vivat ideoque bonum et honestum sincere atque integre colat.

Sed tertius quoque id genus locus[2]) exstat, qui cum ethici sit argumenti, tum ad piam immortalitatis spem in animis excitandam plurimum valeat. Ibi enim postquam ultimis pro animi immortalitate rationibus expositis copiosius demonstratum est animum, si aeternus sit et immortalis, etiam maximo indigere cultu et eruditione, denique etiam hoc ostenditur, omnem hanc rerum universitatem talem esse, quae sperare nos iubeat futurum esse, ut virtuti pariter atque sceleri sua merces constet, quandoquidem haud dubie bonis bene, malis male futurum sit. Quam quidem disputationis partem nonne verissime sic inter-

1) Pag. 80 C — 84 B.
2) Pag. 107 C — 115 A.

pretabimur, ut Platonem dicamus significasse, quod optimi cuiusque sensus auguratur, iustitiam divinam aliquando virtuti atque sceleri sua praemia esse tributuram ideoque animorum sempiternitatem pro certa et indubia poni iussisse.

Atque haec quidem cum ita sese habeant, nobis certe nulla ex parte videtur dubium esse, quid philosophus in hoc opere componendo spectavisse existimandus sit. Referuntur enim omnia denique ad illustrandam confirmandamque sententiam de immortalitate animorum, quae cum dialecticis disputationibus ex condicione et natura animi ductis ad evidentiorem mentis intellegentiam et cognitionem explicetur, tum et Socratis exemplo et praeceptionibus ad virtutis et sapientiae disciplinam pertinentibus ad interiorem animi confisionem fit illustrior.

Alia autem quaestio est, quibusnam de causis philosophus animum ad conficiendam hanc scriptionem adiecerit. Ad quam quid respondeamus, in promtu habemus. Dubitari enim vix potest, quin Plato totum hunc philosophiae locum, qui est de immortalitate, sibi propterea singulari studio tractandum sumserit, quod omne doctrinae suae aedificium facile pervidit admodum infirmum fore, nisi de animorum immortalitate certius constaret. Quocirca Phaedoni propositam esse dicemus doctrinae de animorum immortalitate confirmationem, causam autem primariam, cur libri gravissimi scriptio aliquando suscepta sit, in eo positam esse, quod philosophus universae doctrinae suae rationem sine immortalitatis confirmatione nullo modo consistere posse penitus sibi persuaserat. Quod tamen utrumque probe discernendum nec temere confundendum esse liquet.

CAPUT IV.

DISPUTATUR DE ARTE ET COMPOSITIONE OPERIS, QUOD PLANE AD TRAGOEDIAE ALICUIUS EXEMPLUM COMPOSITUM ESSE DOCETUR.

Admirabile sane operis artificium imprimis in eo cernitur, quod philosophus, dum id egit, ut sententiam de animorum immortalitate, quantum fieri posset, confirmaret, simul etiam Socratem eum produxit in medium, qui vim fidei in immortalitate animorum collocatae exemplo suo adeo palam faceret et ita repraesentaret, ut illum dum intuemur vivam imaginem sapientis spem immortalitatis velut medullitus tam mente et intellegentia quam animo et sensu complexi cernere videamur. Quae ipsa res criticos novicios adeo transversos egit, ut in aestimando operis proposito sapientis personam potius quam immortalitatis rationem spectandam esse putarent. At enim vero utrumque una eademque opera a scriptore est perfectum elegantissime,

quandoquidem et sapientis perfecti exemplo et rationum e natura animi et vitae humanae dignitate repetitarum subtilitate id efficitur, ut fides immortalitatis confirmetur et stabiliatur[1]).

Hoc autem artificio cum dexterrime usus sit philosophus, commodissime etiam ita potuit rationes dialogi instituere, ut totus sit tragoediae alicui simillimus. Nam cum alii quoque dialogi Platonis fabularum dramaticarum speciem referant[2]), quandoquidem eo nomine utique propria sibi habent, quae Aristoteles[3]) cum ab omni artis opere, tum imprimis a tragoedia exigit, initium, iustum progressum, idoneum finem[4]), tum Phaedoni praeter haec etiam ea, quae ab Aristotele[5]) tragoediae spectata una artis conformatione ut priva et peculiaria attribuuntur, mirifice conveniunt, quippe qui quodammodo et *πρόλογον* et *πάροδον* choricam et *ἐπεισόδια* et *μέλη στάσιμα* et *ἔξοδον* habere videatur. Etenim quemadmodum chorus tragicus fere eo fungitur munere, ut, si qua fert temporum opportunitas, sensus et cogitationes animi ex rerum actarum vel agendarum consideratione susceptos et collectos oratione dignitatis et gravitatis plena ita proloquatur, ut legentes vel audientes non solum ultra humanarum cupiditatum motus vel etiam ultra vitae mortalis sortem et condicionem evehi videantur[6]), ita etiam Socrates in

---

1) Haec dudum ita iudicavimus, ut vehementer miremur Steinhartum Einleitung zum Phaed. p. 388. de nostra ratione ita scribentem: „*Stallbaum stellt die beiden Seiten des Gesprächs, die Darstellung des sterbenden Socrates und die Begründung und Rechtfertigung der Unsterblichkeit, unvermittelt neben einander, weist aber nicht nach, wie die eine in der andern ihre nothwendige Ergänzung findet und erhebt sich nicht zu einem höhern, über beiden stehenden und zur Einheit verknüpfenden Grundgedanken.*" Nemque quod vir doctus desideravit, id sane in promtu fuit. Censuimus enim etiam tum, quod nunc censemus, immortalitatem animorum tum exemplo Socratis tum argumentis ex philosophia repetitis confirmari, ut luculentissime pateat immortalitatis notionem commune tamquam vinculum esse, quo omnia arctissime contineantur. Quae Steinhartus non intellexit, ea alii recte interpretati sunt.

2) Cf. Frid. Thiersch, Ueber die dramat. Natur der plat. Dialoge (Abhandl. d. philol. Classe d. königl. baierschen Academ. d. Wissensch. München, 1837).

3) Poet. cp. VII.

4) Fabularum scaenicarum partes, *πρότασις*, *ἐπίτασις*, *καταστροφή* etiam a Platone significantur in Crit. p. 45 E et 46 A.

5) Poet. cp. XII.

6) De chori munere et officio v. Arist. Poet. c. XVIII, Hor. A. P. 193 sq. Quamquam in huius rei iudicio variae rei scaenicae aetates bene distinguendae sunt, cum chorum sciamus alium apud Aeschylum, alium apud Sophoclem, alium apud Euripidem esse informatum. Optime de hac re disseruit Goethius in Epist. d. 28. Iul. a. 1803 ad Zelterum data (ed. F. W. Riemer. p. 68 sq.). Sophoclis exemplum a Platone imitando expressum esse non est quod dubitemus.

Phaedone, ubi gravior aliqua dialecticae quaestionis pars vel suscipitur vel absoluta est, eo modo verba facit, ut virtutis et sapientiae rationes intueatur, animos amicorum ad desperationem abiectos erigat et tranquillet, causam dubiam et ancipitem divinae iustitiae pie confisus tueatur adeoque quasi numine divino instinctus futuram animorum vitam auguretur, denique ut iis, quae dialectico acumine disseruntur, etiam interiorem animi assensionem conciliet. Hac igitur ratione scite profecto excogitata Plato effecit, ut, quemadmodum in tragoediis cantica chorica et orationes agentium personarum alternis vicibus sese excipiunt, ita etiam in Phaedone duplicia quasi elementa operis, altera ethica ac suasoria, altera dialectica, discernantur, ex quibus universus liber ad fabulae alicuius scaenicae similitudinem sit compositus, ornatu scaenico potissimum ab ultimis Socratis fatis extremaque fortuna adscito.

Quae quidem ubi tenemus, non ita difficile est iudicare, quod tamen adhuc viros doctissimos fere latuit, quaenam sit totius operis compages et structura. Hoc ipsum igitur ita exponere conabimur, ut etiam universi sermonis argumentum, quatenus ad rem praesentem opus videatur, dilucidemus.

Itaque prima dialogi pars complectitur prologum, qui pertinet usque ad p. 69 E. Qui quidem locus duas habet partes, tum scaenae adornationem, tum argumenti expositionem una cum prima disputatione ethici generis[1]), quae parodi vice fungitur, ita ut dialogi πρότασιν conficiat. Respondet igitur hic locus ei parti tragoediae, quae pertinebat usque ad ingressum chori vel primum eius canticum habebatque initium dramatis, unde quid ageretur omnino intellegi posset, ut apud Soph. Oed. Tyr. 1—150.

Altera pars habet actionis i. e. dialecticae disputationis contentionem sive ἐπίτασιν, quandoquidem disputatur ibi de argumentis, quibus animos immortales fore intellegatur[2]), et absolvitur tribus partibus, in quibus dialectica atque suasoria eaque maxime moralia alternis vicibus sese ita excipiant, ut omnia admirabiliter ad episodiorum et stasimorum similitudinem comparata videantur. Nam primum quidem ordine fere continuo tria pro animorum sempiternitate afferuntur argumenta, qui est quasi novus fabulae actus vel primum ἐπεισόδιον[3]). Quibus sermonibus Socrates adiungit cohortationes, quibus ostendit, quantum ad virtutem et sapientiam referat, ut animum in hac vita terrestri, quoad fieri possit, a corporis concretione liberum praestemus. Quae quidem cum sint ethice magis quam

1) Cf. supra p. 27.
2) Pag. 69 E — 107 B.
3) Pag. 69 E — 81 B.

dialectice explicata, facile intellegitur choricorum carminum instar esse, praesertim cum magnam partem etiam religiosam spirent pietatem et mythorum involucris exornata sint. Ex eo apparet has cohortationes stasimi primi[1]) instar putari licere.

Eam libri partem, quae sequitur, recte alteri ἐπεισοδίῳ[2]) fabulae alicuius tragicae comparaveris. Incidit enim hic inexspectata plane rerum conversio. Nam praeter omnium opinionem de spe immortalitatis, quam omnes iam satis confirmatam putavissent, repente gravis movetur controversia, quandoquidem Simmias et Cebes spem illam argumentis subtilissime excogitatis adeo convellunt ac labefactant, ut paene tota videatur de medio sublata esse, id quod etiam Echecrates, cui Phaedo haec narrat, non sine causa ita accidisse arbitratur.

At enim vero in hac rerum desperatione Socrates suscepto denuo sermone causam iam in magnum discrimen adductam sustentare aggreditur. Impertit enim amicis sapientissimas de veritate quaerenda praeceptiones, quae ad deiectos eorum animos consolandos et erigendos valent plurimum. Quam quidem sermonis partem apparet obtinere alterius stasimi[3]) locum, cum plane ad tranquillandos desperantium animos comparatus sit.

His vero ita expositis sequitur ultimum quasi ἐπεισόδιον[4]), quod accelerat dramatis καταστροφήν. Confutatis enim Simmiae et Cebetis dubitationibus Socrates viam demonstrat, qua ad interiorem ortus et interitus itemque causae rerum intellegentiam perveniatur, siquidem una doctrina de ideis celsioris veritatis tamquam penetralia aperiat. Quo facto animi immortalitatem etiam novo eoque validissimo argumento confirmat, in quo omnes denique acquiescendum esse putant, quamquam Simmias etiamnunc imbecillitatem naturae humanae tantae rei cognoscendae vix sufficere arbitratur.

Iam vero actione rei primariae finita atque pugna et contentione de immortalitatis spe et exspectatione aliquando composita denique tertia pars principalis totius operis subiungitur, quae habet exodum atque epilogum[5]). Quemadmodum enim supra animadvertimus initium operis prologum una cum praevia argumenti expositione complecti, ita postrema illius pars inverso ordine exodum atque duplicem epilogum comprehendit.

---

1) Pag. 81 B — 84 B.
2) Pag. 84 C — 88 E.
3) Pag. 88 E — 91 C.
4) Pag. 91 C — 107 B.
5) Pag. 107 C — 118.

Et exodus[1]) quidem haec sanequam similis est expositioni illi dialogi in principio factae etiam propterea, quod cum virtutis commendationem contineat longe gravissimam, tum eo ipso spem et fiduciam immortalitatis non mediocriter sustentat. Etenim vindicata animis tandem immortalitate denique tota res eo vertitur, ut exinde colligatur animi curam non pro hac tantum vita terrestri, sed pro omni temporis aeternitate geri oportere, quandoquidem olim futurum sit, ut virtuti sua merces, sceleri sua poena constet. Id quod etiam grandi et magnifico mytho declaratur, quo mortuorum iudicium ita describitur, ut universam terram legibus divinae iustitiae convenienter conditam esse luculente demonstretur.

His omnibus vero adiungitur denique duplex epilogus, qui prorsus respondet duplici prologo in fronte operis posito. Describit enim Phaedo primum[2]) Socratis obitum pulcerrima morientis sapientis imagine ob oculos posita. Quo facto etiam Echecrati verbis paucissimis confirmat[3]) fuisse utique Socratem non modo inter aequales suos, quos ipsi noverint, longe excellentissimum, sed etiam aliter longe sapientissimum et iustissimum. Quibus dictis dialogus denique finitur.

En designavimus iam universi sermonis structuram et compagem. Respondet profecto vel ipsa forma dialogi planissime iis, quae de animorum immortalitate ita disputata sunt, ut eius confirmatio et dialecticis quaestionibus et Socratis morientis exemplo et praeceptionibus absoluta sit.

CAPUT V.

DILUCIDANTUR SINGULAE LIBRI PARTES CONFIRMATURQUE SIMUL IUDICIUM DE SUMMO EIUS ARGUMENTO ET CONSILIO ANTEA DEFENSUM.

Dialogus est *διηγηματικός*, qui continetur narratione interposito inquam et inquit, nec vero *δραματικός*. Quamquam utrumque genus scite mixtum ac temperatum est, cum de ultimis dictis et factis Socratis ita referatur, ut ipsa narratio prope ad dramaticam rerum expositionem accedat.

Prologus duas habet partes, tum scaenae ornatum, tum praeviam argumenti expositionem. Et scaena quidem duplex est, altera Phliunte Sicyoniae oppido, altera Athenis constituta. Itaque primum res agitur Phliunte, ubi Phaedo Elidensis Echecrati, tum recenti, ut

---

1) Pag. 107 C — 114 C.
2) Pag. 114 C — 118.
3) Pag. 118.

videtur, Peloponnesi incolae, narrat, quid Socrates supremo vitae die dixerit atque egerit. Quod cur ita institutum sit, in promtu est. Etenim primum quidem scaena colloquii isto modo Athenis aliorsum translata multa, quae aliter fuissent silentio transmittenda, commodissime potuerunt copiosius narrari, cum Echecrates rerum Atticarum imperitus fingatur. Cuius generis sunt illa, quae narrantur de Deliorum celebritate, de morte Socratis per triginta dies procrastinata, de aliis rebus similibus, quae certe omnia Athenis in vulgus fuerunt nota. Deinde dialogus etiam propterea Phliunte habitus fingitur, quod Plato statim a principio libri aliquo modo significandum censuit doctrinam immortalitatis rationi Pythagoreorum admodum cognatam esse et partim inde ductam. Phliunte enim Pythagoreos iam inde ab aetate Pythagorae, qui et ipse ibi aliquamdiu commoratus erat, sedem ac domicilium suum habuisse constat. Atque id ipsum tanto elegantius ita est institutum, quod philosophus sermonibus Athenis habitis ut principes oratores interesse iussit etiam Simmiam et Cebetem, qui cum essent discipuli Socratis fidelissimi, tum Thebis a Philolao Pythagoreo ad doctrinae cognitionem nonnihil profecerant. Accedit denique, quod isto modo non incommode potuit etiam significari, quonam tempore Phaedo litteris esset exaratus, quandoquidem e mentione Pythagoreorum Platonem facile coniicere licet, quo tempore hunc librum composuit, iam arctiorem quandam cum illis contraxisse familiaritatem accepta etiam accuratiore doctrinae ipsorum notitia.

Pergimus ad scaenam colloquii, Athenis constitutam. Describitur vero hic ante omnia mixtus ex dolore et gaudio sensus, quo cum omnes tum ipse quoque Phaedo maxime affecti fuerint ad Socratem ventitantes, quippe quem ultra vitae humanae humilitatem elatum tamquam augurati sint iamiam ad divinioris vitae beatitatem esse discessurum; quod nemo est, quin sentiat praeclare cum principali libri argumento et consilio convenire. Narratur porro, quinam ex eius amicis et familiaribus interfuerint ultimis eius sermonibus, inter quos imprimis memorabiles sunt Simmias et Cebes Thebani. Hi intromissi in carcerem Socratem offenderunt modo vinculis liberatum et Xanthippen uxorem una cum filiolo iuxta ipsum assidentem. Qua quidem amandata, ne scilicet fletu et eiulatu eius sanctissimum hoc moriendi tempus tamquam vocibus male ominatis interturbetur, continuo transitus fit ad eius rei, quae toto libro potissimum agitur, quasi praeparationem. Socrates enim crus modo vinculis solutum manu perfricans scite animadvertit mirabiliter sic esse a natura institutum, ut dolor et voluptas, quia simul eodemque tempore movere homines non possint, tamen veluti extremis verticibus suis copulati sint doloremque voluptas ac voluptatem vicissim dolor sequatur. Quo quidem dicto quis

est, quin sentiat legentes rursus quodammodo de mortis et vitae coniunctione commoneri, quarum altera dolorem, altera voluptatem afferat? Ubi vero ille praeterea etiam iudicavit Aesopum re animadversa inde haud dubie fabulae alicuius argumentum fuisse repetiturum, huius rei animadversio opportunitatem suppeditat, qua sermo ad moriendi studium et voluntatem traducatur. Cebes enim iniecta Aesopiae poesis mentione cum aliorum tum Eveni sophistae nomine scire avet, quid tandem causae fuerit, cur Socrates nuper versus fecerit. Cui Socrates id religionis cuiusdam causa ita a se factum esse respondet simulque Evenum philosophum moneri iubet, ut se quam primum sequatur; philosophos enim certe germanos ita facere non recusare. Ibi vero postquam demonstratum est studium moriendi philosopho dignum non esse temere cum morte voluntaria confundendum, tandem eleganter atque copiose docetur coniunctum illud esse utique cum spe animi immortalitatis, qua sapiens ita sibi persuadeat, ut post hanc vitam terrestrem alteram vitam futuram esse existimet, qua liceat ad pleniorem certioremque scientiae atque virtutis possessionem pervenire.

Itaque dehinc acceditur tandem ad rem ipsam, cum iam ventum sit ad primariae quaestionis tamquam exordium et totius dramatis parodon. Demonstratur autem ibi sapientem ideo mori lubentem ac volentem, quia philosophia nihil aliud sit nisi commentatio mortis, eoque simul etiam immortalitatem ostenditur ad philosophiae absolutionem necessario requiri, quippe cum in hac vita terrestri tam veritatis quam virtutis studium magis incboetur, quam absolvatur, ita ut desiderium vitae alterius olim post mortem futurae in animo sapientis ultro suboriri necesse sit. Quod quo magis intellegatur qua via et ratione fiat, iuvabit argumentationem in brevius contractam apponere. Mors, inquit philosophus, nihil aliud est nisi animi a corpore seiunctio[1]. Cum vero mors huic notioni subiecta sit, siquidem praedicatum subiecto patet latius, tum etiam philosophia id habet sibi proprium, quod animum usque a corpore avocare et seiungere studet ideoque eidem illi notioni est subiecta. Ex quo efficitur, ut philosophia sit meditatio et praeparatio mortis, quandoquidem et ipsa ad seiunctionem quandam animi a corpore efficiendam comparata est. In qua quidem conclusione etsi illud neminem facile praeteribit, quod, si verum quaerimus, alia mortis, alia philosophiae ratio est, qua animus a corpore dissolvatur, tamen similitudinem certe quandam philosophiae cum morte hoc nomine intercedere utique ex eo apparet, quod utraque generaliori solutionis et disiunctionis animi a corpore notioni subiecta est. His vero ita conclusis porro etiam

1) Pag. 64 C.

efficitur eum, qui per totam vitam in mortis meditatione versatus sit, mortem appropinquantem non modo non horrere, sed etiam laetum exspectare. Quin etiam intellegi inde posse docetur eum, qui non aequo tranquilloque animo mortem subeat, philosophi nomine esse indignum; eum vero, qui tali mente et animo praeditus sit, etiam verum ac germanum esse virtutis cultorem, qui virtutem ita exerceat, ut ipsam spretis omnibus emolumentis et iucunditatibus pro animi purgatione quadam habeat, qua ad vitae beatae olim post mortem futurae idoneam participationem instituatur.

Haec igitur summa est disputationis loco satis memorabili copiosissime pertractatae, quacum contendisse non inutile erit descriptionem sapientis ex huius vitae tenebris ad similitudinem cum deo eluctari gestientis, quae legitur in Theaeteto[1]). Inde vero nullo negotio perspicietur scite atque eleganter hic transitum ad immortalitatis quaestionem ita factum esse, ut simul tamquam praevium quoddam eius argumentum ostensum sit eo, quod spem futurae beatitatis ad philosophiam nomine suo dignam utique necessario requiri demonstratum est. Comparata autem omnia sunt ad quaestionem libri primariam, quae in immortalitate animorum confirmanda versatur, quandoquidem vel viam ad illam muniunt vel quantam vim spes immortalitatis habeat ad vitam sapienter honesteque degendam luculentissime patefaciunt.

Iam vero his ita disputatis tandem ad dialecticam rei disceptationem perducimur, quandoquidem deinde etiam clarius evidentiusque edocemur, quidnam illud sit, de quo potissimum agatur, proposita etiam animi immortalitatis definitione maxime perspicua, ut facile appareat Platonem hic diligentissime observare quod ipse in Phaedro praecepit, omnem cuiusque rei disputationem exordiendam esse a definitione eius rei, de qua sermo futurus sit. Cebes enim posteaquam Socratis sententiam accepit, ipse quoque eam assensione sua comprobat, sed tamen ita comprobat, ut etiam demonstrandum esse arbitretur animum post mortem quoque manere superstitem et usque vi vitali atque intellegentia (sui conscientia cum cognitione coniuncta) praeditum esse. Qua definitione certe nihil potest esse luculentius. Iudicatur enim animorum immortalitas non in eo tantum posita esse, ut animorum vis vitalis non exstinguatur, quemadmodum in adspectabili rerum natura nihil quidquam penitus interit, sed omnia tantummodo mutantur, sed potius in eo contineri censetur, ut animi in sempiternum tempus vigeant usque propria vi sua atque *φρονήσει* h. e. scientia et intellegentia (sui scientia) praediti. Quam quidem Platonis

1) Theaet. p. 176 B sq. Proleg. ad Phileb. p. XXIX.

esse sententiam etiam ex eo intellegitur, quod pag. 107 C sq. unumquemque docetur suam sortem manere et pag. 114 C omnia tentanda esse iudicatur, ut iam in hac vita terrestri virtutis et sapientiae laudibus potiamur.

Animi autem ipsius vis et natura quod non accuratius est definita, eius rei quaenam causae sint, ad coniiciendum non adeo est difficile. Nam primum quidem quaenam sit animi vis eo ipso quodammodo ostenditur, quod eius aeternitas luculentis argumentis demonstratur. Deinde qui locum Phaedri, procul dubio ante Phaedonem editi, p. 246 A sq. meminissent, ii certe non potuerunt dubitare, animus quin visus sit Platoni principium vitae totum ex se aptum, quod ipsum per se contineret causam et rationem, cur esset ac moveretur, quam ipsam sententiam etiam in ipso Phaedone, quo loco immortalitatis argumentum ex ipsa animi idea repetitur, satis illustravit. Itaque de hac quidem re non est cur multum ambigamus. Maiorem vero dubitationem alicui illud iniiciat, quod philosophus, cum tripertitum fecerit animum humanum, quippe quem ex τῷ λογιστικῷ, τῷ θυμικῷ et τῷ ἐπιθυμητικῷ constare vuluerit[1]), tamen non declaravit, velletne totum atque integrum an rationalem tantum eius partem aeternum esse. In cuius rei quaestione iam veteres Platonici in diversissimas partes discesserunt, quorum sententias referunt Olympiodorus[2]), Proclus[3]), Alcinous[4]). At enim vero ex omni Platonis disputatione satis perspicuum est eum totum animum esse voluisse immortalem, licet τὸ θυμικὸν et τὸ ἐπιθυμητικὸν eius censuerit cum corpore esse cognatius. Quippe sunt immortalitatis ipsius certe gradus varii, quandoquidem animi beatitatis cum ea coniunctae plus minusve fiunt participes, prouti ipsi a corporis communione liberi et immunes exstiterunt, id quod vel ex eo clarissime apparet, quod uni sapientes perfecta immortalitatis beatitate fruituri esse iudicantur. Itaque τὸ θυμικὸν et τὸ ἐπιθυμητικὸν ne post mortem quidem quamvis fracta corporis vi et potentia plane ab animis abest nisi quatenus iam in hac vita vis eius est victa et quoad fieri potuit suppressa. Quocirca vehementer in his dissentimus cum C. F. Hermanno[5]), qui evincere studuit Platonem solius partis animi rationalis immortalitatem statuisse.

Posita igitur immortalitatis definitione inde a cap. XV. acceditur tandem ad argumenta, quibus dialectice demonstratur animos esse immortales. Orditur igitur dehinc, sicuti iam signi-

---

1) Ad Reip. l. III. p. 410 B.
2) Schol. in Pl. Phaed. §. 175. ed. Finckh.
3) Ad Tim. p. 311 sq.
4) Isagog. 25.
5) Disput. de partibus animae immortalibus secundum Platonem. Gotting. 1850.

ficavimus, dialogi pars altera, quae habet actionis contentionem. Afferuntur autem deinceps paucis verbis interiectis tria immortalitatis argumenta sic, ut ab iis, quae videantur esse leviora, paullatim ad graviora et ponderosiora procedatur, quemadmodum fieri meminimus in fabulis scaenicis scite ac sollerter elaboratis[1]).

Primum quidem e naturali nascendi lege et externa condicione, qua animi vigeant *(aus der äusseren Erscheinungsform der Seele)* demonstratur vitae et mortis vicissitudinem haudquaquam eam esse, unde animos aliquando morte absumtum iri aut penitus interituros esse concludere liceat. Quae quidem sententia confirmatur dupliciter. Primum enim ad auctoritatem veteris cuiusdam de animorum migratione narrationis antiquitus proditae provocatur, qua animi perhibeantur alternis vicibus modo hinc e terris abire ad inferos, modo rursus illinc ad superos redire. Enimvero inde ne morte quidem animum exstingui colligitur, quia si secundum veterem illam famam animi viventes ex mortuis nascantur, esse ipsos atque permanere prorsus necesse sit. Nam si quid exsistit, profecto necesse est illud ipsum sit, unde exsistit. Hoc igitur primum istius sententiae firmamentum mythicum est vel potius ab Orphicis atque Pythagoricis petitum[2]). Eodem Plato usus est etiam in Menone[3]), ubi illud ait proprium esse *τῶν ἱερέων τε καὶ τῶν ἱερειῶν ὅσοις μεμέληκε περὶ ὧν μεταχειρίζονται λόγον οἵοις τ' εἶναι διδόναι* atque etiam Pindari versiculos quosdam eam in rem memorat, ut hoc loco aptissime telam ibi derelictam denuo exordiri videatur. Sed quod rursus in hac causa usus est vetustae traditionis tamquam involucro, in eo sane secutus est, quod minime neglegi oportet. Est enim ille migrationis orbis, quem Orphici[4]) *κύκλον γενέσεως* vocarunt, res tamquam in facto posita, quae dialecticam disceptationem fere eludit; quocirca Plato eam more suo pariter mythica ratione illustran-

1) Verum perspexit Brandis, Handbuch d. Gesch. d. Griech.-Röm. Philos. II. p. 441. Permirum est ea de re iudicium Hermanni, Gesch. u. Syst. d. Plat. Phil. p. 528 sq., qui varia immortalitatis argumenta respondere censet variis progressibus, quos ipse Plato in philosophia cognoscenda paullatim fecerit. Nihil enim illis cum his commune est, ut ne illud quidem concedendum videatur, quod prima specie alicui placeat, primum argumentum a statu et motu animorum reciproco desumtum illis temporibus convenire, quibus philosophus philosophiae Ionicorum operam dederit. [Hermanni sententiam tueri conatus est F. Gloël, De argumentorum in Platonis Phaedone cohaerentia. Progr. Magdeburg. a. 1863.]

2) Olympiodorus ad pag. 70 C, ad quem locum plura in commentariis exposuimus. Cf. etiam Lobeck, Aglaoph. I. p. 797 sq.

3) Pag. 81 B.

4) Proclus in Tim. V. p. 330.

dam statuit atque fecit infra inde a pag. 108 A, ubi statum et condicionem animorum post mortem futurum narratione fabulari declarare conatus est, ut tota haec de immortalitate disputatio et a mytho ordiatur et mytho quodam finiatur.

Sed praeter hanc rei confirmationem a veteri traditione ductam philosophus etiam alio utitur argumento, quod repetitum est a lege naturae, qua contraria fere inter se reciprocentur, ita ut altera semper in altera transeant atque ex contrario suo oriantur. Eandem igitur vult esse mortis atque vitae rationem ideoque inde colligit vitam ex morte exsistere, ut ne mors quidem vitam auferre iudicanda sit, id quod etiam apagogica argumentatione[1]) certius commonstratur. Nimirum tenendum hic quoque est diligentissime sermonem esse de externa tantum animorum fortuna et condicione neque vero de interiore ipsorum natura. Quamobrem quod contraria semper ex contrariis oriri iudicantur, id neque ad ideas neque ad ipsam animi vim referendum est, sed unice pertinet ad res quae habent generationem usu atque experientia notas, sicuti philosophus ipse declaravit[2]): *τότε μὲν γὰρ ἐλέγετο ἐκ τοῦ ἐναντίου πράγματος τὸ ἐναντίον πρᾶγμα γίγνεσθαι, νῦν δὲ ὅτι αὐτὸ τὸ ἐναντίον ἑαυτῷ ἐναντίον οὐκ ἄν ποτε γένοιτο κτλ.* Quae verba mire a multis neglecta huic loco lucem affundunt clarissimam. Itaque omnino quidem hoc loco docetur vitae et mortis alternationem, qualem in rerum natura cernamus, neutiquam eam vim habere, ut animis interitum afferat, cum utraque nihil aliud sit nisi variata quaedam vivendi condicio, qua ita fiat, ut animi modo mortalibus inclusi vivant corporibus, modo illis relictis alia utantur fortuna atque statu. In qua quidem sententia illustranda philosophum apparet cum a vulgaribus quibusdam popularis religionis opinionibus tum maxime ab Orphicorum et Pythagoreorum de animorum migrationibus decretis profectum esse, quamquam ista omnia prudenter correxit, emendavit, denique suae ipsius sententiae de animorum natura susceptae accomodavit. Nam illud quidem satis apertum esse arbitramur universae huic argumentationi tamquam fundamenti loco subesse ea, quae philosophus infra demum de sempiterna animorum natura subtilius exposuit.

Sed accedamus iam ad alteram argumentationem, qua animorum aeternitas confirmatur. Docetur enim intellegibilem animorum vitam ita esse comparatam, ut inde eorum sempiternitas satis certe intellegatur. Quippe petitum hoc argumentum[3]) est ex ortu idearum sive notionum ge-

---

1) Pag. 72 B — C.
2) Pag. 103 B.
3) Pag. 72 D — 77 A.

neralium menti humanae impressarum ita quidem, ut etiam per se vi et natura sua perpetuo constare existimandae sint. Statuit enim Plato animos humanos veritatis aeternae notitias non in hac demum vita accepisse, sed in hunc mundum secum attulisse. Quem quidem philosophiae locum uberrime persecutus est in Phaedro dialogo, ubi divina animorum vita olim una cum diis immortalibus acta vividis coloribus depingitur; leviter eundem attigit in Menone[1]), ubi res rudibus tantum lineamentis informatur, quamquam haec ipsa doctrinae initia in Phaedone quoque respiciuntur. Enimvero profectus est philosophus in hac quoque doctrinae suae parte a Pythagoreis, quos docuisse constat animos ex feliciore vita, qua antea usi essent, in hanc vitam terrestrem esse delapsos atque huic ipsi iam antecessisse aliam superiorem[2]). Quamquam Plato hanc Pythagoreorum doctrinam mirum quantum mutavit, auxit, emendavit. Adhibuit enim ad eam perficiendam ideas animosque censuit in vita superiore illis spectandis absolutae veritatis compotes factos esse. Idearum autem considerationem non proprie dixit philosophus, quandoquidem nihil aliud illius imagine significavit nisi hoc, animos utpote ex divina mente prognatos iam ipsa natura sua polluisse divinae veritatis pure sincereque cognoscendae vi atque facultate. Itaque ex hac ipsa illorum facultate in Phaedone alterum hoc, de quo agitur, repetitum est immortalitatis argumentum. Colligitur enim ex eo, quod statim inde ab ortu nostro res singulares atque sensibus subiectas ad idearum formas atque species referamus, cum tamen hae sese nusquam in hac vita nobis spectandas praebeant, fieri non posse, quin animi illarum notitias iam in vita superiore acceperint, ex quo efficitur, ut animi ante hanc vitam viguisse putandi sint. Cum vero iam superiore argumento sit demonstratum animos post hanc vitam manere superstites, duabis his argumentationibus denique in unum coniunctis efficitur animorum vim esse sempiternam nec ullo unquam tempore absumtum iri. Quocirca hic apparet ex vita animorum intellegibili infinitam ipsorum vim naturamque etiam aliquando certius demonstrari. Nec vero haec ratio, licet ea partibus quibusdam vacillet, singularis acuminis laude destituitur; defenderunt certe similem sententiam etiam Cartesius et Leibnitius acutissimi homines, qui ideas statuerunt animis humanis primitus tamquam ingeneratas esse. Itaque hoc si concesserimus, certe etiam concedendum erit, quod inde conclusione efficitur, vim animorum esse aeternam. Quamquam Car-

---

1) Pag. 81 CD.

2) Quod aperte professus est imprimis Philolaus apud Clement. Strom. III. 518: *μαρτυρέονται καὶ οἱ παλαιοὶ θεόλογοί τε καὶ μάντιες, ὡς διά τινας τιμωρίας ἁ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται κ. τ. λ.*, de quo pluribus disputavit Lobeckius, Aglaoph. p. 796 sq.

tesii et Leibnitii rationem confutare studuit Lockius, sicuti Platonem olim impugnavit Aristoteles, qui uterque ita censuit, ut notiones generaliores rerum usu et experientia oriri et quasi evolvi statuerint nihilque in intellectu esse voluerint, quod non antea fuerit in sensu.

Posteaquam autem ex idearum recordatione, quam nostrates more suo dixerint idearum conscientiam, ostensum est vitam animorum esse perennem adeoque certius apparuit animos perpetuo *φρονήσει* uti, ut isto pacto etiam singularis animis vis ac natura propria atque sua vindicata videatur, etiam substantia eorum in disceptationem vocatur[1]). Ducitur enim dehinc tertium immortalitatis argumentum ex indissolubili ipsorum natura. Quippe duplex discrevit Plato rerum genus, alterum simplicium ideoque indissolubilium, alterum compositarum ac solubilium. Et in simplicium quidem naturarum numero habuit deum atque ideas, quibus adiunxit etiam animos utpote cum illis cognatos et a corpore diversos. In quo magnam sane fecit discessionem a sententia superiorum physicorum, qui animum voluissent esse vel aethereum vel igneum, itemque a Leucippo ac Democrito, quos novimus eum censuisse constare ex atomorum tamquam pulvisculis ac ramentis, ut secundum eorum sententiam nec simplex nec indissolubilis esset[2]). Nimirum quam isti subinde creparunt immortalitatem, ea non alia re contenta fuit nisi eo, quod in rerum natura nihil penitus interiret, cum rerum elementa perpetuo vel segregarentur vel congregarentur. Ab his igitur longissime discessit Plato, qui cum omnino rerum simplicium genus quoddam statuit, tum etiam animos humanos voluit non esse compositos ideoque plane indissolubiles. Qua tamen in re meminisse iuvabit philosophum alibi imprimisque in Timaeo[3]) immortalem ac simplicem atque mortalem et dividuam animam distinxisse, duces, ut videtur, secutus Pythagoreos, qui et ipsi illam statuerunt vel rationalem vel animalem esse. Etenim partem meliorem illi iudicaverunt esse immortalem, deteriorem vero mortalem non quidem ita, ut haec statim post mortem exstingueretur, sed ut exstingui tamen posset et post multos annorum circuitus interiret melioremque partem puram ac sinceram relinqueret[4]). Videtur igitur Plato etiam in Phaedone de una maxime animi parte rationali cogitavisse, etiamsi huius rei disputationem hoc libro vitavit, quippe

1) Cap. XXIV—XXIX, p. 77 D — 80 E.

2) Aristot. De anima I. 2. Diog. Laert. IX. 44. Scriptor De placit. phil. IV. 7. Cic. Tusc. I. 11 et 34.

3) Pag. 69 CD.

4) Iamblich. apud Stob. Eclog. phys. p. 144 sq. Proclus in Tim. p. 311. Wyttenbach, De immortal. animi. (Opusc. sel. ed. Friedemann. II. p. 190.)

quae longiorem atque subtiliorem rerum expositionem requireret, quam quae huius scripti consiliis esset conveniens. Satis enim habuit paucis indicavisse immortalitatem tum locum habere, cum animus a corpore segregatus per se vigeret vi vitali et φρονήσει praeditus. Quod autem rerum simplicium et compositarum discrimen posuit, ut inde immortalitatis argumentum repeteret, convenit ipsi hac in re cum Eleaticis imprimisque cum Parmenide, quippe quos primos constat res intellegibiles et adspectabiles inter se opposuisse indeque philosophiae suae duxisse principia. Quae quidem illorum sententia Platoni adeo probata est, ut eam, quamvis magna ex parte mutatam et ex idearum doctrina locupletatam, propemodum omni rationi suae tamquam fundamenti loco subiecerit. Ab illa igitur profectus ratione etiam novum hoc immortalitatis argumentum effinxit, cuius pondus ac momentum haud sane exiguum est. Nam ubi concessum fuerit animum esse ideis similem et cognatum, nulla profecto causa erit, quare non item concedatur, quod inde sequitur, animum esse immortalem neque unquam interiturum.

Nec vero ipse Plato huic argumentationi parum tribuit. Id quod ex eo intellegitur, quod ea absoluta Socratem suum continuo facit ita disputantem, ut quid inde ad vitam bene sapienterque degendam consequatur gravi oratione ostendere instituat [1]. Quae Socratis praecepta sicuti manifesto rursus ex Pythagoricae doctrinae fontibus ducta sunt, quandoquidem Pythagoram memoriae proditum est docuisse puras animas non amplius in corpora inclusum iri, sed in altissimum locum vel in deorum genus abituras esse [2] ideoque lustrationibus earum plurimum tribuisse [3], ita quorsum denique habita consilii totius operis ratione referri debeant, nequaquam obscurum est. Valent enim eo, ut Socrates tamquam veri germanique sapientis exemplum proponatur, qui plenus sit spe immortalitatis intimoque pectore sentiat nihil illa vel ad vitam sancte degendam vel ad beatae vitae olim post mortem futurae dignitatem efficiendam esse potentius atque efficacius. Quemadmodum igitur in superioribus animorum immortalitas dialectica subtilitate tribus argumentis demonstrata est; ita hic eadem a salutari vi et efficacia, quam et in vita pure sancteque gerenda et in divinioris vitae beatitate atque felicitate comparanda habeat, gravissime commendatur.

Sed satis haec de hac parte operis. Licebit nunc ad proximum tamquam fabulae actum [4] procedere. Est autem haec pars dialogi adornata longe sollertissime. Quod enim in

---

1) Pag. 81 A — 84 B.
2) Wyttenbach l. l. p. 187—194.
3) Lobeck, Aglaoph. p. 248 sq.
4) Pag. 84 C — 88 E.

fabulis scaenicis fieri meminimus, ut saepe rebus omnibus ab initio prospere procedentibus casus quidam inopinati atque insoliti interveniant, quibus animi spectantium praeter spem et exspectationem gravius percellantur et in metum et terrorem coniiciantur, usque dum nova rursus fiat rerum omnium mutatio, idem etiam in Phaedone ita institutum est eo loco, de quo nunc expositur sumus. Cum enim superiore Socratis oratione omnes ad spem immortalitatis erecti essent et sacro quodam exorto silentio ipse vir sapiens meditabundus assideret mente et cogitatione totus in iis defixus, quae modo disputavisset, tum Cebes et Simmias summissa voce inter se colloqui incipiunt, quippe in quorum animis adhuc aliquid scrupuli resederit. Cum autem vereantur dubitationem libere proloqui, Socrates eos ultro exhortatur, ut ne sententiam suam celare velint et amabili cum urbanitate sese mirari ait, quod ab iis cygnis morituris divinandi facultate praeditis deterior habeatur. Nam quemadmodum illi morti proximi utpote Apollini sacri laetum cantum emittere videantur praesensionem quandam rerum futurarum habentes, ita se quoque illorum tamquam socium et pariter Apollinis ministrum veluti aliquem vatem futura laetabundum augurari nec iam velle a vero quaerendo desistere. Praeclara vero vox et homine sapiente dignissima, quae sicuti vitae pie sancteque transactae conscientiam luculente testatur, ita etiam indicat certissimum animi de futura aliqua vita eaque beatiore augurium.

Itaque Simmias et Cebes animadversa viri constantia iam in medium afferunt quae contra superiora dici posse videantur. Nam Simmias quidem animi immortalitatem putat ideo nondum satis esse demonstratam, quia fieri possit, ut animus omnino nihil aliud sit nisi harmonia quaedam ex corporis viribus apte inter se concinentibus oriunda. Quae opinio cum iam illa aetate admodum pervulgata fuisse videatur, tum placuit sine dubio imprimis etiam Pythagoricae disciplinae assectatoribus, qui omnia ad numeros referre consuevissent nec tamen hac in parte cum scholae conditore plane adhuc consentirent, quippe magis ad materialismum, quem vocant, prolapsi eo, quod cum ille animum per se spectatum et ex universa mente divina delibatum ad numeros revocasset, tum hi continuo singulos animos sublata propria ipsorum vi ex singulorum membrorum atque virium corporis concordia ortos esse voluerunt[1]. Post Simmiam vero etiam Cebes profert,

1) Quorum in numero quinam praeter Aristoxenum musicum (Cic. Tusc. I. 10) habendi sint, in commentariis ad p. 86 B prodidimus, ubi quae exposuimus, ea etiam augere licebit copiis Brandisii, Handb. d. Gesch. d. Griech.-Röm. Philos. I. p. 488 sq.

quae Socratis rationi obiici possint. Nam illud quidem arbitratur ultro sane posse concedi animos et olim viguisse, priusquam cum humanis corporibus colligarentur, et aliquamdiu adhuc fore superstites mortuis corporibus, sed inde tamen nondum hoc effici contendit, ut pro immortalibus habendi sint. Quae quidem sententia Cebetis et ipsa nescio quid habet Pythagorici, ut minus recte a nonnullis ad Atomisticos sit relata. Apparet enim arctissime eam cohaerere cum doctrina Pythagoreorum de animorum migrationibus, ex quibus fuerunt qui colligerent tandem ita posse evenire, ut animi vis paullatim tamquam contereretur et absumeretur[1]). Quamobrem tam Simmiae quam Cebetis disputatione tangi videntur Pythagorei quidam, qui relicta germana scholae suae sententia quamvis placita illius primaria retinerent, tamen ad materialismum proniores exstitissent.

Nec vero istae dubitationes caruerunt vi sua. Narrat enim Phaedo omnes, qui affuerint, animo vehementer fuisse commotos ac perturbatos, quamvis hos sensus suos tum occultaverint; ac fatetur etiam Echecrates, ubi haec ab illo audivit, se quoque iis non mediocriter commoveri, praesertim cum ipse quoque olim in ea fuerit opinione, ut animi vim harmonia quadam contineri iudicaverit. Ex quo liquidum fit etiam in superioribus Pythagoreos significari a Platone. Fuit enim hic Echecrates inter Pythagoreos, quos Plato in Italia inferiore salutaverat et cognoverat. Quocirca scriptor elegantissime hic significavit fuisse tum, cum ipse in magna Graecia versaretur, eiusmodi de animi natura opiniones inter Pythagoreos ibi subinde sparsas ac divulgatas.

Sed hoc quidem veluti in transcursu; redimus ad colloquium. Effectum igitur Simmiae ac Cebetis dubitationibus hoc est, ut de causa Socratis iam plane actum videatur. Verum enim vero cum omnes animum despondeant, tamen ipse Socrates non modo leniter ac benigne adolescentium dubitationes excipit, sed etiam labantes familiarium animos erigere et confirmare instituit. Quin etiam amanter narratur cum Phaedone adolescentiore iuxta ipsum sedente iocatus esse. Nimirum haec quoque egregie ad declarandam sapientis tranquillitatem comparata sunt, qui vel morte appropinquante non perturbatur animo, sed suam sibi constantiam et hilaritatem tuetur, utpote vel maximis dubitationum fluctibus coortis laetissima immortalitatis spe et fiducia sustentatus.

Iam vero his ita expositis rursus sequuntur gravia ac severa Socratis de comparanda sapientia monita atque

1) V. annot. ad pag. 88 A.

praecepta[1]), ut facile appareat, priusquam accedatur ad refellendas Simmiae ac Cebetis dubitationes, sicuti universi dialogi descriptio et conformatio tulit, denuo subiungi superioribus adhortationes quasdam ad retinendum sapientiae studium. Et se quidem fatetur, id quod non sine urbana sophistarum cavillatione dicitur, similem iam videri posse contentiosis et pervicacibus istis litigatoribus, qui quidquid statuant id pertinaciter etiam ab aliis pro vero probari velint, quandoquidem in eo constanter perseveret, ut animos immortales esse existimet. At enim vero se non tam id agere dicit, ut aliis omnibus ita esse persuadeatur, quam hoc potius, ut sibimet ipsi res quam maxime certa et explorata habeatur. Sed hanc quidem ignorantiam non semper duraturam esse, sed fore, ut paullo post evanescat. Mortem scilicet suam prope instantem significat, qua speret sese aliquando ab hac iudicii fluctuatione liberatum iri.

His vero adhortationibus ac praeceptis tamquam imprudentes traducimur ad ea, quae deinceps de immortalitate disseruntur dialectice. Etenim haec omnia cum ex una idearum ratione repetita sint, legentes profecto iis, quae Socrates de rationis in talibus quaestionibus recte utendae necessitate disputat, elegantissime ad ea informantur, quae in postremo immortalitatis argumento diligenter animadvertenda sunt. Sequitur enim dehinc nova quasi fabulae pars, qua tandem id agitur, ut recta ratio tamquam ad summum humanae scientiae et cognitionis fastigium enisa immortalitatis causam obtineat superatisque materialismi et sensualismi, qui hodie vocatur, dubitationibus omnibus victrix evadat.

Orditur igitur Socrates disputationem adversus ea, quae contra ipsius rationem in medium sunt allata ac primum quidem Simmias, qui animum harmonia quadam contineri voluerat, acutissime refellitur tribus argumentationibus[2]). Nam primum ex vita animorum superiore demonstratur animum non esse posse harmoniam, propterea quod haec ex iis demum rebus oriatur, quae iam ante ipsam exstiterint, animus autem corpore iam prius fuerit. Deinde ipsius harmoniae vim et naturam ostenditur eam esse, quae cum animi indole ac virtutibus minime conveniat[3]). Denique etiam ex mutua animi et corporis coniunctione perspicuum esse monetur animum eumque maxime prudentem in homine dominari atque corporis perturbationibus et cupiditatibus neutiquam semper obsequi, sed saepissime resistere; id quod in animum certe

1) Pag. 89 C — 91 C.
2) Cap. XLI. in. — XLIII. extr., pag. 91 C — 95 A.
3) V. nos ad pag. 92 E.

minime cadat, si harmonia contineatur et nihil aliud nisi quaedam corporis virium intentio aut remissio sit.

Iam vero refutata Simmiae sententia Socrates accedit ad examinandam Cebetis rationem. Revocatur igitur ante omnia in mentem quidnam sit, quod Cebes statuerit[1]). Cuius sententia accuratius considerata ille ultro fatetur difficilem sane moveri quaestionem, quippe quae locum illum philosophiae gravissimum, qui sit de ortus et interitus rerum causis, propius attingat. Quo quidem loco educimur paullatim ad summum illud sapientiae Platonicae fastigium, hoc est ad idearum doctrinam, unde Socrates Platonicus fatetur se primum intellexisse veritatis scientiam neutiquam posse ex rerum naturalium observatione et notitia sive ex realismo, quem hodie barbare vocare solent, hauriri, sed unice petendam esse ex idearum cognitione sive ex idealismo. Narrat enim Socrates, priusquam ad Cebetis sententiam aggreditur, universe quid sibi in perscrutandis rerum causis et rationibus versanti olim acciderit. Physicorum enim decretis ad veri quaerendi usum traductis brevi ait se intellexisse in rerum natura adspectabili nihil esse, quod ultimas rerum causas patefaceret, siquidem quae a physicis pro causis allata essent, ea minime vim ac naturam rerum aperirent ac declararent. Deinde cognovisse se sententiam Anaxagorae, qui mentem divinam rebus omnibus praefecerit. Tum vero sese ait speravisse futurum esse sic, ut Clazomenius quaenam optima cuiusque rei causa et ratio videretur subtiliter exquireret, quippe quod unice menti esset conveniens eaque dignum. Sed illum mentem et rationem ad causas rerum declarandas minime adhibuisse, physicas tantum res eo traduxisse, unde optima cuiusque rei ratio non cognosceretur. Quo facto sese dicit rem instituisse aliter, ad unas ideas sese intellexisse hac in causa iudicium esse referendum. Has enim ubi statuerimus per se ac vi sua constare et quaecunque insigniantur illarum nomine non aliam ob causam, quam quia sint illarum participes, ita appellari solere tenuerimus, futurum esse se arbitrari, ut in causis rerum investigandis non rerum externarum animadversioni temere tribuamus omnia et ex rerum effectis atque operibus, quae oculis cernantur, earum vim naturamque aestimemus, sed potius mentis rationibus utamur earumque ope ideas ad rerum iudicium traducamus. Quamquam in harum rerum quaestione eam cautionem adhibendam esse Socrates praecipit, ut et positae sumtiones rite explorentur et si qua altius escendendum sit, id item sic fiat, ut ne principium et consequentia temere misceantur[2]). Nunc quidem Socra-

1) Pag. 95 A — E.

2) Quae quorsum pertineant et quid significent clarius etiam perspicietur, si comparata fuerint quae de hac parte dialecticae

tes significat se hac sumtione sua acquiescere, qua ideis censeat veram rerum vim naturamque esse contentam, quamquam fieri posse existimat, ut etiam altius aliquando veritatis principium investigetur. Quae ipsa causa est, cur infra amicos et familiares graviter cohortetur, ut de iis, quae ipse exposuerit, amplius quaerant, si forte fieri possit, ut isto modo aliquando etiam ad certiora perveniatur. Quod effatum certe magnopere errarunt si qui eo pertinere iudicaverunt, quod Plato suam ipsius animi dubitationem de argumentorum suorum vi atque auctoritate prodiderit. Finxit enim ille Socratem suum utique eum, qui animum esse immortalem plane persuasum habeat, sed eundem etiam tanta sapientia pollere iussit, ut propter rei magnitudinem et mentis humanae imbecillitatem statuat in vero quaerendo usque longius procedendum esse, si forte ad evidentiorem certioremque rei gravissimae cognitionem perveniri queat.

Et haec quidem de loci sanequam memorabilis[1]) argumento. Quae Socrates hic de philosophiae studiis suis narrat, ea certe dubitari non potest, quin non tam de ipso, quam de Platone idearum doctrinae auctore ac parente intellegenda sint. Quid enim? nonne apertum est narrari quibus quasi gradibus ipse Plato paullatim in sapientiae studio progressus sit, usque dum denique ad idearum doctrinam pervenerit? Nimirum hanc certe omnes consentiunt non Socrati propriam fuisse, qui potius in rimandis exquirendisque meris mentis notionibus substitit, sed uni Platoni acceptam referri. Quocirca Plato, quod in aliis sermonibus suis fecit, ut Socratem suis ipsius partibus ei demandatis iusserit alienam personam sustinere, id etiam in Phaedone imprimisque in hoc dialogi loco secutus est[2]). Enimvero servavit ea in re etiam legem verisimilitudinis, quandoquidem veri Socratis imago utique lineamenta quaedam habuit, unde talis ipsius species denique effingeretur, qualem in Phaedone deformatam videmus. Nam primum quidem Socratem perquam est verisimile adolescentem atque virum, priusquam sapientiam de coelo in terram devocaret, etiam physicis dedisse operam, non quo ea continuo

---

exposita leguntur in Soph. p. 253 B sq. et p. 259. De Rep. VII. p. 533 C, ubi inter alia haec perscripta sunt: *Οὐκοῦν ἡ διαλεκτικὴ μέθοδος μόνη ταύτῃ πορεύεται, τὰς ὑποθέσεις* (i. e. principia, quae tamquam vera ponuntur, sumptiones pro principiis positas; vere enim auctor definit p. 415 D: *ὑπόθεσις· ἀρχὴ ἀναπόδεικτος*) *ἀναιροῦσα* (sursum evehens) *ἐπ' αὐτὴν τὴν ἀρχήν, ἵνα βεβαιώσηται, καὶ τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινι τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω.*

1) Pag. 95 E — 106 E.

2) De hac re aliter visum est Boeckhio, Ind. lection. Berol. 1838. et nuper Krischio, Die theol. Lehren der Griech. Denker, Göttingen 1840. p. 210.

probaret, sed ut eorum notitiam adipisceretur[1]). Quid quod adeo Anaxagorae placita videtur accuratius cognita habuisse, ad quae Plato sese sub eius persona narrat, posteaquam aliorum sapientiam frustra degustavisset, propius accessisse[2])? Praeterea vero etiam is fuit, cui adeo doctrina idearum cum quadam verisimilitudinis specie attribui posset. Constat enim Socratem in disserendo ita versatum esse, ut communes rerum notiones diligentius exquireret in eaque re etiam peculiarem poneret operam. Itaque revera proxime accessit ad ideas, nisi quod hae neutiquam sunt merae mentis humanae notiones, sed species mentis aeternae vim rerum omnium in se continentes. Quocirca nobis quidem minime dubium videtur, quin Plato toto hoc loco Socratem iusserit ea narrare, quae cum verisimiliter ad hunc referri possent, tamen revera de se ipso essent accipienda[3]). Spectant enim omnia denique ad idearum doctrinam dialecticaeque usum inde suspensum habentque id propositum, ut quanto haec doctrina physicorum rationi esset anteponenda, vel eo constet, quod cum omnino rerum causae exinde optime declarari, tum immortalitatis spes firmissime communiri possit.

Sed revertimur ad ipsum Platonem. Artificiosissime vero ille sententia de ideis illustrata non modo Simmiam et Cebetem finxit huic rationi adstipulantes, sed etiam Phaedonem et Echecratem, qui antea et ipsi horum dubitationibus fuissent vehementer perturbati. Nimirum ita indicatur easdem illas dubitationes, quae vi et gravitate sua audientium pariter atque confabulantium animos antea maxime perculissent, nunc rursus ita esse remotas, ut omnes de immortalitate optimam spem animis conceperint.

---

1) Id probabiliter concludas e Xen. Mem. I. 6, 14, ubi ille narratur etiam veterum sapientium libros cum amicis sedulo pervolutasse, item ex iis, quae ibidem I. 1, 14 memoriae prodita sunt, luculenter intellegitur ipsum harum rerum non imperitum fuisse, quod etiam ex Plat. Apol. p. 26 D coniici potest.

2) Id vel ex eo fit verisimile, quod apud Platonem in Apologia, hoc est in eo libro, qui plane ipsius vitae veritati convenienter scriptus est, p. 26 DE de Anaxagorae libris ita loquitur, ut eorum argumenta novisse videatur. Deinde etiam apud Xen. Mem. IV. 7, 6 Anaxagoram tam acriter corripit, ut id nullo pacto fieri potuisse videatur, nisi rationem viri ac doctrinam omnem perspectam habuisset, atque adeo eadem fere in illo reprehendit, quae apud Platonem ridentur, quandoquidem philosophus Clazomenius dicitur *μέγιστον φρονῆσαι ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι.*

3) [Fr. Ueberweg, Untersuchungen über d. Echtheit u. Zeitfolge Platonischer Schriften, pag. 92—94 hanc narrationem ad unum Socratem referendam esse vult. Ei adversatur Fr. Susemihl, Platonische Forschungen. IV. Spricht Pl. im Phaed. p. 95 sq. von seiner eigenen Entwickelungsgeschichte? Philolog. 20. Jahrg. pag. 226—237, ubi eandem fere sententiam profert, quam Stallbaum., licet eam aliter defendat.

Atque his ita expositis tandem acceditur ad ultimum immortalitatis argumentum[1]), quod superiore sermone tamquam praeparatum est. Ducitur igitur illud ex idea vitae animo propria ita quidem, ut argumentatio secundum principium contradictionis tum rectae tum obliquae, quod hodie dialectici appellant, instituatur. Probatur enim animum ideo esse immortalem atque omnis interitus expertem, quia τὸ εἶδος ipsius, hoc est ipsa animi vis et natura per se considerata ideam vitae in se inclusam teneat, quandoquidem omnia sint vi idearum id ipsum, quod sint. Quam quidem disputationem ut plane intellegamus, meminisse iuvabit Platonem ideas suas non voluisse meras esse mentis notiones, sed species rerum absolutas omnem earum vim aeternam in se continentes et natura quidem sua constantes et immutabiles, sed easdem cum inter se tum cum rebus adspectabilibus eadem necessitudine coniunctas, qua notiones generum et formarum menti humanae inditae inter se coniunctae sunt. Enimvero spectavit ille ideas et λογικῶς et μεταφυσικῶς, quandoquidem Socraticam mentis notionum explorationem cum ente Eleaticorum et rigidis immotisque Megaricorum ideis scite in unum coniunxit. Quam doctrinae partem subtiliter illustravit in Sophista, Politico et Parmenide, qui libri sine ulla controversia existimandi sunt iam ante Phaedonem litteris consignati esse.

Argumentatio autem, qua nunc immortalitas animorum confirmatur, nostrorum morem ubi sequimur, huc fere redit. Notiones contradictorie oppositae sese invicem excludunt. Iam vero vita et mors habent oppositionem contradictoriam. Ergo vita et mors sese excludunt invicem. Quod tamen secundum Platonis rationem ita est intellegendum, ut vitae et mortis notiones pro ideis h. e. naturis vera essentia praeditis accipiantur. Huic vero ratiocinationi adiungitur continuo altera eaque haec: Etiam formae (species vulgo appellant) generi alicui, quod habet contradictoriam oppositionem, subiectae non ferunt vel suscipiunt generis sui ideam contrariam h. e. formae sive species notionum generalium non recipiunt notas suis generibus contrarias. Iam vero animi notio subiecta est notioni sive ideae vitae, quandoquidem illa sine hac cogitari non potest h. e. quia animus est vita, ita ut illi vita praedicati loco attribuenda sit. Sequitur igitur, ut animus mortis notionem (vim et naturam) prorsus excludat. His vero ita conclusis adduntur denique, quae ad absolvendam argumentationem vel verborum causa visa sunt necessaria. Ostenditur enim acutis conclusiunculis per soritem accumulatis primum quidem animum utpote mortis expertem item esse immortalem

1) Cap. L—LVI., pag. 102 A — 107 B.

(*ἀθάνατον*), quemadmodum id, quod ideam paris non recipiat, impar dicatur. Deinde concluditur hoc, animum omnino interitus esse expertem (*ἀνώλεθρον*), quandoquidem, si quidquam aliud, certe illud, quod immortale ac sempiternum habeatur, dissolutione et interitu liberum putari oporteat, id quod dei et ideae vitae commemoratione confirmatur. His vero ita exploratis concluditur appropinquante morte mortalem quidem hominis partem interire, sed partem eius immortalem interitu immunem manere ideoque perpetuo esse duraturam.

Haec igitur Socrates de ultimo immortalitatis animorum argumento. Cuius quidem explicatione philosophus tandem rem eo provexit, ut iam ad summum culmen ac fastigium omnis philosophiae educti videamur. Probavit enim firmavitque fidem immortalitatis etiam ex ultimis rerum principiis vel ideis, quibus ipsius iudicio nihil est in philosophia gravius aut celsius eamque rationem suam, qua hinc potissimum in ea re demonstranda profectus est, dixit *ὑπόθεσιν*, propterea quod eam principii loco posuit. Tribuit autem Plato huic postremo argumento sanequam plurimum. Id quod clarissime ex eo perspicitur, quod illud non modo ultimo loco posuit, verum etiam tale voluit esse, cuius vi et gravitate omnes dubitationes et controversiae de immortalitate excitatae plane summoverentur. Nec profecto quisquam recte infitias iverit pondus eius atque momentum ad litem dirimendam utique esse gravissimum, ut non temere hinc etiam Augustinus[1]) profecerit, cuius cum disputatione conferri poterit etiam locus Ciceronis e Phaedro expressus[2]). Nam ubi Platoni concesseris, quod ex doctrinae suae ratione statuit, ideas revera esse iisque contineri eius quod per se constet vim ac naturam ac praeterea largitus fueris animum necessario vitam sibi adiunctam habere eiusque participatione carere non posse, certe vix reperies quod in summi philosophi argumentatione moleste feras, nisi forte illud ipsum reprehenderis, quod animum vitae esse participem sumserit potius arbitrio suo, quam idoneis demonstraverit rationibus. At nimirum videtur philosophus hoc ideo posuisse, quia rem ita se habere tum ex superioribus immortalitatis argumentis intellegi licuit, tum abunde demonstratum est in Phaedro[3]), quem dialogum non ita multo ante Phaedonem in vulgus editum esse perquam est verisimile. Quod vero Strato[4]), Gottleberus[5]), Tenne-

---

1) De immort. anim. § 14 sq.
2) Tusc. I. 23.
3) Pag. 245 A sq. Eiusdem rei demonstrationem etiam postea subtiliter instituit in Lg. X. p. 895 E, 896 A.
4) Apud Olympiod. p. 150 ed. Finckh.
5) Animadvers. in Phaed. p. 196.

mannus[1]), Wiggersius[2]), Tiedemannus[3]), A. Schmidtius[4]), Kuhnhardtius[5]) aliique contenderunt, ex eo, quod animus vitae sit particeps, hoc unum tantummodo sequi, eum manere quamdiu animus sit, subiecto autem quod vulgo dialectici vocant sublato etiam praedicatum tolli, ut petitio principii admissa videatur, non viderunt viri acutissimi Platonem omnino vim et naturam animi eam esse voluisse, quae vitae ideam necessitate quadam secum coniunctam haberet, ut ea nec ab animo ullo modo divelli posset, id quod vel propter Graecum vocabulum ψυχὴ ita statuisse existimandus est. Quamquam facile largimur ista omnia, ubi ad leges philosophiae recentioris fuerint examinata subtilius, vix cuiquam omni ex parte probatum iri.

Perfecit igitur Socrates, sicuti vidimus, denique hoc, ut iis, qui ipsum audiverunt, plane de immortalitate animorum persuasum sit. Assentiuntur enim ei etiam Simmias atque Cebes, ut certamen de re primaria plane videatur ad exitum esse perductum. Quamquam significat philosophus fieri fortasse posse, ut etiam altius quoddam atque superius principium doctrinae de immortalitate, quam idearum sit ratio, investigetur. Quod tamen quale esse suspicatus sit, non constat, quandoquidem nec in libris posteriore tempore scriptis, alius generis argumenta immortalitatis expromsit, quam qualia in Phaedone leguntur exposita. Nihilominus autem etiam illud professus est in praesenti quidem certe meliorem immortalitatis probandae viam ac rationem sibi non videri suppetere omninoque in hac causa mentis et rationis usui omnia tribui oportere. Ac profecto tantum Plato his disputationibus suis profligavit, ut, etiamsi rem difficillimam non ad certae et exploratae evidentiae persuasionem adduxerit, id quod sane in tanta rationis humanae infirmitate nunquam poterit fieri, tamen ceteris omnibus, qui eundem postea locum tractaverunt, tamquam facem antetulerit, siquidem quaestionem gravissimam ex fabularum et opinionum tenebris in scientiae lucem eduxit atque rationis ope dilucidare conatus est.

Iam vero, quod in superioribus fieri meminimus, ut post immortalitatis argumenta postremo graves quaedam cohortatio-

---

1) Gesch. d. Philos. II. p. 464. System d. Plat. Philos. III. p. 117.

2) Examen argument. Plat. pro immortalitate animi humani. Rostoch. 1803. pag. 24.

3) Dialog. Platon. Argument. p. 35 sq.

4) Ueber die Ideen des Plato u. die darauf beruhende Unsterblichkeitslehre desselben. Progr. Gymnas. Quedlinburg. 1835. p. 21.

5) Plat. Phaed. mit besonderer Rücksicht auf die Unsterblichkeitslehre erläutert u. beurtheilt. Lübeck 1817. pag. 67.

nes subiungerentur, unde quanti aestimanda esset spes immortalitatis ad vitam pie sancteque agendam, certius intellegeretur, idem etiam hoc loco ita institutum est. Ubi igitur denuo pauca de animo ad immortalitatem diligenter conformando disseruit[1]), continuo docere instituit manere olim suam quemque fortunam, beatam illam aut miseram futuram, prouti quis in hac vita terrestri virtutis ac sapientiae studiosus fuerit. Quae quidem sententia quod fabulosa futurae vitae descriptione declaratur, id nemo profecto mirabitur. Est enim philosopho mythus nihil aliud nisi adspectabilis quaedam ideae alicuius repraesentatio ad similitudinem religiosarum fabularum et similium traditionum composita vel augustior quaedam atque sanctior descriptio fabularis status et condicionis alicuius propter ideam aliquam, veluti immortalitatis, in ipsa rerum veritate verisimiliter locum obtinentis, ita ut in illo ideae atque naturae quasi quaedam coniunctio cernatur atque philosophiae tamquam poesis sit conspicua. Ex quo ipso nullo certe negotio intellegitur, quamnam ob causam philosophus in eiusmodi philosophiae locis illustrandis mythorum figmentis utendum esse putaverit. Nam primum quidem facile animadvertit eiusmodi statum et ordinem rerum, quamvis cum ideis coniunctissimum, tamen item naturae phaenomenis et rebus in facto positis plane esse consimilem, ut non tam dialectice explorari et iudicari, quam describendo explanari posset. Deinde mythos eiusmodi etiam ideo censuit esse talibus in locis usurpandos, quia, quae essent ibi exponenda, ea sub involucris illorum non modo ut verisimilia, verum etiam ut augustiora et sancte reverenda ob oculos poni liceret. Etenim speciem religiosae cuiusdam sanctitatis philosophus illis tanto rectius attribuit, quod revera omnis ipsius sapientia fuit religiosa quodque statum aliquem rerum propter ideam quampiam positum cum religiosa fide coniunctum esse oportere arbitratus est[2]). Itaque Plato etiam in Phaedone cum aliis locis religiosas fabulas usurpavit, tum imprimis hic quoque mythum artificiosissime ex variis popularis religionis opinionibus, ex antiquae sapientiae traditionibus, e poetarum commentis, denique e physicorum superiorum decretis cum sua ipsius ratione consociatis conflatum ad rem praesentem adhibuit, ut futuro animorum statu et condicione ad verisimilitudinis speciem descripto grandi quadam et religiosa imagine declararet, quod ipsi penitus fuit persuasum haud dubie olim ita esse

1) Pag. 107 C.

2) De hoc argumento breviter quidem, sed luculente disseruit Fr. Astius, Platon's Leben u. Schriften. p. 165. [Cf. Stallbaumii Proleg. ad Phaedr. p. CXXXV sq., annot. ad Reip. l. X. p. 614 B.]

futurum, ut quisque iustam consiliorum factorumque suorum mercedem accipiat idque certo quodam fatorum ordine eventurum. Etenim nequaquam ipse omnia atque singula, quae ad futurum istum rerum statum pertineant, aut accuratius explorari aut certo describi posse existimavit. De qua re Socratem fecit ita iudicantem[1]): „Statum vero animorum post mortem revera eo modo se habere, quo ego narravi, id non decet certo affirmare et contendere sanae mentis hominem; eum autem esse debere vel talem vel similem, quandoquidem animi nostri immortales sunt, hoc decet et affirmare et huic persuasioni fidere.“ Quocirca in his speciem probabilitatis ex idea immortalitatis oriundae secutus est, ut opinionem sive *δόξαν* sectatus sit, si fieri posset, ut quid verum esset, tamquam *θείᾳ μοίρᾳ* et felici quodam mentis augurio assequeretur.

Constat autem tota fabula tribus partibus primariis, deductione animorum in Orcum[2]), terrae eiusque partium tum supernarum tum infernarum adumbratione[3]), denique descriptione variae fortunae et condicionis, quam animi mortuorum pro varietate studiorum suorum olim subituri sint[4]).

Itaque ad primam fabulae partem exornandam nos quidem non dubitandum putamus, quin philosophus adhibuerit quae ipsi vel popularis religionis opiniones vel Orphicorum de his rebus placita subministrarent. Nam de iudicio atque iudicibus inferorum pervulgata fuit superstitio et populari etiam religione consecrata[5]). Descensum autem ad inferos cognatum illum etiam cum animarum deductione vulgo per Mercurium fieri credita accuratius ab Orphicis fuisse descriptum, tanto minus dubitari licet, quo arctius ea res cum lustrationibus atque initiis, quae illi crepabant, coniuncta fuit. De qua re certius aliquanto constaret, si carminis, quod inscriptum fuit *κατάβασις εἰς ᾅδου*, Prodico cuidam Samio a Clemente, Herodico autem Perinthio a Suida tributi superessent reliquiae. De quo carmine Lobeckius[6]) ita exposuit, ut ipsius Orphei descensum ad inferos in eo descriptum fuisse verisimillimum iudicari oporteat. Fuerunt autem Orphici omnino, ut mox videbimus, de

---

1) Pag. 114 D ibique annot.
2) Pag. 107 D — 108 D.
3) Pag. 108 D — 113 D.
4) Pag. 113 D — 114 C.
5) V. annot. ad Gorg. 523 E.
6) Aglaoph. p. 373.

rebus inferis multi. Quocirca Plato quod diligentius de viis in Orcum ducentibus disputat, reprehenso etiam Aeschylo, id videtur ideo fecisse, ut sese in causa adeo sacra ad Orphicorum disciplinam et rationem composuisse videretur. His vero quae adiunxit de variis animorum illuc discedentium affectibus atque motibus ea ipse doctrinae suae convenienter finxisse existimandus est, quamquam fieri potest, ut etiam hac in parte singula quaedam superioris aetatis vatibus atque poetis accepta referat.

Iam vero descensu animorum in loca inferorum descripto philosophus etiam descriptionem terrae exhibet eamque futurae animorum fortunae, qualis ab ipso informata est, sollerter accommodatam. Discernuntur enim tres terrae regiones, ex quibus nos mediam incolamus, superiorem aetheri vicinam et mire pulcram pii aliquando inhabitaturi sint, inferior denique eaque tristis et horrida impiorum manibus sit destinata. Quae quidem regiones utique tam prolixe et copiose describuntur, ut philosophum facile putes primarii consilii sui immemorem intempestive hic indulsisse ingenii lusibus. At enim vero cavendum est magnopere, ne eum temere accusemus inertiae. Nam primum quidem ille sine dubio hoc spectavit descriptione sua, ut quam illustrissima exhiberetur poenarum et praemiorum, quae mortuos manerent, imago eoque modo cogitatio divinae iustitiae etiam futuro tempore regnaturae legentium animis quam firmissime infigeretur. Ad quod certe nihil potuit fingi aut cogitari efficacius, quam universae terrae imago et pictura praemiis et poenis mortuorum prorsus conveniens. Deinde etiam omnem doctrinam de futura hominum vita deque sorte post mortem exspectanda probabiliorem habitum iri iudicavit, si vel naturam universae terrae ipsi convenire intellegeretur. Quemadmodum igitur in Phaedro, quo loco divinam animorum vitam descripsit, etiam totius fere rerum universitatis imaginem exhibuit, unde vel adspectabilem rerum naturam divinioris vitae opinioni respondere appareret, ita etiam in Phaedone cum futuri animorum status descriptione universae terrae imaginem et quasi picturam eam proposuit, quae ad illius rationes declarandas aptissima esse videretur. In quo ipso tamen, nisi fallor, etiam illud spectavit, ut, licet non pauca arbitratu suo finxerit, tamen data opportunitate simul ostenderit, quaenam physicorum superiorum de terra atque universo mundo opiniones sibi praeter ceteras maxime probarentur. Denique etiam hac in re imitatus esse videtur Orphicos omninoque priscos sapientes, qui, ut religiosae sapientiae succurrerent piosque sensus in animis hominum excitarent, imaginibus et picturis talibus usi sunt, quarum augusta specie mentes facilius caperentur captaeque tenerentur. Nam Orpheum quidem diligentius de rebus inferis

exposuisse luculente testatur Iulianus[1]. Quin tota Orci et locorum inferorum descriptio a Diodoro Siculo[2] sacerdotum Aegyptiorum auctoritate ad Orpheum refertur auctorem[3]. De imaginibus autem in mysteriis ob oculos positis et ad veri divinandi augurandique rationem comparatis omnia nunc prope in vulgus nota sunt.

Sed satis haec universe; videamus de singulis. Et in terrae inferae quidem descriptione haud scimus an Plato nonnulla saltem aut ab Orphicis mutua sumserit, aut ad eorum rationem adornaverit. In ceteris autem descriptionis suae partibus physicorum et Pythagoricorum placita promiscue ad rem suam traduxisse videtur. Ita quod terram rotundam in medio mundo locavit eamque ab omni sua parte versus centrum suum vergentem fecit, in posteriore sententiae parte secutus est Anaximandrum[4], in priore opinione etiam duces habuit Pythagoreos, quos terram globosam esse voluisse constat[5]. Et probavit Plato sententiam de terra in media rerum universitate posita cum in Timaeo[6], tum etiam in Phaedro[7], ut illam omnino suam fecisse existimandus sit. Iam vero quod terram finxit supernam, coelestibus regionibus propinquam, quam unam veram et germanam terram esse dictitat, etiamsi hoc non aliam ob causam fecerit, quam ut locum haberet, ubi piis animis suum domicilium assignaret, tamen ne hac quidem in re caruit testimoniorum auctoritate, quae sententiae suae vel fidem faceret vel verisimilitudinis speciem conciliaret. Nam primum quidem ista terrae superioris fictio cognata est vulgaribus de Olympo, coelesti deorum sede, opinionibus, unde certe ipsa quoque speciosa exsistit. Deinde iam Anaxagoras[8] similem quandam superioris terrae informaverat imaginem, ut Plato etiam physicorum doctrina niti videatur. Ornatum autem reliquum picturae perquam vividae et illustris etsi non constat, unde philosophus repetiverit, praeterquam quod superioris terrae faciem cum pila duodecim laterum verisimiliter secundum Pythagoreos contendit, qui primariam aetheris formam dodecaedro comparavissent[9], tamen quid rei sit ad coniiciendum non adeo est difficile. Quippe exornavit

1) Orat. VII. p. 216: *καὶ Πλάτωνι πολλὰ μεμυθολόγηται περὶ τῶν ἐν ᾅδου πραγμάτων θεολογοῦντι καὶ πρό γε τούτου τῷ τῆς Καλλιόπης* h. e. Orpheo.
2) I, 96.
3) Lobeck, Aglaoph. p. 811.
4) Arist. De coelo II, 13.
5) Diog. Laert. VIII, 48.
6) Pag. 40 B.
7) Hoc demonstrasse videmur in Diatribe de mytho Phaedri Plat. p. 34 sq.
8) Simplic. Comment. ad Arist. Phys. p. 33 B, 34 A.
9) Tim. p. 55 C.

haec philosophus sollertissima opera sic, ut cum partim ad aetatis aureae similitudinem comparata sint, tum speciem physicae sapientiae plane insignem prae se ferant, quamquam ab ipso revera eo consilio sunt inventa, ut quanto intervallo terrestris vitae condicio, cuius imperfectio breviter describitur [1]), a rerum coelestium praestantia distet quamque divina humanis antecellant splendida aliqua imagine declaretur. Nempe ita simul et magnitudo futurae beatitatis vividissimis coloribus depingitur et mortalibus id agendum esse significatur, ut ex huius vitae caligine ac miseria perpetuo ad divinae vitae lucem ac beatitatem eluctentur.

Sed his ita expositis etiam ad loca infera descendamus, quorum descriptio [2]) ita exhibetur, ut simul mediae terrae, quam incolunt homines, ducatur ratio. Et terra quidem media quod cavernosa dicitur esse multosque habere meatus, simile quiddam etiam Anaxagoras docuit [3]). Hinc vero repetitur ratio tum Tartari, qui est ingens hiatus mediae terrae inclusus, tum fluviorum infernorum in illum et influentium et rursus effluentium. Cuius influxus et refluxus causae ex ipsius terrae rationibus physicis declarantur, quae videntur libramento terrae antea ex Anaximandri ratione explicato contineri. Et horum quidem fluviorum descriptio etsi primo adspectu Homerica et Hesiodea est, tamen arctiorem etiam necessitudinem habere videtur cum placitis Orphicorum, qui propter lustrationes et expiationes, quas statuissent, imprimis etiam in describendis fluminibus infernalibus sedulam operam posuisse videntur. Quamobrem etsi Plato iudice Proclo [4]) ab Homero accepit, quae de fluentis infernalibus exposuit, tamen non neglegendus Olympiodorus est, qui ea fontem habere Orphicum scribit [5]). Quamquam videri potest etiam physica quaedam placita hic ob oculos habuisse, sicuti ea, quae de Pyriphlegethonte exposuit, verisimile reddunt. Sed quidquid rei est, illud quidem certe apertum fore arbitramur omnibus, quorsum denique longa ista atque copiosa de rebus inferis narratio referatur. Quemadmodum enim superae terrae descriptione declaratum est mortalibus nihil esse debere antiquius quam ut e vitae terrestris tenebris ad vitae immortalis lucem enitantur, ita terrae inferae pictura eo valet, ut quanta post mortem futura sit hominum impiorum ac sceleratorum miseria et infelicitas vel exinde perspiciatur, quod locorum inferorum facies unicuique ipsam contemplanti horrorem incutiat, ut ipsa

---

1) Pag. 109 E, 110 A.
2) Pag. 111 C — 113 D.
3) Schaubach, De Anaxag. Clazom. p. 176 sqq.
4) In Remp. p. 396.
5) Lobeck, Aglaoph. p. 812.

quoque rerum natura a vitiis ac sceleribus deterrere posse videatur.

Iam vero sequitur descriptio poenarum ac praemiorum, quae mortuorum manibus constituuntur. Quae quam callide attemperata sit vulgaribus de rebus inferis populi opinionibus, vix monere attinet. Quamquam suspicari licet hic quoque reperiri, quae ad similitudinem eorum composita sint, quae in mysteriis Orphicis sive tradebantur sive agebantur. Nam Orphica constat maxime fuisse expiatoria atque id habuisse propositum, ut lustrationum vi et beneficio poenae aboleri iisque, qui ab iis liberati essent, etiam post mortem beatioris sortis gaudia vindicata esse crederentur[1]). Verum de his cum ne apud Olympiodorum quidem quidquam litteris perscriptum exstet, mera coniectura acquiescere cogimur.

Satius igitur erit nonnulla in his notavisse quae certiora sint et singulari animadversione non indigna. Et primum quidem illud est memorabile, quod Plato eos animos, qui plane sint insanabiles, aeternis poenis cruciari vult[2]). Quo nomine philosophum exagitat Arnobius[3]), animos immortales negans talibus poenis esse posse obnoxios: „*Quid?* inquit, *Plato idem vester in eo volumine, quod de animae immortalitate composuit, non Acherontem, non Stygem, non Cocytum fluvios et Pyriphlegethontem nominat, in quibus animas asseverat volvi, mergi, exuri? Et homo prudentiae non parvae et examinis iudiciique perpensi rem inenodabilem suscipit, ut, cum animas dicit immortales, perpetuas et corporali soliditate privatas, puniri eas dicat tamen et doloribus afficiat sensuum. Quis autem hominum non videt, quod sit immortale, quod simplex, nullum posse dolorem admittere? quod autem sentiat dolorem, immortalitatem habere non posse?*“ Nimirum bonus Arnobius primum quidem non vidit secundum Platonem animos mortuorum ob id ipsum affici suppliciis, quod non puri a corporis labe ad inferorum iudicium pervenerint, ut eius sententia vel inter eos, qui in piorum domicilia migrare iubeantur, uni verorum philosophorum animi sine corporibus illic vivant, deinde omnino universae narrationis fabulosae sententiam parum subtiliter videtur examinavisse.

Verum satis de his. Pergimus ad aliud quid, quod diligentiore animadversione non indignum videtur. Censet enim philosophus unos philosophorum animos per omne tempus sine corporibus vivere. Quod quomodo intellegendum

---

1) Lobeck, Aglaoph. p. 642 sq. 806 sq. coll. Plat. Rep. II. p. 363 C — 364 C.

2) Eandem sententiam proposuit etiam in Gorg. 526 B et Rep. X. p. 614 C sq. iuxta cum aliis, qui *νεκυίας* scripserunt, ut Aeschin. Socrat. qui vocatur in Axiocho p. 371 sq.

3) Advers. Gentes II. c. 14. p. 57, c. 30. p. 70. ed. Orell.

sit, nuper valde dubitatum est[1]). At enim vero res videtur non adeo inextricabilis esse, dummodo meminerimus Platonem animum in tres partes divisisse, *τὸ λογιστικόν*, *τὸ θυμικὸν* et *τὸ ἐπιθυμητικόν*, sicuti iam in Phaedro fecit. Itaque unos philosophorum animos censuit plane a corporis labe immunes fieri, quae *τῷ θυμικῷ* et *τῷ ἐπιθυμητικῷ* utique adhaereat, ita ut diis fiant quam simillimi ideoque etiam in celsioribus regionibus habitent. Quod plane convenit cum iis, quae in Phaedro de coelesti animorum itinere narrantur, in quo alii eorum ratione duce deorum currus facilius consequuntur, alii propter equum ferociorem h. e. propter vim *τοῦ ἐπιθυμητικοῦ* longius retardantur ac denique fatiscunt. Nec vero in eo haerendum, quod his ipsis animis etiam certa tribuuntur domicilia. Apparet enim sponte id non proprio sensu accipi oportere, sed allegorice dictum esse. Designatur enim vita animi plane libera et in se absoluta nullisque amplius tacta mortalis concretionis malis.

Verum his utcunque explicatis aliud dilucidasse iuvabit. Quod enim philosophus scripsit eos, qui omni corpore vacui vivant, animos in pulcriores adhuc venire sedes, quam quales terra supera habeat, quamquam eas describere nunc nec vacet nec lubeat[2]), id haud scimus an ad Phaedrum dialogum referendum sit. Nam multum profecto a recto aberraverunt, qui picturam universi fabularem, qualis in illo libro exhibetur, cum imagine rei in Phaedone proposita vix conciliari posse iudicaverunt. Enimvero significavit Plato hoc Phaedonis loco philosophorum animos etiam divinioris illius vitae fieri posse participes, quae in Phaedro iis animis obtingere indicatur, qui Iovem ducem in coelesti itinere felici cursu consecuti sint. Quod si ita est, certe philosophus non obscure indicavit qua necessitudine mythi in utroque libro enarrati inter se contineantur.

Socrates istis omnibus enarratis denique paucas quasdam admonitiones subiungit[3]), quae quorsum pertineant sponte intellegitur.

Exposuimus igitur etiam de hac parte dialogi fabulosa sic, ut iam de eius sententia videatur facilius esse iudicium. Videmur autem nunc tanto confidentius asseverare posse nihil fere reperiri, quod peculiariter ad imaginem sapientis in aeternae veritatis meditatione defixi atque philosophi germani more moribundi sive informandam sive consummandam pertineat. Quod enim docetur benefactis praemia et malefactis poenas esse con-

---

1) Ritter, Gesch. d. Philos. II. p. 427 sq., Susemihl, Prodrom. p. 19, Genet. Entwickl. d. plat. Philos. I. p. 461, Steinhart, Einleitung zum Phaed. p. 455.
2) Pag. 114 C.
3) Pag. 114 DE.

stitutas, quid tandem cum veritatis cognoscendae studio commune habet, cum Plato ipse virtutem potissimum, non unam idearum cognitionem hac in re spectandam esse arbitretur? Multo aliter vero res se habet, ubi de immortalitate animorum agi meminerimus. Apparet enim posteriorem hanc sermonis partem eo pertinere, ut quid ex fide immortalitatis de futuris animorum fatis consequatur vulgaribus religionibus accommodate ostendatur. Quemadmodum vero opinio atque spes immortalitatis id efficit, ut esse aliquod tempus credamus, quo divina iustitia bonis bene et malis male esse iubeat, ita vicissim etiam haec animi persuasio plurimum valet ad fidem immortalitatis confirmandam.

Et haec quidem de iis operis partibus, quae pertinent ad quaestionem de immortalitatis argumentis. Reliquum est, ut paucis explicandum sit de epilogo libri, qui propius spectat ad ipsum Socratem. Is vero duplex est, prouti ipsa dialogi forma tulit. Nam primum quidem exitus Socratis ex hac vita narratur, deinde autem Phaedo amicis Phliasiis paucis quidem, sed iisdem gravissimis verbis quanta fuerit in Socrate virtutis dignitas et excellentia ostendit.

Et exitus quidem Socratis si quaeritur qua ratione descriptus sit, nullo fere negotio intellegitur hoc quoque loco omnia accommodate ad spem immortalitatis esse exposita nulla plane significatione celsioris rerum cognitionis facta, ut hinc quoque apertum fiat Platoni doctrinam immortalitatis non eandem esse atque cognitionis absolutae rationem. Etenim Socrates non iam ideas commentatur, sicuti supra faciebat, quo loco de coniunctione scientiae philosophorum cum immortalitate disserebat, non iam cogitat de divinioris cognitionis rationibus, quae aliis opportunitatibus ipsi apud Platonem videntur sedula cura praecipue dignae esse, non denique defixus est in gravibus meditationibus, quae veritatis plenius sinceriusque cognoscendae studium arguant, imo pectus hic nobis ostentat iis plenum sensibus, qui a certa et indubia spe immortalitatis coniuncta illa cum vitae pure sancteque exactae recordatione proficiscuntur. Socrates autem, postquam immortalitatem animorum acute graviterque argumentis confirmavit, iam eandem etiam ipso obitu suo testatam facit. Enimvero animadvertentes viri constantiam, fortitudinem, animi aequabilitatem et magnitudinem, denique religiosam pietatem, certe adeo commovemur animo, ut, sicuti haec omnia a certa animi persuasione de huius vitae terrestris cum vita immortali coniunctione originem habere suam existimamus, ita etiam eo perducamur, ut laeti fidentesque credamus animos nostros etiam post mortem fore superstites. Tale enim virtutis exemplum in hac causa ad commovendum animum plus

valet quam mentis ratiocinationes omnes quamvis subtilissime excogitatae.

Atque eodem valet etiam praeconium Phaedonis, quod in altera epilogi parte δραματικῶς subiunctum videmus. Vir enim sapientissimus et cognitione veritatis et studio virtutis adeo dicitur excelluisse, ut non modo, si cum aequalibus suis comparetur, longe praestantissimus iudicari debeat, sed etiam, si per se spectetur, sapientiae et iustitiae tamquam summa perfectio in ipso eluxisse videatur. Talis igitur vir tali ingenio ac talibus moribus praeditus cum isto modo mortem obierit, certe consentaneum est hinc quoque patescere, quod cum totius libri argumento atque consilio sane coniunctum est arctissime, virum vere sapientem atque iustum non modo ipsum bono fidentique animo mortem oppetere, sed etiam spem immortalitatis in aliorum animis exemplo suo certissime confirmasse.

CAPUT VI.

DE TEMPORIBUS LIBRI NATALIBUS. DE DIALOGI HABITI AETATE.

Sunt Phaedoni temporis, quo ortus sit, notae evidentes plane nullae impressae. Itaque res ad meram redit coniecturam. Et plurimi quidem quondam in ea fuerunt sententia, ut eum putarent non ita multo post Socratis obitum et scriptum et editum esse, quam sententiam nostra aetate amplexi sunt etiam D. Wyttenbachius[1]), Fr. Astius[2]) et I. Socherus[3]). Censuerunt enim imaginem Socratis morientis non potuisse tempore opportuniore depingi, quam quo haud ita pridem fato defunctus esset, quam rationem etiam illud non mediocriter firmare videtur, quod narratio de ultimis Socratis factis atque dictis tam est accurata, tam vivida, tam copiosa, ut recenti alicui nuntio de re nuper demum gesta utique longe sit simillima. Quam ob rem qui ita statuerunt, Phaedonem adeo putarunt etiam arctiore quodam necessitudinis vinculo cum Critone et Apologia contineri, quippe qui libri pariter in nobilitandis ultimis Socratis dictis et factis versentur.

Sed huic quidem sententiae non pauca sunt quae plurimum officiant. Nam etsi non ita multum tribuendum sit rationibus eorum, qui cum Schleiermachero[4]) librum ideo censuerunt

---

1) Ed. Phaedon. p. 298.
2) Platons Leben u. Schriften p. 26 sq.
3) Ueber Platons Schriften p. 79 sq.
4) Platons Werke. II. Thl. 3. Bd. (Einleitung zum Phaid.), II. Thl. 2. Bd. (Einleitung zum Gastmahl).

multis demum annis post Socratis mortem scriptum esse, quia imago philosophi in Sophista promissa coniuncta opera in Symposio et Phaedone perficiatur ideoque Phaedo post Symposium h. e. post Olymp. 98, 4[1]) in lucem emitti non potuerit, tamen alia sunt etiam ponderosiora, unde libri origines in tempora aliquanto posteriora incidisse intellegatur. Etenim primum quidem idearum doctrina, qua immortalitatis demonstratio magnam partem nititur, in hoc opere adeo est plena et omnibus numeris absoluta, ut in nullo alio Platonis opere magis. Quae cum a philosopho accuratius demum cognitis Eleaticorum, Megaricorum et Pythagoreorum de rerum essentia (*οὐσίᾳ*) deque veri cognitione opinionibus ad eam, qua usa est, perfectionem exculta videatur[2]), consequens est, ut nec Phaedo ante philosophi ad Megaricos discessum aut ante primum iter in Italiam inferiorem ac Siciliam susceptum litteris consignatus sit. Enimvero quam diversa doctrina Platonis postero tempore fuerit ab illa ratione, quam ea aetate consectatus est, qua nondum deseruerat doctrinae Socraticae simplicitatem, id vero perspicue intellegitur ex Menone[3]), ubi cum animorum immortalitas item e vita ipsorum superiore probetur, tamen idearum cognitionis nulla dum mentio iniicitur, sed res aliter multo illustratur.

Deinde manifestum est in Phaedone luculentissima deprehendi Pythagoricae sapientiae vestigia, ut dubium non sit, quin philosophus quo tempore hunc librum composuit illius iam accuratissimam habuerit notitiam vel ex scriptis vel e familiaribus sermonibus collectam. Pertinent huc quae disseruntur de animo in corpore veluti carcere aliquo incluso, de animorum liberatione et purgatione, de eorum migrationibus, de natura eorum cum harmonia cognata, alia multa, de quibus vel in superiore disputatione vel in commentariis explicavimus. Quin etiam totum istud consilium, quo locum de immortalitate peculiari opera illustrare constituit, subnatum ipsi esse verisimile est, cum Pythagoreorum de hac re sententias accuratius pernovisset, praesertim cum id etiam ad fulciendum universae doctrinae suae aedificium sensisset plane esse necessarium[4]). Nec vero ipse philosophus ullo modo dissimulavit sibi hac in re obversatos esse Pythagoreos, id quod vel testantur illi, quos colloquentes induxit, Echecrates, Simmias et Cebes, testatur item mentio

---

1) Prolegom. ad Symp. pag. LXVIII.

2) Prolegom. ad Politic. pag. 31—37. C. F. Hermann, Gesch. u. Syst. d. Plat. Philos. I. pag. 527. 530.

3) Pag. 81 A sq. et 86 A.

4) Cic. Tusc. I, 17, 39: *Platonem ferunt, ut Pythagoreos cognosceret, in Italiam venisse et didicisse Pythagorea omnia, primumque de animorum aeternitate non solum sensisse idem, quod Pythagoram, sed rationem etiam attulisse.*

Philolai, cuius scripta fertur in Italia inferiore coemisse[1]). Cum vero Plato accuratiorem quidem certe doctrinae Pythagoricae cognitionem non prius quam lustrata Italia inferiore adeptus sit[2]), inde quoque necessitate quadam efficitur, ut Phaedo multis demum annis post Socratis obitum scriptus esse putandus sit. Cui rationi nec illud adversatur, quod Cebes et Simmias Thebani, Philolaicae sapientiae notitia imbuti, Platoni iam illa aetate, qua Socrates usque in vivis fuit, illius cognitionem impertire potuerunt. Nam quid rei sit, scriptor ipse non obscure significavit. Qui quod Socratem fecit de Philolai sententia interrogantem, Cebetem autem respondentem explicatam illam esse ab ipso auctore obscurius, hic ipsis verbis satis aperte indicavit nihil nisi incertos rumores tum de viri doctrina Athenas perlatos fuisse, unde de omni eius ratione certius repeti iudicium non potuerit. Itaque omnino quidem sic existimandum est, ut Platonem censeamus iuvenem quidem aliqua Pythagoricae doctrinae notitia imbui potuisse, sed postea demum virum factum per itineris in Italiam suscepti opportunitatem pleniorem eius cognitionem accepisse, unde ad suam ipsius rationem excolendam perficiendamque proficere potuerit. Id quod plane convenit cum testimoniis antiquitus proditis, quorum fidem et auctoritatem nondum a quoquam eversam esse aut labefactatam iure nostro contendere videmur.

Sed tertia quoque causa est cur Plato Phaedonem provectiore demum aetate scripsisse existimandus sit. Continetur enim hic dialogus arctissime argumenti quadam cognatione cum Phaedro et Symposio. Nam ut alia taceamus, quae huc revocari possint, habent Phaedrus et Symposium primum illud imprimis propositum, quod vis et natura animi divina atque aeterna in illustriore luce collocatur atque ea esse arguitur, quae idearum et rerum divinarum utique capax sit. Iam vero quid Phaedo? Nimirum versatur hic imprimis in asserenda animorum aeternitate, qua una demum fieri potest, ut animus in rerum divinarum communionem perveniat atque cognitionis idearum particeps fiat. Porro in Phaedro animus a rerum divinarum celsitate et altitudine ad humilia ac terrena delapsus talis informatur, qui servato et nutrito rerum divinarum studio rursus ad coelestia tendat et ad divinarum rerum communionem enitatur. Idem vero similiter in Phaedone fieri meminimus, in quo sapiens infinito quodam studio animi ex corporis vinculis liberandi et ad

---

1) Böckh, Philolaos pag. 18 sq., C. F. Hermann, Gesch. u. Syst. I. pag. 108. an. 92 coll. annot. nostra ad pag. 61 CD.

2) Proleg. ad Politic. pag. 31 sq., Disput. de Plat. vita, ingenio et scriptis (Opp. Plat. Vol. I. Sect. 1.) pag. XXVI sq., C. F. Hermann, Gesch. u. Syst. I. p. 48. coll. 160 sq., 527, 530, 683 sq.

divina evehendi incensus depingitur. Neque ab hac re alienum est Symposium, in quo ostenditur, quibus quasi amoris h. e. rerum divinarum studii gradibus ad divinioris sapientiae possessionem perveniatur. Iam vero in Phaedro animi dicuntur tanto citius ad inferiora decidere atque adeo denique in brutarum animantium corpora delabi, quanto magis eos deficiat rerum divinarum studium et ardens desiderium. Quod ipsum quoque in Symposio ita iudicatur, in quo qui divino amore neglecto ad humiles corporis cupiditates prolabuntur, ii locum infimum tenere existimantur. Cum istis vero omnibus praeclare convenit Phaedo, in quo qui corporis lubidinibus constricti tenentur, ii humum delapsi denique etiam brutarum bestiarum corporibus illigantur. Accedit ad haec, quod in utroque illo opere animorum immortalitas ad doctrinae rationem ibi explicatam necessario requiritur. Ea vero etsi in Phaedro[1]) argumento ex libero animi motu itemque ex idearum recordatione repetito utique confirmata est, tamen in Phaedone etiam multo subtilius atque certius stabilitur, ut facile appareat huius demum libri accessione doctrinam ibi proditam et illustrari luculentius et certius corroborari. Quid igitur? nonne apertum esse debet omnibus Phaedonis ortum post Phaedri et Symposii origines esse ponendum? Hoc autem si vere ita statuitur, scripsit Plato librum nobilissimum, cum non ita pridem ex primis itineribus in patriam redux factus esset atque in Academia philosophiam docere instituisset, id quod dudum ita in Disput. de Plat. vita, ingenio et scriptis [2]) iudicavimus. Atque eandem rationem suis quisque de causis amplexi sunt etiam F. Schleiermacherus, C. F. Hermannus[3]), C. Steinhartus[4]), alii, quorum iudiciis sanequam plurimum tribuimus.

Itaque omnia profecto testantur Phaedonem non iuvenilis, sed maturioris aetatis opus esse, id quod etiam artis perfectio in eo mire exsplendens certissime confirmat. Quod autem Socratis morientis imago in eo tam vividis coloribus est depicta, ut videri possit eorum, quae describuntur, recens memoria tum fuisse, cum liber componeretur, iniuria profecto inde collegerunt eum revera non ita multo post Socratis mortem scriptum putari oportere. Etenim primum quidem fieri sane potuit, ut Plato, ubi non ita pridem in patriam revertit, popularibus suis sapientis morientis imaginem expolitiorem ob oculos ponere constitueret, quippe qui iam ipsi de Socratis virtute et animi

1) Pag. 245 C sq. et 249 C.
2) Opp. Plat. Vol. I. Sect. I. pag. XXV sq. et LI sq.
3) Gesch. u. Syst. I. pag. 528 sq.
4) Plat. sämmtl. Werke. Uebers. v. H. Müller. Vol. IV. pag. 458 sq.

magnitudine rectius statuere didicissent[1]). Deinde etiam maxime est verisimile scriptori immortalitatis argumentum tractanti in animum rediisse Socratis tam gratam piamque recordationem, ut eius speciem tamquam recentis cuiusdam amoris affectu intueretur, exprimeret, repraesentaret. Denique etiam observatione dignissimum est Socratem in Phaedone, licet in ceteris ad vitae veritatem expressus sit, tamen eum informari, qui animo suo non modo sapientiam Pythagoricam imbiberit, sed etiam ipsius Platonis doctrinam omnem plane comprehenderit. Qualem quidem eum a Platone iam eo tempore, quo haud ita pridem mortuus fuit, deformari potuisse qui sibi persuaserunt, ii profecto a vero aberrasse existimandi sunt.

Atque haec quidem si probabiliter disputata sunt, quonam loco Phaedo in ordine scriptorum Platonicorum habendus sit, nemo amplius magnopere dubitabit. Nos quidem certe fatemur etiam nunc in ea persistere sententia, ut eum proxime post Phaedrum et Symposium prodiisse et Philebi, Politiae atque Timaei scriptionem antecessisse existimemus[2]). Nam H e u s d i o[3]) quidem Phaedonem non ita multo post Politiam scriptum esse censenti vel ideo non assentimur, quia in Politia[4]) immortalitatis argumentis in Phaedone expositis novum quoddam additur, quandoquidem ostenditur causam interitus animorum necessario internam quandam et in ipsius animi natura positam esse oportere. Accedit huc, quod in libro decimo[5]) ad argumenta in Phaedone explicata relegamur.

A tempore, quo liber a Platone litteris exaratus est, distinguendum est t e m p u s h a b i t i vel p o t i u s e n a r r a t i s e r m o n i s. Habitus vero dialogus fingitur non statim post Socratis mortem, sicuti plerumque statuerunt viri docti, sed aliquanto post illius obitum, id quod clarissime ex pag. 57 DE perspicitur, ubi inde a multo tempore nullus hospes dicitur Athenis pervenisse Phliuntem, qui de ultimis Socratis dictis et factis aliquid certi referre potuerit. Quippe praeterierat quo tempore colloquium narratum fingitur, iam *συχνὸς χρόνος*, impedito, ut videtur, bellicis motibus mutuo Athenarum et Peloponnesi commercio. Quocirca cogitavimus olim de belli Corinthiaci temporibus[6]). Nec tamen nunc putamus verisimile sermonem quinquennio demum post Socratis obitum institutum fingi. Itaque malumus iam de bello Elio cogitari, quod anno a. Chr. CCCXCIX.,

---

1) Disput. de Plat. vita, ingenio et scriptis. L. c. pag. XXVII.
2) Ibid. pag. XLIX sq. coll. pag. XXIV sq.
3) Initia philos. Platon. III. pag. 189.
4) L. X, pag. 609 B sq.
5) Pag. 611 B.
6) Nep. Ages. 5. Diod. Sic. XIV, 83. Demosth. adv. Lept. 41. Isocr. Panegyr. cap. 33 et 40.

quo Socrates obiit, gestum est[1]). Quo quidem exorto Phaedo Elidensis propter fortunae tristitiam videtur patria relicta Phliuntem concessisse, ut ibi tutius habitaret. Quo modo autem fieri potuerit, ut commercium Athenarum et Phliuntis bellicis turbis impediretur, e verbis Xenophontis[2]) perspicuum fit: *πάλιν οἱ ἔφοροι φρουρὰν (περαίνουσιν) ἐπὶ τὴν Ἦλιν καὶ ξυνεστρατεύοντο τῷ Ἄγιδι πλὴν Βοιωτῶν καὶ Κορινθίων οἵ τε ἄλλοι ξύμμαχοι καὶ οἱ Ἀθηναῖοι.* Itaque Socrates cum Ol. 95, 2. = CCCXCIX. a. Chr. n. mense Thargelione, quo Delia celebrata sunt, obierit, sanequam verisimillimum est colloquium aut Ol. 95, 2. exeunte aut Ol. 95, 3. = a. CCCXCVIII. a. Chr. n. ineunte habitum fingi.

CAPUT VII.

DE PERSONIS DIALOGI.

Phaedo[3]) fuit Elidensis, quandoquidem patria eius fuit Elis. Is nobili ortus familia cum adolescens una cum patria a Spartanis captus et Athenis lenoni in servitutem traditus esset, magnam fortunae indignitatem expertus est, usque dum eum Socratis hortatu Alcibiades vel, ut alii verisimilius narrant, Crito vel Cebes Socraticus redimeret et in libertatem vindicaret[4]). Ex quo tempore philosophiae studiis operam dedit atque Socratis usus est institutione ac disciplina[5]). Quemadmodum autem Socrati imprimis carus fuit, id quod praeter alios etiam Plato[6]) testatur, quippe magistrum narrans ita cum eo confabulatum esse, ut caput eius amanter demulceret, ita ipse quoque videtur magistri fuisse amantissimus. Cuius rei indicium hoc est, quod apud Platonem nihil quidquam ait sibi esse gratius aut iucundius, quam Socratis renovare memoriam quodque vehementissimo dolore affectus est, ubi Socrati iamiam mortem imminere videt. Exstitit postea auctor novae familiae, quae dicta est Eliaca ac multa habuit cum schola Megaricorum communia[7]). Numeratur tamen a Diogene[8]) inter Socraticos. Et certe dialogos scripsit, qui Socraticum morem rationemque exprimerent.

---

1) Xen. Hell. III, 2, 25—31. Paus. III, 8, 2.
2) Xen. Hell. III, 2, 25.
3) Preller, Phaedon's Lebensschicksale u. Schriften. N. Rhein. Mus. 1846. IV. pag. 391—399.
4) Gell. N. A. II, 18. Diog. L. II, 31.
5) Diog. L. II, 31, 105.
6) Phaed. pag. 89—91.
7) Diog. L. II, 105. Strab. IX, 1, 8. pag. 393 Cas. Suid. v. *Φαίδων*. Hesych. Ill. pag. 39 ed. Meurs.
8) II, 47.

Quamquam in iis componendis videtur versatus esse liberius atque suo ipsius ingenio ac doctrinae nonnihil indulsisse. Ex quo originem duxit perversum nonnullorum iudicium, qui Panaetium Stoicum putaverunt Phaedonis Platonici fidem atque auctoritatem in controversiam vocasse, in quorum numero fuit Leonidas Alexandrinus[1]). Nimirum Panaetius neutiquam librum Platonis in dubium vocavit, sed Phaedonis et Euclidis dialogi num pro Socraticis probandi essent, ambigendum statuit[2]).

Hunc igitur Phaedonem Plato in hoc sermone iussit ea narrare et exponere, quae Socrates ultimo vitae die fecisset et disputavisset adeoque nomine ipsius librum inscriptum voluit. In quo cum Gellio[3]) et Macrobio[4]) agnoscimus honoris cuiusdam testificationem, unde facile coniicias etiam Platoni cum eo arctiorem quandam amicitiam ac necessitudinem intercessisse quo tempore hic dialogus litteris exaratus est, fortasse contractam illam arctius aut renovatam, cum philosophus Peloponnesum per itinerum post Socratis mortem susceptorum opportunitatem inviseret. Ceterum quod Athenaeus[5]) narrat, Phaedonem lecto Platonis dialogo negavisse se unquam tale quiddam exposuisse, id sicuti nemini cuiquam mirum accidet, qui morem et consuetudinem dialogorum meminerit, ita etiam eo valere debet, ut quae in Phaedone exponuntur, ea uni maxime Platoni deberi certius nobis persuadeamus.

Narrat autem Phaedo sermonem Echecrati, apud quem hospes devertit, atque aliis eius familiaribus. Nam praeter Echecratem etiam *κωφὰ πρόσωπα* fingi praesentia et dialogi exordium docet et patet e pag. 102 A. Eum tum habitasse Phliunte ipse Plato indicat. Et vocatur etiam a Diogene[6]) et Iamblicho[7]) Phliasius. Quamquam huius nominis sine dubio alia ratio est, quam alicui primo aspectu videatur, siquidem intellegitur Pythagoreus ille Echecrates, quem Diogenes et Iamblichus memorant, de qua re nostro quidem iudicio nulla potest

---

1) In Epigramm. Anthol. Gr. X, 358 = I, 44, 4.

2) Diog. L. II, 64 (coll. III, 37): *πάντων μέντοι τῶν Σωκρατικῶν διαλόγων Παναίτιος ἀληθεῖς εἶναι δοκεῖ τοὺς Πλάτωνος, Ξενοφῶντος, Ἀντισθένους, Αἰσχίνου· διστάζει δὲ περὶ τῶν Φαίδωνος καὶ Εὐκλείδου· τοὺς δὲ ἄλλους ἀναιρεῖ πάντας* h. e. omnium vero Socraticorum dialogorum Panaetius censet solos Platonis, Xenophontis, Antisthenis atque Aeschinis germanam referre Socratis rationem ac disciplinam; de Phaedonis autem et Euclidis libris ambigit; ceteros omnes numero Socraticorum eximit.

3) N. A. II, 18.

4) Sat. I, 11.

5) L. XI. pag. 505 E.

6) VIII, 46.

7) Vit. Pythag. 250 sq.

esse controversia[1]). Etenim oriundus fuit Echecrates Locris[2]). Sed cognomen Phliasii inde, opinor, accepit, quod relicta Italia inferiore rerum suarum sedem ac domicilium aliquamdiu transtulit Phliuntem, urbem Sicyoniae, non procul ab Isthmo sitam, cui fortasse ideo aliquid necessitudinis cum Pythagoreis intercedebat, quia Pausania[3]) teste ibi natus erat Hippasus, Pythagorae proavus, et ipse quoque Pythagoras per aliquod tempus ibi commoratus erat[4]), unde etiam hic a nonnullis[5]) Phliasius est appellatus. Ac fieri potest, ut etiam Echecrates, sicuti Pythagoras proavos habuerit Phliasios, a quibus Phliasius sit cognominatus. Sed ista quidem utut se habent, illud certe ipso Platone teste compertum habetur, eum quo tempore Socrates vita excessit recentem admodum fuisse Phliuntis incolam. Accuratiorem enim aut Peloponnesi aut rerum Atticarum non habuit notitiam[6]), quod profecto mirum in eo deberet accidere, qui Phliunte aut natus et educatus esset aut saltem diutius ibi vitam degisset. Quocirca sic videtur existimari oportere, ut Echecratem circa illud tempus, quo Socrates mortem subiit, Phliuntem commigravisse statuamus. Quae quidem commigratio cur tum ab eo suscepta sit, haud sane constat[7]).

---

1) Diversus est plane ab Echecrate adolescente, cuius mentio fit Epist. Plat. IX. ad Archytam scripta p. 358 B.

2) Cic. De fin. V, 29. Val. Max. VIII, 7, 3.

3) II, 14.

4) Cic. Tusc. V, 3. 4. Diog. L. prooem. 12. VIII, 1. ibique interpr.

5) Paus. II, 13. Lycus apud Porphyr. Vit. Pyth. 5. Diod. Sic. Excerpt. Vales. p. 554 ed. Wessel.

6) Proleg. cap. V. init. pag. 34.

7) Illud tamen ex ipso Platonis Phaedone condiscimus, etiam Philolaum non multo ante Socratis obitum Thebis esse moratum. Nec vero hac in causa neglegendum est, de quo aliunde constat, etiam Archippum atque Lysin, qui teste Porphyrio (Vit. Pyth. 55) et Plutarcho (De genio Socrat. p. 583) postea Epaminondam erudivit, eodem fere tempore in Graeciam ex Italia concessisse. Nimirum videntur etiam tum in Italia inferiore motus civiles exorti esse Pythagoreis periculosi, unde nonnulli eorum fuga capta rerum suarum sedem aliorsum transtulerunt, usque dum reditus in patriam ipsis aliquando rursus pateret. Nam Echecrates quoque postea Locros videtur revertisse, quandoquidem Plato eum posteriore tempore per itinerum opportunitatem una cum aliis Pythagoreis illic salutavit, sicuti cum Cicero (De fin. V. 29) tum alii clarissime testantur. Nec tamen ibi semper ac perpetuo fixit domicilium. Cuius rei causa intellegitur ex Iamblich. Vit. Pyth. 250 sq., ubi de Pythagoreis illorum temporum narrantur haec: *οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Πυθαγορείων ἀπέστησαν τῆς Ἰταλίας, πλὴν Ἀρχύτου τοῦ Ταραντίνου. ἀθροισθέντες δὲ εἰς τὸ Ῥήγιον ἐκεῖ διέτριβον μετ᾽ ἀλλήλων, καὶ τῶν πολιτευμάτων ἐπὶ τὸ χεῖρον προβαινόντων* (i. e. dum etiam civitates in peius ruebant, quae verba male sollicitavit Kusterus). *ἦσαν δὲ οἱ σπουδαιότατοι Φάντων τε καὶ Ἐχεκράτης καὶ Πολύμναστος καὶ Διοκλῆς Φλιάσιοι,*

Echecrati igitur Phaedo narrat ultima dicta atque facta Socratis h. e. viro Pythagoricae disciplinae addicto, cui certe nihil potuit esse exoptatius, quam Socraticam disputationem de animorum immortalitate audire, quandoquidem Pythagorei hunc ipsum locum philosophiae reperiuntur tractavisse studiosissime. Nec vero temere suspiceris etiam alios Echecratis familiares, coram quibus Phaedo sermonem exposuit, Pythagoreos fuisse, fortasse Phantonem, Dioclem, Polymnastum, qui apud Iamblichum et Diogenem[1]) Phliasii appellantur. Sed istud quidem ut in mera coniectura positum sit, prudentissime certe Plato ita instituit, ut homini Pythagoreo omnia narrari iusserit, qua ratione legentibus scite suae ipsius de animorum immortalitate doctrinae cum ratione Pythagoreorum necessitudinem et coniunctionem significavit.

Atque haec ipsa etiam causa est, cur Cebetem imprimis atque Simmiam Thebanos cum Socrate de animorum immortalitate colloquentes Plato induxerit. Quippe audiverant illi Thebis Philolaum, nobilissimum Pythagoreum, ideoque sapientiae Pythagoricae aliquam hauserant notitiam. Fuerunt iidem Socrati amicissimi[2]) et non modo ingenii acumine excellentes, verum etiam scientiae et eruditionis aviditate insignes[3]). Nam Cebes quidem perquam sollers est in investigandis acutis argumentationibus plurimumque valet movendis dubitationibus, si quid minus certum et exploratum videatur; quapropter etiam

---

Ξενόφιλος δὲ Χαλκιδεύς, τῶν ἀπὸ Θρᾴκης Χαλκιδέων. ἐφύλαξαν μὲν οὖν τὰ ἐξ ἀρχῆς ἤθη καὶ τὰ μαθήματα, καίτοι ἐκλειπούσης τῆς αἱρέσεως, ἕως εὐγενῶς ἠφανίσθησαν. ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστόξενος διηγεῖται. Ex quibus apertum est pravam rerum civilium condicionem exstitisse causam, cur homines sapientissimi Italiam deserendam putarent. Rem confirmat etiam Diogen. L. VIII, 46: *τελευταῖοι γὰρ ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων, οὓς καὶ Ἀριστόξενος εἶδε, Ξενόφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς ἀπὸ Θρᾴκης, καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος καὶ Ἐχεκράτης καὶ Διοκλῆς καὶ Πολύμναστος, Φλιάσιοι καὶ αὐτοί. ἦσαν δὲ ἀκροαταὶ Φιλολάου καὶ Εὐρύτου τῶν Ταραντίνων.* Quo loco quod scriptor etiam narrat Pythagorae rationem ac disciplinam viguisse *μέχρι γενεῶν ἐννέα ἢ καὶ δέκα*, ratio sibi constat, si inde ab Olymp. LX. repetas et singulas generationes annis XX absolvas, id quod dudum docuerunt I. Lipsius (Manud. ad Philos. Stoic. Diss. 6.) et R. Bentleius (Diss. de Epist. Phalar. p. 81). Inter *τοὺς τελευταίους* Pythagoricos etiam Diodor. Sic. XV, 76 eos refert, qui Platonis, Xenophontis, Isocratis et Epaminondae aetate vixerint, cogitans sine dubio de iisdem illis, quos Diogenes et Iamblichus nominatim memorant. Nimirum videtur tum utique secta Pythagoreorum exolevisse, usque dum aliquot saeculis post denuo revivisceret.

1) Iambl. Vit. Pyth. 250 sq. Diog. L. VIII, 46.

2) Crit. pag. 45.

3) Phaed. p. 69 E sq., 85 C. Phaedr. p. 242 B. Xen. Mem. I, 2, 48. III, 11, 17. Diog. L. II, 124. 125.

Socrati animorum immortalitatem asserenti non levem movet controversiam[1]). Simmias autem, popularis eius et amicus, etsi illi nonnihil cedit iudicii acumine et firmitate[2]), tamen et ipse disputator est perquam subtilis, cuius dubitationes de immortalitate[3]) item a Socrate dignae iudicantur, quae accuratius refellantur. Quod autem ambo, quamvis sint iuvenes[4]), non dubitant contra Socratem disputare, si quid ipsis dubium et controversum videtur suamque sententiam libere proferre, id non modo ideo faciunt, quia quid de re gravissima sentiendum sit, propter sciendi cupiditatem a magistro quam accuratissime edoceri cupiunt, sed etiam eo facere non verecundantur, quoniam Boeotorum simplicitatem[5]) atque animi candorem cum amabili morum comitate coniunctum prae se ferunt.

Apollodorus fuit homo optimi animi, sed item tristioris eiusdemque calidioris ingenii, qui facile in utramque partem moveretur vehementius. Unde etiam cognomen *τοῦ μανικοῦ* (der Schwärmer, der Enthusiast) accepit[6]). Tali vero sensu etiam Socratem amplexus est, cuius erat longe amantissimus[7]). Quocirca etiam morienti ita affuit, ut non solum lacrimas effunderet multas, sed etiam vehementer eiularet et vociferaretur[8]). Lepidum est, quod narrat Aelianus[9]), attulisse eum in carcerem tunicam et pallium, quibus ornatus Socrates moreretur.

De Critone ad cognominem dialogum dictum est.

CAPUT VIII.

DE RE LITTERARIA.

a) De manuscriptis codicibus.

Codicum ad hunc librum exploratorum duo sunt genera. Alii enim diligenter excussi sunt seduloque in singulis partibus comparati; alii vel inspecti neglegentius vel rarius ad usum criticum revocati. Itaque illorum potissimum ducenda ratio fuit neque his magnum momentum tribuendum, nisi sicubi dubiam aliquam lectionem suffragio suo confirmarent.

---

1) Phaed. p. 63 A, 77 A, 84 C — 89.
2) Phaed. p. 76 D coll. p. 73 A.
3) Phaed. p. 95 A sq.
4) Phaed. p. 89 A vocantur *νεανίσκοι*.
5) Annot. ad Phaed. p. 62 A.
6) Diximus de hoc cognomine ad Symp. 173 D.
7) [Xen.] Apol. 28. (*ἐπιθυμητὴς ἰσχυρῶς αὐτοῦ*), Xen. Mem. III, 11, 17.
8) Phaed. p. 117 D.
9) V. H. I, 16.

Diligenter excussi et ad usum criticum adhibiti sunt codd. hi: Bodleianus sive Clarkianus, Coislin. Γ, Vat. Δ (quem et Bekkerus et Bastius contulerunt), Ven. ΔΞΠ, Vind. ΥΦ (nobis in Apologia et Critone numeris 2 et 6 signati), Par. CEGHIL et quem Bastius excussit Paris. 1808. a nobis littera A signatus, Ambrosianus (*s*) et Angelicus (*u*). Hi omnes praeter Clarkianum, qui a Gaisfordio examinatus est, et praeter Par. A, quem Bastius contulit, a Bekkero collati sunt numero sedecim. Ad hos accedunt Florentini a b c d i m, quorum varias lectiones diligentissime enotatas viri clarissimi de Furiae sollertiae debemus. Vicesimus tertius est Zittaviensis, quem Rudolphus exploravit, vicesimus quartus et quintus Tubingensis et Augustanus, unde varietatem lectionis Fischerus cum eruditis communicavit.

Ex his libris primas tenent Bodleianus, Vaticanus, Tubingensis, Veneti ΞΠ, Vindobonensis Φ, Parisinus G, Florentinus d. Nec multum iis postponendi sunt Ambrosianus, Augustanus, Ven. Δ, Vindob. Υ, sed illis tamen tribuendum est plurimum. Praeterea nosse oportet Bodleianum librum duplicem referre recensionem, alteram primitivam, cui tribuendum est plurimum, alteram secundariam, quae nec ipsa spernenda est. Illam per omnia probavit C. F. Hermannus, nos non ubique amplectendam iudicavimus, cum et ipsa grammatici alicuius recensionem referat ac subinde manifesto sit vitiosa.

Minus auctoritatis et utilitatis habent codices Vindobonenses 1 2 3 4 5 6 8, propterea quod eorum lectiones a Wyttenbachio paucis tantum locis memoratae sunt, licet is a Bastio eadem diligentia enotatas accepisset, qua nos ad Apologiam et Critonem. Sed compensavit hanc iacturam aliquatenus diligentia Bekkeri, qui secundum atque sextum, quos litteris Υ et Φ insignivit, accuratissime examinavit. Non maiorem Wyttenbachius diligentiam praestitit in enarrandis lectionibus codicum Venetorum c d, quarum usum Morellio debuit. Itaque his quoque in critica factitanda non nisi paucis locis aliquid pretii est.

Ceterum Ven. a et b, unde Bastius varias lectiones excerpsit, iidem videntur esse, quos Bekkerus appellavit ΞΠ. De Ven. b id non est dubium. Sed Ven. a non esse eum, quem Bekkerus signavit Σ, ex iis colligo, quae hic Praef. p. XIII. de codice n. 189. narrat. Itaque Bastius fasciculum variarum lectionum ad Critonem, Apologiam et Phaedonem errore videtur numero codicis 189. inscripsisse, cum vellet 184. Qui error etiam ad Apologiam et Critonem notandus fuit. Maximam autem consensionem esse Ven. Ξ et eius, quem falso

n. 189. inscriptum putaveramus, vel ex iis intellegi poterit, quae ad Apologiam et Critonem inde enotavimus.

Restat, ut narrandum sit Christophorum Eberh. Finckhium nuper novo sibi munere homines litterarum Graecarum studiosos devinxisse, quippe qui tandem ex bibliothecarum latebris in publicam lucem protraxit Olympiodori Scholia in Platonem atque doctis commentariis instructa edidit Heilbronnae sumtibus J. Ulr. Sandherr 1847. 8. Quem quidem librum Phaedonis lectoribus omni, qua par est, diligentia legendum commendamus.

b) De editionibus Phaedonis.

De editionibus Phaedonis una cum reliquis Platonis operibus factis dictum est in exitu praefationis ad Platonem Vol. I. S. I. p. LXVII sq. et p. 46 sq. Itaque superest, ut hoc loco libri editiones separatim factas easque his temporibus dignas mentione recenseamus. Quo nomine imprimis memoranda sunt haec opera.

Platonis dialogi quinque, Erastae, Euthyphro, Apologia, Crito, Phaedo. Graece et Latine cum notis Nathan. Forsteri. Oxonii 1745. 8. Iterum ibidem 1752. 8. Refert textum Stephani cum brevibus commentariis pro illis temporibus admodum doctis et elegantibus.

Platonis Euthyphro Apologia Socratis Crito Phaedo Graece ad fidem codd. mss. Tubing. August. aliorumque et librorum editorum veterum recensuit emendavit explicavit Ioh. Frider. Fischerus Lipsiae 1783. ed. tertia. Continet praeter diligentem lectionum vet. ed. et codd. Tubing. et August. recensum interpretationem singulorum verborum et enuntiatorum grammaticam eamque satis accuratam.

Platonis Dialogi tres, Phaedo, Sophistes, Protagoras. Emendavit et annotatione instruxit Lud. Frid. Heindorfius. Berolini 1810. 8 mai. Continet verborum et sententiarum interpretationem subtilissimam, ita ut imprimis dictionis Platonicae ratio ducatur, rerum autem ipsarum atque argumenti universi operis cura fere neglecta sit.

Platonis Phaedon. Explanatus et emendatus prolegomenis et annotatione Danielis Wyttenbachii. Lugduni Bat. 1810. 8. Textus est Stephanianus in commentariis hic et illic emendatus; commentarii versantur tum in verborum tum in rerum explicatione adhibitis imprimis recentium Platonicorum opibus; prolegomena autem elegantissime scripta illustrant Platonis placitum de immortalitate atque locum philosophiae, qui est de animi simplici natura et immortalitate. Repetita est libri editio Lysiae a. 1825., aucta supplementis annotationis ab ipso Wyttenbachio in Miscellaneis Doctrinae sive Philomathiae Libr. III.

Amstelodami 1817. pag. 29 sq. evulgatis et aliis quibusdam accessionibus locupletata.

Platonis Phaedo. Accedit lectionis varietas, scholiastes Gr. et brevis adnotatio. Cura David. Koerner. Zuellichav. 1821. 8 mai. Editio parvo parabilis et in usum scholarum adornata, quae breves quasdam in singulos locos adnotationes complectitur.

Platon's Phaedon. Mit kritischen und erklärenden Anmerkungen von G. F. W. Grosse. Halle 1828. 8. Commentarios habet non quidem inutiles, sed nimia copia rerum tritarum atque vulgarium refertos, cum interim subtilior interpretatio fere desideretur.

Platon's Phaedon. Griechisch und deutsch mit kritischen und erklärenden Anmerkungen. Leipzig, Engelmann. 3. Aufl. 1852. 8. Textui Graeco addita est versio Germanica et subiuncta brevis critica notatio. Adnotatio vel locos nonnullos tractat difficiliores vel suppeditat earum rerum notitiam, quae hominibus litterarum Graecarum imperitis scitu necessariae videantur.

Praeterea hunc librum uberrimis commentariis illustravit Fr. Astius in Operum Platon. tom. IX. pag. 479—839.

c) De versionibus Germanicis.

Germanice hunc dialogum converterunt non pauci. Nuper in hoc genere litterarum clari exstiterunt praeter Schleiermacherum (Platon's Werke. Th. II. Bd. III.)

Caspar Götz, Platons Phaedon, übers. u. mit philos. u. andern Anmerkungen versehen. Augsburg 1824. et iterum 1842. 8.

L. F. Lindau, Platon's Phaedon, übersetzt. Berlin 1804. 8.

K. E. A. Schmidt, Platon's Protagoras u. Phaedon übersetzt. Prenzlau 1838. 8.

G. F. Drescher, Platon's sämmtl. Werke, übersetzt. 1. Bd. Giessen 1848. 8.

H. Müller, Platon's sämmtl. Werke, übersetzt mit Einleitungen von K. Steinhart. 4. Bd. Leipzig 1854. 8.

F. A. Nüsslin, Der Platonische Phaedon, übersetzt und erklärt. Mannheim 1855. et iterum 1863. 8.

ΠΛΑΤΩΝΟΣ

ΦΑΙΔΩΝ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΕΧΕΚΡΑΤΗΣ, ΦΑΙΔΩΝ, ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ,

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΚΕΒΗΣ, ΣΙΜΜΙΑΣ, ΚΡΙΤΩΝ,

Ο ΤΩΝ ΕΝΔΕΚΑ ΥΠΗΡΕΤΗΣ.

Cap. I. *EX.* *Αὐτός, ὦ Φαίδων, παρεγένου Σωκρά-* 57
τει ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ τὸ φάρμακον ἔπιεν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, ἢ ἄλλου του ἤκουσας; ΦΑΙΔ. Αὐτός, ὦ Ἐχέκρατες. ΕΧ. Τί οὖν δή ἐστιν ἅττα εἶπεν ὁ ἀνὴρ πρὸ τοῦ θανάτου; καὶ πῶς ἐτελεύτα; ἡδέως γὰρ ἂν ἀκούσαιμι. καὶ γὰρ οὔτε τῶν πολιτῶν Φλιασίων οὐδεὶς πάνυ τι

P. 57. *ἅττα εἶπεν*] Semel hic monuisse iuvabit non probari nobis consilium Hirschigii Platoni ubique in talibus elisionem obtrudentis, qua certe Plato teste Cicerone Or. 44. 150 sq. minime abstinuit. Itaque quas ille hoc in genere suasit mutationes, omnino mentione indignae sunt; standum enim ubique a partibus codicum mss.

ἀκούσαιμι] Bodl. Vat. Ambr. Flor. d et rec. Ven. *Π* *ἐγὼ* ante *ἀκούσαιμι* interponunt, quod tamen nescio quomodo molestum ac paene inurbanum videtur. Receperunt tamen Turicenses et Hermannus. v. etiam ann. ad p. 108 D.

τῶν πολιτῶν Φλιασίων] *πολιτικῶν* Vind. 6 Flor. a. In uno Par. L teste Bekkero ante *Φλιασίων* insertum est *τῶν*.

Cap. I. P. 57. *Αὐτός — παρεγένου — Αὐτός*] Utroque loco *αὐτός* eadem vi et significatione positum, quandoquidem indicatur Phaedonem ipsum (i. e. persönlich) fatali illo die praesentem affuisse. Nimirum valet hoc eo, ut Phaedonis narrationi maior quaedam fides et auctoritas concilietur. Nugae sunt, quae de diverso sensu voc. *αὐτός* profert Hermog. Rhetor. Graec. ed. Walz. T. III. p. 402.

Τί οὖν δή ἐστιν ἅττα] h. e. cuius generis sunt et quorsum pertinent, quandoquidem praedicati notio communi generi subiecta cogitatur, similiter atque in talibus: *οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη*, *Triste lupus stabulis*, i. e. triste quiddam, al. Eodem modo infra p. 58 C *τί ἦν τὰ λεχθέντα καὶ πραχθέντα*, ubi codd. quidam minus verisimiliter *τίνα ἦν*. Hipp. mai. p. 285 D *τί μήν ἐστιν ἃ ἡδέως σου ἀκροῶνται*, h. e. cuius generis sunt, s. quorsum omnino pertinent etc. Gorg. p. 508 C *σκεπτέον, τί τὰ συμβαίνοντα*; Euthyphr. p. 15 A *ἀλλὰ τί δή ποτ' ἂν εἴη ταῦτα*; ubi v. ann. Similiter Terent. Hecyr. I. 2, 22 *Sed quid hoc negotii est modo quae narravit mihi Bacchis?* Aliter Phaedon. p. 102 A *ἀλλὰ τίνα δὴ ἦν τὰ μετὰ ταῦτα λεχθέντα*;

τῶν πολιτῶν Φλιασίων] Fuerunt qui nomen *Φλιασίων* tamquam supervacaneum delendum iudicarent, veluti Schaeferus ad Gregor. Corinth. p. 1048 et vir doctus in diario: Wiener allgem. Litt. Zeit. a. 1814. n. 87. Sed primum nomen *Φλιασίων* ne in uno quidem codice desideratur. Deinde hoc uno vocabulo legentes maxime monentur scaenam dialogi Phliunte esse constitutam, quorsum Phaedo Elidensis nuper visendi Echecratis causa profectus erat.

ἐπιχωριάζει τὰ νῦν Ἀθήναζε, οὔτε τις ξένος ἀφῖκται
B *χρόνου συχνοῦ ἐκεῖθεν, ὅςτις ἂν ἡμῖν σαφές τι ἀγγεῖλαι οἷός τ' ἦν περὶ τούτων, πλήν γε δὴ ὅτι φάρμακον πιὼν ἀποθάνοι· τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν εἶχε φράζειν. ΦΑΙΔ.*
58 *Οὐδὲ τὰ περὶ τῆς δίκης ἄρα ἐπύθεσθε ὃν τρόπον ἐγένετο; ΕΧ. Ναί, ταῦτα μὲν ἡμῖν ἤγγειλέ τις, καὶ ἐθαυ-*

B. *ἀγγεῖλαι*] *ἀπαγγεῖλαι* Vat. Ambr. Vind. 6. Pro *ἦν*, quod firmant Bodl. Ven. *Π* Vat. Tub. Vind. 1 4 6 Flor. d Par. G Ambr., vett. editt. *ᾖ* scriptum habent.

P. 58. *τὰ περὶ τῆς δ.*] Coisl. om. *τὰ* male.

ἤγγειλε] Ald. Bas. 1 2 *ἤγγελε*, unde Steph. fecit *ἤγγελλε* invitis codicibus omnibus.

Alii, inter quos est F. A. Wolfius, post *πολιτῶν* articulum *τῶν* inserendum censuerunt, quam lectionem unus codex exhibet apud Bekkerum. Sed istiusmodi nomina sine articulo aliis per appositionem adiunguntur, quia ipsa per se adeo definita sunt, ut articuli accessionem non necessario requirant, utpote ducta a nominibus propriis. Eodem modo Plat. Ap. Socr. p. 32 A *καὶ ἔτυχεν ἡμῶν ἡ φυλὴ Ἀντιοχὶς πρυτανεύουσα.* Menon. in. *καὶ οὐχ ἥκιστα οἱ τοῦ σοῦ ἑταίρου Ἀριστίππου πολῖται Λαρισσαῖοι.* Xen. Ages. I. 10 *τὰς ἐν τῇ Ἀσίᾳ πόλεις Ἑλληνίδας*, h. e. scilicet Graecienses. Paus. I. 10, 5 *τῆς γυναικὸς Ὀδρυσιάδος.* Ibid. III. 21, 2 *τὴν πηγὴν Πελλανίδα.* Inscr. Elea in Corp. Inscr. ed. Boeckh. I. p. 26 *τῷ Διῒ Ὀλυμπίῳ.* Athen. VII. p. 325 D *τῇ Ἑκάτῃ Τριγλαντίνῃ.* Alius generis est quod legitur infra p. 85 B *οἱ Ἀθηναίων ἄνδρες ἕνδεκα*, ubi v. ann. Verba Platonis affert etiam Grammaticus Bekker. An. I. p. 352, 25, unde receptae scripturae novum robur ac firmamentum accedit. Deinde verbo *ἐπιχωριάζειν*, commorari, additur *Ἀθήναζε*, Athenas, per illam loquendi consuetudinem, quam illustravimus ad Plat. Euthyphron. (Lps. 1823) p. 96. Solent enim Graeci vocibus motum in locum significantibus adiungere verba quietem et statum significantia ita, ut binas sententias una eademque verborum comprehensione complectantur. Itaque sensus hic est: nam nemo civium Phliasiorum nunc Athenas venit ibique commoratur. Xen. An. I. 2, 2 *παρῆσαν εἰς Σάρδεις*, h. e. Sardes venerunt ibique fuerunt. Exempla plura si quis desideret, is adeat Valckenar. ad Her. I. 21, 4. Marklandum ad Tyr. Maxim. Dissert. XLI. §. 5. al. Itaque perperam H. Stephanus Thes. IV. p. 663 *ἐπιχωριάζειν* interpretatur ventitare, quamvis probante Heindorfio; neque melius explicat Wyttenbachius peregre venire et abire in locum.

B. *οἷός τ' ἦν*] Quum dicat hoc, neminem potuisse certi quidquam ea de re narrare, recte videtur Heindorf. edidisse *οἷός τ' ἦν*, quod probat etiam Hermann. praef. ad Eur. Suppl. p. XIII. frustra repugnante Wolfio, Zu Plat. Phaedon. p. 8. Reisig. Commentat. de *ἂν* part. p. 113 *ὅςτις ἂν — ἦν* minus eleganter poni iudicabat propter antegressum tempus perfectum *ἀφῖκται.* Sed eodem modo Eur. Med. 1311 *οὐκ ἔστιν ἥτις τοῦτ' ἂν Ἑλληνὶς γυνὴ ἔτλη ποθ'.*

περὶ τῆς δίκης] *Περὶ* cum secundo casu coniunctum esse liquet propter verbum *ἐπύθεσθε.* v. ad Ap. Socr. p. 32 B et infra ad cap. XXII. p. 76 D coll. Matthiae §. 596. 5. a et b.

P. 58. *ταῦτα μὲν*] Quod *μὲν* ponitur non sequente *δέ*, eius rei

μάζομέν γε, ὅτι, πάλαι γενομένης αὐτῆς, πολλῷ ὕστερον φαίνεται ἀποθανών. τί οὖν ἦν τοῦτο, ὦ Φαίδων; ΦΑΙΔ. Τύχη τις αὐτῷ, ὦ Ἐχέκρατες, συνέβη· ἔτυχε γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης ἡ πρύμνα ἐστεμμένη τοῦ πλοίου, ὃ εἰς Δῆλον Ἀθηναῖοι πέμπουσιν. ΕΧ. Τοῦτο δὲ δὴ τί ἐστιν; ΦΑΙΔ. Τοῦτό ἐστι τὸ πλοῖον, ὥς φασιν Ἀθηναῖοι, ἐν ᾧ Θησεύς ποτε εἰς Κρήτην τοὺς δὶς ἑπτὰ ἐκείνους ᾤχετο ἄγων καὶ ἔσωσέ τε καὶ αὐτὸς ἐσώθη. τῷ οὖν B
Ἀπόλλωνι εὔξαντο, ὡς λέγεται, τότε, εἰ σωθεῖεν, ἑκάστου ἔτους θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον· ἣν δὴ ἀεὶ καὶ νῦν

τί οὖν] Deest οὖν in Coisl. Ven. Δ Τ Par. CEHI pr. G Flor. a c m Zitt. et paucis aliis. Absorptum videtur proximo ην, quod Vat. Δ omittit.

πέμπουσιν] Quod vulgo post πέμπουσιν additur κατ' ἔτος cum Bodl. Coisl. Ven. Δ Ξ Π Τ Tubing. Aug. Flor. a b c d i Par. CEIHL Zitt. Angel. omisimus. In Bodl. tamen teste Gaisfordio margini adscriptum legitur. Sed nimirum res accuratius in sequentibus declaratur.

Θησεύς ποτε] Vat. Par. G Vind. 6 Ambr. ποτε Θησεύς. Mox Par. E I Flor. b ἀγαγών. — ηὔξαντο Vat. Vind. 6 Ambr.

causam declaravimus ad Criton. p. 43 D ἀλλὰ δοκεῖ μέν μοι ἥξειν.

πολλῷ ὕστερον] triginta diebus post, id quod satis docet locus Xen. Mem. III. 8, 2. conf. Epistol. Socr. 14. Sen. Epist. 70.

τί οὖν ἦν τοῦτο] quid hoc erat rei? quaenam erat huius rei ratio atque causa?

ἡ πρύμνα ἐστ. τ. πλοίου — πέμπουσι] De hac re v. quae narravimus ad Criton. cap. I. extr.

ἐστεμμένη] h. e. lauro ornata, quae sacra erat Apollini.

πέμπουσι] solemniter mittunt. Proprium hac in re vocabulum esse dudum docuit Spanh. ad Callim. Hymn. in Del. v. 279.

ἐν ᾧ Θησεύς —] „Nimirum Minos, rex Cretae, necis Androgei, filii sui, vindicandae causa Athenienses oppugnatum venerat: sed discessit tandem hac lege, ut ipsi nono quoque anno tributi loco Cretam mitterent septenas virgines totidemque pueros, qui devorarentur a Minotauro in Labyrintho. Hi sunt οἱ δὶς ἑπτὰ ἐκεῖνοι. Theseus, quum tertia tributi periodo (ποτέ) hoc in numero esset, occidit Minotaurum, rediitque cum comitibus salvus, h. e. καὶ ἔσωσέ τε καὶ αὐτὸς ἐσώθη. Plut. Thes. c. 15 sq. Pausan. I. 27. p. 67." FISCHER. Cf. Plat. Legg. IV. p. 706 A. Catull. Epith. Pel. et Thetid. v. 76 sq. Virg. Aen. VI. 20 sq. Ov. Met. VIII. 170 sq.

B. θεωρίαν ἀπάξειν] De θεωρίαις s. sacris legationibus, etiam Deliacis, dixerunt praeter alios Spanhem. ad Callimach. hymn. in Delum 314. Duker. ad Thucyd. III. 104. V. 6. Boeckh. Staatshaushalt I. p. 230 sqq. Meier. De sacris legationibus Commentat. Halis Sax. 1837. 4. Hermann. Gottesdienstl. Alterthümer der Griechen §. 31. Nominis sic usurpati origo repetenda videtur a θεὸς et ὤρα, cura, ὠρεύω, curo, tueor, vel ὠρέω, quod Suidas memorat, ita ut eo rerum sacrarum curatio designetur; unde etiam ipsi legati dicti sunt θεωροί et navis, qua vehebantur, θεωρίς. Quamquam alii illud ubique a θεᾶσθαι deducunt. v. Valcken. ad Ammon. p. 92. Ruhnken. Epist. crit. p. 100 et Lobeck. Pathol. ling. Gr. p. 275,

ἔτι ἐξ ἐκείνου κατ' ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ πέμπουσιν. ἐπειδὰν οὖν ἄρξωνται τῆς θεωρίας, νόμος ἐστὶν αὐτοῖς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καθαρεύειν τὴν πόλιν καὶ δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι, πρὶν ἂν εἰς Δῆλόν τε ἀφίκηται τὸ πλοῖον καὶ πάλιν δεῦρο· τοῦτο δ' ἐνίοτε ἐν πολλῷ χρόνῳ γίγνεται, ὅταν τύχωσιν ἄνεμοι ἀπολαβόντες αὐτούς. ἀρχὴ

B. καθαρεύειν] Sic Bodl. Vat. Coisl. Vindobonenses, Veneti, Par. CGHL Angel. Ambr. Flor. a c d m Zitt. pro vulg. **καθαριεύειν.**

Δῆλόν τε] τε cum Bekkero addidimus e Vat. Tubing. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Om. Hermannus cum Bodl. et ceteris.

ἄνεμοι] Articulum **οἱ** vulgo ante *ἄνεμοι* interpositum omnes omittunt praeter Par. E, quem Stephanus est secutus. **ἄνεμοι τύχωσιν** Ambros.

qui *ωρος* pro paragogica terminatione habet. De Deliis v. Hermann. Gottesdienstl. Alterth. §. 60 et §. 65. et Commentat. de theoria Deliaca. Gotting. a. 1847. 4. Distinguenda autem sunt Delia duplicis generis, altera quinquennalia (*ἡ πεντετηρίς*), altera anniversaria. Hic manifestum est intellegi *Δήλια* annua. Ea enim ab Atheniensibus celebrabantur in memoriam eorum temporum, quibus per Theseum liberati essent a saevissimo servitutis iugo ipsis a Cretibus imposito, quo victimas humanas vectigalis instar quotannis in Cretam mittere coacti erant. Pertinuerunt haec sacra ad cultum Apollinis Delii atque die Apollinis natali, qui fuit dies sextus vel septimus mensis Thargelionis, videntur peracta esse. v. Diog. L. II. 44. Plut. Quaest. Symp. VIII. 1. 2. coll. Spanhem. ad h. in Del. v. 251. Plut. Nic. c. 3, ubi pompa solemnis usitata describitur. Boeckh. Staatshaushalt. T. II. p. 218. Müller. Dorier. T. I. p. 243.

καὶ νῦν ἔτι] Servatus hic mos est usque ad tempora Demetrii Phalerei teste Plut. Thes. c. 23 coll. Boeckh. Urkunden des Attischen Seewesens p. 77.

ἐπειδὰν οὖν ἄρξωνται —] h. e. postquam puppis navis corona laurea ornata est, ut Phaedo ipse docet. Deinde quod vulgo legebatur *καθαριεύειν*, id ferri nullo modo potest. Cum enim hoc verbum, si quidem usitatum fuit, de quo vehementer dubitamus, ductum sit a *καθάριος*, munditiei studiosus (Valcken. ad Xen. Mem. II. 1, 23), nil aliud potest significare nisi munditiei studiosum esse, quod nemo est quin videat ab hoc loco alienum esse. Itaque verissime codd. meliores *καθαρεύειν*, h. e. purum esse neque suppliciis pollui, exhibent, quod merito nuper probatum est. Additur autem *τὴν πόλιν*, quo indicetur hanc legem pertinere ad universam rempublicam nec ad singulos tantum cives, ut non exputemus, cur Astius illud in fraudis suspitionem vocaverit. Ceterum v. Criton. p. 43 C.

ἄνεμοι] Quod vulgo *οἱ ἄνεμοι* scriptum legebatur, id quoniam sententiae rationibus adversatur, recte videtur a Fischero repudiatum esse. Nisi forte ventos illis in regionibus regnantes intellegere volueris. Sed obsequendum certe codicibus fuit. Her. II. 115 *ὅσοι ὑπ' ἀνέμων ἤδη ἀποληφθέντες ἦλθον κ. τ. λ.*, ad quem locum Wesselingius hunc usum verbi *ἀπολαμβάνειν*, quo dicitur de ventis adversis navigantes retinentibus, pluribus exemplis illustravit. Philostr. Her. p. 741 *κἂν ἄνεμοι τὴν ναῦν ἀπολάβωσιν*, quod item universe dictum omisso articulo. — *αὐτούς*, *τοὺς πλέοντας* int. ex

δ' ἐστὶ τῆς θεωρίας, ἐπειδὰν ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος C στέψῃ τὴν πρύμναν τοῦ πλοίου· τοῦτο δ' ἔτυχεν, ὥςπερ λέγω, τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης γεγονός. διὰ ταῦτα καὶ πολὺς χρόνος ἐγένετο τῷ Σωκράτει ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὁ μεταξὺ τῆς δίκης τε καὶ τοῦ θανάτου.

Cap. II. *ΕΧ.* Τί δὲ δὴ τὰ περὶ αὐτὸν τὸν θάνατον, ὦ Φαίδων; τί ἦν τὰ λεχθέντα καὶ πραχθέντα, καὶ τίνες οἱ παραγενόμενοι τῶν ἐπιτηδείων τῷ ἀνδρί; ἢ οὐκ εἴων οἱ ἄρχοντες παρεῖναι, ἀλλ' ἔρημος ἐτελεύτα φίλων; *ΦΑΙΔ.* Οὐδαμῶς, ἀλλὰ παρῆσάν τινες, καὶ πολλοί γε. D *ΕΧ.* Ταῦτα δὴ πάντα προθυμήθητι ὡς σαφέστατα ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι, εἰ μή τίς σοι ἀσχολία τυγχάνει οὖσα. *ΦΑΙΔ.* Ἀλλὰ σχολάζω γε, καὶ πειράσομαι ὑμῖν διηγήσασθαι·

C. **καὶ πολὺς χρόνος**] Vulgo καὶ ὁ πολ. χρ. praeter codicum fidem.

Τί δὲ δὴ] δαὶ pro δὲ habet corr. Clark. et Coisl.

τί ἦν τὰ λεχθέντα] τίνα Vat. Ambr. Flor. d, quod in Ven. Π teste Bastio a rec. m. invectum. Nec dubito, quin etiam in illis codicibus ex correctione natum sit, praesertim cum teste Gaisfordio Bodl. habeat τινα ἦν accentu in pronomine omisso, quod solet esse vitii indicium, neque in Tubing. ullum cernatur huius lectionis vestigium. Et quidni etiam h. l. ut p. 57 A commode **τί ἦν τὰ λεχθέντα** interrogetur, cum proxime antecedat: **τί δὲ δὴ τὰ περὶ αὐτὸν τὸν θάνατον**? Enimvero ita rectissime quaeritur hoc: quorsum pertinebant et cuius generis erant, quae dicta et facta sunt, quod plane concinit cum verbis antegressis. Nam quod C. F. Hermann, Gesammelte Abhandl. u. Beitr. p. 65 hoc loco usum imperfecti ἦν scribit numerum pluralem τίνα non tam postulare quam potius flagitare, id quo iure vir egregius ita statuerit, haud sane intellegimus. Edidit tamen Herm. nuper τίνα fretus scilicet Bekkero ex Bodl. et Vat. τίνα enotanti.

D. **ἀλλὰ παρῆσάν τινες**] Codd. plerique alii personae tribuunt. Perperam.

σχολάζω γε] γε pro τε, quod servavit Bekk., e Bodl. Vat. Ven.

praec. **πλοῖον**. Synesis nec apud Platonem ita rara. Legg. III. 701 E ex **πολιτεῖαι** assumendum **πολῖται**. (v. annot.) Ibid. IX. 876 B et XI. p. 933 E post **δικαστήρια** infertur **αὐτοί**, quasi **δικασταὶ** memorati sint. Ibid. X. p. 886 C ex **θεογονίαν** repetendum **θεοί**. Ibid. VIII. p. 828 B, ubi v. ann. Criton. p. 53 B post **πόλεως** mentionem continuo cogitandum est de **πολίταις**. Conf. ann. ad p. 105 A.

C. **ὥςπερ λέγω**] Frequens formula de re iam antea commemorata. Nos dicimus: wie gesagt. v. ad Apolog. p. 21 A.

Cap. II. **οἱ ἄρχοντες** —] Intelleguntur **οἱ ἕνδεκα**, undecimviri capitales. v. Ap. Socr. p. 37 C ibique annot. p. 39 E.

D. **τινες, καὶ πολλοί γε**] Plat. Legg. XII. p. 951 B **θεῖοί τινες, οὐ πολλοί**. Xen. Hell. I. 5, 22 **καί τινας ἀπέκτειναν, οὐ πολλούς**. Plat. Gorg. p. 455 C **ὡς ἐγὼ τινας σχεδὸν καὶ συχνοὺς αἰσθάνομαι.** In talibus **καὶ** et **καὶ — γε** habere vim augendi ostendimus ad Ap. Socr. p. 23 A. Quocirca sensus hic est: aderant aliqui, atque adeo multi.

καὶ γὰρ τὸ μεμνῆσθαι Σωκράτους καὶ αὐτὸν λέγοντα καὶ ἄλλου ἀκούοντα ἔμοιγε ἀεὶ πάντων ἥδιστον. ΕΧ. Ἀλλὰ μήν, ὦ Φαίδων, καὶ τοὺς ἀκουσομένους γε τοιούτους ἑτέρους ἔχεις. ἀλλὰ πειρῶ ὡς ἂν δύνῃ ἀκριβέστατα διελθεῖν πάντα. ΦΑΙΔ. Καὶ μὴν ἔγωγε θαυμάσια ἔπα-
E θον παραγενόμενος. οὔτε γὰρ ὡς θανάτῳ παρόντα με ἀνδρὸς ἐπιτηδείου ἔλεος εἰςῄει· εὐδαίμων γάρ μοι ἁνὴρ ἐφαίνετο, ὦ Ἐχέκρατες, καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῶν λόγων,

Π Vind. *Φ* Ambr. Par. G Tub. Zitt. Flor. d recepi. Nam gravius paullo affirmat se *σχολάζειν*, deinceps vero ostendit se rem esse narraturum.

διελθεῖν] *διεξελθεῖν* Vat. Par. G Ven. *Π* Tub. Flor. d et Bekkero teste Vind. 6. Prave *ἑταίρους* aliquot codd.

E. *ἁνὴρ*] V. *ὁ ἀνήρ*. Bodl. Vat. Ven. *Π* Vind. 6 s. *Φ* Tub. Flor. d *ἀνήρ* omisso articulo. Unde cum Bekkero scripsimus *ἁνήρ*, quae crasis dici non potest quam saepe a librariis oblitterata sit. Hermann. *ἀνήρ* pro vero probat. Post *ἐφαίνετο* aliquot libri cum Vat. *εἶναι* inferciunt, quod in Bodl. superscriptum. Dein Coisl. Ven. *Π* Tub. Aug. Flor. m Par. CL *τοῦ λόγου*, quod etiam Bodl. Ven. *Ξ* Flor. a c habent, ita tamen, ut *τῶν λόγων* superscriptum exstet.

καὶ αὐτὸν λέγοντα καὶ ἄλλου] Mireris hic acumen Hirschigii, qui *ἤ — ἤ* pro *καί — καί* legendum censet, quia nemo simul et narrare et audire possit. Quasi vero *καί — καί* non significet tam — quam, ut membra orationis sint tamquam aequantia.

τοιούτους ἑτέρους ἔχεις] h. e. item sic affectos habes. Loquendi genus exemplis illustrarunt Wyttenbach. ad Selecta Princip. Historic. p. 352 et Heindorfius ad h. l. Addimus De Rep. VI. p. 488 B. Symp. p. 201 E. Phaedon. p. 80 D.

E. *παρόντα με — εἰςῄει*] *εἰςιέναι* et *εἰςέρχεσθαι*, ut Lat. subire, dicitur de spe, laetitia, maerore, misericordia, quae animum capiunt. Eur. Med. 931 *εἰςῆλθέ μ' οἶκτος*. Iph. Aul. 491 *μ' ἔλεος εἰςῆλθε*. Usum loquendi illustrarunt Valckenar. ad Phoen. v. 1378 p. 464 sq. Hermann. ad Lucian. De hist. conscr. p. 18. In proximis variata constructione dicitur: *οὐδὲν πάνυ μοι ἐλεεινὸν εἰςῄει*, de quo v. Matth. §. 401 C.

εὐδαίμων γάρ μοι — ἐτέλευτα] Cum hoc loco contendas Crit. p. 43 B, ubi v. annotatio. De scriptura *ἁνήρ*, pro qua vulgo erat *ὁ ἀνήρ*, controversiam movit C. F. Hermannus, comparans illePhaedon. p. 98 B. In quo viro egregio neutiquam assentimur. Nostra enim sententia *ἀνήρ* semper additum habet articulum, ubi cum emphasi pro *αὐτὸς* vel *ἐκεῖνος* ponitur. Id quod luculentissime apparet ex iis locis, ubi obliqui casus nominis usurpantur, ut paullo ante p. 58 C *τίνες οἱ παραγενόμενοι — τῷ ἀνδρί*, h. e. *αὐτῷ*, ubi nemo scripserit *ἀνδρί* extruso articulo; item p. 61 C *πολλὰ γὰρ ἤδη ἐντετύχηκα τῷ ἀνδρί*, i. e. *ἐκείνῳ*. Gorg. p. 470 D *οὐ γάρ πω συγγέγονα τῷ ἀνδρί*. Hipp. mai. p. 288 D *ἀποκριτέον τῷ ἀνδρί*. Lach. p. 179 E *ἐλθεῖν ἐπὶ θέαν τἀνδρός*, ibid. p. 181 A *μὴ ἀφίεσό γε τἀνδρός*; al. Sed ab his locis probe discernenda sunt illa, in quibus articulus omittitur, quia persona quacunque demum de causa indefinite aut generatim significatur. Quorsum pertinent primum talia, qualia sunt, quae infra p. 98 C adnotavimus, in quibus liquet indefinite significari per ironiam quandam, qui potuerunt sane

ὡς ἀδεῶς καὶ γενναίως ἐτελεύτα, ὥςτ' ἔμοιγ' ἐκεῖνον
παρίστασθαι μηδ' εἰς Ἅιδου ἰόντα ἄνευ θείας μοίρας
ἰέναι, ἀλλὰ κἀκεῖσε ἀφικόμενον εὖ πράξειν, εἴπερ τις
πώποτε καὶ ἄλλος. διὰ δὴ ταῦτα οὐδὲν πάνυ μοι ἐλε- 59
εινὸν εἰςῄει, ὡς εἰκὸς ἂν δόξειεν εἶναι παρόντι πένθει·
οὔτε αὖ ἡδονὴ ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ ἡμῶν ὄντων, ὥςπερ

ὥςτ' ἔμοιγ' ἐκεῖνον π.] V. ὥςτε μοι παρίστασθαι ἐκεῖνον. Ordinem e Bodl. Tub. Ven. Δ Par. G mutavimus; ἔμοιγε autem debemus Vat. Vind. 6 Ambros. Flor. d et corr. Ven. Π. Bekkerus scripsit ὥςτ' ἐμοὶ ἐκ., quod servant Turicc. ἐμοὶ in μοι commutato.

κἀκεῖσε] Vat. Vind. Φ Ambr. Vulgo καὶ ἐκεῖσε.

certius denotari. At nimirum inde haudquaquam colligas etiam ibi articulum abesse posse, ubi talis rerum vel personarum significatio non habet locum. Deinde etiam ii loci huc referendi sunt, in quibus ἀνήρ loco praedicati est, ut item generaliorem notionem contineat, ad quam notio subiecti referatur, veluti Phaedr. p. 267 C. δεινὸς ἀνὴρ γέγονε, er war ein erschrecklicher Mann, quamquam de hoc locorum genere saepe anceps iudicium est, quandoquidem etiam ἀνήρ vel ὁ ἀνήρ dici potuit. conf. Lys. p. 204 A. Sophist. p. 216 C. Phaedr. p. 266 C. al. Itaque hoc loco omisso articulo sensus fuerit: denn er (Sokrates) erschien mir als ein glückseliger Mann, quod redundante fere voc. ἀνήρ multo est languidius dictum quam alterum: denn glückselig erschien mir **der Mann**. Sic supra p. 57 A. ἄττα εἶπεν ὁ ἀνὴρ πρὸ τοῦ θανάτου, ubi certa est lectio librorum.

γενναίως] fortiter et animose. Plut. Cimon. cap. 13. ὑποστάντων δὲ τῶν Περσῶν καὶ δεξαμένων οὐκ ἀγεννῶς, κρατερὰ μάχη συνέστη. — Παρίστασθαι de cogitationibus ex praesenti rerum statu orientibus usurpari solitum illustrarunt Hemsterh. ad Lucian. Contempl. §. 13. Dorvill. ad Charit. p. 438. ed. Lips. Taylor. ad Lysiam p. 83. ed. Reisk. = p. 42. edit. pr., qui plurimos collegerunt locos, in quibus neque δόξα neque πρᾶγμα nec aliud quid huius modi verbo additum est.

ἄνευ θείας μοίρας] sine consilio et voluntate deorum, qui ei consulerent. Nam additur ἀλλὰ κἀκεῖσε ἀφ. εὖ πράξειν. Plut. An pravitas sufficiat ad infelicitatem p. 499 B. ἀποθνήσκοντα δὲ αὐτὸν (Σωκράτη) ἐμακάριζον οἱ ζῶντες ὡς οὐδ' ἐν Ἅιδου θείας ἄνευ μοίρας ἐσόμενον.

εἴπερ τις πώποτε] Mire Hirschig. „scripsi πότε ob futurum πράξειν". Atqui intellegendum relinquitur: ἐκεῖσε ἀφικόμενος εὖ ἔπραξεν. Idem mera de coniectura scripsit διὰ ταῦτα δὴ facta audaci verborum transpositione.

P. 59 A. ἂν δόξειεν εἶναι π. π.] Non recte Heindorf. παρόντι refert ad μοι. Latet enim in hoc participio persona indefinita, ut sententia sit generalis. Unde etiam intellegitur, cur non sit scriptum τῷ πένθει, quod idem vir doctus olim coniecit. Itaque verba haec sic explicamus: quemadmodum consentaneum videatur, si quis intersit rei tristi et luctuosae. Dativus autem παρόντι ex εἰκός pendet, quam in rem Heindorf. laudavit Eur. Hippol. 1433. ἀνθρώποισι δὲ — εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν.

ὡς ἐν φ. ἡμ. ὄντων] h. e. quippe cum de philosophia disputaremus, ut consueveramus. Men. p. 91 E. τετταράκοντα ἔτη ἐν τῇ τέχνῃ ὄντα.

εἰώθειμεν· καὶ γὰρ οἱ λόγοι τοιοῦτοί τινες ἦσαν· ἀλλ' ἀτεχνῶς ἄτοπόν τί μοι πάθος παρῆν καί τις ἀήθης κρᾶσις ἀπό τε τῆς ἡδονῆς συγκεκραμένη ὁμοῦ καὶ ἀπὸ τῆς λύπης, ἐνθυμουμένῳ, ὅτι αὐτίκα ἐκεῖνος ἔμελλε τελευτᾶν. καὶ πάντες οἱ παρόντες σχεδόν τι οὕτω διεκείμεθα, ὁτὲ μὲν γελῶντες, ἐνίοτε δὲ δακρύοντες, εἷς δὲ ἡμῶν καὶ διαφερόντως, Ἀπολλόδωρος· οἶσθα γάρ που
B τὸν ἄνδρα καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ. ΕΧ. Πῶς γὰρ οὔ; ΦΑΙΔ. Ἐκεῖνός τε τοίνυν παντάπασιν οὕτως εἶχε, καὶ αὐτὸς ἔγωγε ἐτεταράγμην καὶ οἱ ἄλλοι. ΕΧ. Ἔτυχον δέ, ὦ Φαίδων, τίνες παραγενόμενοι; ΦΑΙΔ. Οὗτός τε δὴ ὁ Ἀπολλόδωρος τῶν ἐπιχωρίων παρῆν καὶ ὁ Κριτόβουλος καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Κρίτων, καὶ ἔτι Ἑρμογένης

P. 59. ἀπὸ τῆς λύπης] ἀπὸ additum e Bodl. Tub. Vat. Ven. Π Vind. Φ Flor. d. Ceterae editt. omnes praeter Herm. omittunt.

ὁτὲ μέν] V. ποτὲ μέν, quod e Bodl. Ven. Π Tub. mutatum. In aliis multis est ποτέ.

B. καὶ ὁ Κριτόβουλος] καὶ ὁ Κρ. Bodl. Tub. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambr. Editt. omnes praeter Herm., qui nobiscum facit, om. ὁ. Dein nomen Κρίτων om. Coisl. Ven. Λ Par. CEHIL Aug. Tub. Flor. a b c i m Angel. et pr. Vind. 2.

Soph. Oed. T. 562. τότ' οὖν ὁ μάντις ἦν ἐν τῇ τέχνῃ; an tunc vates iste exercebat hanc artem? Xen. Cyr. IV. 3, 23. οἱ μὲν δὴ ἐν τούτοις τοῖς λόγοις ἦσαν. Maxim. Tyr. p. 396. T. I. ed. Lips. τοὺς δὲ ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ πάνυ ἄν τις μέμψαιτο, ubi v. Markland.

τοιοῦτοί τινες] h. e. qui pertinerent ad philosophiam. Eadem ratio est infra p. 80 C. ἐν τοιαύτῃ ὥρᾳ.

οὕτω διεκείμεθα, ὁτὲ μὲν γελῶντες κ. τ. λ.] Notabilis ratio constructionis, qua participium additur ad οὕτως explicandum, ita ut verbi finiti personae et numero accommodetur. Apte contulit Heindorf. Soph. Oed. Tyr. 10. τίνι τρόπῳ καθέστατε; δείσαντες ἢ στέρξαντες; Xen. An. IV. 1, 4. τὴν δὲ — ἐμβολὴν ὧδε ποιοῦνται, ἅμα μὲν λαθεῖν πειρώμενοι, ἅμα δὲ φθάσαι. Adde Gorg. p. 478 A. p. 513 E. Phileb. p. 20 A. De Rep. VIII. p. 556 A. IX. p. 583 C., ubi v. ann. Cratyl. p. 423 A. Soph. Phil. 164 sq. ταύτην γὰρ ἔχειν βιοτῆς αὐτὸν λόγος ἐστὶ φύσιν, θηροβολοῦντα πτηνοῖς ἰοῖς σμυγερὸν σμυγερῶς, οὐδέ τιν' αὐτῷ παιῶνα κακῶν ἐπινωμᾶν. — De vv. ὁτὲ μέν — ἐνίοτε δέ v. Hermann. ad Viger. p. 792. — De Apollodoro cf. Proleg. p. 69.

B. καὶ ὁ Κριτόβουλος —] Critoni, de quo ad cognominem dialogum dictum est, quattuor dicuntur fuisse filii, Critobulus, Hermogenes, Epigenes, Ctesippus. v. Laert. II. 121. Sed Hermogenes, qui h. l. memoratur, videtur fuisse filius Hipponici, Calliae frater, de quo v. Prolegg. ad Cratyl. p. 19. et quae disputavit Schneider. ad Xen. Mem. IV. 8, 4. ad Symp. I. 3. cf. etiam Procli Schol. in Cratyl. p. 10. ed. Lips. Neque Epigenes intellegi videtur Critonis filius, sed ille potius, qui commemoratur Ap. Socr. p. 33 E. et Xen. Mem. III. 12, 1. et cuius pater fuit Antiphon Cephisiensis. — De

καὶ Ἐπιγένης καὶ Αἰσχίνης καὶ Ἀντισθένης. ἦν δὲ καὶ
Κτήσιππος ὁ Παιανιεὺς καὶ Μενέξενος καὶ ἄλλοι τινὲς
τῶν ἐπιχωρίων· Πλάτων δέ, οἶμαι, ἠσθένει. ΕΧ. Ξένοι
δέ τινες παρῆσαν; ΦΑΙΔ. Ναί, Σιμμίας τέ γε ὁ Θηβαῖος C

C. *Σιμμίας τέ γε*] Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* s. 6 Ambr. om. *τε*. contra in Tub. Par. EG *γε* neglectum, unde patet erroris causa. Dein pro vulg. *Φαιδώνδης* recte Vat. Coisl. Ven. *Π* Ambr. Vind. *Φ* Tub. Flor. d f *Φαιδωνίδης*, ut etiam Bodl. Par. G a pr. m. scriptum habent. Recte Hermann. alioquin formam Boeoticam *Φαιδώνδας* requirit, coll. Bornemanno ad Mem. I. 2, 48. v. etiam Matthiae Gr. Ampl. §. 99.

Aeschine Socratico v. Diog. Laert. II. 60—64. — Antisthenem constat imprimis Socratis tolerantiam et voluptatis contemtum imitatum esse adeoque sectae Cynicae auctorem exstitisse. De eo v. Laert. VI. 1—19. Aelian. V. H. IX. 35. al. — Ctesippus Paeaniensis, h. e. ex *Παιανιᾷ δήμῳ τῆς Πανδιονίδος φυλῆς* oriundus, notus est ex Euthydem. p. 273 A. et Lysid. p. 203 A. 206 C sqq. — Menexenus nobilitatus est libro cognomine a Platone, ut videtur, scripto. Natus e gente nobilissima (vid. Lys. p. 207 C.) mature ad philosophiae studium animum applicavit et cum alios sophistas, tum Ctesippum maxime secutus est. v. Lys. p. 206. Unde intellegitur, cur h. l. Ctesippi et Menexeni una mentio fiat.

Πλάτων δέ, οἶμαι, ἠσθένει] Non veri dissimilis est Forsteri coniectura Platonem his verbis significare voluisse maerorem suum, quo imminente summi magistri morte affectus fuerit. Quod autem nulla hic Xenophontis facta est mentio, id Athen. XI. 504 F. refert inter argumenta invidiae et simultatis, quae Platoni cum Xenophonte intercesserit. Quippe non potuit Plato Xenophontis mentionem iniicere, cum ille anno ante Socratis mortem in Asiam esset profectus ibique militaret, id quod iam Fischerus pervidit. — Pro *ἦν δὲ καὶ Κτήσιππος* Heindorfius requirebat *παρῆν δὲ καὶ Κτ.* Frustra. Eodem modo Plutarch. Erot. p. 4. ed. Winck. *τῶν δὲ φίλων οἴκοθεν μὲν αὐτῷ παρῆσαν οἱ συνήθεις —· ἦν δὲ καὶ Πρωτογένης ὁ Ταρσεύς*, ubi doctissimo editori non assentior *εἶναι* simpliciter pro *παρεῖναι* usurpari contendenti. Quod ne apud poetas quidem fit nisi si verbum contrariae significationis, ut *ἀπεῖναι*, cum *εἶναι* coniunctum legitur. v. Wunder. ad Soph. Electr. 298. Antig. 1090. Oed. T. 754. Quocirca fallitur etiam Astius ad Protagor. p. 54 sq. Imo *ἦν* verbum simplex de more ita ponitur, ut ex praecedenti composito praepositio repetenda sit. Sic infra p. 71 E. *οὐκ ἀνταποδώσομεν τὴν ἐναντίαν γένεσιν —; ἢ ἀνάγκη ἀποδοῦναι*; i. e. *ἀνταποδοῦναι*. Phaedr. p. 248 A. *ἡ μὲν — ὑπερῆρεν εἰς τὸν ἔξω τόπον τὴν τοῦ ἡνιόχου κεφαλήν, ἡ δὲ τοτὲ μὲν ἦρε, τοτὲ δὲ ἔδυ*, i. e. *ὑπερῆρεν*. Euripid. Orest. 1101 sq. Pyl. *πιθοῦ νυν, ἀνάμεινον δὲ φασγάνου τομάς*. Or. *μενῶ, τὸν ἐχθρὸν εἴ τι τιμωρήσομαι.* Sed latissime patet hic usus loquendi. Pertinent enim huc etiam talia, quale est Eur. Bacch. 1062. *κλάδον κατῆγεν, ἦγεν, ἦγεν εἰς μέλαν πέδον* (bog herab, bog, bog), de quo genere plura collegit Elmsleius ad Med. 1219. Pertinent item loci eiusmodi, in quibus diversa verba iuncta sunt, ut Soph. Antig. 537. *καὶ συμμετίσχω καὶ φέρω τῆς αἰτίας*, i. e. *καὶ συμφέρω*; cuius rationis exempla dabit Schaefer. ad Demosth. Appar. I. p. 246. Indicc. ad Gregor. Cor. p. 1032. et ad Poet. Gnom. p. 361.

Σιμμίας] De Simmia et Cebete v. Prol. p. 68 sq. Phaedonides

καὶ Κέβης καὶ Φαιδωνίδης, καὶ Μεγαρόθεν Εὐκλείδης τε καὶ Τερψίων. ΕΧ. Τί δέ; Ἀρίστιππος καὶ Κλεόμβροτος παρεγένοντο; ΦΑΙΔ. Οὐ δῆτα· ἐν Αἰγίνῃ γὰρ ἐλέγοντο εἶναι. ΕΧ. Ἄλλος δέ τις παρῆν; ΦΑΙΔ. Σχεδόν τι οἶμαι τούτους παραγενέσθαι. ΕΧ. Τί οὖν δή; τίνες, φής, ἦσαν οἱ λόγοι;

Cap. III. *ΦΑΙΔ. Ἐγώ σοι ἐξ ἀρχῆς πάντα πειράσομαι διηγήσασθαι. ἀεὶ γὰρ δὴ καὶ τὰς πρόσθεν ἡμέρας*
D *εἰώθειμεν φοιτᾶν καὶ ἐγὼ καὶ οἱ ἄλλοι παρὰ τὸν Σωκράτη, συλλεγόμενοι ἕωθεν εἰς τὸ δικαστήριον, ἐν ᾧ καὶ ἡ δίκη ἐγένετο· πλησίον γὰρ ἦν τοῦ δεσμωτηρίου. περιεμένομεν οὖν ἑκάστοτε, ἕως ἀνοιχθείη τὸ δεσμωτήριον, διατρίβοντες μετ' ἀλλήλων· ἀνεῴγετο γὰρ οὐ πρῴ· ἐπειδὴ*

Τί δέ; Ἀρ.] Coisl. *δαί*, quod edidit Bekker.

D. *ἀνεῴγετο*] Ven. *Π* Vind. *Φ* Ambr. Vat. et a pr. m. Flor. d habent *ἀνεῴγνυτο*, quod Bekker. et Tur. ediderunt.

videtur Thebanus fuisse, non Cyrenaeus; v. Ruhnken. ad Xen. Mem. I. 2, 48. — Euclides, qui etiam Theaet. p. 143. Socratis studiosissimus fuisse narratur, auctor fuit familiae Megaricorum, qui etiam Eristici et Dialectici appellati sunt. vid. Laert. II. 106—110. Suid. Gell. N. A. VII. 10. Hic Terpsioni, de quo nihil memoriae traditum est, colloquium Socratis cum Theaeteto recitat in eo libro, qui Theaetetus inscriptus est. — Aristippus, princeps familiae Cyrenaicae. Neque obscurum est nomen Cleombroti, Ambraciotae, qui lecto hoc dialogo Platonis fertur se in mare praecipitasse, quam in rem elegans exstat epigramma Callimachi n. 24., quod etiam a Cic. Tusc. I. 34. memoratur. Quamquam vel propter ea, quae sequuntur, dubitari licebit, num hic alius Cleombrotus intellegendus sit. Etenim non inanis videtur veterum quorundam scriptorum suspitio notari his verbis Aristippum et Cleombrotum, quod prae nimia mollitie et luxuria Socratis adeo obliti sint, ut, cum Aegina insula, quae circiter ducenta stadia s. sex milliaria Germanica Athenis distabat, facile advolare potuissent, tamen noluerint illuc se conferre. Diog. Laert. II. 65. III. 36. Athen. XII. p. 544 D. Demetrius Rhetor. De elocut. §. 306. Cf. Muelleri Aeginetica. p. 186. Bergler. ad Alciph. II. 3.

D. *πλησίον γὰρ ἦν —*] Carcer in fori vicinia erat, ubi iudicium Heliastarum fuisse constat. Meier u. Schömann, Att. Proc. p. 134. coll. Plat. Legg. X. p. 908 A.

ἕως ἀνοιχθείη] Optativus rem saepius repetitam indicat. Matth. §. 521. 2. Buttm. §. 139 C. an. 2. Eodem modo deinceps: *ἐπειδὴ δὲ ἀνοιχθείη*: jedesmal nachdem geöffnet war.

διατρίβοντες μετ' ἀλλήλων] i. e. *διαλεγόμενοι πρὸς ἡμᾶς αὐτούς*, ut loquitur p. 116 A. De verbo *ἀνεῴγετο* Schol. Luciani ad Soloec. T. II. p. 54. *τὸ ἀνέῳγε βούλονται μὴ λαμβάνεσθαι ἐπὶ παθητικῆς διαθέσεως· ἀλλ' οὐκ ἀκριβῶς τοῦτο. χρῆται γὰρ μετὰ καὶ ἄλλων πολλῶν ὁ Πλάτων παθητικῶς ἐν Φαίδωνι, ἀνεῴγετο, λέγων, ἡ θύρα οὐ πάνυ πρωΐ.* De forma imperfecti v. Matth. §. 168 a. — Ad *πρωϊαίτερον* Thom. Mag. *πρωΐτερον καὶ πρωΐτατον·*

δὲ ἀνοιχθείη, εἰςῆμεν παρὰ τὸν Σωκράτη καὶ τὰ πολλὰ διημερεύομεν μετ' αὐτοῦ. καὶ δὴ καὶ τότε πρωϊαίτερον ξυνελέγημεν. τῇ γὰρ προτεραίᾳ ἡμέρᾳ ἐπειδὴ ἐξήλθομεν ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου ἑσπέρας, ἐπυθόμεθα, ὅτι τὸ E *πλοῖον ἐκ Δήλου ἀφιγμένον εἴη· παρηγγείλαμεν οὖν ἀλλήλοις ἥκειν ὡς πρωϊαίτατα εἰς τὸ εἰωθός. καὶ ἥκομεν, καὶ ἡμῖν ἐξελθὼν ὁ θυρωρός, ὅςπερ εἰώθει ὑπακούειν, εἶπε περιμένειν καὶ μὴ πρότερον παριέναι, ἕως*

εἰςῆμεν] V. ἤειμεν. Sed Bodl. Coisl. Vat. Ven. Π Vind. Φ Ambr. Par. A C G Tub. Flor. a d m εἰςήειμεν, quod cum Heindorfio et Bekkero ex August. in εἰςῆμεν mutavi. Causam cognosces ex Buttmanni Gr. Ampl. T. I. p. 540. Matthiae §. 219. 4. Schneider ad Reip. VI. p. 489 E. Nihilominus Herm. εἰςήειμεν tuetur propter codicum auctoritatem. Mox idem voc. ἡμέρᾳ uncis inclusit, propterea quod προτεραίᾳ iam diei vim contineat; alioquin enim προτέρᾳ fuisse scribendum. Quod nos quidem non credimus. Eodem modo Herod. IX. 22 τῇ ὑστεραίῃ ἡμέρῃ. Thuc. V. 75, 3. τῇ τε προτεραίᾳ ἡμέρᾳ συνέβη. Eurip. Hipp. 275. τριταίαν ἡμέραν. Hec. 32 τριταῖον φέγγος.

E. εἶπε περιμένειν] Haec est lectio librorum optimorum, Bodl. Vat. Ven. Π Tub. Vind. Φ Flor. d Ambr. Vulgatum erat olim εἶπεν ἐπιμένειν, quod Herm. servat.

ἀμφότερα γὰρ Θουκυδίδης· — κρείττω γὰρ ταῦτα τοῦ πρωϊαίτερον καὶ πρωϊαίτατον. Sed grammatici fidem suspectam reddidit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 227. cf. Buttmann. Gr. ampl. T. II. p. 347.

E. ὅςπερ εἰώθει ὑπακούειν] De usu verbi ὑπακούειν dictum est ad Criton. 43 A. Deinde pro vulg. ἐπιμένειν optimi codd. περιμένειν, quod recepimus. Utriusque verbi vim et significationem declaravit F. A. Wolfius his verbis: „ἐπιμένειν ist sich gedulden, den Erfolg von etwas gelassen abwarten; περιμένειν ist meistens in seiner Lage bleibend auf jemand warten, die Erscheinung von etwas erwarten. Daher wird dieses so gewöhnlich absolut gebraucht, wogegen jenes viel öfter als dies mit ἕως ἂν verbunden wird, und seiner Kraft zufolge gewisse Derivata hat, die περιμένειν nicht bilden konnte." Itaque miramur virum summum probasse ἐπιμένειν, reiecisse περιμένειν, quod hic aptum unice videtur. Quippe non iussit homo amicos Socratis patienter in sua statione perseverare, usque dum intromitterentur, quod esset ἐπιμένειν, sed illos voluit paullisper morari atque opperiri, donec fieret quod optarent. Infra p. 116 A. ἡμᾶς δ' ἐκέλευε περιμένειν. περιεμένομεν οὖν. Paullo ante: περιεμένομεν οὖν — ἕως ἀνοιχθείη τὸ δεσμωτήριον. Symp. in. οὐ περιμενεῖς; κἀγὼ ἐπιστὰς περιέμεινα. De Rep. I. in. ἐκέλευσε — τὸν παῖδα περιμεῖναί ἑ κελεῦσαι. Xen. Cyr. IV. 2, 9. καὶ τοὺς Ὑρκανίους περιμένειν ἐκέλευσε, ἵνα ἅμα ἴοιεν. Ibid. VII. 5, 39. ἄνδρες φίλοι, περιμένετε, ἕως τὸν ὄχλον διωσώμεθα, quo loco notabis omissum ἄν. — Dein Hirschigius καὶ μὴ πρότερον παριέναι pro glossemate habet, quia his verbis servatis scribi Graece debuerit πρὶν ἂν αὐτὸς κελεύσῃ, non ἕως ἂν αὐτὸς κ. In quo vir doctus, ut aliis locis plurimis, ruit mirifice. Lysias contr. Eratosth. 71. p. 429. ed. Rk. οὐ πρότερον εἴασε τὴν

ἂν αὐτὸς κελεύσῃ· Λύουσι γάρ, ἔφη, οἱ ἕνδεκα Σωκράτη καὶ παραγγέλλουσιν, ὅπως ἂν τῇδε τῇ ἡμέρᾳ τελευτήσῃ. οὐ πολὺν δ' οὖν χρόνον ἐπισχὼν ἧκε καὶ ἐκέλευσεν
60 *ἡμᾶς εἰςιέναι. εἰςιόντες οὖν κατελαμβάνομεν τὸν μὲν Σωκράτη ἄρτι λελυμένον, τὴν δὲ Ξανθίππην, γιγνώσκεις γάρ, ἔχουσάν τε τὸ παιδίον αὐτοῦ καὶ παρακαθημένην.*

τῇ ἡμέρᾳ τελευτήσῃ] Sic Bodl. Vat. Ven. Π Tub. Flor. m Vind. Φ Ambr. Vett. editt. τελευτᾷ.

P. 60. ἐκέλευσεν] Coisl. Ven. ΛΞ Vind. 2 Par. CHL Ang. Flor. c m Zittav. et corr. Bodl. ἐκέλευεν, quod ego non amplectar. v. ann. Dein Ven. Π Tub. Vind. Φ et corr. Bodl. a sec. m. Flor. d εἰςελθόντες, quod Bekkerus et Turicenss. receperunt. At v. explicat.

γιγνώσκεις] γινώσκεις Bodl.

ἐκκλησίαν γενέσθαι, ἕως ὁ λεγόμενος καιρὸς — ἐτηρήθη. Id. Apol. 26. καὶ οὐ πρότερον ἐπαύσαντο, ἕως τὴν μὲν πόλιν εἰς στάσεις — κατέστησαν. Ibid. contr. Alcib. 6. μὴ ἂν τολμῆσαι πρότερον ἡμῶν ἡγήσασθαι, ἕως ἐδοκιμάσθησαν κατὰ τοὺς νόμους. Diodor. Sic. V. p. 298 extr. οὐ πρότερον δίδοται τῷ μελετῶντι φαγεῖν, ἕως ἂν τυχὼν τοῦ ἄρτου συγχωρούμενον λάβῃ παρὰ τῆς μητρὸς καταφαγεῖν τοῦτον. Athen. III. p. 115 C. καὶ ὁ Γαληνός, μελλόντων ἡμῶν ἐφάπτεσθαι τῶν ἄρτων, οὐ πρότερον, ἔφη, δειπνήσομεν, ἕως ἂν καὶ παρ' ἡμῶν ἀκούσητε. De ἕως — ἂν κελεύσῃ in transitione ab oratione obliqua ad rectam pro optativo posito v. Matthiae Gr. §. 529, 5. coll. §. 528. an. 1. Mox post παραγγέλλουσιν quod ὅπως infertur, eodem modo De Rep. III. p. 415 B. VIII. p. 549 E. cf. Matthiae Gr. §. 531. 2.

οὐ πολὺν — χρόνον ἐπισχών] h. e. non ita multo post rediit. vid. nos ad Charm. p. 160 E. καὶ ὃς ἐπισχὼν — ἔφη et ad Legg. VI. p. 751 B. σμικρὸν ἐπισχόντες et infra p. 95 E. συχνὸν χρόνον ἐπισχών. Plura dabit Boissonad. ad Eunap. p. 252. — Mox pro ἐκέλευσεν codd. non pauci in iisque corr. Bodl. ἐκέλευεν. Sed nihil offensionis habet haec aoristi et imperfecti coniunctio. Infra p. 61 A. ἐπειδὴ ἥ τε δίκη ἐγένετο καὶ ἡ τοῦ θεοῦ ἑορτὴ διεκώλυέ με ἀποθνήσκειν, ἔδοξε χρῆναι κ. τ. λ. Ibid. p. 61 C. extr. Parm. p. 127 A. ἀνεγνώρισέ τέ με ἐκ τῆς προτέρας ἐπιδημίας καὶ ἠσπάζετο, καὶ — τὸ μὲν πρῶτον ὤκνει, — ἔπειτα μέντοι διηγεῖτο. Phaedr. p. 228 B. ἰδὼν μέν, ἰδὼν ἥσθη, ὅτι ἕξει τὸν συγκορυβαντιῶντα, καὶ προάγειν ἐκέλευε. Plura collegit Reisigius comm. crit. ad Sophocl. Oed. Col. p. 254 sq. v. 419. Enimvero recte copulantur diversa tempora, ubi duae vel plures actiones, quamvis alioquin arctissime coniunctae, tamen diversa ratione spectandae sunt et cogitatione quasi a se invicem separandae. Hermannus relicta aliquando Bodl. pr. m. auctoritate ἐκέλευεν servat, quippe cum huius ipsius verbi imperfectum saepe pro aoristo legi docuerit Sintenis ad Plut. Them. p. LI.; praeter rectam rationem, opinor.

P. 60. εἰςιόντες οὖν κατελ. — ἄρτι λελυμένον] h. e. eo ipso tempore, cum ingrediebamur, beim Hereintreten. Quod alii amplexi sunt, εἰςελθόντες, id sententiae minus convenit. Significaret enim: nach dem Hereintreten trafen wir den Sokrates eben gelöst an.

ὡς οὖν εἶδεν ἡμᾶς ἡ Ξανθίππη, ἀνευφήμησέ τε καὶ τοιαῦτ' ἄττα εἶπεν, οἷα δὴ εἰώθασιν αἱ γυναῖκες, ὅτι Ὦ Σώκρατες, ὕστατον δή σε προςεροῦσι νῦν οἱ ἐπιτήδειοι καὶ σὺ τούτους. Καὶ ὁ Σωκράτης βλέψας εἰς τὸν Κρίτωνα, Ὦ Κρίτων, ἔφη, ἀπαγέτω τις ταύτην οἴκαδε. Καὶ ἐκείνην μὲν ἀπῆγόν τινες τῶν τοῦ Κρίτωνος βοῶσάν τε καὶ κοπτομένην· ὁ δὲ Σωκράτης ἀνακαθιζόμενος ἐπὶ τὴν B

ἀπαγέτω τις] *ἀπαγαγέτω* Bekkerus cum Par. G Flor. c d m. Pro *ταύτην* Bodl. Tub. *αὐτήν*, quod probat Hermann. utpote dictum familiarius. Sed conf. ad Criton. p. 45 A.

B. *ἐπὶ τὴν κλίνην*] Sic ed. Bas. 2 Vat. Ven. *ΞΠ* Vind. *ΥΦ* Par. GL Ambr. Aug. Flor. a d Zitt. et in marg. Par. A Flor. m. Angel. Idem in Bodl. superscriptum exstat. Legebatur olim *εἰς τὴν κλ.*, quod servat Hermann. v. ann.

ἀνευφήμησε] inter fletum et eiulatum vociferata est, ut loquitur Valer. Maxim. VII. 2. ext. 1. Etiam hoc verbum est in numero eorum, in quibus expressa cernuntur vestigia Atticae humanitatis, qua solent verba rei laetae et gratae tribui rebus ingratis atque tristibus *κατ' ἀντίφρασιν*, quam vocant grammatici. Nam *εὐφημεῖν* et *ἀνευφημεῖν* proprie dicuntur de verbis et vocibus faustis ac bene ominatis. Sed *κατ' ἀντίφρασιν* significant etiam lamentari, vociferari, eiulare. Hesych.: *ἀνευφημήσει· ἀνοιμώξει, κατὰ ἀντίφρασιν Σοφοκλῆς Τραχινίαις*, v. 783, ubi v. intpp. Idem: *εὐφημοῦσι· στένουσι, κλαίουσι.* Aelian. V. H. XIV. 1. et quae de v. *εὔφημος* pro *δύςφημος* usurpato notavit Stanlei. ad Aesch. Ag. 1227. Hermannus tamen ad Soph. Trach. l. c. nullam in verb. *ἀνευφημεῖν ἀντίφρασιν* agnoscit. Significare enim exclamare *εὐφήμει*, i. e. clamare, absint verba male ominata.

ὕστατον δή σε προςεροῦσι] Istud *δή* est dolentis, ut nostrum denn, also, et Lat. ergo, quod item usurpatur, ubi quis cum maerore ac tristitia deplorat, quod revera fieri potuerint quae iam nunc acciderint. Infra p. 89 B. *αὔριον δή — ἴσως, ὦ Φαίδων, τὰς καλὰς ταύτας κόμας ἀποκερεῖ.* Soph. Ai. 856 sqq. *σὲ δ' ὦ φαεννῆς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας καὶ τὸν διφρευτὴν Ἥλιον προςεννέπω, πανύστατον δὴ κοὔποτ' αὖθις ὕστερον.* Ibid. v. 992. *ὦ τῶν ἁπάντων δὴ θεαμάτων ἐμοὶ ἄλγιστον ὧν προςεῖδον ὀφθαλμοῖς ἐγώ.* Hor. Carm. I. 24, 5. *Ergo Quintilium perpetuus sopor urget?* Sat. II. 5, 101. *Ergo nunc Dama sodalis nusquam est?*

τῶν τοῦ Κρίτωνος] ex Critonis servis. Nam nobiles et divites Athenienses non temere in publicum prodibant soli, sed secum habebant fere plures pedisequos. Menon. p. 82 A. *ἀλλά μοι προςκάλεσον τῶν πολλῶν ἀκολούθων τουτωνὶ τῶν σαυτοῦ ἕνα, ὅντινα βούλει.* Ceterum revertitur infra Xanthippe una cum filiis, ultima Socratis mandata acceptura; v. p. 116 B., ubi v. ann.

B. *ἀνακαθ. ἐπὶ τὴν κλ.*] Dictum hoc per breviloquentiam pro *ἐπὶ τὴν κλίνην κλινόμενος καὶ οὕτως ἐν αὐτῇ ἀνακαθιζόμενος.* Similiter Aristoph. Ran. 198. *ἐπὶ τὴν κώπην καθίζεσθαι.* Thuc. I. 126, 6. *καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμόν.* Aristoph. Nub. 254. *κάθιζε τοίνυν ἐπὶ τὸν ἱερὸν σκίμποδα.* Genus loquendi illustravit Matthiae §. 578 a. Etenim Socrates adhuc in lectulo iacuerat; nunc igitur, vinculis solutus, sedendo in eo erigitur et versus eum

κλίνην συνέκαμψέ τε τὸ σκέλος καὶ ἐξέτριψε τῇ χειρί, καὶ τρίβων ἅμα Ὡς ἄτοπον, ἔφη, ὦ ἄνδρες, ἔοικέ τι εἶναι τοῦτο, ὃ καλοῦσιν οἱ ἄνθρωποι ἡδύ· ὡς θαυμασίως πέφυκε πρὸς τὸ δοκοῦν ἐναντίον εἶναι, τὸ λυπηρόν, τῷ ἅμα μὲν αὐτὼ μὴ ἐθέλειν παραγίγνεσθαι τῷ ἀνθρώπῳ, ἐὰν δέ τις διώκῃ τὸ ἕτερον καὶ λαμβάνῃ, σχεδόν τι ἀναγκάζεσθαι ἀεὶ λαμβάνειν καὶ τὸ ἕτερον, ὥσπερ ἐκ
C *μιᾶς κορυφῆς συνημμένω δύ᾽ ὄντε. καί μοι δοκεῖ, ἔφη, εἰ ἐνενόησεν αὐτὰ Αἴσωπος, μῦθον ἂν συνθεῖναι, ὡς ὁ θεὸς βουλόμενος αὐτὰ διαλλάξαι πολεμοῦντα, ἐπειδὴ οὐκ ἠδύνατο, ξυνῆψεν εἰς ταὐτὸν αὐτοῖς τὰς κορυφάς, καὶ*

καὶ ἐξέτριψε] *ἐξέτριψε* Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π* Ambr. Par. ACG Vind. *Φ* Flor. a d m, quod nunc pro vulgato *ἔτριψε* reposuimus.

ἔοικέ τι εἶναι] Om. *τι* Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d m.

τὸ λυπηρόν] *τὸ* om. Vind. *ΥΦ* Ven. *Λ* Par. EI.

τῷ ἅμα] *τὸ* a pr. m. Bodl. Ang. manifesto errore. Dein optimi quique *ἐθέλειν* pro vulg. *θέλειν*.

ἀεὶ λαμβάνειν] Bodl. Vat. Tub. Flor. d *ἀεὶ* om. probantibus Turicc. Eiectum videtur a criticis, qui voculam putarent cum *σχεδόν τι* pugnare. Alii post *τι* ponunt.

συνημμένω] Haec lectio debetur Bodl. Tub. Vat. Vind. *Φ* Par. G Flor. d m et pr. Ven. *Π* Vett. editt. *ἡμμένω*.

C. *οὐκ ἠδύνατο*] Sic Vat. Vind. *Φ* Par. C G Ambr. Vulgo *ἐδύνατο*.

ξυνῆψεν — αὐτοῖς] Sic Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Ambr. Editt. vett. habent *αὐτῶν*. De dativo v. Heindorf. ad Theaet. p. 143 E, nos ad Legg. I. p. 624 B et infra p. 62 B.

reclinatus crus incurvat; mox autem *καθῆκε τὰ σκέλη ἀπὸ τῆς κλίνης καὶ καθεζόμενος οὕτως ἤδη τὰ λοιπὰ διελέγετο.* Minus videtur sententiae convenire quod cum Steph. scriptum exhibet cod. Bodl. pr. m. *εἰς τὴν κλίνην*, quod foret: in das Bett hineinwärts. Accedit quod Gaisfordio teste in Bodl. *ἐπὶ τὴν κλίνην* superscriptum exstat, ut ille ipse liber etiam alterius lectionis veritatem confirmare videatur.

τρίβων ἅμα] inter fricandum. Her. I. 179. *ὀρύσσοντες ἅμα τὴν τάφρον ἐπλίνθευον.* Xen. An. III. 3, 7. *φεύγοντες ἅμα ἐτίτρωσκον.* De Rep. VII. p. 521 D. *τόδε ἐννοῶ λέγων ἅμα..* Alio ordine infra p. 61 C.

Ὡς ἄτοπον —] Thom. Mag. *ἄτοπον· οὐ μόνον τὸ ἄλογον, ἀλλὰ καὶ τὸ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον. Πλάτων ἐν Φαίδωνι.* v. quae diximus ad Criton. p. 44 B.

ὡς θαυμασίως πέφυκε πρὸς τ. δ.] quam mira est ratio voluptatis ad dolorem eo s. propterea, quod nolunt simul adesse homini etc. Nam *τῷ* cum infinitivo iunctum est eo quod, ut De Rep. V. p. 471 D. II. p. 361 C. Legg. X. p. 885 C. al. Respexerunt hunc locum Iulian. Or. VIII. p. 240 C. Gell. N. A. VII. 1. Lactant. Ep. 29. 5. a Wyttenbachio laudati.

C. *εἰ ἐνενόησεν αὐτὰ*] sc. istam ipsam rem s. hanc esse eorum rationem ac necessitudinem. Itaque *αὐτά* positum

διὰ ταῦτα ᾧ ἂν τὸ ἕτερον παραγένηται ἐπακολουθεῖ ὕστερον καὶ τὸ ἕτερον. ὥςπερ οὖν καὶ αὐτῷ μοι ἔοικεν, ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ δεσμοῦ ἦν ἐν τῷ σκέλει πρότερον τὸ ἀλγεινόν, ἥκειν δὴ φαίνεται ἐπακολουθοῦν τὸ ἡδύ.

Cap. IV. *Ὁ οὖν Κέβης ὑπολαβὼν Νὴ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, ἔφη, εὖ γ' ἐποίησας ἀναμνήσας με. περὶ γάρ τοι τῶν ποιημάτων ὧν πεποίηκας ἐντείνας τοὺς τοῦ* D

αὐτῷ μοι] Bekker. ex uno Par. I. dedit *αὐτῷ ἐμοί*. v. ad p. 91 A.
ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ δ.] Steph. *ἐπειδὴ ὑπὸ τ. δ. ἦν ἐν τῷ σκέλει τὸ ἀλγεῖν, ἐκείνῳ δὴ φαίνεται κ. τ. λ.* Voc. *πρότερον* suppeditarunt Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d et marg. Bodl. Flor. m. Addendum putavimus propter seq. *ἐπακολουθοῦν*. Sprevit Herm. cum aliis. Tum *ἀλγεινὸν* pro *ἀλγεῖν* scriptum habent Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π* Aug. Vind. *Φ* Par. G Ang. Flor. a b c d i et rec. Coisl. Par. C. Pro *ἐκείνῳ* autem *ἥκειν* est in codd. omnibus, ut videtur. Ald. Bas. 1 2 *εἴκειν*, unde Stephanus de suo dedit *ἐκείνῳ*.
ὦ Σώκρατες, ἔφη] V. *ἔφη, ὦ Σ.* invitis optimis codicibus. Dein *πεποίηκας* Ven. *Π* Vind. *Φ* Ambr.

pro *ταῦτα* s. *ἐκεῖνα*. v. nos ad Phileb. p. 32 E. Matthiae §. 469. Non opus igitur cum Hirschig. corrigere *ταῦτα*.

ὥςπερ οὖν καὶ αὐτῷ μοι ἔοικεν, ἐπειδὴ ὑπὸ τ. δ.] Prave vulgo distinguitur colo post verbum *ἔοικεν*, ut bene monuit Heindorf. ad Soph. p. 225 E. Quis enim unquam dixit *ἔοικέ μοι* pro *φαίνεταί μοι, δοκεῖ μοι*? Imo post haec: *αὐτῷ μοι ἔοικεν*, per neglegentiam quandam sermonis infertur *φαίνεται*, de quo v. annot. ad Politic. p. 277 A. *νῦν δὲ κατά γε τὴν ἐμὴν οὔπω φαίνεται*, ubi Stephanus iniuria offendit, et ad Lys. p. 221 E., ubi post *ὡς ἔοικε* infertur *ὡς φαίνεται*. Theocr. VII. 30. *καίτοι, κατ' ἐμὸν νόον, ἰσοφαρίσδεν ἔλπομαι.* Arist. Plut. 826. *δῆλον ὅτι τῶν χρηστῶν τις, ὡς ἔοικας, εἶ.* Verumtamen Hirschig. his non contentus *φαίνεται* expulit. Quod veremur ut prudenter ita fecerit.

Cap. IV. *εὖ γ' ἐποίησας ἀναμνήσας με*] Ad haec Heindorfius: „Nota aoristo *ἐποίησας* pro *ἀναμιμνήσκων* adiectum *ἀναμνήσας*, bene fecisti quod me admonuisti." Imo ineptum foret *ἀναμιμνήσκων*. Sermo est enim de re semel tantum et uno velut temporis ictu peracta, nulla habita ratione diuturnioris alicuius status vel condicionis. Euthyd. p. 282 C. *καὶ εὖ ἐποίησας ἀπαλλάξας με σκέψεως πολλῆς.* Xen. Cyr. I. 4, 13. *καλῶς ἐποίησας προειπών.* Ibid. VII. 5, 48. *ἦ καλῶς, ἔφη, ἐποίησας, ὦ Κῦρε, ἄρξας τοῦ λόγου.* Eur. Iph. Aul. 642. *χαῖρ'· εὖ δέ μ' ἀγαγὼν πρός σ' ἐποίησας, πάτερ*, in quibus locis omnibus finito verbo adhibito dicendum fuit: *ὅτι ἀνέμνησάς με κ. τ. λ.* Comparavit praeterea Heindorf. Ar. Pac. 1198. *ὦ φίλτατ', ὦ Τρυγαῖ', ὅσ' ἡμᾶς τἀγαθὰ δέδρακας εἰρήνην ποιήσας.* Eccl. 1045. *κεχάρισαί γέ μοι, ὦ γλυκύτατον, τὴν γραῦν ἀπαλλάξασά μου.*

D. *ἐντείνας τοὺς τ. Αἰσώπου λ.*] h. e. in carminis modum ligans, in versus redigens Aesopi fabulas. Phileb. p. 38 E. *ἐντείνας εἰς φωνήν*, Plut. Solon. p. 80 A. *τοὺς νόμους ἐπεχείρησεν ἐντείνας εἰς ἔπος ἐξενεγκεῖν*, quae post Wyttenbach. Bibl. Crit. P. VI. p. 104. comparavit etiam Heindorfius. [Lobeck, Agl. I. p. 349. not. a.] Prot. p. 326 B. *ποιήματα εἰς τὰ κιθαρίσματα ἐντείνοντες.* Rem ex hoc Platonis

Αἰσώπου λόγους καὶ τὸ εἰς τὸν Ἀπόλλω προοίμιον καὶ ἄλλοι τινές με ἤδη ἤροντο, ἀτὰρ καὶ Εὐηνὸς πρώην, ὅ τι ποτὲ διανοηθείς, ἐπειδὴ δεῦρο ἦλθες, ἐποίησας αὐτά,

loco memoravit Plut. De audiendis poetis p. 16 C. *τοὺς δὲ Αἰσώπου τοῖς ἔπεσιν μύθους ἐνόμιζεν*, ubi Wyttenbach. *ἐνήρμοζεν* correxit, immemor *τοῦ νόμου* musicorum.

εἰς τὸν Ἀπόλλω προοίμιον] Prooemia s. exordia vulgato usu omnino dicuntur pro hymnis in laudem deorum, imprimis Apollinis, decantatis. Schol. ad Thuc. III. 104,3, ad Aesch. Sept. c. Theb. 7. Spanhem. ad Callim. in Iov. 1., Menag. ad Diog. Laert. VIII. 57. Qui usus loquendi inde videtur repetendus esse, quod tales hymni solemniter praemissi sunt sacris in deorum honorem instituendis. Nam *προοίμιον*, quod ductum est ab *οἴμη*, indicat sane quidquid ante ingressum rei peragitur. Unde et exordia citharoedorum, quae carminum epicorum recitationi *ὑμνικῶς* praemittebantur, eo nomine appellata sunt (Arist. Rhet. III. 14, 1. Quintil. IV. 1, 1. coll. Wolf. Prolegg. ad Hom. p. 106 sqq.) et vero etiam hymni, qui deorum sacris, imprimis iis, quae memoriam natalium, memorabilium factorum, gloriosorum facinorum renovabant, antecedere solebant, ita ut ipsorum sacrorum quasi quaedam principia essent ac primordia. Cuiusmodi hymnos etiam nunc habemus inter Homericos superstites, quorum alii sunt citharoedici, alii sacrorum usui destinati et cum illis non aliam ob causam, opinor, in unum coniuncti, quam quod utrique et communi nomine prooemiorum comprehensi fuerunt, et versantur in laudibus deorum vel brevius vel copiosius praedicandis. Nam primus quidem et secundus hymnus Homericus, ut hoc exemplo utamur, in Apollinis laudem ideo videtur compositus esse, ut sacris Apollinis Deliacis atque Pythicis praeluderetur. Alia si rei exempla requiris, Empedocles teste Laert. VIII. 57. fecit *προοίμιον εἰς Ἀπόλλωνα*, itemque Alcaeus teste Paus. X. 8. *προοίμιον εἰς Ἀπόλλωνα* cecinit. Talem igitur hymnum vel paeanem in Apollinem Socrates quoque composuit, quippe cum Apollinis sacra Deliaca essent instituta, animum simul religione exsoluturus. Egregium vero est istud religiosae pietatis ac verecundiae documentum, quod vel unum satis valeat ad redarguendum crimen accusatorum, qui virum sanctissimum impietatis reum egissent. De Socratis autem poemate audias Diog. Laert. II. 42. *καὶ δεθεὶς — καὶ παιᾶνα* (i. q. *προοίμιον* s. hymnum in Apollinem) *κατά τινας ἐποίησεν, οὗ ἡ ἀρχή· Δήλι' Ἄπολλον, χαῖρε, καὶ Ἄρτεμι, παῖδε κλεεινώ.* Themist. Orat. p. 32. ed. Df. *καὶ ἔστι Σωκράτει προοίμιον πεποιημένον ἐν τόνῳ ἑξαμέτρῳ πρὸς τὸν θεόν.* Epictet. Dissert. IV. 4. *καὶ πῶς ἂν ἔτι ἦν Σωκράτης, εἰ ταῦτα ὠδύρετο; πῶς ἂν ἔτι ἐν φυλακῇ παιᾶνας ἔγραφεν;* Idem II. 6. *καὶ τότ' ἐσόμεθα ζηλωταὶ Σωκράτους, ὅταν ἐν φυλακῇ δυνώμεθα παιᾶνας γράφειν.* Suidas in v. *Σωκράτης* memorat item *ὕμνον* Socratis *εἰς Ἀπόλλωνα καὶ Ἄρτεμιν.* Eundem respectat etiam Apul. Florida p. 303. ed. Elm. verbis: *Canit — Socrates* (in carcere) *hymnos.* Ceterum de auctoritate prooemii quondam Socrati adscripti iam a Dionysodoro dubitatum esse ipse narrat Diogenes, qui eius initium servavit.

Εὐηνός] De Eveno diximus ad Apolog. p. 20 A. *Ποιεῖν* simpliciter usurpatur de iis, qui pangunt et componunt carmina, ut Apolog. p. 22 B. et mox *ἐποίησα ταῦτα.* Ion. p. 534 B., ubi v. not. Euthyphr. p. 12 A. *λέγω τὸ ἐναντίον ἢ ὁ ποιητὴς ἐποίησεν, ὁ ποιήσας κ. τ. λ.* Plura de hoc usu commentatus est Wyttenbach. p. 129. ed. Bat. — Mox *ἀντίτεχνος* est artis aemulus, quod Ficini gratia monemus.

πρότερον οὐδὲν πώποτε ποιήσας. εἰ οὖν τί σοι μέλει τοῦ ἔχειν ἐμὲ Εὐηνῷ ἀποκρίνασθαι, ὅταν με αὖθις ἔρηται, εὖ οἶδα γὰρ ὅτι ἐρήσεται, εἰπέ, τί χρή με λέγειν; Λέγε τοίνυν, ἔφη, αὐτῷ, ὦ Κέβης, τἀληθῆ, ὅτι οὐκ ἐκείνῳ βουλόμενος οὐδὲ τοῖς ποιήμασιν αὐτοῦ ἀντίτεχνος εἶναι ἐποίησα ταῦτα· ᾔδειν γάρ, ὡς οὐ ῥᾴδιον εἴη· ἀλλ' E
ἐνυπνίων τινῶν ἀποπειρώμενος, τί λέγει, καὶ ἀφοσιούμενος, εἰ ἄρα πολλάκις ταύτην τὴν μουσικήν μοι ἐπιτάττοι ποιεῖν. ἦν γὰρ δὴ ἄττα τοιάδε· πολλάκις μοι φοιτῶν τὸ αὐτὸ ἐνύπνιον ἐν τῷ παρελθόντι βίῳ, ἄλλοτ' ἐν ἄλλῃ ὄψει φαινόμενον, τὰ αὐτὰ δὲ λέγον, Ὦ Σώκρατες, ἔφη, μουσικὴν ποίει καὶ ἐργάζου. καὶ ἐγὼ ἔν γε

D. *Εὐηνῷ ἀποκρίνασθαι*] Sic Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. L Ambr. Flor. d et a rec. m. Flor. b. Vulgo *ἀποκρίνεσθαι*. Ceterum *Εὔηνος* et *Εὐήνῳ* retracto accentu hic et in proximis scribunt Bodl. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G L Ambr. et corr. Coisl. Eam scripturam amplexi sunt Turicenss. v. tamen Apol. p. 20 B. Phaedr. p. 267 A et quae affert Schneidewin. Delect. Epigramm. I. p. 133 sqq.

ὅταν με αὖθις ἔρηται] V. *ἐρωτᾷ*, quod e Basil. 2 Tub. Vat. Ven. *Π* Par. A Coisl. Vind. *Φ* Par. G L Ambros. et rec. Bodl. Vind. *Υ* mutatum. Nimirum *ἔρηται* est: cum me rursus interrogaverit. Sed Hermann. *ἐρωτᾷ* tenet, quia scilicet in Bodl. pr. m. ita scriptum legitur. — *με* e Bodl. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d m restitutum. Deest in Bas. 2.

E. *τί λέγει*] Editt. omnes *λέγοι*. Bodl. Ven. *Π* Vind. *Φ* Tub. Flor. m *τί λέγειν*. Coisl. Vat. Par. G H Ang. Flor. d et marg. Bodl. *τί λέγει*, quod recipere non dubitavi. v. Matthiae Gr. §. 529. 3.

τὰ αὐτὰ δὲ λέγον] *δέ* vulgo omissum omnes fere codd. communi consensione tuentur.

ὅτι οὐκ ἐκείνῳ] De *ἐκείνῳ* ita usurpato v. infra p. 106 B. et 111 A. ibiq. ann.

E. *καὶ ἀφοσιούμενος*] *Ἀφοσιοῦσθαι* est animum religione liberare, facere aliquid animi religione solvendi causa. Quippe verebatur Socrates, ne dei voluntate neglecta impietatis crimen incurreret.

εἰ ἄρα πολλάκις] si forte, si forte adeo, ut Lach. p. 179 B. Phaedr. p. 238 C., ubi v. not. Abresch. Diluc. Thuc. p. 174. Heindorf. ad h. l.

ἐν ἄλλῃ ὄψει] *ὄψις* h. l. est species, de qua significatione v. Creuzer. ad Plotin. De pulcr. p. 377, ubi legitur fragmentum lexici msc.: *ὄψις· καὶ ἡ πρόσοψις, καὶ ἡ ὁρατικὴ δύναμις· καὶ ὄψις τὸ θεαθέν.*

μουσικὴν ποίει καὶ ἐργάζου] h. e. musicam fac atque tracta. „*ποίει* ita accepit primum Socrates pro simplici fac; deinde sensu exquisitiore ad poesin et versuum compositionem retulit.“ WYTTENB. — *ἐργάζεσθαι* est versari in aliquo opere, tractare aliquid. — De *παρακελεύεσθαι* et *ἐπικελεύειν* verissime Fischerus monet, illud esse hortari aliquem, ut aliquid faciat; hoc incitare facientem. Xen. Cyr. III. 3, 41. VI. 3, 27. al.

τῷ πρόσθεν χρόνῳ, ὅπερ ἔπραττον, τοῦτο ὑπελάμβανον
61 αὐτό μοι παρακελεύεσθαί τε καὶ ἐπικελεύειν· ὥςπερ οἱ
τοῖς θέουσι διακελευόμενοι, καὶ ἐμοὶ οὕτω τὸ ἐνύπνιον,
ὅπερ ἔπραττον, τοῦτο ἐπικελεύειν, μουσικὴν ποιεῖν, ὡς
φιλοσοφίας μὲν οὔσης μεγίστης μουσικῆς, ἐμοῦ δὲ τοῦτο
πράττοντος. νῦν δ' ἐπειδὴ ἥ τε δίκη ἐγένετο καὶ ἡ τοῦ
θεοῦ ἑορτὴ διεκώλυέ με ἀποθνήσκειν, ἔδοξε χρῆναι, εἰ
ἄρα πολλάκις μοι προςτάττοι τὸ ἐνύπνιον ταύτην τὴν
δημώδη μουσικὴν ποιεῖν, μὴ ἀπειθῆσαι αὐτῷ, ἀλλὰ
ποιεῖν· ἀσφαλέστερον γὰρ εἶναι μὴ ἀπιέναι, πρὶν ἀφο-
B σιώσασθαι ποιήσαντα ποιήματα, πειθόμενον τῷ ἐνυπνίῳ.
οὕτω δὴ πρῶτον μὲν εἰς τὸν θεὸν ἐποίησα, οὗ ἦν ἡ

P. 61. ἀπειθῆσαι]. ἀπιθῆσαι Bodl.

εἶναι μὴ ἀπιέναι] εἶναι ἐνόμιζον μὴ ἀπ. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. et supra versum Bodl., quod manifestum glossema est. Dein iidem libri et marg. Bodl. πρότερον πρὶν ἂν ἀφ., quod et ipsum glossema redolet.

B. πειθόμενον τῷ ἐν.] καὶ π. Bodl. Coisl. Tub. Ang. Flor. d. Sed alterum participium altero illustratur, ut καὶ deberi videatur grammaticis.

P. 61. A. ὥςπερ οἱ τοῖς θέουσι — τοῦτο ἐπικελ.] Solemne in comparatione explicationis causa subiecta asyndeton. Ita Legg. II. p. 659 E. δοκεῖ μέν μοι — καλεῖσθαι καὶ πράττεσθαι, καθάπερ τοῖς κάμνουσί τε καὶ ἀσθενῶς ἔχουσι τὰ σώματα — τὴν χρηστὴν πειρῶνται τροφὴν προςφέρειν —, ταὐτὸν δὴ καὶ τὸν π. κ. τ. λ. Politic. p. 296 E. τοῦτον δεῖ καὶ περὶ ταῦτα τὸν ὅρον εἶναι — ὃν ὁ σοφὸς καὶ ἀγαθὸς ἀνὴρ διοικήσει τὸ τῶν ἀρχομένων; ὥςπερ ὁ κυβερνήτης — σώζει τοὺς συνναύτας, οὕτω καὶ κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον — ὀρθὴ γίγνοιτ' ἂν πολιτεία. Legg. VII. p. 813 B. IX. 853 D. De Rep. III. p. 413 D. ibique adnot. — De collocatione verborum καὶ ἐμοὶ οὕτω v. ad Phaedr. p. 230 D. Verba μουσικὴν ποιεῖν pronomini τοῦτο per epexegesin addita sunt, de qua loquendi ratione v. ad Euthyphr. p. 5 E. Euthyd. p. 286 E. Crit. p. 45 E. al.

ὡς φιλοσοφίας — μουσικῆς] Plato philosophiam indicabat musicam esse longe praestantissimam, quoniam virtus et sapientia, quae ex illa proficiscerentur, quasi musico quodam concentu continerentur. Strab. X. p. 717 B. μουσικὴν ἐκάλεσεν ὁ Πλάτων καὶ ἔτι πρότερον οἱ Πυθαγόρειοι τὴν φιλοσοφίαν. Itaque virtutem universam atque temperantiam ἁρμονίᾳ τινὶ καὶ συμφωνίᾳ comparat. v. De Rep. VIII. p. 548 B. 554 E. ibique not. Legg. II. p. 653. itemque sapientiam vocat τὴν καλλίστην καὶ μεγίστην τῶν ξυμφωνιῶν. v. Legg. III. p. 689 D. 691 A. 696 C. Lach. p. 188 C. Unde Sext. Empir. adv. Mus. p. 353. οἵ τε μέγα δυνηθέντες ἐν φιλοσοφίᾳ, καθάπερ καὶ Πλάτων, τὸν σοφὸν ὅμοιόν φασιν εἶναι τῷ μουσικῷ τὴν ψυχὴν ἡρμοσμένην ἔχοντα. Cf. etiam Heusdii Init. Philos. Plat. T. I. p. 59 sqq. Ceterum hoc decretum ex Pythagoricis ductum esse fontibus praeter alios Wyttenbachius ad h. l. docet.

παροῦσα θυσία· μετὰ δὲ τὸν θεόν, ἐννοήσας, ὅτι τὸν ποιητὴν δέοι, εἴπερ μέλλοι ποιητὴς εἶναι, ποιεῖν μύθους, ἀλλ' οὐ λόγους, καὶ αὐτὸς οὐκ ἦ μυθολογικός, διὰ ταῦτα δὴ οὓς προχείρους εἶχον καὶ ἠπιστάμην μύθους τοὺς Αἰσώπου, τούτους ἐποίησα, οἷς πρώτοις ἐνέτυχον.

Cap. V. Ταῦτα οὖν, ὦ Κέβης, Εὐηνῷ φράζε, καὶ ἐῤῥῶσθαι, καί, ἂν σωφρονῇ, ἐμὲ διώκειν ὡς τάχιστα. ἄπειμι δέ, ὡς ἔοικε, τήμερον· κελεύουσι γὰρ Ἀθηναῖοι. C
Καὶ ὁ Σιμμίας, Οἷον παρακελεύει, ἔφη, τοῦτο, ὦ Σώ-

μέλλοι] Ven. Ξ Π Coisl. Par. L Ambr. exhibent *μέλλει* v. ad Charmid. p. 157 A.

καὶ αὐτὸς οὐκ ἦ μυθολογικός] Sic pr. Bodl. et Flor. b Ven. Δ Par. I, quod cum Bekkero restitui. Ceteri libri *ἦν*. De forma diximus ad Sympos. p. 173 A. Laudat hinc *ἦ* pro *ἦν* a Platone usurpatum Photius s. v. Ἦ. Deinde *δή* additum e Bodl. Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. d.

τούτους ἐποίησα] *τούτους* Bodl. Tub. Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. A C G Ambr. Flor. d a m. Vulgo *τούτων*. Sed verba *οἷς πρ. ἐν.* per epexegesin accedunt.

ὡς τάχιστα] *ὡς τάχιστα*, quod editt. fere omnes omittunt, e Bodl. Tub. Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. d m addere non dubitavimus assentiente Herm.

B. *ποιεῖν μύθους, ἀλλ' οὐ λόγους*] Aesopi fabulae, quae supra dicebantur *λόγοι*, hic vocantur *μῦθοι*. Quod ne cui mirum accidat, tenendum est *λόγον* esse vocabulum generis atque significare quamcunque orationem et narrationem, sive veram sive fictam; sed interdum, ubi opponitur *μῦθος*, de narratione vera usurpari solet. vid. Wyttenbach. ad h. l. et Creuzer. Symbol. T. I. p. 44—51. imprimis p. 49. ed. 2. Deinde ne quis scribendum putet: *οὐκ εἴην μυθολογικός*, de hac modorum variatione v. quae collegerunt Matthiae Miscell. Philol. Vol. I. p. 53 sq. Baehr. in Creuzeri Melet. III. p. 49. Baitinger. in Act. Philol. Monac. III. 2. p. 165. alii. Nimirum transit Socrates ab obliqua oratione ad rectam. Ceterum *μετὰ τὸν θεόν* interpreteris: cum deum hymno celebraveram; postquam carmen in deum feceram: de quo usu loquendi diximus ad Legg. V. p. 746 D. Praeterea consuluisse iuvabit Wernsdorf. ad Himer. p. 41. Boisson. ad Philostrat. p. 429.

τούτους ἐποίησα] h. e. versibus ligavi, in carminis modos redegi. Qui verbi usus est rarissimus et a Wyttenbachio ad h. l. illustratus allato inter alia celeberrimo loco Her. II. 53., quo Homerus et Hesiodus dicuntur *εἶναι οἱ ποιήσαντες θεογονίην Ἕλλησι*, de quo v. Bode De Orpheo p. 49 sq. — *ἠπιστάμην*, memoria tenebam, ut Prot. p. 339 B.

Cap. V. *ἐμὲ διώκειν ὡς τάχιστα*] Verba *ὡς τάχιστα* iniuria damnavit etiam Heindorf. Etsi enim agitur de *θανάτου μελέτῃ* philosophorum, tamen vel sic Socrates Evenum potest cohortari, ut ipsum quam proxime sequatur. Nimirum Socrates consulto per dilogiam loquitur, unde sermo deinde flectitur ad mortem voluntariam. Quod sane ad iudicandum argumentationis tenorem aliquantum refert.

C. *οἷον παρακελεύει —*] h. e. *οἷόν ἐστιν ὃ παρ.* Verba sunt

κρατες, Εὐηνῷ; πολλὰ γὰρ ἤδη ἐντετύχηκα τῷ ἀνδρί· σχεδὸν οὖν, ἐξ ὧν ἐγὼ ᾔσθημαι, οὐδ' ὁπωςτιοῦν σοι ἑκὼν εἶναι πείσεται. Τί δαί; ἦ δ' ὅς· οὐ φιλόσοφος Εὐηνός; Ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη ὁ Σιμμίας. Ἐθελήσει τοίνυν, ἔφη, καὶ Εὐηνὸς καὶ πᾶς, ὅτῳ ἀξίως τούτου τοῦ πράγματος μέτεστιν. οὐ μέντοι γ' ἴσως βιάσεται αὑτόν· οὐ γάρ φασι θεμιτὸν εἶναι. Καὶ ἅμα λέγων ταῦτα καθ-
D ῆκε τὰ σκέλη ἀπὸ τῆς κλίνης ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ καθεζόμενος οὕτως ἤδη τὰ λοιπὰ διελέγετο.

Ἤρετο οὖν αὐτὸν ὁ Κέβης, Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες, τὸ μὴ θεμιτὸν εἶναι ἑαυτὸν βιάζεσθαι, ἐθέ-

C. *σοι ἑκών*] Omisi *ἂν* vulgo ante *σοι* interpositum cum Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d. Abiecit etiam Bekkerus et Herm. Quamquam illud si plus commendationis a melioribus codicibus haberet, idoneis rationibus defendi posset. v. God. Hermann. De partic. *ἂν* p. 33 et nostra ad Remp. X. p. 615 D. Dein pro *Τί δαί*; Vat. Ven. *ΞΠ* et non pauci alii *Τί δέ;*

τοίνυν, ἔφη] *ἔφη* e Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Flor. a d m Par. G C et marg. Bodl. restitutum.

μέντοι γε] Sic Bodl. Vat. Vind. 2 3 6 Flor. d Par. G Ambr. Ceteri fere *μέντοι* sine *γε*. Steph. *μέν*.

ἀπὸ τῆς κλίνης] om. Bodl. Tub. Itaque uncis seclusit Hermann. Mihi verba genuina videntur vel propterea, quod ea opponuntur superioribus illis p. 60 B *ἐπὶ τὴν κλίνην συνεκ.*

admirantis atque indignantis. Sic *οἷα ποιεῖς* infra p. 117 D., ubi v. ann. De proximis: *πολλὰ γὰρ ἤδη ἐντετύχηκα* cf. Lach. p. 197 D. *ὁ δὲ Δάμων τῷ Προδίκῳ πολλὰ πλησιάζει*. Crat. p. 396 D. *ἕωθεν πολλὰ αὐτῷ συνῆν*. Parm. p. 126 B. *Ζήνωνος ἑταίρῳ πολλὰ ἐντετύχηκε*. Eur. Alc. 187. *πολλὰ ἐπεστράφη*, saepe rediit. Xen. Cyr. I. 5, 14. *πολλά γάρ μοι συνόντες ἐπίστασθε*. Alia dabit Berglerus ad Ar. Equ. 409. Sic etiam *πλεῖστα* dicitur Hipp. mai. p. 281 B.

ἐξ ὧν ᾔσθημαι] breviter dictum est pro *ἐκ τούτων* (secundum ea), *ἃ ἐγὼ ᾔσθημαι*. De *ἐκ* ita usurpato v. Matthiae Gr. §. 574.

ἑκὼν εἶναι] quantum quidem sponte facturus sit. v. Hermann. ad Viger. p. 888. Notatur homo ut voluptarius et vitae amantissimus.

οὐ φιλόσοφος Εὐηνός] Profitebatur enim artem sophistarum, ut a singulis discipulis quinas minas exigeret. v. Apolog. 20 C.

τούτου τοῦ πράγματος] Intell. *φιλοσοφίας*, quod per synesin ex *φιλόσοφος* petendum.

βιάσεται αὑτόν] i. e. *ἀποκτενεῖ ἑαυτόν*. conf. p. 62 A. sqq.

οὐ γάρ φασι θ. εἶναι] Negarunt hoc Academici et ante eos Pythagorei. vid. Cic. Cat. Mai. c. XX. Macrob. in Somn. Scip. I. 13., qui hunc ipsum Platonis locum affert et quodammodo explicat. Cic. Tusc. I. 30., ubi plura Davisius.

καθεζόμενος οὕτως ἤδη τ. λ. διελέγετο] i. e. *καθέζετο καὶ οὕτως ἤδη — διελέγετο*.

D. *τὸ μὴ θεμιτὸν εἶναι — ἐθέλειν δ' ἄν*] h. e. *ὅτι μὴ θεμιτόν ἐστι — ἐθέλοι δ' ἂν — ὁ φιλόσοφος ἕπεσθαι*. Monui, ne quis *ἂν* cum *ἕπεσθαι* connectendum putet. Praeterea Hirschig.

λειν δ' ἂν τῷ ἀποθνήσκοντι τὸν φιλόσοφον ἕπεσθαι; Τί δαί, ὦ Κέβης; οὐκ ἀκηκόατε σύ τε καὶ Σιμμίας περὶ τῶν τοιούτων Φιλολάῳ συγγεγονότες; Οὐδέν γε σαφές, ὦ Σώκρατες. Ἀλλὰ μὴν κἀγὼ ἐξ ἀκοῆς περὶ αὐτῶν λέγω· ἃ μὲν οὖν τυγχάνω ἀκηκοώς, φθόνος οὐδεὶς λέγειν. καὶ γὰρ ἴσως καὶ μάλιστα πρέπει μέλλοντα ἐκεῖσε E
ἀποδημεῖν διασκοπεῖν τε καὶ μυθολογεῖν περὶ τῆς ἀπο-

D. *σαφές*] *σαφῶς* Bodl. Tub. Quod si verum est, pertinet ad verbum ex antegressis repetendum *ἠκούσαμεν*. conf. Euthyphr. 7 A *εἰ μέντοι ἀληθῶς*. Adverbium probat Hermann. Sententia *σαφές* requirit. Apparet enim rem ipsam ut incertam notari, non audiendi modum.

ἃ μὲν] V. *μέντοι* invitis codicibus fere omnibus, ut videtur.

correxit *αὑτὸν ἑαυτὸν βιάζεσθαι*. Quo certe non opus. Subiectum est *τινά*, quod apud infinitivum pendentem usu pervulgato reticetur. conf. 61 C.

Τί δαί, ὦ Κ.; οὐκ ἀκηκόατε —] Ex hoc loco Boeckhius in Philolao p. 104 sqq. collegit fieri potuisse, ut Plato iam adolescens accuratiore philosophiae Pythagoricae notitia per Philolaum olim Thebis commoratum imbueretur. De quo nobis aliter videtur. Nam quod Socrates Cebetem ac Simmiam interrogat, audiverintne aliquid a Philolao, utpote Thebis versato, de morte voluntaria, illi autem respondent improbasse quidem illum hoc mortis genus, nec tamen sententiae suae rationes clare ac perspicue explicavisse, est id profecto eiusmodi, ut prope contrarium probare videatur. Nam primum quidem Thebani amici fatentur Philolai rationem sibi mansisse obscuriorem. Unde colligi licet eam ne Thebis quidem satis tum innotuisse. Deinde Socrates ipse claris verbis testatur sibi sapientis illius doctrinam plane mansisse ignotam. Quibus verbis Plato videtur significare Socrate vivo nullam dum rationis Philolaicae notitiam Athenas perlatam fuisse. Nimirum ut paucis dicamus, quid nobis videatur, usus est Plato hic artificio callidissimo, quo significaret, quid de disputatione Socrati tributa sentiendum esset. Cui cum non pauca adscripserit, quae ex doctrinae Pythagoricae fontibus ducta sunt, hoc loco sibi faciendum putavit, ut ea aliquo modo indicaret non iam ipsi Socrati nota fuisse, sed a semet ipso inde esse repetita et per dialogi verisimilitudinem huic tributa.

Φιλολάῳ] Fuit hic Tarentinus vel secundum alios Crotoniates, nobilissimus Pythagoreus, de quo quaecunque nota sunt doctissime exposuit A. Boeckh. Philolaos des Pythagoreers Lehren nebst den Bruchstücken seines Werkes. Berl. 1819, qui ex hoc loco ipso collegit vixisse Philolaum circiter inde ab Olympiad. LXX. usque ad Ol. XCV. Cf. etiam Meiners. Geschichte der Wissenschaften in Griechenland u. Rom. Vol. I. p. 178 sqq. Hermann. Gesch. der Plat. Philos. I. p. 59. et 161.

φθόνος οὐδεὶς λ.] lubenter dicam, formula solemnis, quae etiam Sophist. 217 B. Legg. II. 664 A. et alibi legitur.

καὶ μάλιστα] est vel maxime. Deinde *μέλλοντα* apud infinitivum pendentem ita ponitur, ut persona intellegatur indefinita. Vulgo *τινά* supplent.

E. *ἐκεῖσε ἀποδημεῖν*] i. q. *εἰς Ἅιδου ἀπιέναι*. Nam *ἐκεῖ* et *ἐκεῖσε* de loco inferorum non est infrequens; unde *οἱ ἐκεῖ* mortui et *τὰ ἐκεῖ* res inferorum dicuntur, quibus opponuntur *οἱ ἐνθάδε* et *τὰ ἐνθάδε*. v. Symp. p. 192 E. Soph. Ant. 75. Isocr. Plataic.

δημίας τῆς ἐκεῖ, ποίαν τιν' αὐτὴν οἰόμεθα εἶναι· τί γὰρ ἄν τις καὶ ποιοῖ ἄλλο ἐν τῷ μέχρι ἡλίου δυσμῶν χρόνῳ;

Cap. VI. Κατὰ τί οὖν δή ποτε οὔ φασι θεμιτὸν εἶναι αὐτὸν ἑαυτὸν ἀποκτιννύναι, ὦ Σώκρατες; ἤδη γὰρ ἔγωγε, ὅπερ νῦν δὴ σὺ ἤρου, καὶ Φιλολάου ἤκουσα, ὅτε παρ' ἡμῖν διῃτᾶτο, ἤδη δὲ καὶ ἄλλων τινῶν, ὡς οὐ δέοι τοῦτο ποιεῖν· σαφὲς δὲ περὶ αὐτῶν οὐδενὸς πώποτε οὐ-
62 δὲν ἀκήκοα. Ἀλλὰ προθυμεῖσθαι χρή, ἔφη· τάχα γὰρ ἂν καὶ ἀκούσαις. ἴσως μέντοι θαυμαστόν σοι φανεῖται, εἰ τοῦτο μόνον τῶν ἄλλων ἁπάντων ἁπλοῦν ἐστι, καὶ

E. αὐτὴν οἰόμεθα] V. οἰόμεθα αὐτὴν optimis codd. invitis.

μέχρι ἡλίου] V. μέχρις, quod vere e Bodl. Vind. ΤΦ Par. A G I Ambr. Flor. d i Zitt. Ven. ΞΠ mutatum, siquidem grammatici recte praecipiunt μέχρι et ἄχρι etiam ante litteras vocales tenendum esse. conf. ad p. 109 A.

Κατὰ τί οὖν δήποτε] Sic Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. G alii. Vulgo κατὰ τί δὴ οὖν ποτε, ut habet etiam Bodl. conf. Klotz. ad Devar. p. 418. Quod nos dedimus, requirebat Schaefer. ad Lamb. Bos. De ellips. p. 239.

νῦν δὴ] Sic Bodl. Par. C H Tub. Flor. a m Vind. 4 Vett. editt. δὴ νῦν frequenti permutatione. v. p. 62 E.

P. 62. ἀκούσαις] Sic Bodl. Ven. Π Vind. Φ Par. C Ambr. Flor. a b m et pr. Vat. Vett. editt. habent ἀκούσαιο.

p. 3. Lycurg. in Leocr. p. 167. al. — Verbum μυθολογεῖν, ut infra p. 70 B. Legg. I. p. 632 E. Apolog. p. 39 E. Phaedr. p. 276 E. διαμυθολογεῖν est confabulari, poniturque apud Platonem fere de rebus occultis magnaque obscuritate involutis, ita ut in iis explicandis confabulari potius quam certas aut verisimiles rationes sequi videaris. — Pro τῆς ἐκεῖ exspectaveris τῆς ἐκεῖσε. Sed ita Soph. Oed. C. 1019. ὁδοῦ κατάρχειν τῆς ἐκεῖ, πομπὸν δέ με χωρεῖν, ubi plura dedit Doederlinus. Her. IX. 108. ἐκεῖ ἀπίκετο. Thuc. III. 71. Plut. De Isid. et Osir. p. 352. ἐκεῖ βαδίζειν. Arrian. Epict. III. c. 24. ἄν μ' ἐκεῖ πέμπῃς. Alia collegit Schaefer. ad Steph. Thes. c. 3659 C. Neque causa structurae obscura est.

Cap. VI. Κατὰ τί οὖν δήποτε] Ar. Nub. 238. ἦλθες δὲ κατὰ τί; ubi v. Bergler. Avv. 916. ἀτάρ, ὦ ποιητά, κατὰ τί δεῦρ' ἀνεφθάρης;

σαφὲς δὲ περὶ αὐτῶν —] Significat obscuram hominum disserendi rationem. Olympiodorus ad h. l.: ἔθος ἦν τοῖς Πυθαγορείοις δι' αἰνιγμάτων λέγειν.

P. 62. ἴσως μέντοι θαυμαστόν σοι φ. κ. τ. λ.] Longum est varias interpretum de hoc loco opiniones recensere. Recte Heindorf. sensum verborum ita reddidit: Fortasse tamen mirum tibi videbitur, si hoc unum de ceteris omnibus simpliciter verum sit et sine ulla exceptione (sc. non licere se interficere), neque unquam accidat, ut, quemadmodum in ceteris omnibus rebus, interdum et aliquibus hominum (non semper, neque omnibus) satius sit mori quam vivere: quibus autem satius est mori, mirabere fortasse, si iisdem nefas sit sibimet ipsis benefacere etc. Itaque ἁπλοῦν est simpliciter et sine exceptione

οὐδέποτε τυγχάνει τῷ ἀνθρώπῳ, ὥςπερ καὶ τἆλλα, ἔστιν ὅτε καὶ οἷς βέλτιον τεθνάναι ἢ ζῆν. οἷς δὲ βέλτιον τεθνάναι, θαυμαστὸν ἴσως σοι φαίνεται, εἰ τούτοις τοῖς ἀνθρώποις μὴ ὅσιόν ἐστιν αὐτοὺς ἑαυτοὺς εὖ ποιεῖν, ἀλλ' ἄλλον δεῖ περιμένειν εὐεργέτην. Καὶ ὁ Κέβης ἠρέμα ἐπιγελάσας, Ἴττω Ζεύς, ἔφη, τῇ αὑτοῦ φωνῇ εἰπών. Καὶ γὰρ ἂν δόξειεν, ἔφη ὁ Σωκράτης, οὕτω γ' B
εἶναι ἄλογον· οὐ μέντοι ἀλλ' ἴσως ἔχει τινὰ λόγον. ὁ μὲν οὖν ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λόγος, ὡς

φαίνεται] φανεῖται corr. Hirschig.

ὅσιόν ἐστιν] ἐστιν praeeunte Bekkero e Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. d addidi. Bodl. supra versum pōnit. Recepit etiam Herm. Mox Vat. Ambr. al. ἑαυτοῦ φ.

B. ἀλλ' ἴσως ἔχει] Sic Vat. Ven. Π Vind. Φ Ambr. Vett. editt. ἀλλ' ἴσως γ' ἔχει, quod primus mutavit Stephanus.

verum, absolut wahr, ut docent verba reliqua. Cuius significationis exempla sunt Gorg. p. 503 A. Symp. p. 180 C. Phaedr. p. 244 A. Istud autem καὶ τἆλλα idem significat quod καὶ κατὰ τἆλλα. Porro ἔστι non solum cum ὅτε connectendum est, sed etiam cum οἷς, ita ut ἔστιν οἷς, idem sit quod ἐνίοις, de quo v. Viger. p. 234 sq. et p. 919. Denique ne quis post βέλτιον participium ὂν interponendum putet, τυγχάνειν etiam sine participio usurpari constat. Cuius usus exempla Platonica si desideres, compares Apol. p. 38 A. Gorg. p. 502 B. Prot. p. 313 E. Phaedr. p. 230 A, ubi v. annot.

[οὐδέποτε] Krüger §. 67, 4, 1.]

Ἴττω Ζεύς] Schol. τὸ ἴττω ἐπιχωριάζοντός ἐστιν ἀντὶ τοῦ ἴστω, τῇ Βοιωτίᾳ διαλέκτῳ. Valent haec verba ad depingendam Cebetis ingenuam simplicitatem et nativum candorem, qualis inter Boeotos subinde cernebatur, ut qui essent omnino natura et indole graviores atque ingenio tardiores, ut etiam eo nomine apud alios Graeciae populos imprimisque Atticos male audierint, de qua re v. intpp. ad Hor. Epist. II. 1, 244. Nep. Alcib. c. 11. Epam. c. 5. Similiter ap. Ar. Acharn. 911 Boeotus ἴττω Ζεύς exclamat et apud Xen. An. III. 1. §. 26 Apollonides quidam narratur Boeotio more verba fecisse βοιωτιάζων τῇ φωνῇ. Lucian. Iup. trag. 14. Reperitur formula ἴττω Ζεύς, de qua v. Valcken. ad Eur. Phoen. 1671 et Hemsterhus. ad Hesych. T. II. p. 15, etiam in Epist. Plat. VII. p. 345 A. Fatetur igitur Cebes ingenua quadam cum asseveratione miram sane istam videri repugnantiam, quam Socrates nunc ipsum memoraverit. [Pro ἴττω Ζεύς Boeoto Aristophanis l. l. e lemmate scholiastae redditum est ἴττω Δεύς, quod quominus in Platonem recipiamus obstat librorum auctoritas; nam etiam alias in hanc formulam irrepsit forma vulgaris. Ahrens, De dial. I. p. 175, 177.]

B. οὕτω γ'] sic primo adspectu i. q. ὡς οὕτως ἀκοῦσαι, wenn man es so hört. v. Euthyphr. p. 3 B. Lys. p. 216 A cf. Reizius ad Viger. p. 744.

ἔχει τινὰ λόγον] non temere, non sine ratione dicitur, non caret idonea quadam ratione.

ἐν ἀποῤῥήτοις λεγ.] Olympiodorus ad h. l., Proclus ad Polit. p. 372, alii putant Socratem respicere ad mysteria Eleusinia. Quae sententia cum iam per se habeat quod moveat erroris suspitionem, tum magnopere displicet pro-

ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμεν οἱ ἄνθρωποι καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδ' ἀποδιδράσκειν, μέγας τέ τίς μοι φαίνεται καὶ οὐ ῥᾴδιος διιδεῖν· οὐ μέντοι ἀλλὰ τόδε γέ μοι δοκεῖ, ὦ Κέβης, εὖ λέγεσθαι, τὸ θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελουμένους καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν

οἱ ἄνθρωποι] Bodl. in marg. *ἐσμὲν πάντες οἱ ἄνθρ.* Etiam in Flor. d *πάντες* superscriptum.

ἐπιμελουμένους] Tub. Vat. Vind. *T* Par. L Zitt. *ἐπιμελομένους*. Vulgatum minus Atticum habetur; v. Thom. Mag. et Moer. s. v. Sed huic pterea, quod mysteria apud Platonem nusquam nomine *τῶν ἀποῤῥήτων* designantur. Itaque non dubito eorum accedere sententiae, qui reconditiorem Pythagoreorum do trinam intellegendam esse censuerunt, sicut *ἀπόῤῥητα* philosophorum tanguntur Theaet. p. 152 C, praesertim cum Cic. Cat. Mai. c. 20 hoc decretum Pythagoreis tribuat: *Ita fit*, inquit, *ut illud breve vitae reliquum nec avide appetendum senibus nec sine causa deserendum sit. Vetatque Pythagoras iniussu imperatoris, id est dei, de praesidio et statione vitae decedere.* Quamquam ne illi qui em nihil viderunt, qui Orphicum quiddam hic odorati sunt, ut vetus interpres a Wyttenbachio adhibitus: *ἐντεῦθεν τὸ πρῶτον πρόβλημα τὸ μὴ δεῖν ἐξάγειν ἑαυτόν, οὐ ἐπιχείρημα μυθικὸν ἐξ Ὀρφέως παραληφθέν*, quem unice probat Lobeck. Aglaopham. p. 796. Nimirum Pythagorei antiquiores multa ex Orphicorum doctrina suscepisse reperiuntur, ut hactenus sane hic quoque reperiri Orphicum quiddam coniicere liceat. Ac similiter etiam de proximis iudicamus. Quae facile largimur Wyttenbachio et Boeckhio Philol. p. 179 sqq. Pythagorica esse, licet prior sententiae pars, qua corpus animi carcerem esse dicitur, ab ipso Platone Cratyl. p. 400 C ad Orphicos referatur. Nimirum Orphica videtur origo sententiae, quam deinde etiam Pythagorei susceperunt. Ceterum eandem sententiam exornarunt Cic. Somn. Scip. c. III. Tusc. I. 30. Lactant. Inst. III. 18 et VI. 17. Macrob. in Somn. Scip. c. 13. Stob. Serm. CXVI. Val. Max. II. 6. Clem. Alex. Strom. III. p. 434 A. Theodoret. Gr. Aff. Cur. V. p. 821 ed. Schulz. Dein *φρουρᾷ* non de statione, sed de carcere intellegendum videtur, id quod vel e Cic. l. l. colligere licet, clarius etiam patet ex fragmento Philolai apud Boeckh. p. 151 *καὶ Φιλόλαος δὲ ὥςπερ ἐν φρουρᾷ πάντα ὑπὸ τοῦ θεοῦ περιειλῆφθαι λέγων καὶ τὸ ἕνα εἶναι καὶ τὸ ἀνωτέρω τῆς ὕλης δεικνύει.* Accedit huc, quod auctore Clearcho ap. Athen. IV. p. 157 C Euxitheus Pythagoreus duce Philolao docuit: *ἐνδεδέσθαι τῷ σώματι καὶ τῷ δεῦρο βίῳ τὰς ἁπάντων ψυχὰς τιμωρίας χάριν*, addens ille deum insuper edixisse, nisi animi in hac custodia sua permaneant, pluribus eos et maioribus poenis fore obnoxios; unde nec fas sit sibimet ipsi mortem consciscere, sed ita agendum, ut tranquillo animo divina voluntas exspectetur. De Philolao audias etiam Clem. Strom. III. p. 433 A *ἄξιον δὲ καὶ τῆς Φιλολάου λέξεως μνημονεῦσαι· λέγει γὰρ ὁ Πυθαγόρειος ὧδε· μαρτυρέονται δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ θεολόγοι τε καὶ μάντιες, ὡς διά τινας τιμωρίας ἁ ψυχὰ τῷ σώματι συνέζευκται καὶ καθάπερ ἐν σώματι τούτῳ τέθαπται, κ. τ. λ.* Tum *μέγας τις* est difficilis; v. ad Euthyd. p. 275 D. Hipp. mai. p. 287 A *οὐ μέγα ἐστὶ τὸ ἐρώτημα.*

ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους — τοῖς θεοῖς εἶναι] De dativo v. p. 60 C ann. crit. coll. Matth. Gr.

κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι. ἢ σοὶ οὐ δοκεῖ οὕτως;
Ἔμοιγε, ἔφη ὁ Κέβης. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, καὶ σὺ ἂν τῶν C
σαυτοῦ κτημάτων εἴ τι αὐτὸ ἑαυτὸ ἀποκτιννύοι, μὴ σημήναντός σου, ὅτι βούλει αὐτὸ τεθνάναι, χαλεπαίνοις ἂν αὐτῷ, καὶ εἴ τινα ἔχοις τιμωρίαν, τιμωροῖο ἄν; Πάνυ γ', ἔφη. Ἴσως τοίνυν ταύτῃ οὐκ ἄλογον μὴ πρότερον αὑτὸν ἀποκτιννύναι δεῖν, πρὶν ἀνάγκην τινὰ ὁ θεὸς ἐπιπέμψῃ, ὥσπερ καὶ τὴν νῦν παροῦσαν ἡμῖν.

grammaticorum iudicio libri mss. Platonis, Xenophontis, Oratorum Atticorum multum refragantur, in quibus *ἐπιμέλεσθαι* vix semel iterumque, *ἐπιμελεῖσθαι* ubique perscriptum reperitur. v. ad Apolog. p. 29 D. Sympos. p. 191 C.

C. *ταύτῃ*] Vett. editt. errore *ταύτην*. [Stephanus: *ταύτῃ*.]

πρὶν ἀνάγκην] Bekker. et Turr. de coniectura Heindorfi: *πρὶν ἂν ἀνάγκην*. In Flor. i superscriptum *ἂν* post *τινά*. Par. L Vat. *ἐπιπέμψει*. Par. G *ἐπιπέμψοι*. Deinde *ὁ* ante *θεὸς* Bodl. supra versum adscriptum habet.

§. 389. 1. Geminum Platonis effatum est Legg. X. p. 902 B *θεῶν γε μὴν κτήματά φαμεν εἶναι πάντα ὁπόσα θνητὰ ζῶα, ὥσπερ καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον. — ἤδη τοίνυν σμικρὰ ἢ μεγάλα τις φάτω ταῦτα εἶναι τοῖς θεοῖς· οὐδετέρως γὰρ τοῖς κεκτημένοις ἡμᾶς ἀμελεῖν ἂν εἴη προσῆκον, ἐπιμελεστάτοις γε οὖσι καὶ ἀρίστοις*. Ibid. p. 906 A *ἡμεῖς δ' αὖ κτήματα θεῶν καὶ δαιμόνων*. Critias p. 109 B *κατοικίσαντες οἷον νομῆς κτήματα καὶ ποίμνια καὶ θρέμματα ἑαυτῶν ἡμᾶς ἔτρεφον*. cf. Cic. Tusc. 1. 30.

τῶν σαυτοῦ κτημάτων] tuorum mancipiorum. Ita Eur. Med. 49 *παλαιὸν οἴκων κτῆμα* vocatur vetus ancilla; ubi consule Porson.

C. *ὅτι βούλει αὐτὸ τεθνάναι*] Verissime statuit Heindorf. inter haec, *ἀποκτιννύοι, χαλεπαίνοις, ἔχοις, τιμωροῖο*, accuratius futurum fuisse *βούλοι*. Sed nihil mutandum esse satis docet locus ab ipso comparatus, Gorg. p. 464 D *ὥστ', εἰ δέοι — διαγωνίζεσθαι — πότερος ἐπαΐει περὶ τῶν χρηστῶν —, λιμῷ ἂν ἀποθανεῖν τὸν ἰατρόν*.

πρὶν ἀνάγκην τινὰ — ἐπιπέμψῃ] Bekkerus *ἂν* post *πρὶν* inseruit de Heindorfi coniectura, quod dubitari certe potest an facere non debuerit vir praestantissimus. Cum enim poetae *μέχρι, ἄχρι, πρίν, ἕως, ὅτε, ὅς, ὅστις, εἰ*, al. sine *ἂν* cum subiunctivo epicorum more frequentare soleant (Brunck. ad Soph. Oed. C. 393. ad Aesch. Sept. c. Theb. 259. Porson. ad Orest. 141. Lobeck. ad Aiac. 759. Schaefer. ibid. v. 1074. Monk. ad Alcest. 76. Matthiae ad Hecub. 250. Heindorf. ad Prot. p. 345 D), quid causae esse dicamus, cur eandem rationem solutae orationis scriptoribus prorsus eripiendam esse statuamus? Nimirum apud hos coniunctivus solus obiectivam actionis possibilitatem, ut barbare dicam, puram et in se spectatam indicat; idem cum *ἂν* iunctus eandem etiam extrinsecus suspensam denotat. Ex quo liquidum est, hic cur *ἂν* omittatur. Her. VI. 82 *πρὸς ὧν ταῦτα οὐ δικαιεῦν πειρᾶν τῆς πόλιος, πρίν γε δὴ ἱροῖσι χρήσηται καὶ μάθῃ, εἴτε οἱ ὁ θεὸς παραδιδοῖ, εἴτε οἱ ἐμποδὼν ἕστηκε*. Ibid. I. 19 *οὐκ ἔφη χρήσειν, πρὶν ἢ τὸν νηὸν ἀνορθώσωσι*. Thuc. VIII. 9 *οἱ δὲ Κορίνθιοι, ἐπειγομένων αὐτῶν τὸν πλοῦν, οὐ προεθυμήθησαν ξυμπλεῖν πρὶν τὰ Ἴσθμια*

Cap. VII. *Ἀλλ' εἰκός, ἔφη ὁ Κέβης, τοῦτό γε φαίνεται. ὃ μέντοι νῦν δὴ ἔλεγες, τὸ τοὺς φιλοσόφους ῥᾳδίως ἂν ἐθέλειν ἀποθνήσκειν, ἔοικε τοῦτο, ὦ Σώκρατες,*
D *ἀτόπῳ, εἴπερ ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν εὐλόγως ἔχει, τὸ θεόν τε εἶναι τὸν ἐπιμελούμενον ἡμῶν καὶ ἡμᾶς ἐκείνου κτήματα εἶναι. τὸ γὰρ μὴ ἀγανακτεῖν τοὺς φρονιμωτάτους ἐκ ταύτης τῆς θεραπείας ἀπιόντας, ἐν ᾗ ἐπιστατοῦσιν αὐτῶν οἵπερ ἄριστοί εἰσι τῶν ὄντων ἐπιστάται, θεοί, οὐκ ἔχει λόγον. οὐ γάρ που αὐτός γε ἑαυτοῦ οἴεται ἄμεινον ἐπιμελήσεσθαι, ἐλεύθερος γενόμενος· ἀλλ' ἀνόη-*

D. *ἐπιμελούμενον*] Unus Vat. *ἐπιμελόμενον*. Infra p. 115 B omnes *ἐπιμελούμενοι*. conf. p. 62 B.

γάρ που] V. *πω*, quod e Bodl. Vat. Flor. d septem Vindobb. Par. G correctum. Dein vulg. *ἐπιμελεῖσθαι*, quod Buttmanno Gr. Ampl. T. I. p. 392 not. defendi posse videbatur, e Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π* Par. A E G Ambr. Vind. 1 3 6 Flor. a d m mutavimus.

—*διεορτάσωσιν*. Ibid. paullo post: *οὐ βουλόμενοί πω πολέμιον ἔχειν, πρίν τι καὶ ἰσχυρὸν λάβωσι.* Plat. Tim. p. 57 B *λυόμενα οὐ παύεται, πρὶν ἢ παντάπασιν ὠθούμενα καὶ διαλυτὰ ὄντα ἐκφύγῃ — ἢ νικηθέντα — μείνῃ.* Theaet. p. 169 B *τὸν γὰρ προςελθόντα οὐκ ἀνίης, πρὶν ἀναγκάσῃς — προςπαλαῖσαι*, ubi *ἂν* invitis codicibus inferciunt. Legg. IX. p. 873 A *οὐδὲ ἔκπλυτον ἐθέλειν γίγνεσθαι τὸ μιανθέν, πρὶν φόνον φόνῳ — τίσῃ κ. τ. λ.* Aesch. adv. Ctes. §. 60, ubi v. Bremi. *μήτ' ἀπογνώτω μηδὲν μήτε καταγνώτω, πρὶν ἀκούσῃ.* Antiphon. adv. Phorm. p. 619 *οἱ δ' ἐπιβουλευόμεναι οὐδὲν ἴσασι, πρὶν ἐν αὐτῷ ὦσι τῷ κακῷ γ' ἤδη καὶ γιγνώσκωσι τὸν ὄλεθρον ἐν ᾧ εἰσί.* Hyperid. p. 4 ed. Schneidew. = p. 7 ed. Babington. *οὐ χρὴ τοὺς δικαστὰς πρότερον τὰ καθ' ἕκαστα τῆς κατηγορίας ὑπομένειν ἀκούειν, πρὶν αὐτὸ τὸ κεφάλαιον τοῦ ἀγῶνος καὶ τὴν ἀντιγραφὴν ἐξετάσωσιν*, ubi nollem Schneidewin. coniectasset *πρὶν ἂν αὐτό.* Ar. Ran. 1281 *μή, πρίν γ' ἀκούσῃς χἀτέραν στάσιν μελῶν.* Ceterum cf. Poppo De eloc. Thuc. p. 140 sq. ad Xen. Cyr. III. 3, 50. Lobeck. ad Phryn. p. 15 et prae ceteris Hermann. De part. *ἂν* libr. II. cap. 8. p. 103 sqq.

Cap. VII. *ῥᾳδίως ἂν ἐθέλειν ἀποθν.*] h. e. lubenter mori velle. Nam opponitur mox *ἀγανακτεῖν ἀποθνήσκοντα* et *ἀγανακτεῖν τῷ θανάτῳ.* Eodem modo paullo post *ῥᾳδίως ἀπαλλάττεσθαι*, aequo animo, non invitum discedere, dicitur. De *ἔοικε — ἀτόπῳ*, i. e. *ἀτόπῳ τινί*, v. ann. ad Euthydem. p. 286 D.

D. *θεοί*] Ne quis desideret articulum ante *θεοί*, solet hoc nomen, quando non de uno ac definito quodam, sed de universo genere intellegendum est, illo saepe carere. v. Schaeferi Melett. p. 4. Schneider. ad Xen. Cyr. III. 1, 34 et annot. ad Criton. p. 51 A.

οὐ γάρ που αὐτός γε] De harum particularum usu dictum est ad Ap. Socr. p. 20 C. De transitu a numero plurali ad singularem v. Gorg. p. 478 BC *ἆρ' οὖν τὸ ἰατρεύεσθαι ἡδύ ἐστι καὶ χαίρουσιν οἱ ἰατρευόμενοι; — Μεγάλου γὰρ κακοῦ ἀπαλλάττεται κ. τ. λ.*, ubi Heindorf. multa id genus exempla collegit. cf. idem ad Prot. p. 319 D. Weber ad Dem. Aristocr. p. 399. De simili ratione Latinorum scriptorum dixit Davisius ad Cic. De nat. D. I. 10.

τος μὲν ἄνθρωπος τάχ᾽ ἂν οἰηθείη ταῦτα, φευκτέον εἶναι ἀπὸ τοῦ δεσπότου, καὶ οὐκ ἂν λογίζοιτο, ὅτι οὐ δεῖ ἀπό γε τοῦ ἀγαθοῦ φεύγειν, ἀλλ᾽ ὅ τι μάλιστα παραμένειν, E
διὸ ἀλογίστως ἂν φεύγοι· ὁ δὲ νοῦν ἔχων ἐπιθυμοῖ που ἂν ἀεὶ εἶναι παρὰ τῷ αὑτοῦ βελτίονι. καίτοι οὕτως, ὦ Σώκρατες, τοὐναντίον εἶναι εἰκὸς ἢ ὃ νῦν δὴ ἐλέγετο· τοὺς μὲν γὰρ φρονίμους ἀγανακτεῖν ἀποθνήσκοντας πρέπει, τοὺς δ᾽ ἄφρονας χαίρειν. Ἀκούσας οὖν ὁ Σωκράτης ἡσθῆναί τέ μοι ἔδοξε τῇ τοῦ Κέβητος πραγματείᾳ, 63
καὶ ἐπιβλέψας εἰς ἡμᾶς Ἀεί τοι, ἔφη, ὁ Κέβης λόγους τινὰς ἀνερευνᾷ, καὶ οὐ πάνυ εὐθέως ἐθέλει πείθεσθαι ὅ τι ἄν τις εἴπῃ. Καὶ ὁ Σιμμίας Ἀλλὰ μήν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, νῦν γέ μοι δοκεῖ τι καὶ αὐτῷ λέγειν Κέ-

E. **νῦν δὴ**] Sic codd. optimi quique pro vulg. **δὴ νῦν**.

P. 63. **εἴπῃ**] Sic Bodl. Tub. Coisl. Ven. *ΛΞΠ* Vind. *Υ* Par. CGHI Flor. a b c i alii. Vitiose vett. editt. **εἴποι**.

μοι δοκεῖ τι] Sic Bodl. Tub. et ed. Herm. pro vulg. **δοκεῖ τί μοι**.

οἰηθείη ταῦτα, φευκτέον εἶναι ἀπὸ τοῦ δ.] Exspectabas **τοῦτο**, cum subsequatur **φευκτέον εἶναι**. Sed ne quid novi moliaris, prohibebunt, opinor, quae de hac re scripsimus ad Apol. p. 19 D. Gorg. p. 447 A. Ceterum Schützio ista: **ἀλλ᾽ ἀνόητος — ἀπὸ τοῦ δεσπότου**, praeter Cebetis mentem atque sententiam nimis universe nec satis definite pronuntiari visa sunt. Non enim a quocunque domino, etiam pessimo et crudelissimo, fugere stultum videri Cebeti, sed tantum a bono et qui melius servis, quam ipsi possint, prospiciat. Itaque vir acutissimus aliquod verbum excidisse suspicatus corrigendum coniecit: **ἀπὸ τοῦ ἀμείνονος αὐτοῦ δεσπότου** vel **ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου**. Nec tamen opus videtur hoc supplemento, cum insequantur haec: **καὶ οὐκ ἂν λογίζοιτο, ὅτι οὐ δεῖ ἀπό γε τοῦ ἀγαθοῦ φεύγειν**, quae sententiam antea generalius enuntiatam satis accurate definiunt. Nec vero Hirschig. audiendus est, qui verba: **διὸ ἀλογίστως ἂν φεύγοι**, h. e. propterea quod temere esset aufugiturus, tamquam sordes abiici voluit. Apage vero istiusmodi coniecturas, ut Platoni sua maneat integritas.

P. 63. **πραγματείᾳ**] Olympiodorus p. 14 **τὴν πραγματειώδη ἀπορίαν πραγματείαν ἐκάλεσεν ὁ Πλάτων**.

ἀεί τοι — ὁ Κέβης] Nos: immer doch spürt Cebes etwas auf. Etenim in huiusmodi locis **τοι** habet vim confirmandi cum quadam admiratione vel indignatione. Hom. Il. I. 541 **αἰεί τοι φίλον ἐστὶν — κρυπτάδια φρονέοντα δικαζέμεν**. V. 873 **αἰεί τοι ῥίγιστα θεοὶ τετληότες εἰμέν**. Aesch. Prom. 42 **αἰεί γέ τοι νηλὴς σὺ καὶ θράσους πλέως**, ubi male **γε δή** editur.

ὅ τι ἄν τις εἴπῃ] quodcunque illud sit, quod quis dixerit. Perperam vulgo **εἴποι**, quod significaret: quodcunque aliquis sub certa quadam condicione dicat, vel quodcunque aliquis dicere possit.

νῦν γέ μοι δοκεῖ τι καὶ αὐτῷ λέγειν] h. e. nunc mihi et ipsi videtur aliquid dicere,

βης· τί γὰρ ἂν βουλόμενοι ἄνδρες σοφοὶ ὡς ἀληθῶς δεσπότας ἀμείνους αὑτῶν φεύγοιεν καὶ ῥᾳδίως ἀπαλλάττοιντο αὐτῶν; καί μοι δοκεῖ Κέβης εἰς σὲ τείνειν τὸν λόγον, ὅτι οὕτω ῥᾳδίως φέρεις καὶ ἡμᾶς ἀπολείπων καὶ
B ἄρχοντας ἀγαθούς, ὡς αὐτὸς ὁμολογεῖς, θεούς. Δίκαια, ἔφη, λέγετε. οἶμαι γὰρ ὑμᾶς λέγειν, ὅτι χρή με πρὸς ταῦτα ἀπολογήσασθαι ὥςπερ ἐν δικαστηρίῳ. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Σιμμίας.

Cap. VIII. Φέρε δή, ἦ δ' ὅς, πειραθῶ πρὸς ὑμᾶς πιθανώτερον ἀπολογήσασθαι ἢ πρὸς τοὺς δικαστάς. ἐγὼ γάρ, ἔφη, ὦ Σιμμία τε καὶ Κέβης, εἰ μὲν μὴ ᾤμην ἥξειν πρῶτον μὲν παρὰ θεοὺς ἄλλους σοφούς τε καὶ ἀγαθούς, ἔπειτα καὶ παρ' ἀνθρώπους τετελευτηκότας ἀμείνους τῶν ἐνθάδε, ἠδίκουν ἂν οὐκ ἀγανακτῶν τῷ θανάτῳ· νῦν δὲ
C εὖ ἴστε, ὅτι παρ' ἄνδρας τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι ἀγαθούς·

ἀμείνους αὑτῶν] Sic vett. editt. Sed Ven. Ξ et multi alii αὐτῶν. Atqui intellegit Simmias dominos ipsis sapientibus meliores, non semet ipsis praestabiliores. v. C. F. Hermann. Abhandl. u. Beiträg. p. 66 sqq. Nuperi tamen editt. αὐτῶν susceperunt. conf. p. 107 C.

B. πρὸς ταῦτα] Vulgo omissum e Bodl. Vat. Tub. Ven. Π Vind. Φ Par. A C Ambr. Flor. a c d m restitutum est. Mox Bodl. πιθανώτερον πρὸς ὑμᾶς, quod non amplectar; nam altero verborum ordine citius emergit vis oppositionis inter πρὸς ὑμᾶς et πρὸς τοὺς δικαστάς. Amplexus est tamen nuper Herm.

quod dignum sit, cuius habeatur ratio, quod movere possit gravem dubitationem atque dignam, quae tollatur. Formula λέγειν τι et εἶναί τι, in qua τι ponitur cum emphasi nec tamen accentu insigniri solet, in vulgus nota, de qua dixit etiam Matthiae §. 487. 5.

ἄνδρες σοφοὶ ὡς ἀληθῶς] Infra p. 64 B vocatur ὁ ὄντως φιλόσοφος. p. 66 B ὁ γνησίως φιλόσοφος. p. 67 D ὁ φιλοσοφῶν ὀρθῶς.

εἰς σὲ τείνειν] te petere hac oratione, his verbis. De participio ἀπολείπων post ῥᾳδίως φέρεις posito v. Matth. §. 550 b.

Cap. VIII. B. ἠδίκουν ἂν οὐκ ἀγανακτῶν] Ubi legerimus cum Olympiodoro μὴ ἀγανακτῶν, sententia haec erit: iniuste facerem, si non indignarer. Sin retinemus cum libris omnibus msc. et impressis οὐκ ἀγανακτῶν, sensus exsistit hic: iniuste facerem ego, dum non indignor. Ex quibus utrum praeferendum sit, nemo, opinor, dubius haerebit.

C. ὅτι παρ' ἄνδρας τε ἐλπίζω ἀφίξεσθαι] Recte Fischerus locum a superiorum editorum corrigendi libidine vindicaturus: „Ego vero, inquit, mihi et hic vestigia ἀνακολουθίας videre videbar. Atque primo quidem verba παρ' ἄνδρας τε sequi debebat καὶ παρὰ θεούς; sed verba, quae interposita sunt, καὶ τοῦτο — διισχυρισαίμην, iusserunt Platonem mutare structuram verborum, ne forte obscura fieret oratio: cuiusmodi ἀνακόλουθα nec alterius linguae auctoribus inusitata sunt. v. Graevius ad Cic. 14 ad Attic. ep. 17 h. e. ad 9. ad Div. ep. 14. 2. (Ex Platonis scriptis exempla colle-

καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ διισχυρισαίμην· ὅτι μέντοι παρὰ θεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς ἥξειν, εὖ ἴστε, ὅτι, εἴπερ τι ἄλλο τῶν τοιούτων, διισχυρισαίμην ἂν καὶ τοῦτο. ὥςτε διὰ ταῦτα οὐχ ὁμοίως ἀγανακτῶ, ἀλλ' εὔελπίς εἰμι εἶναί τι τοῖς τετελευτηκόσι, καί, ὥςπερ γε καὶ πάλαι λέγεται, πολὺ ἄμεινον τοῖς ἀγαθοῖς ἢ τοῖς κακοῖς. Τί οὖν, ἔφη ὁ Σιμμίας, ὦ Σώκρατες; αὐτὸς ἔχων τὴν διάνοιαν ταύτην ἐν νῷ ἔχεις ἀπιέναι, ἢ κἂν ἡμῖν μεταδοίης; κοινὸν γὰρ δὴ ἔμοιγε δοκεῖ καὶ ἡμῖν D *εἶναι ἀγαθὸν τοῦτο. καὶ ἅμα σοι ἡ ἀπολογία ἔσται, ἐὰν ἅπερ λέγεις ἡμᾶς πείσῃς. Ἀλλὰ πειράσομαί γε, ἔφη. πρῶτον δὲ Κρίτωνα τόνδε σκεψώμεθα, τί ἐστιν ὃ βού-*

C. *αὐτὸς ἔχων*] Editt. omnes, etiam Turic. ante *αὐτὸς* interponunt *πότερον*, quod cum Bodl. Tub. Coisl. Ven. *Λ* Par. CEHIL Aug. Flor. a b c i m et pr. Vind. 2 omisi adstipulante Herm. In Bodl. super versu adscriptum exstat. Pro *αὐτὸς* Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. *αὐτὸς οὕτως*. Bodl. in marg. *αὔτως*.

D. *ἡ ἀπολογία ἔσται*] V. *ἐστίν*, quod e Vat. Ven. *Π* Ambr. mutatum. In Bodl. Tub. Flor. d *ἡ* deest. Sed referuntur haec ad superiora, ut *ἡ ἀπολογία* sit ea, quam dixisti, defensio. Eiecit tamen articulum Herm.

λέγεις] V. *λέγῃς*. Recte Bodl. Coisl. Ven. *Λ* Vind. *Υ* Par. CGHL Ambr. Mox *γε* post *πειράσομαι* e Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G additum ab aliis omittitur.

gimus ad Hipp. mai. p. 282 B.) Deinde pro *ὅτι — ἥξειν* debebat esse *ἥξοιμι*, ut Mudgius praeclare vidit (imo *ἥξω* esse debebat). At particulas *ὅτι* et *ὡς* saepissime sequuntur infinitivi loco indicativi vel optativi, cum pendent a verbis, quibus addi recte poterant infinitivi simpliciter." Exempla infinitivi post *ὅτι* illati collegerunt Zeunius ad Xen. Cyr. I. 6, 18. Schaefer. in Append. ad Bastii Epistol. Crit. p. 36. Heindorf. ad h. l. cf. Matth. §. 538. Rost. §. 122. not. 3. Et eadem ratione *ὡς* constructum infra p. 108 E. Sed praestat h. l. post *ὅτι μέντοι* repetere *ἐλπίζειν ἔξεστι*. Ceterum de re ipsa cf. Apol. p. 41 sq. Cic. Cat. Mai. c. XXIII. Tusc. I. 41. ac de sententiae conversione infra p. 114 D et Menon. p. 86 B, qui locus huic est simillimus.

οὐχ ὁμοίως ἀγανακτῶ] h. e. non aeque moveor morte, sive sim venturus et profecturus ad alios homines sapientiores et ad deos alios, sive non, i. e. valde moverer morte, nisi scirem et crederem me profecturum esse ad deos.

εἶναί τι τοῖς τετ.] manere aliquid mortuos neque ipsos interire. Infra p. 91 B *εἰ δὲ μηδέν ἐστι τελευτήσαντι*. p. 72 D *καὶ τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς εἶναι*. De *τι* cum emphasi posito v. ad p. 63 A.

αὐτὸς ἔχων τ. δ.] In his *αὐτὸς* est solus, selbst für dich. Hom. Il. VIII. 99 *Τυδείδης δ' αὐτός περ ἐών*. Ar. Acharn. 504. Theocr. Id. X. 19. XI. 12 al.

D. *πρῶτον*] ante omnia, ut Phileb. p. 15 C. Lysid. 204 B. Pessime Hirschig. corr. *πρότερον*.

Κρίτωνα τόνδε σκεψώμεθα] h. e. *σκεψώμεθα, τί ἐστιν, ὃ Κρίτων ὅδε βούλεσθαί μοι δοκεῖ.*

λεσθαί μοι δοκεῖ πάλαι εἰπεῖν. Τί δέ, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Κρίτων, ἄλλο γε ἢ πάλαι μοι λέγει ὁ μέλλων σοι δώσειν τὸ φάρμακον, ὅτι χρή σοι φράζειν ὡς ἐλάχιστα διαλέγεσθαι; φησὶ γὰρ θερμαίνεσθαι μᾶλλον τοὺς διαλεγομένους, δεῖν δὲ οὐδὲν τοιοῦτον προςφέρειν τῷ φαρ-
E μάκῳ· εἰ δὲ μή, ἐνίοτε ἀναγκάζεσθαι καὶ δὶς καὶ τρὶς πίνειν τούς τι τοιοῦτον ποιοῦντας. Καὶ ὁ Σωκράτης, Ἔα, ἔφη, χαίρειν αὐτόν· ἀλλὰ μόνον τὸ ἑαυτοῦ παρα-

τοὺς διαλεγομένους] Articulum ex Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d recepi. Eundem super versu adscriptum habet Bodl. Restituendum vidit Heindorf., omisit cum vulg. Herm. v. explicat.

De pronominis *τόνδε* usu v. Schaeferi Melett. Crit. p. 77 sqq. Elmslei. ad Eur. Heraclid. 81. et Matth. §. 471.

Τί δέ — ἄλλο γε ἢ πάλαι μοι λέγει] h. e. nimirum dudum mihi dicit. Formula idem significat, quod *οὐδέν γ' ἄλλο ἢ πάλαι μοι λ.* Plene dixeris: *τί δὲ ἄλλο γέ ἐστιν ἢ τοῦτο, ὅτι πάλαι μοι λ.* Exempla huius dictionis collegerunt Heindorf. ad h. l. et Boissonad. ad Philostrat. Heroic. p. 439. Matth. Gr. §. 488. 11. — *πάλαι* etiam de breviore temporis spatio dici iam alibi dictum est.

ὁ μέλλων σοι δώσειν τὸ φάρμακον] Idem est, qui infra p. 117 A memoratur et a Plut. Phocion. 37 vocatur *ὁ δημόσιος* diversus utique a carceris custode, qui p. 116 B appellatur *ὁ τῶν ἕνδεκα ὑπηρέτης*, cuius ibi humanitatem Socrates magnis laudibus praedicat. De illo igitur vera sunt quae disputat Petitus Obss. Miscell. I. 17, ubi ex Plutarchi loco probare conatus est hominem non misericordia commotum, sed turpi lucri cupidine ductum haec Socrati dixisse, quoniam moris fuerit, ut undecimvirorum ministri suis sumtibus cicutam compararent, duodecim fere drachmis venalem. Sponte autem apparet valere haec quoque ad illustrandam Socratis constantiam, fortitudinem et animi magnitudinem.

θερμαίνεσθαι μᾶλλον] i. e. *μᾶλλον τοῦ δέοντος*, supra modum, nimium, ut Rep. III. p. 410 E. Xen. Cyr. I. 4, 23 *ἐνταῦθα μέντοι δείσαντες, μὴ καὶ ἐνέδρα τις μείζων ὑπείη, ἐπέσχον*, ad quem locum Schneider.: „omisit, inquit, Philelphus *μείζων*; recte, puto: nam de insidiis nihil praecessit. Sed potest esse h. l. nimis magna.“ Mem. II. 6, 12, ubi v. Bornemann. Soph. p. 231 A *μὴ μεῖζον αὐτοῖς προςάπτωμεν γέρας*, quod recte interpretatur Heindorf.: ne iusto honorificentius iis munus assignemus. Idem vir doctus comparavit cum h. l. Prot. p. 346 A *ὥςτε ἔτι μᾶλλον ψέγειν τε αὐτοὺς καὶ ἔχθρας ἑκουσίους πρὸς ταῖς ἀναγκαίαις προςτίθεσθαι*, ubi ad *ἔτι μᾶλλον* intell. quam meruerint. Ceterum *τοὺς διαλεγομένους*, eos qui colloquuntur, subiecti loco est. Sed omisso articulo subiectum foret *τινάς*, quod a loci sententia abhorret. De *εἰ δὲ μή*, ubi *εἰ δέ* exspectes, usurpato v. Matthiae Gr. §. 617 b.

E. *ἔα — χαίρειν αὐτόν*] h. e. mitte, noli curare hominis praecepta et admonitiones. v. ad Criton. p. 45 A. Deinde *μόνον* cum imperativo iunctum, ut Lat. modo. Phaedr. p. 262 D *μόνον δήλωσον.* Charm. p. 155 B *μόνον ἐλθέτω.* Euthyd. p. 285 C *μόνον ἀποφηνάτω.* Xen. Cyr. IV. 2, 7 *μόνον καὶ σὺ ἡμῖν πιστὰ θεῶν πεποίησο καὶ δεξιὰν δός.* — *τὸ*

σκευαζέτω ὡς καὶ δὶς δώσων, ἐὰν δὲ δέῃ, καὶ τρίς. Ἀλλὰ σχεδὸν μέν τι ἤδη, ἔφη ὁ Κρίτων· ἀλλά μοι πάλαι πράγματα παρέχει. Ἔα αὐτόν, ἔφη.

*Ἀλλ' ὑμῖν δὴ τοῖς δικασταῖς βούλομαι ἤδη τὸν λό-
γον ἀποδοῦναι, ὥς μοι φαίνεται εἰκότως ἀνὴρ τῷ ὄντι
ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψας τὸν βίον θαῤῥεῖν μέλλων ἀπο-* 64
θανεῖσθαι καὶ εὔελπις εἶναι ἐκεῖ μέγιστα οἴσεσθαι ἀγαθά, ἐπειδὰν τελευτήσῃ. πῶς ἂν οὖν δὴ τοῦθ' οὕτως ἔχοι, ὦ Σιμμία τε καὶ Κέβης, ἐγὼ πειράσομαι φράσαι.

Cap. IX. *Κινδυνεύουσι γὰρ ὅσοι τυγχάνουσιν ὀρθῶς ἁπτόμενοι φιλοσοφίας λεληθέναι τοὺς ἄλλους, ὅτι οὐδὲν ἄλλο αὐτοὶ ἐπιτηδεύουσιν ἢ ἀποθνήσκειν τε καὶ τεθνάναι. εἰ οὖν τοῦτο ἀληθές, ἄτοπον δήπου ἂν εἴη προ-*

E. *μέν τι ἤδη*] V. *μέντοι*, quod e Coisl. Ven. *Λ* Vind. *Υ* Par. ACEG Zitt. Flor. a b c i mutatum. Pertinet enim *τι* ad *σχεδόν*. Pro *ἤδειν*, quod libri Platonis omnes tuentur, Photius Lex. p. 50 *ἤδη* habet idque primus recepit Bekker. conf. ad Sympos. p. 198 C.

πάλαι πράγματα] V. *πράγματα πάλαι* invitis codd. melioribus, Bodl. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* aliis.

βούλομαι ἤδη] *ἤδη* e Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π* Vind. *Φ* Ambr. Flor. d revocatum vulgo aberat.

ἑαυτοῦ, id quod ipsius est comparet, i. e. cicutam terat, Hirschig. coni. *τοσοῦτον*.

Ἀλλὰ σχεδὸν μέν τι ἤδ.] In his *τι* ad *σχεδόν* referas ex illa lege, de qua scripsit Matth. §. 487. 4. Neque quemquam offendet, quod aliud vocabulum inter *σχεδόν* atque *τι* interiectum est. Lys. p. 204 E *οὐ γὰρ πάνυ, ἔφη, τὶ αὐτοῦ ὄνομα λέγουσιν*, ubi cave *τι* cum *ὄνομα* coniungendum putes. Lach. p. 192 C *σχεδὸν γάρ τι οἶδα*. Ceterum de *ἀλλά* frequenter repetito v. Wyttenbach. ad h. l. et de eodem usu Lat. at Heindorf. ad Hor. Sat. I. 3, 32 sq.

ἀνὴρ τῷ ὄντι ἐν φιλοσοφίᾳ διατρίψας] Cap. XI. *ὁ ὄντως φιλόσοφος*, p. 66 B *ὁ γνησίως φιλόσοφος* vocatur. Deinde *ἐκεῖ* dictum est *δεικτικῶς* pro in altera vita.

Cap. IX. P. 64. *Κινδυνεύουσι γὰρ ὅσοι τ. κ. τ. λ.*] Cic. Tusc. I. 30 *tota enim philosophorum vita, ut ait idem* (Socrates), *commentatio mortis est.* Ibid. 31 *secernere autem a corpore animum — nec quidquam aliud est, quam mori discere.* Sen. Epist. XXV *egregia res est mortem condiscere — hoc est ipsum, quare meditari debeamus.* Apul. de phil. Plat. p. 277 praeclare ait *philosophiam esse mortis affectum consuetudinemque moriendi.* Infra p. 67 D *τὸ μελέτημα αὐτὸ τοῦτό ἐστι τῶν φιλοσόφων, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος.* — *ἀποθνήσκειν* mori, *τεθνάναι* in statu et condicione mortis versari. P. 64 C *καὶ εἶναι τοῦτο τὸ τεθνάναι, χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὲν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν αὐτὴν καθ' αὑτὴν εἶναι.* Epicharm. ap. Sext. Empir. adv. Math. I. 273 *ἀποθανεῖν ἢ τεθνάναι οὔ μοι διαφέρει.*

θυμεῖσθαι μὲν ἐν παντὶ τῷ βίῳ μηδὲν ἄλλο ἢ τοῦτο, ἥκοντος δὲ δὴ αὐτοῦ, ἀγανακτεῖν ὃ πάλαι προὐθυμοῦντό τε καὶ ἐπετήδευον. Καὶ ὁ Σιμμίας γελάσας Νὴ τὸν Δία,
B ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὐ πάνυ γέ με νῦν δὴ γελασείοντα ἐποίησας γελάσαι. οἶμαι γὰρ ἂν δὴ τοὺς πολλοὺς αὐτὸ τοῦτο ἀκούσαντας δοκεῖν εὖ πάνυ εἰρῆσθαι εἰς τοὺς φιλοσοφοῦντας καὶ ξυμφάναι ἂν τοὺς μὲν παρ' ἡμῖν ἀνθρώπους καὶ πάνυ, ὅτι τῷ ὄντι οἱ φιλοσοφοῦντες θανατῶσι καὶ σφᾶς γε οὐ λελήθασιν, ὅτι ἄξιοί εἰσι τοῦτο

P. 64. προὐθυμοῦντο] προεθυμοῦντο crasi neglecta Bodl. Vat. Ambr. al., quod divulgarunt Turicenss. et Herm. Sed Bodl. p. 69 D clare προὐθυμήθην.

B. ἂν δή] δή e Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. d additum. In Bodl. δὴ superscriptum.

ἀγανακτεῖν ὃ πάλαι πρ.] Non puto pronomen ὅ referri recte posse ad ἥκοντος αὐτοῦ, ut verborum ordo hic sit: ἥκοντος δὲ δὴ αὐτοῦ, ὃ πάλαι πρ. καὶ ἐπετήδευον, ἀγανακτεῖν. Nam ea ratio plura habet incommoda. Multo facilius est ἀγανακτεῖν cum accusativo constructum putare: quae constructio, ubi pronomina neutrius generis verbo addita sunt, non est inusitata. Dem. adv. Conon. 1261. 25 ἐγὼ δέ — χαλεπῶς ἐφ' οἷς πέπονθα, ἐνηνοχὼς οὐχ ἧττον τοῦτ' ἀγανακτήσαιμι ἄν. Idem advers. Mid. §. 35 al. Mire Hirschig. totum hoc comma: ὃ πάλαι — ἐπετήδευον, eliminandum putat. At valent haec verba utique ad notandam iudicandi levitatem et inconstantiam, ut nihil sit, cur ea pro suspectis habeamus.

B. τοὺς μὲν παρ' ἡμῖν ἀνθρώπους] h. e. Thebanos, Boeotios. Olymp. p. 17 ed. Finckh. εἰκότως, inquit, Θηβαῖος γὰρ ἦν ὁ Σιμμίας· παρ' οἷς καὶ ἡ Βοιωτία ὗς. Aliter Schleiermacher., qui ita scribit: „Kebes drückt sich hier in örtlicher Beziehung aus, und denkt offenbar an die Athener, nicht an die Theber. Aber sehr gern ist ihm erlaubt so zu sagen, und man braucht nicht (mit Dacier) zu ändern παρ' ὑμῖν." Sed veram puto Olympiodori sententiam. Nam post τοὺς πολλούς, h. e. magnam populi multitudinem a philosophia alienam Simmias tamquam per occasionem imprimis etiam popularium suorum mentionem iniicit utpote de philosophiae studio pinguius ac minus subtiliter iudicantium. In quo simul respicit ac tangit vulgare illud de Boeotis iudicium, quo simplicitatis ac stoliditatis nomine male audiebant. V. ad p. 62 A. Ac fieri potest, ut Thebis philosophiae studium vulgo minus in honore sit habitum. Nec vero οἱ παρ' ἡμῖν alii possunt intellegi quam qui sunt apud nos domi, h. e. populares nostri. — De μέν post τούς non subsequente δέ illato v. annot. ad Sophist. p. 227 A. Theaet. p. 197 C. Criton. p. 43 D. Phileb. p. 37 B. Gorg. p. 465 D. Apol. p. 21 D. Lachet. p. 182 D. Rationem rei indicat Hermann. ad Viger. p. 841 sq. — καὶ πάνυ i. q. admodum, perquam vehementer, gar sehr; sicuti dicitur καὶ μάλα, καὶ σφόδρα, al. Voculae in clausula positae sunt ut p. 80 C καὶ πάνυ μάλα.

θανατῶσι] Schol. θανάτου ἐπιθυμοῦσι. Conf. de hoc verborum genere Lobeck. ad Phryn. 80 sqq. Pro οὐ λελήθασιν e vulgari loquendi consuetudine dicen-

πάσχειν. Καὶ ἀληθῆ γ' ἂν λέγοιεν, ὦ Σιμμία, πλήν γε τοῦ σφᾶς μὴ λεληθέναι. λέληθε γὰρ αὐτοὺς ᾗ τε θανατῶσι καὶ ᾗ ἄξιοί εἰσι θανάτου καὶ οἵου θανάτου οἱ ὡς ἀληθῶς φιλόσοφοι. εἴπωμεν γάρ, ἔφη, πρὸς ἡμᾶς C αὐτούς, χαίρειν εἰπόντες ἐκείνοις· ἡγούμεθά τι τὸν θάνατον εἶναι; Πάνυ γε, ἔφη ὑπολαβὼν ὁ Σιμμίας. Ἆρα μὴ ἄλλο τι ἢ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγήν; καὶ εἶναι τοῦτο τὸ τεθνάναι, χωρὶς μὲν ἀπὸ τῆς ψυχῆς ἀπαλλαγὲν αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ τὸ σῶμα γεγονέναι, χωρὶς δὲ τὴν ψυχὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπαλλαγεῖσαν αὐτὴν καθ' αὑτὴν εἶναι; ἆρα μὴ ἄλλο τι ὁ θάνατος ἢ

καὶ οἵου θανάτου] Haec verba e Bodl. Vat. Tub. Vind. Φ Ven. Π Par. G Ambr. Vind. 1 3 6 8 Iamblicho addita vulgo desiderabantur.

C. τοῦτο τὸ τεθνάναι] τό vulgo et nuper etiam ab Herm. omissum accessit e Tubing. Coisl. Vind. Φ Ven. Π Par. ACGH Ambr. Flor. d a m et Iamblich.

ἀπὸ τοῦ σωμ.] ἀπό e Bodl. Tub. Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. GI Flor. d restitutum vulgo deerat.

ἄλλο τι ὁ θάνατος] Quod vulgo post ἄλλο τι additum legebatur ἢ, id cum Bekkero auctoritate Vind. Φ et Ambr. delevi. In Par. L post θάνατος positum. Defendit voculam Schneiderus ad Remp. X. p. 603 C, sed adeo infirmis argumentis, ut ipse de sententiae suae veritate desperaverit. In Bodl. Tub. Par. G Flor. d ὁ abest.

dum fuit οὐ λέληθε, sed verbum subiecto accommodatum est, ut Xen. Oec. I. 19 ὅτι πονηρότατοί γέ εἰσι, οὐδὲ σὲ λανθάνουσιν.

τοῦτο πάσχειν] sc. ἀποθνήσκειν. Verba καὶ οἵου θανάτου male in multis codd. omissa, rectissime sese habent. Hoc enim dicit Socrates: Vulgus ignorat, quatenus philosophi morte digni sint et quali morte. Significat autem philosophos eatenus morte dignos esse, quia tota eorum vita sit mortis commentatio atque mereri mortem beatissimam, quae eos traducat ad maximam a corpore libertatem.

C. ἡγούμεθά τι τὸν θ. εἶναι] Definitionem mortis eandem legimus etiam Gorg. p. 524 B. Eam commemorat etiam Cic. Tusc. I. 9, quo loco varias veterum philosophorum de mortis natura opiniones recenset. Ante χωρὶς μὲν ἀπὸ τ. ψ. ne quis cum viro quodam docto in diario Wiener Allgem. Litterat. Zeit. a. 1814. n. 87 articulum τό inserendum putet, solent Graeci pronominis explicandi causa infinitivum addere modo adiuncto modo omisso articulo. Gorg. p. 491 D καὶ τὸ δίκαιον τοῦτ' ἔστι, πλέον ἔχειν τούτους τῶν ἄλλων, τοὺς ἄρχοντας τῶν ἀρχομένων. Ibid. p. 501 E πρῶτον δὲ σκεψώμεθα τὴν αὐλητικήν. οὐ δοκεῖ σοι τοιαύτη τις εἶναι, ὦ Καλλίκλεις, τὴν ἡδονὴν ἡμῶν μόνον διώκειν, ἄλλο δ' οὐδὲν φροντίζειν; Infra Phaedon. p. 80 B τάδε ἡμῖν ξυμβαίνει· τῷ μὲν θείῳ — ὁμοιότατον εἶναι ψυχήν· τῷ δ' ἀνθρωπίνῳ — ὁμοιότατον αὖ εἶναι σῶμα. Hipp. Mai. p. 302 A οὐχ εἷς ἡμῶν ἑκάτερός ἐστι καὶ πέπονθε τοῦτο, εἷς εἶναι; ubi Heindorf. τό inserendum putabat. Attigimus hanc loquendi formam iam ad Criton. p. 45 E.

ἆρα μὴ ἄλλο τι ὁ θάνατος] Quod vulgo scriptum legebatur, ἆρα μὴ ἄλλο τι ἢ ὁ θάνατος, id

τοῦτο; Οὔκ, ἀλλὰ τοῦτο, ἔφη. Σκέψαι δή, ὦ 'γαθέ, ἐὰν ἄρα καὶ σοὶ ξυνδοκῇ ἅπερ καὶ ἐμοί· ἐκ γὰρ τούτων μᾶλ-
D λον οἶμαι ἡμᾶς εἴσεσθαι περὶ ὧν σκοποῦμεν. φαίνεταί σοι φιλοσόφου ἀνδρὸς εἶναι ἐσπουδακέναι περὶ τὰς ἡδονὰς καλουμένας τὰς τοιάςδε, οἷον σίτων τε καὶ ποτῶν; Ἥκιστά γε, ὦ Σώκρατες, ἔφη ὁ Σιμμίας. Τί δέ; τὰς τῶν ἀφροδισίων; Οὐδαμῶς. Τί δέ; τὰς ἄλλας τὰς περὶ τὸ σῶμα θεραπείας δοκεῖ σοι ἐντίμους ἡγεῖσθαι ὁ τοιοῦτος; οἷον ἱματίων διαφερόντων κτήσεις καὶ ὑποδημά-

καὶ ἐμοί] *καί* vulgo neglectum praebuerunt Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d et supra versum Bodl.

D. *σίτων*] *σίτων* Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π* et pr. Par. G pro vulg. *σιτίων*. In Bodl. *σιτίων* superscriptum. Utramque formam in hac oppositione usitatam esse multis exemplis ad h. l. docuit Heindorf.

Τί δέ;] Recte hic bis *τί δέ*; Bekker. ex Coisl. et Vind. *Φ* *δαί* scripsit.

ἱματίων διαφερόντων] *ἱμ. καὶ διαφ.* Bodl. Tub. Mox vulgo *δοκεῖ σοι* invitis Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr.

mutare non dubitavimus, postquam vidimus in duobus libris ab Im. Bekkero inspectis *ἢ* omissum esse. Etenim Heindorfii rationem, qui ante *μή* intellegi voluit *δεδοίκατε*, vereor ut quisquam probaturus sit, qui secum reputaverit contineri his verbis nil nisi repetitionem superiorum verborum: *ἆρα μὴ ἄλλο τι (ἡγούμεθα εἶναι τὸν θάνατον) ἢ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τ. σ. κ.τ.λ.* Accedit, quod *ἆρα μή* nusquam ita usurpatum reperitur. Nam quem locum Heindorf. ex Xen. Oec. IV. 4 huc retulit, is alius est generis. Scriptum enim ibi sic: *ἆρα, ἔφη ὁ Σωκράτης, μὴ αἰσχυνθῶμεν τὸν Περσῶν βασιλέα μιμήσασθαι*; in quibus patet *αἰσχυνθῶμεν* esse coniunctivum deliberativum neque pendere e suppresso verbo timendi. Qua ratione hic quoque *ἆρα μὴ ἢ* explicandum esse nec C. F. Hermanno Verm. Abh. p. 69 credimus, quia *ἆρα μὴ — ἢ* non potest esse dubitantis, ut illa Rep. I. 337 B. 335 C. VIII. 552 D. 554 B. IX. 581 D. Nimirum *μή* interrogans fraudem fecit criticis, qui hic pariter atque De Rep. X. p. 603 C *μή τι ἄλλο παρὰ ταῦτα* coniunctivum *ἢ* de suo interseruerunt.

καὶ σοὶ ξυνδ. ἅπερ καὶ ἐμοί] De *καί* in comparationibus geminato v. ad Ap. Socr. p. 22 D. Gorg. p. 457 C. Prot. 361 C. Alc. I. p. 114 C. conf. etiam infra p. 76 E.

D. *Τί δέ; τὰς τῶν ἀφροδισίων*;] Ante *τὰς τῶν ἀφροδισίων* ex praegressis iterandum est *περί*, prorsus ut De Rep. IV. p. 428 C, quem locum comparavit Heindorf.

ἱματίων διαφερόντων κτ.] „*Ἱματίων κτήσεις* eleganter dictum est pro *ἱμάτια*· et *ἱμάτια διαφέροντα* sunt pallia magnifica, candida. Nam pallia philosophorum erant fere sordida et detrita, quae *τρίβωνες* et *τριβώνια* dicebantur. Socratis pallium Xen. Mem. I. 6, 2 vocat *ἱμάτιον φαῦλον*, et Apul. Metam. I. p. 104. Elm. *scissile palliastrum.* v. Ferrarius R. V. II. 4, 14. *Ὑποδήματα* autem Socrates laudat, h. e. calceos, quibus contegitur totus pes (v. Salmasius ad Tertull. Pall. p. 386 ss. et Balduin. de calc. 11), quia ipse solebat incedere *ἀνυπόδητος*. v. Symp. p. 220 B et Xen. Mem. I. 6, 2." FISCHER. „Summus in calceis non mulierum solum, sed et delicatorum hominum luxus fuit. Sic ab Athen. (vel potius Satyro)

των καὶ τοὺς ἄλλους καλλωπισμοὺς τοὺς περὶ τὸ σῶμα
πότερον τιμᾶν σοι δοκεῖ ἢ ἀτιμάζειν, καθ' ὅσον μὴ πολλὴ E
ἀνάγκη μετέχειν αὐτῶν; Ἀτιμάζειν ἔμοιγε δοκεῖ, ἔφη, ὅ
γε ὡς ἀληθῶς φιλόσοφος. Οὐκοῦν ὅλως δοκεῖ σοι, ἔφη,
ἡ τοῦ τοιούτου πραγματεία οὐ περὶ τὸ σῶμα εἶναι, ἀλλὰ
καθ' ὅσον δύναται ἀφεστάναι αὐτοῦ, πρὸς δὲ τὴν ψυχὴν
τετράφθαι; Ἔμοιγε. Ἆρ' οὖν πρῶτον μὲν ἐν τοῖς τοι-
ούτοις δῆλός ἐστιν ὁ φιλόσοφος ἀπολύων ὅ τι μάλιστα
τὴν ψυχὴν ἀπὸ τῆς τοῦ σώματος κοινωνίας διαφερόντως 65
τῶν ἄλλων ἀνθρώπων; Φαίνεται. Καὶ δοκεῖ δήπου, ὦ
Σιμμία, τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις, ᾧ μηδὲν ἡδὺ τῶν τοι–

P. 65. δήπου] Sic Bodl. γε δήπου Tub. Ceteri cum editt. γέ που. τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις] V. ἀνθρώπων, quod e Bodl. Tub. Vat. Ven. ΛΞ Vind. Φ Par. CHIL Ambr. August. Flor. a b c d i Vindob. septem, Zitt. et ed. Bas. 2 emendatum v. ann. Dein μηδὲ μετέχειν Coisl. Ven. ΛΠ Vind. 1 8 Φ Par. ACEGHIL Ambros. Flor. a b c i m Aug. Tub. Zitt. probante Bernhardy Syntax. p. 304, qui ἡδύ supplet. Sed tenenda videtur optimorum librorum, Bodl. Vat., scriptura.

XII. p. 534 C Alcibiadis notantur calcei. Idemque in alio vituperat Aelian. V. H. IX. 3, ubi vide auctores a Perizonio laudatos, qui etiam L. III. 19 περίεργον Aristotelis philosophi memorat ὑπόδεσιν. (Adde Boeckh. Staatshaushalt I. p. 116.) Varias calceorum species enumerat Pollux VII. 22. Socrates vero ipse, ut ex Xen. Mem. I. 6, 2 et Ar. Nub. 103 liquet, ἀνυπόδητος semper erat, quod et aliis vitae severioris hominibus solemne fuit. Cf. Meursius ad Lycophr. Alexandr. v. 635. Casaubon. ad Theophrast. X. p. 97. Bochart. Hierozoic. P. I. L. II. p. 599 et Kuster. ad Ar. Nub. loc. cit." FORSTER.

καλλωπισμούς] καλλωπισμός fere in deteriorem partem dicitur de nimio cultu et ornatu corporis.

E. δῆλός ἐστιν ἀπολύων —] Liberat enim philosophus animum a rerum terrenarum et corporearum ludibriis eumque traducit ad rerum incorporearum constantiam, non plus ex corporis assumens voluptatibus, quam summa cogit necessitas. Quo fit, ut vel vulgi iudicio philosophia nil aliud esse nisi praeparatio quaedam ac meditatio mortis videatur. De ipsa sententia conf. Cic. Tusc. I. 31. *Quid tum agimus, nisi animum ad se ipsum advocamus, secum esse cogimus maximeque a corpore abducimus? Secernere autem a corpore animum nec quidquam aliud est mori discere.* Ceterum ἆρ' οὖν est ergone, ut p. 76 DE. Euthyphr. 5 A. Charm. p. 159 B, ubi v. ann. Prave Hirschig. scripsit Ἆρ' οὖν οὐ.

P. 65. διαφερόντως τῶν ἄλλων ἀνθρώπων] prae reliquis omnibus, ut Criton. p. 52 B. Rep. III. p. 387 E al.

τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις] Aliis locis dicitur simpliciter τοῖς πολλοῖς. Sed pari modo infra p. 80 D ὥς φασιν οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι. p. 92 D ὅθεν καὶ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ ἀνθρώποις. Euthyphr. p. 5 A οὐδέ τῳ ἂν διαφέροι Εὐθύφρων τῶν πολλῶν ἀνθρώπων. In quibus locis quod Hirschig. voc. ἄνθρωποι eiiciendum censet, fruatur ille hoc invento suo. Nos certe salvam esse librorum scriptu-

ούτων, μηδὲ μετέχει αὐτῶν, οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν, ἀλλ' ἐγγύς τι τείνειν τοῦ τεθνάναι ὁ μηδὲν φροντίζων τῶν ἡδονῶν, αἳ διὰ τοῦ σώματός εἰσιν. Πάνυ μὲν οὖν ἀληθῆ λέγεις.

Cap. X. *Τί δὲ δὴ περὶ αὐτὴν τὴν τῆς φρονήσεως κτῆσιν; πότερον ἐμπόδιον τὸ σῶμα ἢ οὔ, ἐάν τις αὐτὸ*

Cap. X. *αὐτὴν τὴν τῆς φ.*] *τήν* vulgo omissum plurimi libri in iisque Bodl. Tub. Coisl. Ven. *ΛΞΠ* suppeditarunt. Pro *δὲ δή* Ven. *Π* Vind. *Φ δαὶ δή*, ut edidit Bekker.

ram putamus, cum *ἄνθρωποι* nec temere additum sit.

μηδὲ μετέχει αὐτῶν] Noto Graecismo pro *καὶ ὃς μὴ μετέχει αὐτῶν*. cf. Matth. §. 428. coll. §. 469. Hermann. ad Viger. p. 707. Nominativum *ὅς* intellegendum relinqui eo minus mirum, quod verbum primarium *δοκεῖ* subiectum habet *οὗτος*. De verbis *οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν* v. ad Criton. p. 53 C.

ἐγγύς τι τείνειν τοῦ τεθνάναι] prope ad mortem accedere. De Rep. VIII. p. 548 D *οἶμαι μέν — ἐγγύς τι αὐτὸν Γλαύκωνος τουτουῒ τείνειν*. De sententia v. Phileb. p. 21 D, ubi hominem voluptatis expertem dicit *ζῆν οὐκ ἀνθρώπου βίον, ἀλλά τινος πλεύμονος ἢ τῶν ὅσα θαλάττια μετ' ὀστρείνων ἔμψυχά ἐστι σωμάτων*. Soph. Ant. 1165 sq. apposuit Forsterus: *τὰς γὰρ ἡδονὰς ὅταν προδῶσιν ἄνδρες, οὐ τίθημ' ἐγὼ ζῆν τοῦτον, ἀλλ' ἔμψυχον ἡγοῦμαι νεκρόν.*

Cap. X. *Τί δὲ δὴ περὶ αὐτήν —*] Docet hoc loco philosophus nihil veri, quod quidem recte possit ita dici, corporis ope cognosci, imo animum, cum ad puram sinceramque veritatem indagandam se convertat, se ipsum quasi in se colligere, corporis fugere societatem. Quae quidem altera causa est, cur philosophiam dixit esse praeparationem et meditationem mortis. Quaerit hic opportune Olympiodor. p. 22 sq. *τί δήποτε φρονήσεως ἐμνημόνευσε καὶ οὐκ ἐπιστήμης, εἴ γε περὶ καθαρτικοῦ φιλοσόφου ἐστὶν ὁ σκοπός, οἰκεία δὲ ἡ μὲν ἐπιστήμη τῷ καθαρτικῷ, ἡ δὲ φρόνησις τῷ πολιτικῷ, εἴ γε περὶ τὰ πρακτὰ καταγίγνεται;* Ad quae ipse respondet: *ἢ ἐπειδὴ προσεχῶς περὶ ἡδονῆς καὶ λύπης ἦν ὁ λόγος, αὗται δὲ φρονήσεως δέονται διακρινούσης αὐτὰς καὶ τὸ μέτρον αὐτῶν· πρακτὰ γὰρ καὶ αὗται· ὁ μὲν γὰρ καθαρτικὸς οὐχ αἱρήσεται ὅλως ἡδονὴν καὶ λύπην· τέλος γὰρ αὐτοῦ ἡ ἀπάθεια· ὁ δὲ πολιτικὸς ἐπ' ὀλίγον αἱρήσεται· τέλος γὰρ τούτου ἡ μετριοπάθεια.* Nimirum prudenter philosophus nomen *φρονήσεως* delegit, quo significetur prudentia et sapientia, quatenus in ipso vitae usu et actione cernitur. Audias Cic. Off. I. 43, 153 *Princeps omnium virtutum est illa sapientia, quam σοφίαν Graeci vocant — prudentiam enim, quam Graeci φρόνησιν dicunt, aliam quandam intellegimus, quae est rerum expetendarum fugiendarumque scientia; — illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est divinarum et humanarum scientia.* Itaque *φρόνησις* est quasi sapientia practica, sicuti etiam ex Rep. IX. p. 591 B. X. p. 611 C. Legg. I. p. 631 C sqq. 632 C. IV. p. 710 A. III. p. 687 E. XII. p. 963 CE. 964 B. 965 A intellegas, quibus locis omnibus rectissime *φρόνησις* nec vero *σοφία* commemoratur, id quod fefellit eos, qui nuper Legum fidem et auctoritatem convellere conati sunt. Itaque Plato hoc loco intellexit sapientiam in eo positam, ut quis bo-

ἐν τῇ ζητήσει κοινωνὸν συμπαραλαμβάνῃ; οἷον τὸ τοιόνδε λέγω· ἆρα ἔχει ἀλήθειάν τινα ὄψις τε καὶ ἀκοὴ B τοῖς ἀνθρώποις, ἢ τά γε τοιαῦτα καὶ οἱ ποιηταὶ ἡμῖν ἀεὶ θρυλοῦσιν, ὅτι οὔτ' ἀκούομεν ἀκριβὲς οὐδὲν οὔτε ὁρῶμεν; καίτοι εἰ αὗται τῶν περὶ τὸ σῶμα αἰσθήσεων μὴ ἀκριβεῖς εἰσι μηδὲ σαφεῖς, σχολῇ αἵ γε ἄλλαι· πᾶσαι γάρ που τούτων φαυλότεραί εἰσιν. ἢ σοι οὐ δοκοῦσιν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Πότε οὖν, ἦ δ' ὅς, ἡ ψυχὴ τῆς ἀληθείας ἅπτεται; ὅταν μὲν γὰρ μετὰ τοῦ σώματος ἐπιχειρῇ τι σκοπεῖν, δῆλον, ὅτι τότε ἐξαπατᾶται ὑπ' αὐτοῦ. Ἀληθῆ λέγεις. Ἆρ' οὖν οὐκ ἐν τῷ λογίζεσθαι, εἴπερ C που ἄλλοθι, κατάδηλον αὐτῇ γίγνεταί τι τῶν ὄντων; Ναί. Λογίζεται δέ γέ που τότε κάλλιστα, ὅταν μηδὲν τούτων αὐτὴν παραλυπῇ, μήτε ἀκοὴ μήτε ὄψις μήτε ἀλ-

B. ἡμῖν ἀεὶ θρυλοῦσιν] Hunc ordinem Bodl. Vat. Ven. Π Tub. Par. GL Flor. d tuentur. Vett. editt. cum aliis ἀεί ante ἡμῖν ponunt, Vind. Φ ante ὅτι collocat. Itaque alicui voculae fides omnino suspecta poterit videri. Ceterum pro θρυλλοῦσιν e Bodl. et Vat. recepi θρυλοῦσιν, de qua scriptura v. Bekker. Anecd. p. 263 et infra ad p. 100 B.

αἵ γε ἄλλαι] Sic libri mss. fere omnes. Vett. editt. γε αἱ ἄλλαι.

C. τότε κάλλιστα] Vind. Φ Ambr. κάλλιστα τότε. Par. G τότε καὶ μάλιστα. Unde quis olim scriptum fuisse suspicetur: λογίζεται δέ γέ που κάλλιστα τότε καὶ μάλιστα. Sed in reliquis codd. nullum huius lectionis vestigium.

μηδὲν τούτων αὐτήν] V. αὐτὴν τούτων μηδὲν invitis Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambr.

num honestumque non modo intellegat, sed etiam repressa vi cupiditatis ac lubidinis constanter colat et exerceat, ita ut recti bonique scientia et agnitio etiam vita factisque declaretur.

οἷον τὸ τοιόνδε λέγω] veluti hoc tale dico. Charmid. p. 168 D λέγω δὲ τὸ τοιόνδε, οἷον ἡ ἀκοή. Maxim. Tyr. Diss. XII. 2 οἷον τὸ τοιόνδε λέγω. Euthyphr. p. 13 B omisso articulo: οἷον τοιόνδε legitur.

B. οἱ ποιηταὶ ἡμῖν ἀεὶ θρ.] Olympiodor. p. 23: ποιητὰς λέγει Παρμενίδην, Ἐμπεδοκλέα, Ἐπίχαρμον. οὗτοι γὰρ οὐδὲν ἀκριβὲς λέγουσιν εἰδέναι τὴν αἴσθησιν, καθάπερ Ἐπίχαρμός φησι· νοῦς ὁρᾷ καὶ νοῦς ἀκούει. τὰ δ' ἄλλα πάντα (leg. τἆλλα) κωφὰ καὶ τυφλά, quae iam Kuster. ad Iamblichi Vit. Pythagor. 32. p. 184 attulit. De Parmenide, qui veritatis cognitionem soli menti et rationi tribuit, sensibus omne veri iudicium eripuit, v. Sext. Emp. VII. 111. Diog. Laert. IX. 27 ibique Menag. Procl. in Tim. II. p. 105. coll. Brandis Commentatt. Eleatic. p. 148 sqq. De Empedocle v. Cic. Ac. II. 5 ibique Davis. De Epicharmo, cui Platonem plurima debere narrant, v. Diog. Laert. III. 12. Peerlkamp. Bibl. Crit. Nov. Lugd. Bat. 1828. Vol. IV. p. 151 ex Platonis verbis Epicharmi trochaicum eruit hunce: Οὔτ' ἀκούομεν οὐδὲν ἀκριβὲς οὔθ' ὁρῶμεν ἀκριβές. Cui subiectam fuisse suspicatur nobilem illam eiusdem poëtae sententiam: Νοῦς ὁρῇ καὶ νοῦς

γηδὼν μήτε τις ἡδονή, ἀλλ' ὅ τι μάλιστα αὐτὴ καθ' αὑτὴν γίγνηται ἐῶσα χαίρειν τὸ σῶμα, καὶ καθ' ὅσον δύναται μὴ κοινωνοῦσα αὐτῷ μηδ' ἁπτομένη ὀρέγηται τοῦ ὄντος. Ἔστι ταῦτα. Οὐκοῦν καὶ ἐνταῦθα ἡ τοῦ
D φιλοσόφου ψυχὴ μάλιστα ἀτιμάζει τὸ σῶμα καὶ φεύγει ἀπ' αὐτοῦ, ζητεῖ δὲ αὐτὴ καθ' αὑτὴν γίγνεσθαι; Φαίνεται. Τί δὲ δὴ τὰ τοιάδε, ὦ Σιμμία; φαμέν τι εἶναι δίκαιον αὐτὸ ἢ οὐδέν; Φαμὲν μέντοι νὴ Δία. Καὶ καλόν γέ τι καὶ ἀγαθόν; Πῶς δ' οὔ; Ἤδη οὖν πώποτέ τι τῶν

μήτε τις] Bodl. Tub. Flor. d μὴ δέ τις, quod fortasse verum, modo μηδέ scribatur, ut edidit Herm. Solere enim ita μηδέ post μήτε inferri, sicubi postremum vocabulum cum vi et pondere accedit, ad Apologiam p. 19 D ostendimus.

D. φαμὲν μέντοι] Bodl. μέντοι pro vulg. τι. Coisl. Tub. Vat. Ven. ΛΞΠ Par. CEGHI Aug. Flor. a b c d m φαμέν τοι. Verum coniectura assecutus Heindorfius est.

καλὸν γέ τι] V. οὐ καλὸν καὶ ἀγ. Istud οὐ in Bodl. Vat. Tub. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. a c d i m omissum Heindorfius et Bekkerus in αὖ commutarunt. Nobiscum consentit Herm. Dein γέ τι, pro quo Bekker. e Ven. Π γέ τοι dedit, e Bodl. Tub. Vat. Vind. Φ Par. C Ambros. al. restituimus.

ἀκούει, τἆλλα κωφὰ καὶ τυφλά, servatam apud Plut. De Fortuna c. 3 et De Alexandri fort. II. 3, quam respexit Cic. Tusc. I. 20, ubi v. Davisius. Itaque Plato metrum sustulit, sententiam servavit.

C. τι τῶν ὄντων] h. e. τῶν ὄντως ὄντων, idearum, quae solae afferunt veritatis scientiam et cognitionem. Sic τὰ ὄντα etiam alibi intellegenda.

ἐῶσα χαίρειν τὸ σῶμα] i. e. non utens corporis opera et ministerio. — ὀρέγεσθαι τοῦ ὄντος est cognoscere studere rei cuiuspiam naturam. Nam τὸ ὄν i. e. quod τὸ ὄντως ὄν.

καὶ ἐνταῦθα] etiam tum, cum cogitat et cognoscere studet naturam vimque rerum.

D. αὐτὴ καθ' αὑτὴν γίγν.] h. e. sola et in se quasi collecta. Cf. Max. Tyr. I. p. 8.

εἶναι δίκαιον αὐτό] iustum ipsum i. e. per se spectatum, in se absolutum, ideam iusti. Male quidam αὐτό exterminavit. Vere Olymp. interpretatur ἰδέαν τοῦ δικαίου, speciem et formam iustitiae. v. Cic. Tuscul. I. 24. conf. ad Phaedr. p. 247 E.

Τί δὲ δὴ τὰ τοιάδε] ut Cratyl. p. 406 B. Soph. p. 266 C ibique Heindorf. Xen. Mem. III. 1, 10. conf. ad Gorg. 501 E.

Φαμὲν μέντοι] Ita μέντοι in responsionibus aientibus ponitur saepissime. Infra p. 68 B οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη; Πολλὴ μέντοι νὴ Δία. Ibid. p. 73 D καὶ ἄλλα που μυρία τοιαῦτ' ἂν εἴη. Μυρία μέντοι νὴ Δία. Ibid. p. 81 D εἰκός γε, ὦ Σώκρατες. Εἰκὸς μέντοι, ὦ Κέβης. Phileb. p. 18 A ἀλλὰ τί δήποτε πρὸς ἡμᾶς ὁ λόγος οὗτος νῦν εἴρηται; Σωκρ. Ὀρθῶς μέντοι τοῦθ' ἡμᾶς — ἠρώτηκε Φίληβος. Xen. Cyr. I. 4, 19 bis. Ar. Equ. 168. Alia collegit Heusdius Spec. Crit. p. 16. Lectio vulgata errore librariorum orta videtur. Ceterum αὐτὸ τὸ δίκαιον, ἀγαθὸν καὶ καλόν rursus est idea iusti, boni et pulcri s. iustum, bonum et pulcrum per se spectatum, quod ex Platonis sententia ab omni corporea labe im-

τοιούτων τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες; Οὐδαμῶς, ἦ δ' ὅς. Ἀλλ'
ἄλλῃ τινὶ αἰσθήσει τῶν διὰ τοῦ σώματος ἐφήψω αὐτῶν;
λέγω δὲ περὶ πάντων, οἷον μεγέθους πέρι, ὑγιείας, ἰσχύος,
καὶ τῶν ἄλλων ἑνὶ λόγῳ ἁπάντων τῆς οὐσίας, ὃ τυγχά-
νει ἕκαστον ὄν· ἆρα διὰ τοῦ σώματος αὐτῶν τἀληθέ- E
στατον θεωρεῖται, ἢ ὧδ' ἔχει· ὃς ἂν μάλιστα ἡμῶν καὶ
ἀκριβέστατα παρασκευάσηται αὐτὸ ἕκαστον διανοηθῆναι,
περὶ οὗ σκοπεῖ, οὗτος ἂν ἐγγύτατα ἴοι τοῦ γνῶναι ἕκα-
στον; Πάνυ μὲν οὖν. Ἆρ' οὖν ἐκεῖνος ἂν τοῦτο ποιή-
σειε καθαρώτατα, ὅστις ὅ τι μάλιστα αὐτῇ τῇ διανοίᾳ
ἴοι ἐφ' ἕκαστον, μήτε τὴν ὄψιν παρατιθέμενος ἐν τῷ
διανοεῖσθαι μήτε τινὰ ἄλλην αἴσθησιν ἐφέλκων μηδε-
μίαν μετὰ τοῦ λογισμοῦ, ἀλλ' αὐτῇ καθ' αὐτὴν εἰλικρι- 66
νεῖ τῇ διανοίᾳ χρώμενος αὐτὸ καθ' αὐτὸ εἰλικρινὲς ἕκα-

αὐτῶν τἀληθέστατον] V. τἀληθέστατον αὐτῶν invitis codd. plurimis, ex quibus Bodl. αὐτῶν τὸ ἀληθέστατον crasi neglecta.

E. μήτε τινά] τινά haud dubie propter seq. μηδεμίαν extrusum recte tuentur Bodl. Vat. Ven. Π Tub. Vind. Φ Ambr. Flor. i. v. ann. Zitt. habet οὐδὲ μίαν.

P. 66. εἰλικρινές] εἱλικρινές cum spiritu aspero Bodl. Flor. i,

mune ac liberum, nullique mutationi obnoxium, revera est (ὄντως ἔστιν), cum ea, quae sub sensus cadunt, perpetua fluctuentur agitatione neque certam efficiant veritatis cognitionem.

καὶ τῶν ἄλλων — τῆς οὐσίας] Verba hoc modo iungenda sunt: καὶ περὶ τῆς οὐσίας τῶν ἄλλων ἑνὶ λόγῳ ἁπάντων, ὃ τυγχάνει ἕκαστον ὄν. [Krüger §. 47, 9, 19.] Formulam ἑνὶ λόγῳ ita positam habes Gorg. p. 524 D. Indicat vero οὐσία rerum vim ac naturam, quam vulgo essentiam vocant, ita ut cogitandum sit h. l. de eo, quod alibi nomine εἴδους et ἰδέας vocatnr. Itaque ista, ὃ τυγχάνει ἕκαστον ὄν, addita sunt nomini οὐσίας explicationis causa iudice etiam Heindorfio. Menon. p. 72 B μελίττης περὶ οὐσίας, ὅ τι ποτ' ἔστι.

E. ἀκριβέστατα παρασκ.] h. e. qui maxime ac diligentissime se assuefecerit, comparaverit.

αὐτὸ ἕκαστον] unumquodque per se spectatum, h. e. cuiusque rei naturam et formam s. ἰδέαν.

μήτε τὴν ὄψιν παρατιθέμενος] Tertull. De anima c. 18. p. 246. T. IV. ed. Semler., qui hunc locum Latinum fecit, haec verba reddidit sic: neque visionem proponens, ut legisse videatur προτιθέμενος. Sed vulgatum, quod est sibi apponens, adhibens in societatem, satis defenditur eo, quod deinde sequitur ἐφέλκων.

μήτε τινὰ ἄλλην — μηδεμίαν] Advertas οὐδείς post τις illatum. Infra p. 74 A ex optimis dedimus: οὐδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδέν, ubi τι vulgo aberat. Gorg. p. 463 A πράγματός τινός ἐστι μόριον οὐδενός. Eur. Alcest. 79 ἀλλ' οὐδὲ φίλων τις πέλας οὐδείς, quem locum a Monkio aliisque sollicitatum recte defendit Hermannus. conf. Schaefer. Indic. ad Greg. Corinth. v. τις.

P. 66. ἀλλ' αὐτῇ καθ' αὐτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρ.] Quod omitti poterat εἰλικρι-

στον ἐπιχειροῖ θηρεύειν τῶν ὄντων, ἀπαλλαγεὶς ὅ τι μάλιστα ὀφθαλμῶν τε καὶ ὤτων καὶ ὡς ἔπος εἰπεῖν ξύμπαντος τοῦ σώματος, ὡς ταράττοντος καὶ οὐκ ἐῶντος τὴν ψυχὴν κτήσασθαι ἀλήθειάν τε καὶ φρόνησιν, ὅταν κοινωνῇ; ἆρ' οὐχ οὗτός ἐστιν, ὦ Σιμμία, εἴπερ τις καὶ ἄλλος, ὁ τευξόμενος τοῦ ὄντος; Ὑπερφυῶς, ἔφη ὁ Σιμμίας, ὡς ἀληθῆ λέγεις, ὦ Σώκρατες.

B Cap. XI. Οὐκοῦν ἀνάγκη, ἔφη, ἐκ πάντων τούτων

quod dedit Herm. coll. Ruhnk. ad Tim. p. 264 et Schneider. ad Remp. V. p. 477 A. v. annot. Dein vett. editt. ἐπιχειρεῖ. Bodl. Vat. Ven. Π Tub. Aug. Vind. Υ Par. ACGH Ambr. Flor. a b c d i Zitt. ἐπιχειροῖ. Coisl. ἐπιχειροίη, quod e Bodl. superscriptum; idque suscepit Bekker. Sed utraque forma cum Platoni videatur placuisse, singulis locis codicum testimonia audienda sunt. v. Schneider. ad Remp. IV. p. 428 D.

καὶ ἄλλος] καί e Bodl. Tub. Ven. Π Vind. Φ et Υ Par. G Ambr. additum.

νεῖ, eo dilucidius explicatur pronomen αὐτῇ. Pari ratione usurpatur αὐτὸς μόνος, de quo v. Toup. ad Longin. p. 526 ed. Weisk. Heindorf. ad Charm. p. 156 B. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 308. Dicitur autem εἰλικρινές, quidquid nihil dispar sui et dissimile admixtum habet, sincerum, purum. Valckenar. in Schol. ad N. F. ed. Wassenbergh. T. II. p. 181: „In glosariis redditur integrum, sincerum. Abstrusior aliquanto compositionis ratio. Videtur tamen vox formata ab εἴλος et κρίνω. Hoc notat secernere. εἴλος et ἴλος et ἴλη globus est, ab εἰλεῖν et ἰλεῖν, volvere. Ex hac origine εἰλικρινές proprie significat volvendo s. volubili agitatione secretum, atque adeo cribro purgatum.“ Partem veri vidit Guyetus ad Hesych., qui εἰλικρινές interpretatur verbis καθαρόν, ἄδολον, ἀληθές, φανερόν. De constructione conf. De Rep. V. p. 459 D συχνῷ τῷ ψεύδει καὶ τῇ ἀπάτῃ ἡμῖν δεήσειν χρῆσθαι τοὺς ἄρχοντας. Ibid. I. p. 344 D καταντλήσας — πολὺν τὸν λόγον. Ibid. VIII. p. 562 D πολλὴν παρέχουσι τὴν ἐλευθερίαν. Ibid. X. p. 574 D. Epistol. VII. p. 332 B πιστοῖς ἐχρήσατο τοῖς κοινωνοῖς. Dem. in Mid. p. 16 ed. Spald. ὅτι καὶ τούτῳ πολλῷ χρήσεται λόγῳ. Antoc. adv. Alc. p. 33. 14 St. πολλῇ τῇ νίκῃ χρῆται. — ἐπιχ. θηρεύειν. Platonem eiusque imitatores saepe usos esse vocabulis venatoriis de vero investigando docuerunt Davis. ad Cic. De N. D. I. 30. Wyttenbach. in Epist. Crit. p. 259 ed. Lips. Heusdius in Spec. Crit. p. 88. Astius ad Polit. p. 492 et ad Legg. p. 97.

ὡς ἔπος εἰπεῖν] propemodum dixerim, prope, quod inservit leniendis et restringendis verbis sequentibus ξύμπαντος τοῦ σώματος. v. ad Symp. p. 179 A. Remp. I. p. 341 B. Gorg. p. 450 B. Mox εἴπερ τις καὶ ἄλλος dicitur, ut supra p. 59 A εἴπερ τις πώποτε καὶ ἄλλος, et saepissime alibi, veluti Xen. Symp. II. 6. Mem. III. 6, 2. An. I. 3, 15. II. 4, 6. Cyr. III. 3, 42. V. 1, 6. Vid. Heindorf. ad h. l. et Valckenar. ad Phoeniss. 1589. 1590, ut certum sit istud καί recte ex codd. optimis additum esse.

ὑπερφυῶς — ὡς ἀληθῆ] Infra p. 96 A θαυμαστῶς ὡς.

παρίστασθαι δόξαν τοιάνδε τινὰ τοῖς γνησίως φιλοσόφοις, ὥςτε καὶ πρὸς ἀλλήλους τοιαῦτ' ἄττα λέγειν, ὅτι Κινδυνεύει τοι ὥςπερ ἀτραπός τις ἐκφέρειν ἡμᾶς μετὰ

Cap. XI. B. *ἀτραπός τις ἐκφέρειν*] *τις* add. Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Ambr. Flor. d. Sic *ὥςπερ* sequente *τις* saepe positum, veluti De Rep. II. p. 427 *δοκεῖ μοι εἶναι (ἡ πόλις) ὥςπερ ὑγιής τις.* Dein *ἡμᾶς ἐκφέρειν* pro *ἐκφέρειν ἡμᾶς* Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G et alii nonnulli. Quod dederunt Bekker. et Turicenss. Sed Herm. *ἡμᾶς* ob incertam sedem eiecit.

Cap. XI. B. *παρίστασθαι δόξαν*] v. p. 58 E ibique annot.

ὅτι Κινδυνεύει τοι] Ante omnia tenendum loquentes introduci philosophos ipsos, ita ut *ὅτι* positum sit abundanter, quod pervulgatum est. v. Matth. §. 624. Deinde inde a *Κινδυνεύει τοι* sequitur ipsa philosophorum sententia recta oratione enuntiata. Ea vero, si quid iudicare possumus, haec est: Videtur sane tamquam semita quaedam (h. e. via arctior nec vero lata, qualis est via regia) nobis relicta esse, cuius ope in quaerenda rerum veritate, cum sensuum perturbationes maximae sint, ad propositum, h. e. ad veritatis cognitionem educamur. Quippe *ἀτραπός*, semita, nihil aliud intellegitur, opinor, quam *λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος*, ut infra p. 67 D dicitur, sive *τὸ ἀπαλλάττεσθαι τοῦ σώματος καὶ αὐτῇ τῇ ψυχῇ θεᾶσθαι αὐτὰ τὰ πράγματα* (DE.). Nam eiusmodi seiunctio animi Socrati Platonico videtur quasi *κάθαρσις* quaedam esse, sicut e p. 66 E et 67 A intellegitur. Recte igitur Olympiodorus: *φησίν, ὅτι ταύτην τὴν ἀτραπὸν ἰτέον, οὐ τὴν λεωφόρον· τοῦτ' ἔστι, καθαρτικῶς ζητέον. ἀτραπὸς γὰρ ἡ ὁδός, τοῦτ' ἔστιν ἡ κάθαρσις ἡ ἐπὶ τὴν θεωρίαν ἄγουσα. οὐ τὴν λεωφόρον* (viam regiam) *δὲ δεῖ ἰέναι, τοῦτ' ἔστι τὴν τῶν πολλῶν. καὶ Πυθαγόρειον γὰρ ἦν παράγγελμα φεύγειν τὰς λεωφόρους.* Nam ut Plato non cogitaverit de praecepto isto Pythagorico, de quo v. Rittershus. ad Porphyr. De vit. Pythag. §. 42 et Gyrald. De symbol. Pythagor. p. 103 in ed. Hierocl. Lond. 1673 laudatus ille a Wyttenbachio ad h. l., tamen dubium non est, quin *ἀτραπός* intellegenda sit solutio animi a corpore, qualis perfecta mortalibus morte demum obtingit. Quae quidem semita ideo vocatur, quia ea tamquam angusta quaedam via philosophis relicta est, qua in tantis sensuum perturbationibus possint eluctari ad absolutae veritatis cognitionem. Etenim *ἐκφέρειν*, educere, nunc significat: ex difficultatibus educere, quae sensuum perturbationibus ac ludibriis oriuntur, ita ut ad certum aliquem finem perveniatur. Nam proprie est: ex impedito in liberum educere, e loco septo in apertum efferre. v. Soph. Aiac. 7. Oed. Col. 1424, quos locos attulit etiam Heindorf., et Plat. Cratyl. p. 386 A. Iam vero semita illa hoc facere dicitur *ἐν τῇ σκέψει*, h. e. in investigatione veritatis. Nam de hac cogitandum esse ex universae disputationis ratione apparet. Ita supra p. 65 A *ἐν τῇ ζητήσει* et p. 66 D *πρὸς τὸ σκοπεῖν τι* ac plenius paullo De Rep. I. p. 336 E *ἐν τῇ τῶν λόγων σκέψει.* Fieri autem illud videri dicitur *μετὰ τοῦ λόγου*, i. e. ratione ducente vel adiuvante, dum sola mente veritatem rerum cognoscere studeamus sensibus corporis non adhibitis, cum aliter faciant illi, qui *τὴν λεωφόρον* ingrediuntur et in rerum cognitione etiam sensuum et corporis ope utuntur, licet iis varie perturbentur. Pertinet enim *μετὰ τοῦ λόγου* sine dubio ad *ἀτραπός τις ἐκφέρειν*

τοῦ λόγου ἐν τῇ σκέψει, ὅτι, ἕως ἂν τὸ σῶμα ἔχωμεν καὶ ξυμπεφυρμένη ᾖ ἡμῶν ἡ ψυχὴ μετὰ τοῦ τοιούτου κακοῦ, οὐ μή ποτε κτησώμεθα ἱκανῶς οὗ ἐπιθυμοῦμεν·

κτησώμεθα] Bekker. e solo Vind. Φ et Ambr. κτησόμεθα dedit praeceptum Dawesi secutus, quod tamen fide indignum esse hodie nemo dubitavit; v. Hermann. ad Eur. Med. 300 et nos ad Phil. p. 21 E ac Remp. VI. p. 492 E.

neque commode cum **ἐν τῇ σκέψει** connecti potest, quo facto omisso articulo **μετὰ λόγου** requireretur, sicuti scriptum legitur Tim. p. 27 D. Protag. p. 324 B. Phaedr. p. 256 A. Theaet. p. 206 E atque hic quoque unus codex Par. E scriptum exhibet. Sed **μετὰ τοῦ λόγου** omnino arctius convenit cum prosopopoeia, qua **ἡ ἀτραπός** dicitur **ἐκφέρειν,** quandoquidem **μετά** significat ope et auxilio, de quo usu v. ann. ad Remp. VIII. p. 560 D. IX. p. 571 B. Soph. p. 265 C **μετὰ λόγου τε καὶ ἐπιστήμης θείας** (**τὴν φύσιν αὐτὰ γεννᾶν**). Et sic **μετὰ τοῦ σώματος** dicitur Phaed. p. 66 E **εἰ — μὴ οἷόν τε μετὰ τοῦ σώματος μηδὲν καθαρῶς γνῶναι.** Itaque istud **μετὰ τοῦ λόγου** non sollicitandum fuit, quod fuit qui eliminandum arbitraretur. Nec vero **ἀτραπόν** recte interpretatus est Franc. Winiewski in Indic. Lectt. Academ. Monaster. a. 1853 — 54: quaestionis viam et rationem, quae ad exitum perducit, cum in aprico sit eo nomine non veri quaerendi viam, sed ipsam veritatis quaerendae et inveniendae facultatem significari per animi a corpore liberationem philosophis concessam. Iam vero etiam in proximis critici, quomodo istud **ὅτι** accipiendum esset, vehementer dubitaverunt. Nam alii synesin commenti sunt, ut C. F. Hermann. (Abhandl. u. Beitr. p. 71), quibus viam praeivit Stephanus locum sic interpretans: Videtur nos via quasi quaedam in hac quaestione adducere eo, ut statuamus nunquam fore, ut, quamdiu animus etc. Alii ad ellipsin confugerunt, ut Winiewski l. c., qui **ὅτι** ex omisso aliquo verbo suspensum esse putat, nisi quis malit ad **κινδυνεύει** intellegere **αὕτη ἡ δόξα.** Denique nuper Herm. Schmidt. in Progr. Wittenbergens. a. 1846 et in libro: Kritischer Commentar zu Platos Phaedo I. p. 76 scribendum contendit: **μετὰ τούτου τοῦ λόγου,** quod interpretatur: huius doctrinae ope, mit Hilfe dieses Satzes, ut **ὅτι** inde suspensum putetur. Sed haec Schmidti ratio valere propterea non potest, quod primum quidem isto **μετὰ τοῦ λόγου** aegre caruerimus; deinde vero etiam nemo quisquam dixerit: es scheint uns ein schmaler Weg mit Hilfe dieses Satzes herauszuführen, quandoquidem angustae viae non potuit recte talis doctrina vel potius talis sententia tribui. De synesi autem vel ellipsi, quam alii statuerunt, ita existimamus, ut alterum eiusmodi exemplum donec prolatum fuerit, de eius veritate dubitari licere arbitremur. Nec vero his tantis machinis ad explicandum locum opus fuit. Nam **ὅτι** simpliciter est quia. Quippe affertur causa et ratio, cur angusta tantum via ex istis difficultatibus educere videatur, ita ut semitae notio in antegressis primaria sit. Nam quamdiu animus cum hoc corpore mortali colligatus sit, nunquam futurum esse iudicatur, ut **ἱκανῶς,** satis, iusto modo, assequamur veri scientiam. Relinquitur igitur hoc unum, quod sane arctiori alicui viae est simillimum, ut qui eius studiosi sint, ii animum a corporis societate, quantum fieri possit, avocatum in se colligant et ista ratione mori discant. Verum satis haec de loco subdifficili. Quod vero **τοι** post **Κινδυνεύει** interpositum est, id quo sensu accipien-

φαμὲν δὲ τοῦτο εἶναι τὸ ἀληθές. μυρίας μὲν γὰρ ἡμῖν ἀσχολίας παρέχει τὸ σῶμα διὰ τὴν ἀναγκαίαν τροφήν· ἔτι δέ, ἄν τινες νόσοι προςπέσωσιν, ἐμποδίζουσιν ἡμῶν C τὴν τοῦ ὄντος θήραν· ἐρώτων δὲ καὶ ἐπιθυμιῶν καὶ φόβων καὶ εἰδώλων παντοδαπῶν καὶ φλυαρίας ἐμπίπλησιν ἡμᾶς πολλῆς, ὥςτε, τὸ λεγόμενον, ὡς ἀληθῶς τῷ ὄντι ὑπ' αὐτοῦ οὐδὲ φρονῆσαι ἡμῖν ἐγγίγνεται οὐδέποτε οὐδέν. καὶ γὰρ πολέμους καὶ στάσεις καὶ μάχας οὐδὲν ἄλλο παρέχει ἢ τὸ σῶμα καὶ αἱ τούτου ἐπιθυμίαι. διὰ γὰρ τὴν τῶν χρημάτων κτῆσιν πάντες οἱ πόλεμοι ἡμῖν γίγνονται, τὰ δὲ χρήματα ἀναγκαζόμεθα κτᾶσθαι διὰ τὸ D σῶμα, δουλεύοντες τῇ τούτου θεραπείᾳ· καὶ ἐκ τούτου ἀσχολίαν ἄγομεν φιλοσοφίας πέρι διὰ πάντα ταῦτα. τὸ δ' ἔσχατον πάντων, ὅτι, ἐάν τις ἡμῖν καὶ σχολὴ γένηται ἀπ' αὐτοῦ καὶ τραπώμεθα πρὸς τὸ σκοπεῖν τι, ἐν ταῖς ζητήσεσιν αὖ πανταχοῦ παραπῖπτον θόρυβον παρέχει καὶ

C. ἐρώτων δὲ καί] V. τε, quod e Bodl. Tub. Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambr. correctum.

ἡμῖν γίγνονται] ἡμῖν e Bodl. Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambros. restitutum.

D. διὰ πάντα ταῦτα] Sic codd. plurimi et optimi. Vett. editt. δ. ταῦτα πάντα.

dum sit, nemo dubitaverit; v. supra ad p. 63 A et Gorg. p. 499 B. 458 B al.

μυρίας — ἀσχολίας] Loci summam refert Plut. Consol. ad Apoll. T. VI. p. 410 ed. Reisk. sqq.

C. καὶ φλυαρίας ἐμπ.] h. e. denique omnino nugis et rebus futilibus, de qua ratione dicendi v. ad Gorg. p. 490 C. Men. p. 81 B. Praeterea audias Olympiodor. p. 29 φλυαρίαν καλεῖ ὁ Πλάτων πᾶν τὸ περιττόν, οὐ μόνον τὸ ἐν λόγοις, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν ἔργοις. conf. Sympos. p. 211 E.

τὸ λεγόμενον] ut dictitari solet. Videntur verba ὑπό τινος οὐδὲ φρονῆσαι δύνασθαι proverbii usum habuisse, cuius tamen rei exempla non in promtu habemus. Optime autem observavit Wyttenbachius, quod vulgo nondum satis cognitum est, solere ὡς ἀληθῶς et item τῷ ὄντι citatis locis atque sententiis addi. Lach. p. 196 D κατὰ τὴν παροιμίαν ἄρα τῷ ὄντι οὐκ ἂν πᾶσα ὗς γνοίη οὐδ' ἂν ἀνδρεία γένοιτο. Xen. Sympos. IV. 8 ὄψον μὲν γὰρ δὴ ὄντως ἔοικεν εἶναι τὸ κρόμυον, ubi vulgo οὕτως scribitur. Hoc loco ὡς ἀληθῶς et τῷ ὄντι positum ἐκ παραλλήλου, ut Lach. p. 183 D ἐν τῇ ἀληθείᾳ ὡς ἀληθῶς. Cum proximis conf. Tim. p. 42 et 86. Cic. De fin. I. 13.

D. ἀσχολίαν ἄγομεν φ. π.] h. e. impedimur, ne ponere studium in philosophia possimus, interprete Fischero. — Idem παραπίπτειν recte iudicavit dici ea, quae interveniunt casu et fortuito atque adeo tempore alieno. Ceterum de labe, qua animus per corporis communionem affectus est, contulisse iuvabit praeclarum locum Rep. X. p. 611 BCD.

ταραχὴν καὶ ἐκπλήττει, ὥςτε μὴ δύνασθαι ὑπ' αὐτοῦ καθορᾶν τἀληθές, ἀλλὰ τῷ ὄντι ἡμῖν δέδεικται, ὅτι, εἰ μέλλομέν ποτε καθαρῶς τι εἴσεσθαι, ἀπαλλακτέον αὐτοῦ
E καὶ αὐτῇ τῇ ψυχῇ θεατέον αὐτὰ τὰ πράγματα· καὶ τότε, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἔσται οὗ ἐπιθυμοῦμέν τε καί φαμεν ἐρασταὶ εἶναι, φρονήσεως, ἐπειδὰν τελευτήσωμεν, ὡς ὁ λόγος σημαίνει, ζῶσι δὲ οὔ. εἰ γὰρ μὴ οἷόν τε μετὰ τοῦ σώματος μηδὲν καθαρῶς γνῶναι, δυοῖν θἄτερον, ἢ οὐδαμοῦ ἔστι κτήσασθαι τὸ εἰδέναι, ἢ τελευτήσασι· τότε
67 γὰρ αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἔσται ἡ ψυχὴ χωρὶς τοῦ σώματος, πρότερον δ' οὔ. καὶ ἐν ᾧ ἂν ζῶμεν, οὕτως, ὡς ἔοικεν, ἐγγυτάτω ἐσόμεθα τοῦ εἰδέναι, ἐὰν ὅ τι μάλιστα μηδὲν ὁμιλῶμεν τῷ σώματι, μηδὲ κοινωνῶμεν, ὅ τι μὴ πᾶσα ἀνάγκη, μηδὲ ἀναπιμπλώμεθα τῆς τούτου φύσεως, ἀλλὰ καθαρεύωμεν ἀπ' αὐτοῦ, ἕως ἂν ὁ θεὸς αὐτὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. καὶ οὕτω μὲν καθαροὶ ἀπαλλαττόμενοι τῆς τοῦ σώματος ἀφροσύνης, ὡς τὸ εἰκός, μετὰ τοιούτων τε ἐσό-

E. ἔσται ἡ ψυχή] Sic Bodl. Vind. Φ Par. G Ambr. pro vulg. ἡ ψυχὴ ἔσται.

δέδεικται] h. e. exploratum est, manifestum exstitit. Morus Indic. ad Isocr. Panegyr. s. v. „δέδεικται, inquit, exemplis et usu demonstratum est, constat.“ Recte. Dictionem ex Aristot., Plut., Plotin. illustrat Wyttenbach. ad h. l. Itaque non opus est cum Heusdio corrigere δέδοκται.

E. οὗ ἐπιθυμοῦμεν, — φρονήσεως] Appositio relativo, non principi nomini accommodata, de qua constructione v. Apolog. p. 41 A. Menon. p. 94 D et Symp. p. 206 A ibique ann. coll. Matthiae Gr. §. 474 b.

τότε γὰρ αὐτὴ καθ' αὑτὴν ἡ ψ. κ. τ. λ.] Tum enim demum secum ipse vivet animus secretus a corpore nec unquam antea; atque dum vivemus, ita demum quam proxime ad veram scientiam accedemus, si, quam maxime fieri possit, nos a corporis consuetudine et communione, nisi ubi summa eius necessitas inciderit, abstrahamus caveamusque, ne vitiosa corporis natura inquinemur, sed potius nos ab ea puros illibatosque servemus, donec nos deus ipse exsolverit. Pro ἐν ᾧ, dum, quamdiu, parum considerate Hirschig. ἕως scripsit, illud Graecum esse negans. Tu ne credas; v. De Rep. VI. p. 498 B. VII. 516 E. Symp. 185 D. 207 D coll. Lambert. Bos. De ellips. p. 555 ed. Schaef. De verbo ἀναπιμπλάναι polluendi, inquinandi significatione posito v. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 30.

P. 67. μετὰ τοιούτων] Intell. καθαρῶν. Verba τοῦτο δ' ἐστὶν ἴσως τὸ ἀληθές Schützius immerito in glossematis suspitionem vocavit offensus maxime isto ἴσως. Verum solere hanc vocem a scriptoribus Atticis urbanitatis et modestiae causa etiam in re certa et explorata usurpari docuerunt Locella ad Xenoph. Ephes. p. 188. Schae-

μεθα καὶ γνωσόμεθα δι' ἡμῶν αὐτῶν πᾶν τὸ εἰλικρινές· τοῦτο δ' ἐστὶν ἴσως τὸ ἀληθές. μὴ καθαρῷ γὰρ καθα- B ροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. Τοιαῦτα οἶμαι, ὦ Σιμμία, ἀναγκαῖον εἶναι πρὸς ἀλλήλους λέγειν τε καὶ δοξάζειν πάντας τοὺς ὀρθῶς φιλομαθεῖς. ἢ οὐ δοκεῖ σοι οὕτως; Παντός γε μᾶλλον, ὦ Σώκρατες.

Cap. XII. Οὐκοῦν, ἔφη ὁ Σωκράτης, εἰ ταῦτ' ἀληθῆ, ὦ ἑταῖρε, πολλὴ ἐλπὶς ἀφικομένῳ οἷ ἐγὼ πορεύομαι, ἐκεῖ ἱκανῶς, εἴπερ που ἄλλοθι, κτήσασθαι τοῦτο, οὗ ἕνεκα ἡ πολλὴ πραγματεία ἡμῖν ἐν τῷ παρελθόντι βίῳ γέγονεν, ὥστε ἥ γε ἀποδημία ἡ νῦν μοι προστεταγμένη μετὰ ἀγα- C

P. 67. *τὸ ἀληθές.*] τἀληθές unus Par. I, ut scripsit Bekker.

B. *λέγειν τε καί*] τε e Vat. Tub. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. d restitutum.

Παντός γε] Steph. errore πάντως.

Cap. XII. *ἐκεῖ ἱκανῶς*] V. ἱκανῶς ἐκεῖ refragantibus Bodl. Ven. Π al.

παρελθόντι] V. παρόντι, quod e Bodl. Tubing. Aug. Coisl. Vat. Ven. ΛΞΠ septem Vindobb. Par. CGIL Ambr. Flor. emendatum. Refertur enim istud παρελθόντι eo, quod antea dictum est ἀφικομένῳ. Quo neglecto temere scripserunt παρόντι.

νῦν μοι] μοι Bodl. Tub. et pr. Ven. Π. Vulgo ἐμοί.

fer. ad Longum p. 357. Astius ad Legg. p. 78 alii. v. Arist. Avv. 1496, ubi forsan absonum, Thesmoph. 719. Dem. Phil. II. p. 66 R. ἴσως εἰκός.

B. *μὴ καθαρῷ γάρ —*] Nam cum secundum Platonem similia a similibus cognoscantur, etiam purus tantum animus puram sinceramque idearum veritatem cognoscere poterit. Plut. de Iside et Osiride p. 352 D καθαροῦ γάρ, ᾗ φησιν ὁ Πλάτων, οὐ θεμιτὸν ἅπτεσθαι μὴ καθαρῷ. Synes. Dione p. 50 A τῷ μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ, Πλάτωνος ἀπεδεξάμεθα. Hierocles Comment. in Aur. Carm. p. 6 μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ. Plura Wyttenbach. Sed vel ex his putamus patere, quid statuendum sit de lectione quorundam librorum, μὴ καθαρὸν γάρ. Conf. etiam Apolog. p. 30 C.

Cap. XII. *ἐλπὶς ἀφ. — κτήσασθαι*] h. e. si quis venerit, quo ego abeo. Neque enim scriptum est: ἐμοὶ ἀφικομένῳ. Ne vero aliquis futurum κτήσεσθαι requirat, saepenumero post verba sperandi, putandi, dicendi simplex aoristus infertur, ubi res ipsa per se spectata significatur exclusa perpetuitatis, eventus, aliarum rationum notione. Itaque futuri temporis significatio non inest in infinitivo pendente, sed in verbo, unde constructio suspensa est. Quae cum ita sint, *ἐλπὶς — κτήσεσθαι* significat: speramus fore, ut olim assequamur, quo indicatur rem futuro tempore esse duraturam et mansuram; illud vero, *ἐλπὶς ἀφ. — κτήσασθαι* est: speramus assequi s. speramus adeptionem rei, ita ut assequendi et adipiscendi notio per se sola tenenda sit seiuncta futurae perpetuitatis et durationis cogitatione. Unde fit, ut aoristus saepe rei cito incidentis vel transeuntis significationem habere videatur. Similiter olim satuit etiam Hermann. ad Soph. Aiac. 1061. Mox: ἐλπίς ἐστιν οὐ διὰ βίου ἥρων τυχεῖν. Xen. Cyrop. I. 5, 9 ἐλπίζουσι τῷ

θῆς ἐλπίδος γίγνεται καὶ ἄλλῳ ἀνδρί, ὃς ἡγεῖταί οἱ παρεσκευάσθαι τὴν διάνοιαν ὥςπερ κεκαθαρμένην. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Σιμμίας. Κάθαρσις δὲ εἶναι ἆρα οὐ τοῦτο ξυμβαίνει, ὅπερ πάλαι ἐν τῷ λόγῳ λέγεται, τὸ χωρίζειν ὅ τι μάλιστα ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν καὶ ἐθίσαι αὐτὴν καθ' αὑτὴν πανταχόθεν ἐκ τοῦ σώματος συναγείρεσθαί τε καὶ ἀθροίζεσθαι, καὶ οἰκεῖν κατὰ τὸ δυνατὸν καὶ ἐν τῷ νῦν παρόντι καὶ ἐν τῷ ἔπειτα μόνην
D *καθ' αὑτήν, ἐκλυομένην ὥςπερ ἐκ δεσμῶν ἐκ τοῦ σώ-*

C. *παρεσκευάσθαι*] *παρασκευάσασθαι* Vat. Ven. Φ Par. G Ambr. Flor. d male.

D. *ἐκ δεσμῶν*] Hoc *ἐκ* om. Bodl. Tub. Vat. Vind. Φ Flor. d. In Ven. a alterum *ἐκ* erasum. Ambros. totum hoc *ἐκ δεσμῶν* ignorat.

λέγειν εὖ πείθοντες ἀνθρώπους πολλὰ καὶ μεγάλα ἀγαθὰ διαπράξασθαι, ubi non debebat *διαπράξεσθαι* scribi. Lysias XIX. 7. Pl. De Rep. II. p. 369 A. Sed affatim exemplorum collegerunt Heindorf. ad h. l. et ad Protag. 316 B. Schaefer. ad Theocr. XXVII. 60, ad Demosth. T. I. p. 13. v. 16. R. et Lobeck. ad Phryn. p. 749 sqq. Matth. Gr. §. 501.

C. *καὶ ἄλλῳ ἀνδρί*] Opponuntur haec verba pronomini *μοι* in iis, quae proxime praecedunt: *ἡ νῦν μοι προςτεταγμένη.* Professus autem est supra Socrates se sperare *εἶναί τι τοῖς τετελευτηκόσι καὶ — πολὺ ἄμεινον τοῖς ἀγαθοῖς ἢ τοῖς κακοῖς.*

οἱ παρεσκευάσθαι τὴν διάνοιαν ὥςπερ κεκαθ.] sibi mentem comparatam esse quasi purgatam, vel ut Wyttenbach. interpretatur: qui putat sibi mentem praeparatam esse quippe purgatam. Nimirum *παρεσκευάσθαι* proprie est alicui comparatum, acquisitum esse, h. e. alicui esse.

Κάθαρσις δὲ εἶναι — ξυμβαίνει] Solet nomen verbo *συμβαίνει* praemissum plerumque collocari in casu nominativo. Phileb. p. 55 A *πολλή τις — ἀλογία ξυμβαίνει γίγνεσθαι, ἐάν τις τὴν ἡδονὴν ὡς ἀγαθὸν ἡμῖν τιθῆται.* Parm. p. 134 A *ἑκάστη τῶν παρ' ἡμῖν ὄντων ἑκάστου ἂν ἐπιστήμη συμβαίνοι εἶναι.* De Rep. IV. p. 438 E *ἐπιστήμη — συνέβη καὶ αὐτὴ γενέσθαι.* Sed idem illud verbo postpositum fere in casu accusativo collocatur. Phaed. p. 74 A *ἆρ' οὖν συμβαίνει τὴν ἀνάμνησιν εἶναι μὲν ἀφ' ὁμοίων, εἶναι δὲ καὶ ἀπ' ἀνομοίων*; Protag. p. 333 C *συμβαίνει μέντοι ἴσως καὶ ἐμὲ τὸν ἐρωτῶντα καὶ τὸν ἀποκρινόμενον ἐξετάζεσθαι.* Enimvero subiecto praemisso facilior est attractio. Nec tamen nominativus repudiandus est infra p. 80 B *τάδε συμβαίνει — ὁμοιότατον εἶναι ψυχή*, ubi vulgo erat *ψυχήν*.

D. *ὥςπερ ἐκ δεσμῶν ἐκ τοῦ σώματος*] Solent Graeci in comparationibus, quando id, quocum aliquid comparatur, primum locum tenet, rei comparatae non praemittere praepositionem, sed eam ita reticere, ut ex antecedentibus intellegenda sit. De Rep. VIII. p. 545 E *ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας*, h. e. *ὡς πρὸς παῖδας πρὸς ἡμᾶς.* Tim. p. 27 B *ὡς εἰς δικαστὰς ἡμᾶς.* Ibid. p. 79 A *ῥεῖν ὥσπερ δι' αὐλῶνος τοῦ σώματος*, ubi male Turicenses *δι'* ante *αὐλῶνος* omisso ante *τοῦ σώματος* inseruerunt *διά.* Protag. p. 337 E *ὥσπερ ὑπὸ διαιτητῶν ἡμῶν συμβιβαζόντων.* Theaet. p. 170 A *ὥσπερ πρὸς θεοὺς ἔχειν τοὺς ἐν ἑκάστοις ἄρχοντας*, ubi v. ann.

ματος; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Οὐκοῦν τοῦτό γε θάνατος ὀνομάζεται, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος; Παντάπασί γ', ἦ δ' ὅς. Λύειν δέ γε αὐτήν, ὥς φαμεν, προθυμοῦνται ἀεὶ μάλιστα καὶ μόνοι οἱ φιλοσοφοῦντες ὀρθῶς, καὶ τὸ μελέτημα αὐτὸ τοῦτό ἐστι τῶν φιλοσόφων, λύσις καὶ χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος. ἢ οὔ; Φαίνεται. Οὐκοῦν, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔλεγον, γελοῖον ἂν εἴη ἄνδρα παρασκευάζονθ' ἑαυτὸν ἐν τῷ βίῳ ὅ τι ἐγγυτάτω ὄντα τοῦ τεθνάναι οὕτω ζῆν, κᾄπειθ', ἥκοντος E *αὐτῷ τούτου, ἀγανακτεῖν; οὐ γελοῖον; Πῶς δ' οὔ; Τῷ ὄντι ἄρα, ἔφη, ὦ Σιμμία, οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες ἀποθνήσκειν μελετῶσι, καὶ τὸ τεθνάναι ἥκιστ' αὐτοῖς ἀνθρώπων φοβερόν. ἐκ τῶνδε δὲ σκόπει. εἰ γὰρ διαβέβληνται μὲν πανταχῇ τῷ σώματι, αὐτὴν δὲ καθ' αὐτὴν*

τῶν φιλ. — ψυχῆς ἀπὸ σώματος.] Hic Bodl. [Bodl. *τῆς* cf. Stallb. ad p. 104 C.] Ven. *Π τῆς ψυχῆς* addito articulo. Pro vulg. *ἀπὸ τοῦ σώματος* scripsimus *ἀπὸ σώματος* e Bodl. Tub. Aug. Vat. Coisl. Ven. *Λ* Vind. *Φ* Par. ACEGH Ambr. Flor. a d i m. In Ven. *Π* est *τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος.* Verisimile est utrumque articulum a grammatico additum esse. v. ad p. 83 C.

nostr. Legg. X. p. 905 B *ὡς ἐν κατόπτροις αὐτῶν ταῖς πράξεσι καθεωρακέναι.* Itaque secundum hanc rationem *ἐκ* ante *δεσμῶν* nemo cum Bodl. Vat. al. exturbaverit; quod si per usum loquendi alterutro loco omitti potuit, ante *τοῦ σώματος* potuit, ut nollem nuper *ὥσπερ δεσμῶν* scriptum esset. Sed recte se habet *ἐκ* repetitum, cum praepositiones in comparationibus subinde etiam geminentur. Sic infra p. 82 E *ὥσπερ δι' εἱργμοῦ διὰ τούτου σκοπεῖσθαι τὰ ὄντα.* Ibid. p. 110 E, ubi v. ann. Ibid. p. 115 B *ὥσπερ κατ' ἴχνη κατὰ τὰ νῦν εἰρημένα.* Phaedr. p. 255 D *ὥσπερ δὲ ἐν κατόπτρῳ ἐν τῷ ἐρῶντι ἑαυτὸν ὁρῶν λέληθε.* De Rep. VIII. p. 553 B *πταίσαντα ὥσπερ πρὸς ἕρματι πρὸς τῇ πόλει.*

ὅ τι ἐγγυτάτω ὄντα τοῦ τεθνάναι οὕτω ζῆν] h. e. qui se ita componit et hoc studet, ut vitam agat morti quam proximam. De *οὕτω* post participium illato v. ad p. 61 C.

E. *τούτου*] refer ad *τὸ τεθνάναι.* — *αὐτῷ*, v. ad Protag. p. 321 C.

οὐ γελοῖον;] Non puto necessarium esse, quod coniecit Heusdius Specim. Crit. p. 17 *ἢ οὐ γελοῖον;* Perperam autem in editt. antiquioribus distinctio post *ἀγανακτεῖν* deerat. Nisi forte *οὐ γελοῖον* per anacoluthon grata quadam orationis neglegentia repetitum est variata etiam constructione.

εἰ γὰρ διαβέβληνται] h. e. si infensi sunt corpori, si oderunt omnino corpus, ut mox *ᾧ διαβέβληντο.* Nam *διαβάλλεσθαί τινι* vel *πρός τι* est alicui reddi inimicum et *διαβάλλειν τινά τινι* vel *πρός τινα* aliquem alicui inimicum reddere. v. Thom. Mag. p. 209. Wesseling. ad Her. VI. 64, ad Diodor. I. 93 et doctissimam annotationem Wyttenbachii ad Plut. Moralia p. 299 = 226. T. I. ed. Lips. Praeterea duplex protasis hypothetica animadvertenda est, cuius tamen

ἐπιθυμοῦσι τὴν ψυχὴν ἔχειν, τούτου δὲ γιγνομένου εἰ φοβοῖντο καὶ ἀγανακτοῖεν, οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη, εἰ μὴ ἄσμενοι ἐκεῖσε ἴοιεν, οἷ ἀφικομένοις ἐλπίς ἐστιν οὗ
68 διὰ βίου ἤρων τυχεῖν· ἤρων δὲ φρονήσεως· ᾧ τε διεβέβληντο, τούτου ἀπηλλάχθαι ξυνόντος αὐτοῖς; ἢ ἀνθρωπίνων μὲν παιδικῶν καὶ γυναικῶν καὶ υἱέων ἀπο-

E. *εἰ φοβοῖντο*] Hic *εἰ* insertum e Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d.

P. 68. *διεβέβληντο*] Coisl. Par. CE Flor. b d i m *διαβέβληντο.* conf. p. 73 E et 76 A ann. crit. Mox e Tub. Fischer. dedit *ὄψεσθαί τε ἐκεῖ*, quod etiam est in Ven. *ΞΠ.* Vulg. *τι ἐκεῖ*, quod cum Bodl. aliisque retinuit etiam Bekker., ferri non potest; nec tuitus est Herm.

exempla bene multa suppetunt. Theaet. p. 147 A *εἴ τις ἡμᾶς τῶν φαύλων τι καὶ προχείρων ἔροιτο — εἰ ἀποκριναίμεθα αὐτῷ πηλὸς —, οὐκ ἂν γελοῖοι εἶμεν;* Gorg. p. 453 C *ὥςπερ ἂν εἰ ἐτύγχανόν σε ἐρωτῶν —, εἴ μοι εἶπες, ὅτι κ. τ. λ., ἆρ' οὐκ ἂν δικαίως σε ἠρόμην;* Legg. II. p. 662 CD *εἰ τοὺς νομοθετήσαντας ὑμῖν — ἐροίμεθα —, εἰ δὴ δύο φαῖεν, ἐροίμεθ' ἂν ἴσως αὐτοὺς κ. τ. λ.* Protag. p. 311 B *ὥςπερ ἂν εἰ ἐπενόεις — ἀργύριον τελεῖν, εἴ τίς σε ἤρετο —, τί ἂν ἀπεκρίνω;* Hoc loco quod variato verbi modo ab indicativo ad optativum factus est transitus, similiter infra p. 88 AB et Menon. p. 74 B *εἴ τίς σε ἀνέροιτο τοῦτο ὃ νῦν δὴ ἔλεγον —, εἰ αὐτῷ εἶπες ὅτι στρογγυλότης, εἴ σοι εἶπον ἅπερ ἐγώ —, εἶπες δήπου ἄν, ὅτι σχῆμά τι,* ubi ab optativo dein ad indicativum transitur. Cuius variationis causa aperta est.

εἰ φοβοῖντο καὶ ἀγανακτοῖεν] His denuo repetuntur verba *εἰ μὴ ἄσμενοι κ. τ. λ.*, de qua loquendi forma v. infra p. 80 E. 81 A et ad Apolog. p. 20 C. Arist. Eccl. *ἡ δ' Ἀθηναίων πόλις, εἰ τοῦτο χρηστῶς εἶχεν, οὐκ ἂν ἐσῴζετο, εἰ μή τι καινὸν ἄλλο περιειργάζετο.* Cic. De N. D. I. 10 *si dii possunt esse sine sensu et mente, cur aquae adiunxit, si ipsa mens constare potest vacans corpore?* ubi vid. Heindorf. His neglectis Hirschig. nodum in scirpo quaesivit, qui verba: *τούτου δὲ γ. φοβοῖντο καὶ ἀγανακτοῖεν* eiicienda statuit. In proximis post *ἐλπίς ἐστιν* primo aoristus *τυχεῖν* infertur, deinde *ἀπηλλάχθαι*, h. e. esse liberum, id quod fieri recte potuit, quandoquidem post verba putandi et sperandi etiam simplex infinitivus temporis praesentis ponitur. Sophist. p. 250 E *νῦν ἐλπὶς ἤδη, καθάπερ ἂν αὐτῶν θἄτερον εἴτε ἀμυδρότερον εἴτε σαφέστερον ἀναφαίνηται, καὶ θἄτερον οὕτως ἀναφαίνεσθαι.* Legg. I. p. 646 E *ἡγούμενοι δοξάζεσθαι.* Isocr. ad Callim. cap. 15 *οἶμαι δὲ αὐτὸν ὀδύρεσθαι καὶ λέγειν.* Aesch. Agam. 1648 *ἀλλ' ἐπεὶ δοκεῖς τάδ' ἔρδειν.* Nimirum aoristus rei per se spectatae vel cito transeunti, praesens duranti adhibetur.

P. 68. *ἢ ἀνθρωπίνων μὲν παιδικῶν —*] Commemorantur *ἀνθρώπινα παιδικά* ita, ut deinde iis opponantur *ἡ φρόνησις καὶ ἡ φιλοσοφία* quasi *θεῖα παιδικά.* Nam *παιδικά* interdum dici de rebus caris et amatis cuiuscunque generis adeoque de philosophia docuit Markland. ad Maxim. Tyr. Diss. XXXV. 1. Optime Heindorf. comparat Gorg. p. 482 A *ἀλλὰ τὴν φιλοσοφίαν, τὰ ἐμὰ παιδικά, παῦσον ταῦτα λέγουσαν.*

θανόντων πολλοὶ δὴ ἑκόντες ἠθέλησαν εἰς Ἅιδου ἐλθεῖν, ὑπὸ ταύτης ἀγόμενοι τῆς ἐλπίδος, τῆς τοῦ ὄψεσθαί τε ἐκεῖ ὧν ἐπεθύμουν καὶ ξυνέσεσθαι· φρονήσεως δὲ ἄρα τις τῷ ὄντι ἐρῶν, καὶ λαβὼν σφόδρα τὴν αὐτὴν ταύτην ἐλπίδα, μηδαμοῦ ἄλλοθι ἐντεύξεσθαι αὐτῇ ἀξίως λόγου ἢ ἐν Ἅιδου, ἀγανακτήσει τε ἀποθνήσκων καὶ οὐκ ἄσμε- B
νος εἶσιν αὐτόσε; οἴεσθαί γε χρή, ἐὰν τῷ ὄντι γ' ᾖ, ὦ ἑταῖρε, φιλόσοφος· σφόδρα γὰρ αὐτῷ ταῦτα δόξει, μηδαμοῦ ἄλλοθι καθαρῶς ἐντεύξεσθαι φρονήσει, ἀλλ' ἢ ἐκεῖ. εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, ὅπερ ἄρτι ἔλεγον, οὐ πολλὴ ἂν ἀλογία εἴη, εἰ φοβοῖτο τὸν θάνατον ὁ τοιοῦτος;

Cap. XIII. Πολλὴ μέντοι νὴ Δία, ἦ δ' ὅς. Οὐκοῦν ἱκανόν σοι τεκμήριον, ἔφη, τοῦτο ἀνδρός, ὃν ἂν ἴδῃς

B. ὄντι γ'] γ' e Bodl. Ven. Π Tub. additum. Mox ταῦτα δόξειν Coisl. Ven. ΔΞ Par. EHIL Aug. Zitt. Flor. b c i et Bass. cum Ald. [δόξει Stephanus].

ἄλλοθι κ. ἐντ.] Bodl. in marg. γρα. ἄλλοθι δυνατὸν εἶναι καθαρῶς.

φρονήσεως δὲ ἄρα τις —] De vocibus δὲ ἄρα dicemus ad p. 80 D.

τὴν αὐτὴν ταύτην ἐλπίδα] Videlicet quam foverunt illi, qui mortuis amicis, filiis, uxoribus in Orcum descendere voluerunt.

B. οἴεσθαί γε χρή] De hac formula dictum est ad Criton. p. 53 C. Deinde quod Heindorf. infinitivum δόξειν a plurimis libris suppeditatum ita tuetur, ut eum dicat pendere e praecc. οἴεσθαί γε χρή, neglexisse videtur istud γάρ, quod hanc rationem non admittit. Mox quod ταῦτα δόξει dicitur subsequente μηδαμοῦ ἀλλ. ἐντεύξεσθαι, de eo v. ann. ad p. 62 D coll. Matthiae Gr. §. 472. 5.

Cap. XIII. Οὐκοῦν ἱκανόν σοι τ. — τοῦτο ἀνδρός —] Verissime Heindorf. τοῦτο explicari censet verbis sqq. ὃν ἂν ἴδῃς ἀγ. Quippe talibus in locis ὃς ἂν fere idem est, quod ἐάν τις, de qua re vide ad Euthyphr. p. 3 D. Itaque etiam sic scribi poterat: οὐκοῦν ἱκανόν σοι τεκμήριον τοῦτο, ὅτι οὐχ ἄρ' ἦν φιλόσοφος, ἐάν τινα ἴδῃς ἀγ. μ. ἀπ. Pertinent huc praeter ea, quae collegit Heindorfius ad Sophist. p. 248 C, etiam Legg. II. p. 653 A εὐτυχές, ὅτῳ καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο. Her. I. 136 ἀνδραγαθίη δ' αὕτη ἀποδέδεκται μετὰ τὸ μάχεσθαι εἶναι ἀγαθόν, ὃς ἂν πολλοὺς ἀποδέξῃ παῖδας, h. e. ἐάν τις π. ἀπ. π. Xen. Hell. II. 3, 51 ἐγὼ — νομίζω προστάτου ἔργον εἶναι οἷον δεῖ, ὃς ἂν ὁρῶν τοὺς φίλους ἐξαπατωμένους μὴ ἐπιτρέπῃ, h. e. ἐάν τις ὁρῶν τ. φ. κ. τ. λ., ut Weiskius frustra ὡς ἂν coniecerit. Xen. An. II. 6, 6 ταῦτα οὖν φιλοπολέμου δοκεῖ ἀνδρὸς ἔργα εἶναι, ὅστις — αἱρεῖται πολεμεῖν, h. e. εἴ τις αἱρ. π. Thuc. II. 62, 5 καταφρόνησις δὲ (ἐγγίγνεται), ὃς ἂν καὶ γνώμῃ πιστεύῃ τῶν ἐναντίων προέχειν. Eur. Phoeniss. 509 ἀνανδρία γάρ, τὸ πλέον ὅστις ἀπολέσας τοὔλασσον ἔλαβε. Iphig. T. 605 τὰ τῶν φίλων αἴσχιστον ὅστις καταβαλὼν εἰς ξυμφορὰς αὐτὸς σέσωσται. Ar. Thesm. 177. Matthiae Gr. §. 481. Conf. ann. ad Hipp. mai. p. 283 B. Veram au-

ἀγανακτοῦντα μέλλοντα ἀποθανεῖσθαι, ὅτι οὐκ ἄρ' ἦν
C φιλόσοφος, ἀλλά τις φιλοσώματος; ὁ αὐτὸς δέ που οὗτος τυγχάνει ὢν καὶ φιλοχρήματος καὶ φιλότιμος, ἤτοι τὰ ἕτερα τούτων ἢ καὶ ἀμφότερα. Πάνυ γ', ἔφη, ἔχει οὕ-

C. *καὶ ἀμφότερα*] *καί* nunc e Vat. et Flor. d additum vulgo abest.

Πάνυ γ'] *γ'* insertum e Vat. Vind. *Φ* Ambr. Ven. *Π* Flor. c d. Vulg. tenuit Herm.

tem esse hanc explicationem huius loquendi formae talia evincunt: Eur. Hecub. 306 *ἐν τῷδε γὰρ κάμνουσιν αἱ πολλαὶ πόλεις, ὅταν τις ἐσθλὸς καὶ πρόθυμος ὢν ἀνὴρ μηδὲν φέρηται τῶν κακιόνων πλέον.* Deinde notabis istud *ἄρ' ἦν*, quo Graeci sic utuntur, ut spem aut opinionem frustra susceptam significent. Hom. Od. XVI. 418 sqq. *Ἀντίνο', ὕβριν ἔχων, κακομήχανε, καὶ δέ σέ φασιν ἐν δήμῳ Ἰθάκης μεθ' ὁμήλικας ἔμμεν ἄριστον βουλῇ καὶ μύθοισι· σὺ δ' οὐκ ἄρα τοῖος ἔησθα.* Arist. Pac. 674 *ποῖός τις οὖν εἶναι δοκεῖ τὰ πολεμικὰ ὁ Κλεώνυμος;* Tryg. *ψυχήν γ' ἄριστος, πλήν γ' ὅτι οὐκ ἦν ἄρ' οὗπέρ φησιν εἶναι τοῦ πατρός.* Ibid. 832 *οὐκ ἦν ἄρ' οὐδ' ἃ λέγουσι κατὰ τὸν ἀέρα.* Soph. Phil. 978 *ὅδ' ἦν ἄρα ὁ ξυλλαβών.* Sed ingentem numerum locorum, in quibus *ἄρ' ἦν* ita positum est, dudum collegerunt Heindorf. ad h. l. et Schaefer. ad Soph. Oed. Col. 1697, ad Apoll. Rhod. II. p. 161, quibus accedant quae in editione Phaedonis Wyttenbachi Lipsiensi a nobis notata sunt p. 171.

C. *ἤτοι τὰ ἕτερα τούτων ἢ καὶ ἀμφότερα*] De hac constructione dictum est ad Apolog. p. 22 E. Importune hic quaerit Olympiodorus: *διὰ τί παρέλιπε τὸ φιλήδονον;* Nam primum quidem apparet istius vocis notionem iam in *φιλοσώματος* inclusam teneri. Deinde vel coeco patere debet his duobus, *φιλοχρήματος* et *φιλότιμος*, externorum bonorum studium et cupiditatem designari. Statuit enim Plato tria bonorum genera, animi, corporis, fortunae Legg. III. p. 697 B C, ubi v. annot., licet alibi etiam simpliciter animi bonis reliqua opposuerit, ut Legg. II. 661. IX. 870 B. De Rep. I. 331 A sqq. VI. p. 491 C. Euthyd. p. 279 A sqq. al. Priore divisione iam Pythagorei usi sunt, sicuti apparet ex Fragm. Archytae ap. Stob. Serm. I. al. et Iamblich. Protrept. p. 64 et p. 74 ed. Kiessl. Eandem usurpavit etiam Aristot. Ethic. Nicom. I. 8 coll. Diog. Laert. III. §. 80. 81 ac postea certatim celebrarunt Academici et Peripatetici, sicut docte demonstravit Beier. ad Cic. Offic. III. 6. Vol. II. p. 228 sq. Quemadmodum igitur divitiarum et honorum mentione significantur bona externa s. fortunae, ut Legg. III. p. 697 B, ita mirum non est quod eorundem cupiditas *φιλοχρημάτου καὶ φιλοτίμου* commemoratione indicatur, sicuti fit etiam infra p. 82 C. Quocirca opponuntur inter se *φιλόσοφος* et *φιλοσώματος*, ex quibus ille sapientiae, hic vero corporis studiosus est, ita ut alter bona animi, alter bona corporis expetere existimandus sit. Sed corporis amanti praeterea etiam illud tribuitur, quod divitias et honores consectetur, sive ambos sive alterutros. Quod apertum est ad bona externa spectare, quae ille itidem amare iudicatur. Itaque locus plane nihil habet obscuritatis, quamvis eum Wyttenbachius, Astius, alii minus recte interpretati sint. Permire autem nuper Herm. Schmidt, Krit. Commentar zu Plat. Phaedon p. 23 verba sic explicat, ut *που* interpretetur doch wohl, fere; quo facto fieri posse autumat, ut

τως, ὡς λέγεις. Ἆρ' οὖν, ἔφη, ὦ Σιμμία, οὐ καὶ ἡ ὀνομαζομένη ἀνδρεία τοῖς οὕτω διακειμένοις μάλιστα

ἀνδρεία] Ven. ΛΞ Par. CHI Flor. a c d i m Zitt. cum Bass. et Ald. ἀνδρία, quod et hic et postea plausum tulit Bekkeri et Turicenss. Nos cur constanter ἀνδρεία scripserimus, alibi satis videmur exposuisse.

τὸ φιλήδονον etiam tamquam tertium quiddam cogitando addi liceat. Quasi vero Plato non clarissime indicaverit duo tantum vitia, honorum cupiditatis et divitiarum studium, intellegenda esse additis etiam verbis: ἤτοι τὰ ἕτερα τούτων ἢ καὶ ἀμφότερα, aut quasi voculam που isto sensu positam esse cuiquam credibile videri queat.

Ἆρ' — οὐ καὶ ἡ ὀνομαζομένη ἀνδρεία] Tria potissimum distinxit Plato virtutis genera. Praestantissimum enim illius genus philosophus duxit illud, quod duce et magistra ratione coleretur et ex veritatis scientia atque cognitione tamquam sponte effloresceret. Quam quidem virtutem unis philosophis voluit esse propriam. Quorsum spectant maxime etiam ea, quae hic de philosophorum virtute disseruntur, spectant item illa, quae Theaet. p. 173 C sqq. p. 176 B sqq. disputantur, ubi praeclara sapientis imago proponitur in huius virtutis studio, quod ad τὴν ὁμοίωσιν τῷ θεῷ perducit, unice occupati. v. etiam De Rep. V. p. 473 B sqq. VI. p. 484 sqq. Huic vero praestantissimae virtutis generi tamquam e regione posuit alterum, quod disciplina acquireretur atque adsuetudine potissimum et oboedientia bonis legibus et institutis praestita contineretur. Quam virtutem dixit δημοτικὴν καὶ πολιτικήν, popularem et civilem. Eam autem censuit a scientiae et cognitionis laude aliquanto remotiorem adeoque coniunctam esse et posse et solere cum illiberali et inhonesto commodorum et utilitatum studio mendacem ac fraudulentam verae germanaeque virtutis imitatricem. Id quod Socrates h. l. docet. Quamobrem nec dubitavit eos, qui illi uni dediti essent, τῶν φαύλων generi adscribere infra p. 81 D et p. 82 A sq. coll. p. 69 B, ubi iis ἀρετῆς σκιαγραφία tribuitur. Quamquam hoc virtutis genus neutiquam neglegendum aut contemnendum censuit. Cui etsi per se spectato facile intellexit deesse firmitatem illam et constantiam, quae ab exploratae veritatis scientia et interiore mentis animique persuasione proficisceretur, tamen, quoniam vulgus vix altius educi posset, ad publicam pariter atque privatam salutem plurimum valere existimavit. Quocirca eos omnes praeclare de communi salute mereri iudicavit, qui civitates bonis legibus temperarent eaque ratione homines ad morum honestatem et officiorum sanctitatem colendam perducerent. De qua re v. Symp. p. 209 AD. De Rep. VI. p. 500 D. VII. p. 518 D. Atque hanc ob causam etiam ipse, cum olim finxisset eam rempublicam, in qua perfectorum sapientium ratio tamquam νόμος ἔμψυχος (De Rep. IV. p. 423 D sqq. Politic. p. 294 A) unice valeret, postea faciendum statuit, ut opus Legum componeret, in quo optimae leges proponerentur, quae essent mentis rationisque tamquam vicariae. Legg. IV. p. 713 E. 715 B. XII. p. 957. Tertium praeterea virtutis genus Plato quasi fortuitum esse voluit, quippe quod contineretur naturae et ingenii quadam felicitate, quae, quid verum, bonum atque utile esset, mira facilitate et celeritate reperiret ideoque illud tribuit θείᾳ τινὶ μοίρᾳ. Nititur igitur illud maxime recte opinandi feliciterque divinandi facultate, quam εὐδοξίαν vocat (v. Menon. p. 96 D — 100 D), habetque rectam opinionem (δόξαν ὀρθήν) sociam et adiutricem. Quod quidem virtutis genus etsi philosophus subinde urbane cavillatur ridens videlicet viros civiles aliosque id genus homines tali virtute fastuose super-

προσήκει; Πάντως δήπου, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη, ἣν καὶ οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσι σωφροσύνην, τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ὀλιγώρως ἔχειν καὶ κοσμίως, ἆρ' οὐ τούτοις μόνοις προσήκει, τοῖς μάλιστα τοῦ σώματος ὀλιγωροῦσί τε καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶσιν;
D 'Ανάγκη, ἔφη. Εἰ γὰρ ἐθέλεις, ἦ δ' ὅς, ἐννοῆσαι τήν

D. ἐθέλεις] V. ἐθελήσεις, quod cum Bekkero e Coisl. Tub. Par. CHI Aug. Flor. a b c d i m et pr. Ven. *Π* mutatum. Nuperi tamen editores servarunt vulgatum. v. ann.]

bientes, sicuti fit Men. p. 99 CDE. 89 B. Apol. p. 21 C. Politic. p. 297 B sqq., tamen ne illud quidem sua laude carere arbitratur. Etenim similem esse vult huius virtutis rationem atque rectae opinionis. Opiniones enim (δόξας) etsi ad scientiae firmitatem et constantiam comparatas parvi sane aestimavit (De Rep. VI. p. 506 C. Men. 97 CD), tamen illas per se spectatas item iusta ponderavit lance, quandoquidem facile intellexit vitam humanam non una scientia, sed etiam opinione atque ingenii bonitate regi atque gubernari. v. Phaed. p. 85 C ibique ann. Itaque tertium hoc genus virtutis in divinis beneficiis numerandum iudicavit. Ceterum aliter de virtutum gradibus statuisse Platonicos recentiores disces ex iis, quae disserunt Fabricius ad Marini Vit. Procl. p. XLI sqq. ed. Boiss. Salmasius ad Simplic. in Epictet. p. 13 sqq. Wyttenbach. ad Phaed. p. 216 et Olympiodor. p. 36 sqq., p. 88 sq. Propius ad Platonis rationem accesserunt Stoici, qui officium voluerunt esse vel perfectum (κατόρθωμα), quod Cicero rectum interpretatur, vel commune sive medium (προσῆκον). Nam *officia media s. communia* teste Cic. De off. III. 4 censuerunt esse *quasi secunda quaedam honesta, non sapientium modo propria, sed cum omni hominum genere communia.* v. etiam De fin. III. 17. Recta autem sive perfecta officia secundum eorum sententiam non alia sunt quam quae cadunt in unum sapientem. conf. etiam Cic. Off. I. 3. Latuit tamen haec doctrinae Stoicae cum Platonica cognatio adhuc viros doctos digna illa, quae aliquando animadvertatur diligentius.

τοῖς οὕτω διακειμένοις] iis, qui student animum seiungere a corpore atque sperant se sapientiam esse assecuturos, ubi venerint ad inferos.

οἱ πολλοί] vulgus, h. e. ii, qui non possunt in numero verorum philosophorum haberi. Mox vocantur οἱ ἄλλοι. De verbo πτοεῖσθαι, vehementi cupiditate ad aliquid ferri, maximo desiderio alicuius rei teneri, v. Gataker. ad Antonin. IV. 195. Ernest. ad Callim. h. in Dian. 191. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Prom. 881 et de simili usu verbi Lat. trepidare interpp. ad Liv. XXVII. 1, 8. — ἐν φιλοσοφίᾳ ζῆν, versari in sapientiae studio, ut διάγειν ἐν φιλοσοφίᾳ Theaet. p. 174 A.

D. Εἰ γὰρ ἐθέλεις — δόξει σοι] Ne cui haec structurae ratio molesta sit, alia eius exempla adscripsit Heindorf., quibus addimus haec: Her. II. 15 εἰ βουλόμεθα γνώμῃσι τῇσι 'Ιώνων χρᾶσθαι —, ἀποδεικνύοιμεν ἂν κ. τ. λ., ubi Benedict. coni. βουλοίμεθα probante Schweigh. Pl. Symp. p. 208 C εἰ ἐθέλεις εἰς τὴν φιλοτιμίαν βλέψαι, θαυμάζοις ἂν κ. τ. λ. Alcib. I. p. 122 D εἰ ἐθέλεις τοὺς Λακεδαιμονίων πλούτους ἰδεῖν, γνώσει ὅτι κ. τ. λ. Protag. p. 324 A.

γε τῶν ἄλλων ἀνδρείαν τε καὶ σωφροσύνην, δόξει σοι εἶναι ἄτοπος. Πῶς δή, ὦ Σώκρατες; Οἶσθα, ἦ δ' ὅς, ὅτι τὸν θάνατον ἡγοῦνται πάντες οἱ ἄλλοι τῶν μεγάλων κακῶν εἶναι. Καὶ μάλα, ἔφη. Οὐκοῦν φόβῳ μειζόνων κακῶν ὑπομένουσιν αὐτῶν οἱ ἀνδρεῖοι τὸν θάνατον, ὅταν ὑπομένωσιν; Ἔστι ταῦτα. Τῷ δεδιέναι ἄρα καὶ δέει ἀνδρεῖοί εἰσι πάντες πλὴν οἱ φιλόσοφοι. καίτοι ἄτοπόν γε δέει τινὰ καὶ δειλίᾳ ἀνδρεῖον εἶναι. Πάνυ μὲν οὖν. Τί δὲ οἱ κόσμιοι αὐτῶν; οὐ ταὐτὸν τοῦτο E *πεπόνθασιν; ἀκολασίᾳ τινὶ σώφρονές εἰσι; καίτοι φαμέν γέ που ἀδύνατον εἶναι· ἀλλ' ὅμως αὐτοῖς συμβαίνει τούτῳ ὅμοιον εἶναι τὸ πάθος τὸ περὶ ταύτην τὴν εὐήθη*

ἀνδρείαν] Bodl. Tubl. Flor. b c i m Iambl. cum Ald. et Bass. *ἀνδρίαν*. Pro *τήν γε* Bodl. vitiose *τήντε*.

μεγάλων κακῶν] V. *μεγίστων* invitis Bodl. Ven. *Π* Par. A Tub. Stobaeo et Iambl. In Bodl. et Par. *μεγίστων* marginibus adscriptum, unde apparet *μεγίστων* deberi eorum criticorum acumini, qui mortem alibi in maximis malis numerandam statui meminissent; sed attendas modo ad proximam argumentationem ac facile videbis *μεγάλων* unice verum esse.

καὶ δειλίᾳ] Sic Bodl. Coisl. Vat. Aug. Flor. d i Vind. *Φ* Par. G Ambr. Vett. editt. *ἢ δειλίᾳ*.

E. *ὅμοιον εἶναι τὸ πάθος*] *εἶναι* om. a pr. m. Bodl. Ven. *Π*. Dein Bodl. sec. m. *τῷ περὶ τ.* cum Coisl.

τήν γε τῶν ἄλλων ἀνδρείαν] „Has simulatas et verarum virtutum imitatrices virtutes postea exagitavit Epicurus, cuius de hoc argumento doctrinam a Cicerone expositam De Fin. I. 10. 14. 15. II. 14. 15 comparare operae pretium." WYTTENBACH.

ὅταν ὑπομένωσιν] Euthyphr. p. 7 D *οὐ δυνάμενοι ἐπὶ ἱκανὴν κρίσιν αὐτῶν ἐλθεῖν ἐχθροὶ ἀλλήλοις γιγνόμεθα, ὅταν γιγνώμεθα*. Phileb. p. 31 B *δεῖ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο ἐν ᾧ τέ ἐστιν ἑκάτερον αὐτοῖν καὶ διὰ τί πάθος γίγνεσθον, ὁπόταν γίγνησθον, ἰδεῖν ἡμᾶς*, ubi vide quae alia collegimus huius usus exempla.

E. *Τί δὲ οἱ κόσμιοι —*] *Κόσμιοι* et *σώφρονες* hoc loco sunt fere synonyma; intelleguntur enim modesti ac temperantes, qui ab *ἀκολασίᾳ* alieni sunt. Perizon. ad Aelian. V. H. XIV. 7. — De interpunctione post *οἱ κόσμιοι αὐτῶν* facta v. ad Gorg. 501 E. Ante *ἀκολασίᾳ* Turnebus et Stephanus *καί* inserendum putarunt. Perperam. Illustravimus hanc loquendi rationem ad Apolog. p. 22 A. — De proximis, *καίτοι φαμέν γέ που — ἀλλ' ὅμως*, compares Euthyphr. p. 3 C *καίτοι οὐδὲν ὅ τι οὐκ ἀληθὲς εἴρηκα ὧν προεῖπον· ἀλλ' ὅμως φθονοῦσιν ἡμῖν πᾶσι τοῖς τοιούτοις*. Parm. p. 128 C *καίτοι ὥσπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα· ἀλλὰ πρῶτον μέν σε τοῦτο λανθάνει κ. τ. λ.* Dem. in Mid. p. 41 ed. Buttm. *καίτοι φασὶν Ἰφικράτην — ἐλθεῖν εἰς ἔχθραν· ἀλλ' ὅμως πολλοὺς μὲν ἔχων φίλους —, πολλὰ δὲ χρήματα — οὐκ ἐβάδιζεν ἐπὶ τὰς τῶν χρυσοχόων οἰκίας*. Ceterum haec breviter dicta sunt, cum potuerint etiam sic enuntiari: *ἀλλ' ὅμως τὸ πάθος τὸ περὶ ταύτην τὴν εὐήθη σωφροσύνην, ὃ αὐτοῖς συμβαίνει, τούτῳ ὅμοιόν ἐστιν*.

σωφροσύνην· φοβούμενοι γὰρ ἑτέρων ἡδονῶν στερηθῆναι καὶ ἐπιθυμοῦντες ἐκείνων, ἄλλων ἀπέχονται ὑπ' ἄλλων κρατούμενοι. καίτοι καλοῦσί γε ἀκολασίαν τὸ
69 ὑπὸ τῶν ἡδονῶν ἄρχεσθαι· ἀλλ' ὅμως ξυμβαίνει αὐτοῖς κρατουμένοις ὑφ' ἡδονῶν κρατεῖν ἄλλων ἡδονῶν. τοῦτο δ' ὅμοιόν ἐστιν ᾧ νῦν δὴ ἐλέγετο, τῷ τρόπον τινὰ δι' ἀκολασίαν αὐτοὺς σεσωφρονίσθαι. Ἔοικε γάρ. Ὦ μακάριε Σιμμία, μὴ γὰρ οὐχ αὕτη ᾖ ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγή, ἡδονὰς πρὸς ἡδονὰς καὶ λύπας πρὸς λύπας καὶ φόβον πρὸς φόβον καταλλάττεσθαι, καὶ μείζω πρὸς ἐλάττω, ὥσπερ νομίσματα, ἀλλ' ᾖ ἐκεῖνο μόνον τὸ νόμισμα
B ὀρθόν, ἀνθ' οὗ δεῖ ἅπαντα ταῦτα καταλλάττεσθαι, φρόνησις, καὶ τούτου μὲν πάντα καὶ μετὰ τούτου ὠνούμενά

P. 69. *μὴ γάρ*] *γάρ* additum e Bodl. Tub. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d. In Bodl. *ᾖ* om. Contra *ἡ* articulum soli Vat. Ven. *Ξ* et rec. Ven. *T* cum Steph. tuentur.

πρὸς ἀρετὴν ἀλλαγή] Voc. *ἀλλαγή* additum e Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. C Ambr. Flor. a b d m. Sed pro eo Bodl. Tub. *πρὸς ἀρετήν, ἀλλὰ ἡ ἡδονὰς πρὸς ἡδονάς*. v. ad p. 70 C.

ἅπαντα ταῦτα] Sic Bodl. Ven. *Π* Tub. Vett. editt. *πάντα ταῦτα.* Pro *ἀνθ' οὗ*, quod debetur Coisl., scribebatur vulgo *ἀντὶ οὗ.* Vind. *Φ* Ambr. et corr. Ven. *Π ἀνθ' ὅτου.*

P. 69. *μὴ γὰρ οὐχ αὕτη* —] Particula *γάρ* refertur ad sententiam ex orationis serie eruendam. Possis intellegere: Noli hanc sentiendi agendique rationem probare; vide enim, ne haec non sit recta ad virtutem quod attinet permutatio, ut voluptates cum voluptatibus — commutemus. Lamb. Bos. Ellips. p. 809 sqq. ed. Schaef. Wyttenbachius, cum res non viam virtutis, sed virtutem ipsam requirere videretur, pro vet. lect. *ἡ ὀρθὴ πρὸς ἀρετήν, ἡδονὰς πρ. ἡδ.* scribendum censuit *ἡ ὀρθὴ ἀρετή, ἡδονὰς πρὸς ἡδ. κ. τ. λ.* Quod etiamsi accuratius dictum foret, ferri tamen vulgatum posset, si libri omnes illud constanter tuerentur. Nunc vero, cum multi codd. optimae notae post *ἀρετήν* addant *ἀλλαγή*, quod ipsum etiam Iamblichus in libro suo habuit, non dubitavimus recipere, quod sententiae rationibus optime convenire, ab librariis autem multo facilius deleri quam addi potuisse videbatur. Nimirum fraudem fecit criticis, quod *πρός* duplici positum est potestate, quandoquidem priore loco est quod attinet ad etc., posteriore permutationis rationem designat, cuiusmodi loquendi rationem Platoni non inusitatam esse novimus. Verbi *καταλλάττεσθαι* usum exemplis illustravit Wyttenbach. ad h. l. De praepositione *ἀντί* cum huiusmodi verbis coniuncta v. Pierson. ad Moer. p. 155 sq. Ceterum ridetur, opinor, hoc loco sententia Aristippi Cyrenaici multis tum, ut videtur, probata, quae virtutem referebat ad prudentiam quandam tranquille beateque vivendi ideoque sapientem iubebat quam maxime sectari vitae suavitatem atque iucunditatem. v. Protag. p. 354 C. 356 B. Phil. p. 53 C. 54 D ibique ann.

τε καὶ πιπρασκόμενα τῷ ὄντι ᾖ, καὶ ἀνδρεία καὶ σωφροσύνη καὶ δικαιοσύνη καὶ ξυλλήβδην ἀληθὴς ἀρετὴ μετὰ φρονήσεως, καὶ προςγιγνομένων καὶ ἀπογιγνομένων καὶ ἡδονῶν καὶ φόβων καὶ τῶν ἄλλων πάντων τῶν τοιούτων· χωριζόμενα δὲ φρονήσεως καὶ ἀλλαττόμενα ἀντὶ ἀλλήλων, μὴ σκιαγραφία τις ᾖ ἡ τοιαύτη ἀρετὴ καὶ τῷ ὄντι ἀνδραποδώδης τε καὶ οὐδὲν ὑγιὲς οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα, τὸ δ' ἀληθὲς τῷ ὄντι ᾖ κάθαρσίς τις τῶν τοι- C

B. ἀνδρεία] Bodl. Tub. Flor. a b c d i m Zittav. Ven. ΞΠ cum Ald. Bass. ἀνδρία.
ἀρετὴ μετά] Tub. Ven. Π Par. G ἀρετὴ ἡ μετά, unde Heindorfius et Bekkerus ἡ post ἀρετή inseruerunt.
ἀληθὲς ἔχουσα] Sic dedi e Vat. Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. d et marg. Ven. Π. Editt. omnes ἔχῃ praeter Hermann. a Bodl. suo hic discedentem. Post οὐδὲν ὑγιές unus Bodl. εἶναι additum habet.
C. ᾖ κάθαρσις] κάθαρσις ᾖ Vat. Vind. Φ Flor. d Par. G Ambr. et corr. Bodl.

B. ὠνούμενά τε καὶ πιπρασκόμενα τ. ὄ. ᾖ] h. e. et vereor, ne quae hoc numismate emuntur vendunturque, ea demum re vera sint etc. In his mirum accidit istud ὠνούμενα passive dictum. Vitium leni mutatione sustuleris scribendo ἐωνημένα, nisi malueris etiam ὠνητά, quod propter seq. πιπρασκόμενα in ὠνούμενα mutatum est. Heindorf., cum videret in cod. Aug. scriptum exstare ὠνούμεθά τε καὶ πιπρασκόμεθα, in eam suspitionem devenit, ut scribendum putaret: καὶ μετὰ τούτου ἃ ὠνούμεθά τε καὶ πιπράσκομεν, τῷ ὄντι ᾖ. Fortasse tamen nihil mutandum, quandoquidem Grammat. in Bekkeri Anecd. I. 95 e Lysia affert formam perfecti ἐωνηκώς atque proximum πιπρασκόμενα paene efflagitat ὠνούμενα. Praeterea etiam imperfectum verbi tempus apud Xen. De re equestri VIII. 2 passive positum: ὅτε μὲν γὰρ ἐωνεῖτο, πειρᾶσθαι ἐκελεύομεν, εἰ δύναιτο ὁ ἵππος ταῦτα ποιεῖν. — Quod deinde recensentur quattuor virtutis formae: prudentia, iustitia, fortitudo, temperantia, ducta est haec divisio virtutum ex Pythagoreorum doctrina, ut apparet ex fragmentis ap. Stob. Floril. I. e. g. Theagis p. 8—12. Metopi p. 7. Cliniae p. 8. Indidem sumsit Aristoteles dissentiens tamen a Platonis ratione, quam postea Stoici vindicarunt. v. Wyttenbach. ad h. l., ad Plut. De aud. poet. T. I. p. 278 et C. Beier. ad Cic. Off. I. 5, 15. Excurs. In dialogis quibusdam quod Plato etiam quintam virtutem memorat primariam, pietatem, de eo v. Prolegg. ad Protag. p. 32 sq. ed. 2.

καὶ προςγ. καὶ ἀπογ.] h. e. sive adsint sive absint.

χωριζόμενα δὲ φρονήσεως —] Refer ad ἡδονάς, φόβους et τἆλλα πάντα, ut sententia haec sit: disiuncta autem haec a sapientia et invicem commutata vide ne nihil sint nisi adumbratio quaedam virtutis. Plut. adv. Epicur. p. 1091 D Πλάτων — ἀπηγόρευε τὰς λυπῶν καὶ πόνων ἀπαλλαγὰς ἡδονὰς μὴ νομίζειν, ἀλλ' οἷόν τινα σκιαγραφίαν ἢ μῖξιν οἰκείου καὶ ἀλλοτρίου, καθάπερ λευκοῦ καὶ μέλανος. Deinde οὐδ' ἀληθὲς ἔχουσα quod ex codd. melioribus recepimus, tum vocula τε suadebat, tum loquendi consuetudini minime adversari videbatur. v. quae infra ad p. 100 D annotavimus.

τὸ δ' ἀληθὲς τῷ ὄντι] Haec

ούτων πάντων, καὶ ἡ σωφροσύνη καὶ ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ἀνδρεία καὶ αὐτὴ ἡ φρόνησις μὴ καθαρμός τις ᾖ. καὶ κινδυνεύουσι καὶ οἱ τὰς τελετὰς ἡμῖν οὗτοι καταστήσαντες οὐ φαῦλοί τινες εἶναι, ἀλλὰ τῷ ὄντι πάλαι αἰνίττε-

ἡ ἀνδρεία] *ἡ* om. Bodl.

αὐτὴ ἡ φρόνησις] V. *αὕτη*. Mutatum e Bodl. Coisl. Ven. *ΛΠ* Vind. *Φ* Par. CG Ambr. Flor. b m aliis.

κινδυνεύουσι] Hoc firmant Vat. Par. G Flor. d i et pr. Ven. *Π*. Olim *κινδυνεύωσι* legebatur, quod etiam Bodl. tenet merito dissentiente Hermanno.

φαῦλοί τινες] *τινες* pr. om. Bodl. Ven. *Π*.

posita esse *ἐκ παραλλήλου* putant. v. p. 66 C. Sed recte Schleiermacherus vertit: das Wahre aber Reinigung von dergleichen allen ist, und Besonnenheit und Gerechtigkeit und Tapferkeit selbst Reinigungen sind. Nam *τὸ ἀληθές* opponitur *τῇ σκιαγραφίᾳ*.

C. *τοιούτων πάντων*] Intell. *ἡδονῶν, φόβων κ. τ. λ.*

μὴ καθαρμός τις ᾖ] Ipsam virtutem arbitratur denique nihil aliud esse quam lustrationem quandam ac purgationem, quippe cuius vis et natura in eo cernatur, ut a corporis cupiditatibus et affectibus quam maxime liberi simus. In quo respicitur procul dubio ad una maxime mysteria Orphica. Nam quominus de Eleusiniis cogitemus, vel illud prohibet, quod manifesto in proximis Orphicorum sacrorum ratio habita est. Accedit autem, quod Orphica erant lustratoria maxime et expiatoria, cum Eleusinia, etiamsi ipsa quoque non sine lustrationibus peragerentur, tamen sceleratos quidem omnino a sacrorum communione arcerent et non tam culpae expiandae quam pietatis testificandae alendaeque causa celebrarentur. Quamquam utraque illud sane habuerunt commune, quod spem futurae post mortem beatitatis tamquam e longinquo ostentabant. v. Lobeck. Aglaopham. p. 644. 806—10 et p. 38 sqq. Itaque locus Theonis Smyrn., de quo idem dixit p. 39 sq., nihil huc pertinet, ut qui de unis Eleusiniis agit.

καὶ κινδυνεύουσι—οὗτοι καταστήσαντες] In his *οὗτοι* est noti illi, celebrati illi, ut Legg. III. p. 677 A. IV. p. 705 E. VII. p. 790 E. Menon. p. 80 A *καὶ δοκεῖς μοι παντελῶς — ὁμοιότατος εἶναι τό τε εἶδος καὶ τἆλλα ταύτῃ τῇ πλατείᾳ νάρκῃ τῇ θαλαττίᾳ*. Xen. Anab. I. 5, 8 *ἔχοντες τούτους τε τοὺς πολυτελεῖς χιτῶνας καὶ τὰς ποικίλας ἀναξυρίδας*, ubi v. Zeunius. Ar. Ran. 429, ubi schol. *ὃν πάντες ἴσασι δηλονότι*. Ibid. 720. Cf. Lexic. Xenophont. III. d. 366. Pro *καταστήσαντες* Matthiae ad Hom. Hymn. in Cerer. 473 p. 419 *καταδείξαντες* coniiciebat. Sed vulgatam tuitus est Schaefer. ibid. Praefat. p. VII. Eur. Bacch. 21 *καὶ καταστήσας ἐμὰς τελετάς*. Paus. VIII. 31 *καταστήσασθαι — τὴν τελετήν*. conf. Pierson. Verisim. p. 123.

ἀλλὰ τῷ ὄντι π. αἰν., ὅτι —] Narrat Olympiodorus ista: *ἐν βορβόρῳ κείσεσθαι τοὺς ἀμυήτους* sumta esse ex formula carminis mystici, cuius auctor habebatur Orpheus. v. Fragm. Orph. p. 509 Herm. Hymn. in Cerer. 480 *ὄλβιος, ὃς τάδ' ὄπωπεν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων· ὃς δ' ἀτελὴς ἱερῶν, ὅς τ' ἄμμορος, οὔποθ' ὁμοίως αἶσαν ἔχει, φθίμενός περ ὑπὸ ζόφῳ εὐρώεντι*. Pl. De Rep. II. p. 363 D *Μουσαῖος — καὶ ὁ υἱός αὐτοῦ — τοὺς ἀνοσίους καὶ ἀδίκους εἰς πηλόν τινα κατορύττουσιν ἐν Ἅιδου*, ubi quae deinceps sequuntur, digna sunt quae cum

σθαι, ὅτι, ὃς ἂν ἀμύητος καὶ ἀτέλεστος εἰς Ἅιδου ἀφίκηται, ἐν βορβόρῳ κείσεται, ὁ δὲ κεκαθαρμένος τε καὶ τετελεσμένος ἐκεῖσε ἀφικόμενος μετὰ θεῶν οἰκήσει. εἰσὶ γὰρ δή, φασὶν οἱ περὶ τὰς τελετάς, ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκχοι δέ τε παῦροι· οὗτοι δ' εἰσὶ κατὰ τὴν D
ἐμὴν δόξαν οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες ὀρθῶς. ὧν δὴ καὶ ἐγὼ κατά γε τὸ δυνατὸν οὐδὲν ἀπέλιπον ἐν τῷ βίῳ ἀλλὰ παντὶ τρόπῳ προὐθυμήθην γενέσθαι. εἰ δὲ ὀρθῶς προὐθυμήθην καί τι ἠνυσάμην, ἐκεῖσε ἐλθόντες

βάκχοι δέ τε παῦροι] Unus Ambr. παῦροι δέ τε βάκχοι. Vulgo δέ γε praeter librorum fidem.

D. καὶ ἐγώ] ἐγώ pro vulg. ἔγωγε Bodl. Ven. *Π* Flor. d, quod etiam Bekker. Turicc. et Herm. dederunt. Voculam γε post κατά e Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d inseruimus.

προὐθυμήθην] V. προὐθυμούμην praeter fidem codicum.

ἠνυσάμην] Sic unus August. Vett. editt. et reliqui codd. ἠνύσα-

hoc loco conferantur. Plotin. Ennead. I. 6. p. 55 A αἱ τελεταὶ ὀρθῶς αἰνίττονται τὸν μὴ κεκαθαρμένον εἰς (leg. ἐν) Ἅιδου κείσεσθαι ἐν βορβόρῳ, ὅτι τὸ μὴ καθαρὸν βορβόρῳ διὰ κακίαν φίλον. Plura dabunt Meursius Eleusin. c. XVIII. Is. Casaubon. Exercitt. Baron. p. 390 sqq. Valcken. ad Eur. Hippolyt. 25. Wyttenbach. ad Plut. Moral. T. I. p. 222 = p. 161 ed. Lips. et in commentar. ad h. l. Lobeck. Aglaopham. p. 806 sqq.

εἰσὶ γὰρ δή, φ. οἱ π. τ. τ.] Olympiodorus: παρῳδεῖ ἔπος Ὀρφικὸν τὸ λέγον, ὅτι ὅστις δ' ἡμῶν ἀτέλεστος, ὥσπερ ἐν βορβόρῳ κείσεται ἐν ᾅδου· τελετὴ γάρ ἐστιν ἡ τῶν ἀρετῶν βακχεία· καί φησιν· πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, παῦροι δέ τε βάκχοι· ναρθηκοφόρους, οὐ μὴν βάκχους τοὺς πολιτικοὺς καλῶν, ναρθηκοφόρους δὲ καὶ βάκχους τοὺς καθαρτικούς. Enimvero βάκχοι nominati sunt sacerdotes et ministri orgiorum. Schol. ad Ar. Equit. 406 βάκχον οὐ τὸν Διόνυσον ἐκάλουν μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς τελοῦντας τὰ ὄργια βάκχους ἐκάλουν, quem locum laudavit Forster. Cic. De legg. II. 14 *quid ergo aget Iacchus Eumolpidaeque vestri et augusta illa mysteria, si quidem sacra nocturna tollimus?* ubi Turnebus Iacchum intellegi censet extremam initiationis partem. Praeterea consulendus Lobeck. Aglaoph. p. 806 sqq. et p. 813. — νάρθηξ est ferula in orgiis gestari solita. vid. Fischer. Indic. ad Palaephat. s. v. et Barnes ad Eur. Bacch. 145 sqq., quo loco poeta ναρθηκοφόρους ita describit: ὁ Βακχεὺς δ' ἔχων πυρσώδη φλόγα πεύκας ἐκ νάρθηκος ἀΐσσει, δρόμῳ καὶ χοροῖς ἐρεθίζων πλανάτας, ἰαχαῖς τ' ἀναπάλλων, τρυφερὸν πλόκαμον εἰς αἰθέρα ῥίπτων κ. τ. λ. Ceterum loci sententiam recte ita declaravit Fischerus: multi prae se ferunt amorem et studium philosophiae, sed pauci sunt vere philosophi.

D. ὧν δὴ καὶ ἐγώ —] Genetivus cohaeret cum verbo γενέσθαι hoc sensu: in quorum societatem ut pervenirem, nihil intentatum reliqui, sed omni studio elaboravi. v. Lobeck. ad Aiac. p. 295.

καί τι ἠνυσάμην] aliquid mihi profecerim et in meam utilitatem comparaverim. Id enim verbo medio significatur, quod

τὸ σαφὲς εἰσόμεθα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ, ὀλίγον ὕστερον, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ.

Ταῦτ' οὖν ἐγώ, ἔφη, ὦ Σιμμία τε καὶ Κέβης, ἀπολογοῦμαι, ὡς εἰκότως ὑμᾶς τε ἀπολείπων καὶ τοὺς ἐνθάδε δεσπότας οὐ χαλεπῶς φέρω οὐδ' ἀγανακτῶ, ἡγού-
E *μενος κἀκεῖ οὐδὲν ἧττον ἢ ἐνθάδε δεσπόταις τε ἀγαθοῖς ἐντεύξεσθαι καὶ ἑταίροις· τοῖς δὲ πολλοῖς ἀπιστίαν παρέχει. εἴ τι οὖν ὑμῖν πιθανώτερός εἰμι ἐν τῇ ἀπολογίᾳ ἢ τοῖς Ἀθηναίων δικασταῖς, εὖ ἂν ἔχοι.*

Cap. XIV. *Εἰπόντος δὴ τοῦ Σωκράτους ταῦτα, ὑπολαβὼν ὁ Κέβης ἔφη· Ὦ Σώκρατες, τὰ μὲν ἄλλα ἔμοιγε*

μεν, quod primus sprevit Heindorf; revocavit autem nuper Herm. v. explicatt.

ἐὰν θεός] *ἂν* Bodl.

ἀπολείπων] *ἀπολιπών* Bodl. Ven. *Π* etiam ab Herm. spretum.

E. *ἔμοιγε δοκεῖ*] Sic Bodl. Ven. *Π* Tub. et Stob. Editt. vett. *δοκεῖ ἔμοιγε.*

eodem modo positum Ar. Plut. 196 *κἂν ταῦτ' ἀνύσηται* (sibi paraverit), *τετταράκοντα βούλεται.* Aesch. Prom. 700 *τὴν πρίν γε χρείαν ἠνύσασθ' ἐμοῦ πάρα κούφως.* Soph. Trach. 996 *ἱερῶν οἵαν οἵων ἐπί μοι μελέῳ χάριν ἠνύσω.* Theocr. V. 143 *ὅττι πόκ' ἤδη ἀνυσάμαν τὸν ἀμνόν.* Id. XVIII. 16 *ἀγαθός τις ἐπέπτατο ἐρχομένῳ τοι — ὡς ἀνύσαιο.* Pluralem *ἠνύσαμεν* qui defenderunt Astius, Bernhardy Syntax. p. 416. C. F. Hermann. Abhandl. u. Beitr. p. 72, ii voluerunt esse communicativum atque personarum numerum crebro ita variari monuerunt. In quo tamen uno certe nomine falsi sunt. Nam quod statuerunt istam numerorum variationem etiam in binis membris copula connexis locum habere, eius loquendi rationis nullum usquam aliud investigari exemplum poterit. Ex quo consequens est, ut *ἠνυσάμην* unice verum putandum sit. Quod si quaerimus, cur male depravatum sit, causa in promtu est. Nam primum quidem scribis notius fuit activum *ἀνύτειν*, cum medium verbum usurpetur rarius. Quamquam illud nec a prosae orationis consuetudine alienum fuisse evincunt quae notarunt Toup. Add. ad Theocr. p. 400 et Baehr. ad Plut. Alcib. p. 214. Deinde corruptionis opportunitatem dedit, quod continuo sequitur et in singularis numeri vicem substituitur *ἐλθόντες — εἰσόμεθα.* De qua numeri permutatione Graecis utique frequentata v. Lobeck. ad Aiac. v. 191. Iacobs ad Del. epigr. X. 89. Bernhardy l. c. Matthiae Gr. §. 293. al.

Ταῦτ' ἀπολογοῦμαι] haec pro me affero. De constructione verborum *ἀπολείπων — οὐ χαλεπῶς φέρω* v. Matth. §. 551.

E. *ἀπιστίαν παρέχει*] Tertia verbi persona intellecto *αὐτό* posita non rari est usus. v. infra ad p. 93 B. Itaque sententia est haec: quamquam res magnae multitudini est incredibilis. Pravo iudicio nuper Hirschig. verba: *τοῖς δὲ πολλοῖς — παρέχει* sciolo alicui deberi statuit. De constructione verborum: *εἴ τι πιθανώτερός εἰμι, — εὖ ἂν ἔχοι* vide ad Apolog. p. 25 B.

δοκεῖ καλῶς λέγεσθαι, τὰ δὲ περὶ τῆς ψυχῆς πολλὴν 70
ἀπιστίαν παρέχει τοῖς ἀνθρώποις, μή, ἐπειδὰν ἀπαλλαγῇ τοῦ σώματος, οὐδαμοῦ ἔτι ᾖ, ἀλλ' ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διαφθείρηταί τε καὶ ἀπολλύηται, ᾗ ἂν ἄνθρωπος ἀποθάνῃ· εὐθὺς ἀπαλλαττομένη τοῦ σώματος καὶ ἐκβαίνουσα ὥσπερ πνεῦμα ἢ καπνὸς διασκεδασθεῖσα οἴχηται διαπτομένη καὶ οὐδὲν ἔτι οὐδαμοῦ ᾖ· ἐπεί, εἴπερ εἴη που αὐτὴ καθ' αὐτὴν ξυνηθροισμένη καὶ ἀπηλλαγμένη τούτων τῶν κακῶν, ὧν σὺ νῦν δὴ διῆλθες, πολλὴ ἂν ἐλπὶς εἴη καὶ καλή, ὦ Σώκρατες, ὡς ἀληθῆ ἐστιν ἃ σὺ λέγεις. ἀλλὰ B
τοῦτο δὴ ἴσως οὐκ ὀλίγης παραμυθίας δεῖται καὶ πίστεως,

P. 70. **ἄνθρωπος**] V. **ὁ ἄνθρωπος.** Articulum cum Ven. *Π* Flor. b delevi, de cuius omissione v. ad Prot. p. 355 A. Bekker. et Tur. **ἄνθρωπος.** Pro **ἀποθάνῃ** Ven. *Π* Bodl. pr. m. **ἀποθνήσκει.** Sed rursus Herm. codicem suum deseruit.

διαπτομένη] Sic Bodl. Coisl. Ven. *ΛΠ* Par. A C E I Ambr. Aug. Flor. a b c d i. Vulgo minus Attice **διαπταμένη.** Vind. **Φ διιπταμένη.** Dein **αὐτὴν** Bodl.

νῦν δὴ διῆλθες] **δή** e Bodl. additum.

Cap. XIV. P. 70. **πολλὴν ἀπιστίαν παρέχει τ. ἀνθρ., μή, ἐπ.**] Habes constructionem ad sensum conformatam. Etenim cum *ἀπιστία* ita dicatur, ut adiunctam habeat metus ac timoris significationem, quasi dictum sit **πολὺν φόβον παρέχει,** subiiciuntur haec: **μή, ἐπειδ. ἀπ. — οὐδαμοῦ ἔτι ᾖ.** Quam rationem Graeci neutiquam refugerunt. Xen. Symp. VIII. 34 **δοκοῦσιν ἀπιστοῦσιν ἐοικέναι, μὴ — οὐκ ἀποτελῶσιν.** Plat. Hipp. mai. p. 300 D **ἐνθυμοῦμαι, μὴ παίζῃς,** ubi v. annot. Infra p. 88 C **εἰς ἀπιστίαν καταβαλεῖν — μὴ οὐδενὸς ἄξιοι εἶμεν κριταί.** Insolentius etiam p. 91 D dicitur: **ἄδηλον παντί, μὴ — ἀπολλύηται.** Deinde quod Heindorfius verba **εὐθὺς ἀπαλλαττομένη** praecedentibus iungenda censet, ita ut ista **καὶ ἐκβαίνουσα** etc. aliud ordiantur membrum periodi, de ea re fateor me cum eo dissentire. Nam haec certe: **εὐθὺς ἀπαλλ. τοῦ σώμ. καὶ ἐκβαίνουσα** nullo modo ad diversas partes trahenda esse vel illud docere videtur, quod nomen **τοῦ σώματος** et **εὐθὺς** necessario ad **ἐκβαίνουσα** intellegendum est. Itaque inde ab **εὐθὺς ἀπαλλ.** nova inchoatur sententia vel potius novum orationis membrum; quod cum repetat superiora iisque illustrandis inserviat, non opus fuit, ut **καί** ab initio praemitteretur. v. ad p. 68 E. Ceterum **εὐθὺς ἀπαλλ.** est statim ut discedit. Infra p. 75 B **γενόμενοι εὐθὺς ἑωρῶμεν.** Ibid. C **ἠπιστάμεθα — — εὐθὺς γενόμενοι.** Advertes etiam participiorum cumulationem, **ἐκβαίνουσα — διασκεδασθεῖσα οἴχηται διαπτομένη,** quae tamen non caret idonea ratione.

B. **οὐκ ὀλίγης παραμυθίας δεῖται**] „Graecum **παραμυθία** non solum est consolatio animi, sed etiam iudicii confirmatio, qua sententia difficilis et incredibilis ad probabilitatem explicatur." WYTTENB., quem vid. ad h. l. Quippe indicat haec vox proprie eam vim orationis, quae affectus hominum componendo ipsorum animos tranquillos reddit, flectit, regit. De Rep. V. p. 476 E. Muret. Varr. Lect. II. 4. Ceterum tenenda notio immortalitatis Platonica, quae pro-

ὡς ἔστι τε ἡ ψυχὴ ἀποθανόντος τοῦ ἀνθρώπου καί τινα δύναμιν ἔχει καὶ φρόνησιν. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις, ὁ Σωκράτης, ὦ Κέβης. ἀλλὰ τί δὴ ποιῶμεν; ἢ περὶ αὐτῶν τούτων βούλει διαμυθολογῶμεν, εἴτε εἰκὸς οὕτως ἔχειν, εἴτε μή; Ἔγωγ' οὖν, ἔφη ὁ Κέβης, ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι, ἥντινα δόξαν ἔχεις περὶ αὐτῶν. Οὔκουν γ' ἂν οἶμαι, ἦ δ' ὃς ὁ Σωκράτης, εἰπεῖν τινα νῦν ἀκούσαντα, οὐδ'
C εἰ κωμῳδιοποιὸς εἴη, ὡς ἀδολεσχῶ καὶ οὐ περὶ προσηκόντων τοὺς λόγους ποιοῦμαι. εἰ οὖν δοκεῖ, χρὴ διασκοπεῖσθαι.

Cap. XV. Σκεψώμεθα δ' αὐτὸ τῇδέ πῃ, εἴτε ἄρα ἐν Ἅιδου εἰσὶν αἱ ψυχαὶ τελευτησάντων τῶν ἀνθρώπων,

B. *ἡ ψυχή*] ἡ servarunt Bodl. Vat. Tub. Ven. Π Vind. Φ Par. CG Ambr. Flor. d m. Vulgo deest.

C. *κωμῳδιοποιός*] Vulg. κωμῳδοποιός. Sed Bodl. Vat. Ven. Ξ Π Vind. 2 5 Par. A CH Flor. c d i m. Pal. Creuzeri κωμῳδιοποιός. v. ad Apol. p. 18 D et Pierson. ad Moer. p. 240, qui nescio an minus recte iudicaverit formam κωμῳδιοποιός ex Platone omnino summovendam esse.

εἰ οὖν δοκεῖ, χρή] Sic Bodl. Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. ACEGHI Ambr. Aug. Flor. a b d i m. Vett. editt. habent: *εἰ οὖν δοκεῖ καὶ χρὴ διασκοπεῖσθαι, σκεψώμεθα αὐτὸ τ. π.* Voc. δ' post σκεψώμεθα e Bodl. Ven. Π Tub. Aug. Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. a insertum. Vides igitur non esse verum quod scripsit Schleiermacherus p. 474 ed. 2 δέ non satis commendationis a codicibus habere ideoque veterem lectionem servandam esse.

ditur his verbis: *ὡς ἔστι τε ἡ ψυχὴ ἀποθανόντος τοῦ ἀνθρώπου καί τινα δύναμιν ἔχει καὶ φρόνησιν.* Bene Olympiodorus: *Τινὰ ζωὴν ἔχει καὶ γνωστικὴν ἐπιστήμην. ἡ μὲν γὰρ δύναμις τὴν ζωτικὴν ἐνέργειαν δηλοῖ, ἡ δὲ φρόνησις τὴν ἐπιστημονικήν.* Etenim φρόνησις nunc non est sapientia, sed mentis conscientia, cogitandi et intellegendi facultas s. intellegentia, ut infra p. 111 B, ubi v. annotat. nostr.

διαμυθολογῶμεν] De hoc verbo dictum est ad p. 61 E.

Οὔκουν γ' ἂν οἶμαι] In his ἂν ad infinitivum εἰπεῖν referri oportere monere vix opus est. De comicorum in Socratem dicteriis v. ad Apolog. p. 18 BC et 19 C. Audias praeterea Olympiodorum ad h. l. p. 44: *Ὁ γὰρ Εὔπολίς φησι περὶ τοῦ Σωκράτους· τί δῆτ' ἐκεῖνον τὸν ἀδολέσχην καὶ πτωχόν, ὃς τἆλλα μὲν πεφρόντικεν, ὁπόθεν δὲ καταφαγεῖν ἔχοι, τούτου κατημέληκεν* (de quibus versibus metro suo restituendis v. quos laudat Runkel. ad Pherecyd. et Eup. Fragm. p. 176 et 224. Meinek. Fragm. Com. Vol. II. P. 1. p. 553) *νῦν οὖν οὐκ ἐρεῖ ταῦτα περὶ ἐμοῦ ζητοῦντος, εἰ εἰσὶν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν ἐν ᾅδου, ἢ μή. Χρειώδης γὰρ ἡ τοιαύτη ζήτησις.* De ἀδολεσχία a comicis obiecta philosophis v. Ruhnken. ad Xen. Mem. I. 2. 31.

Cap. XV. C. *Σκεψώμεθα δ' αὐτὸ τῇδέ πῃ —*] Consideremus autem rem hac fere ratione, utrum nimirum in Orco versentur mortuorum animi, an non. In his pronomen αὐτό spectat ad antegressa, τῇδέ πῃ au-

εἴτε καὶ οὔ. παλαιὸς μὲν οὖν ἔστι τις λόγος, οὗ μεμνήμεθα, ὡς εἰσὶν ἐνθένδε ἀφικόμεναι ἐκεῖ, καὶ πάλιν γε δεῦρο ἀφικνοῦνται καὶ γίγνονται ἐκ τῶν τεθνεώτων. καὶ εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, πάλιν γίγνεσθαι ἐκ τῶν ἀποθανόντων τοὺς ζῶντας, ἄλλο τι ἢ εἶεν ἂν αἱ ψυχαὶ ἡμῶν D ἐκεῖ; οὐ γὰρ ἄν που πάλιν ἐγίγνοντο, μὴ οὖσαι, καὶ τοῦτο ἱκανὸν τεκμήριον τοῦ ταῦτ' εἶναι, εἰ τῷ ὄντι φανερὸν γίγνοιτο, ὅτι οὐδαμόθεν ἄλλοθεν γίγνονται οἱ ζῶντες ἢ ἐκ τῶν τεθνεώτων. εἰ δὲ μὴ ἔστι τοῦτο, ἄλλου ἄν του δέοι λόγου. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Κέβης. Μὴ τοίνυν κατ' ἀνθρώπων, ἦ δ' ὅς, σκόπει μόνον τοῦτο, εἰ

τις λόγος] Sic Bodl. Coisl. Ven. Π Vind. ΥΦ Par. L Ambr. Flor. c. Vett. editt. τις ὁ λόγος. Dein οὗτος vulgo post λόγος insertum om. Bodl. Tub. Ven. Π Ambr., quod abiecerunt etiam Turr. et Hermann.

ἄλλο τι ἤ] Bekker. ἤ delevit auctoritate unius Ven. Π, in quo a pr. m. omissum erat. Dein Bodl. Tub. Ven. Π αἱ ψυχαὶ ἡμῶν. Vulg. ἡμῶν αἱ ψυχαὶ scribitur.

D. γίγνοιτο] Vat. Vind. Φ Ambr. Flor. d γένοιτο, quod praetulit Bekker. et ed. Tur. Praesens apte quaestionis instituendae perpetuitatem denotat.

tem referendum est ad rei explicandae rationem, quae deinde verbis: εἴτε ἄρα — εἴτε καὶ οὔ accuratius indicatur. De εἴτε ἄρα v. Thucyd. VI. 60, 2 ἀναπείθεται — εἴτε ἄρα καὶ τὰ ὄντα μηνῦσαι εἴτε καὶ οὔ. Ceterum refertur hoc placitum de reciproco animorum ortu et interitu ad Orphicos et Pythagoreos itemque ad Empedoclem ab Olympiodoro in scholiis ad h. l. p. 45 sqq. ed. Finckh. et p. 103 Ὀρφικός τε γὰρ καὶ Πυθαγόριος (λόγος) ὁ πάλιν ἄγων τὰς ψυχὰς εἰς τὸ σῶμα καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀνάγων, καὶ τοῦτο κύκλῳ πολλάκις. Vid. eundem in Fragm. Orphic. p. 510 ed. Herm. conf. Lobeck. Aglaoph. p. 797. De Empedocle conf. quae disputavit Sturzius p. 459—484. Παλαιὸς λόγος doctrina haec dicitur etiam Menon. p. 81 B.

ὡς εἰσὶν — ἐκεῖ] Iunge: ὡς εἰσὶν ἐκεῖ, ἐνθένδε (ἐκεῖσε) ἀφικόμεναι, eos illic esse (vigere) hinc eo profectos.

εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, πάλιν γίγνεσθαι — τοὺς ζῶντας] Frustra haesit Heindorf. in hac verborum constructione. Nam infinitivum addi vocibus relativis atque demonstrativis per epexegesin novimus. Itaque verba convertas hoc modo: und wenn sich dieses so verhält, dass nämlich die Lebenden wiederum aus den Todten entstehen etc. Prorsus eodem modo p. 71 B ἀλλ' ἔργῳ γοῦν πανταχοῦ οὕτως ἔχειν ἀναγκαῖον, γίγνεσθαί τε αὐτὰ ἐξ ἀλλήλων γένεσίν τε εἶναι κ. τ. λ. p. 72 A. Euthyphr. p. 11 B πάθος δέ τι περὶ αὐτοῦ λέγειν, ὅ τι πέπονθε τοῦτο τὸ ὅσιον, φιλεῖσθαι ὑπὸ πάντων θεῶν. Xen. An. I. 1, 7 προαισθόμενος τὰ αὐτὰ ταῦτα βουλευομένους, ἀποστῆναι πρὸς Κῦρον.

D. τοῦ ταῦτ' εἶναι —] Intell. τοῦ τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐκεῖ εἶναι. De pronomine, etiamsi de una tantum re sermo sit, in plurali numero posito v. ad p. 62 D. Itaque coniecturam Forsteri αὐτάς non praeferam cum Heindorf.

βούλει ῥᾷον μαθεῖν, ἀλλὰ καὶ κατὰ ζώων πάντων καὶ φυτῶν, καὶ ξυλλήβδην ὅσαπερ ἔχει γένεσιν περὶ πάντων
E *ἴδωμεν, ἆρ᾽ οὑτωσὶ γίγνεται πάντα, οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία, ὅσοις τυγχάνει ὂν τοιοῦτόν τι, οἷον τὸ καλὸν τῷ αἰσχρῷ ἐναντίον που καὶ δίκαιον ἀδίκῳ, καὶ ἄλλα δὴ μυρία οὕτως ἔχει. τοῦτο οὖν σκεψώμεθα, ἆρα ἀναγκαῖον, ὅσοις ἔστι τι ἐναντίον, μηδαμόθεν ἄλλοθεν αὐτὸ γίγνεσθαι ἢ ἐκ τοῦ αὐτῷ ἐναντίου.*

ῥᾷον] V. *ῥάδιον*, quod e Bodl. Tub. Ven. *Π* correctum.

ἴδωμεν] V. *εἰδῶμεν*, i. e. sciamus. Verum suppeditavit Vind. Φ et pr. Coisl. cum Stobaeo et Olympiodoro, quod vel invito Bodl. suo suscepit Herm.

πάντα] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π* Tub. Vind. Ambr. Flor. d. Vulgo *ἅπαντα*, quod tenuit Bekker.

E. *τοῦτο οὖν*] *τοῦτο οὖν*, quod vett. editt. ignorant, e Bodl. Tub. Ven. *Π* Vat. Flor. d i Vind. Φ Par. G Ambr. restitutum. Pro *ἆρα*, quod Wyttenbachio in interrogatione aliunde suspensa mirum accidit, Vind. 8 et Aug. *οὖν εἰ* habent. Sed vid. explicc. Mox pro *αὐτῷ* Vat. Vind. Φ Par. G Ambr. *ἑαυτῷ*, unde Turicenss. de coniectura Baiteri: *ἐκ τοῦ αὑτῷ*. Quod nobis non placet. Lat. item dixeris ipsi.

ἀλλὰ καὶ κατὰ ζώων πάντων —] Olympiodorus: *Τινὲς ἐκ τούτου τοῦ ῥησιδίου ἀπατηθέντες ᾠήθησαν τὸν Πλάτωνα πᾶσαν ψυχὴν ἀθανατίζειν. ἄμεινον δὲ ὁ φιλόσοφος Ἀμμώνιος ἐξηγήσατο τὸ χωρίον τοῦτο, λέγων, ὅτι τοῦτό φησι πρὸς τὸ ἐφεξῆς ἐπιχείρημα, τὸ κατασκευάζον, ὅτι τὰ ἐναντία μεταβάλλει εἰς ἄλληλα.* In proximis *ἆρα* quod ponitur in interrogatione aliunde suspensa, tetigimus hunc usum ad Lachetem p. 185 D et Remp. V. p. 462 A. Ceterum tenendum ista: *οὐκ ἄλλοθεν ἢ ἐκ τῶν ἐναντίων τὰ ἐναντία* addita esse ad explicandam vocem *οὑτωσί*, ut liceat hanc *ῥῆσιν* Germanice ita convertere: sondern — lass uns überhaupt sehen, ob alles mit einander auf folgende Weise entsteht, nämlich nicht anderswoher als das Gegentheil aus dem Gegentheil. Sic mox p. 71 A *πάντα οὕτω γίγνεται, ἐξ ἐναντίων τὰ ἐναντία πράγματα;*

E. *τοιοῦτόν τι*] sc. *ἐναντίον*. Olympiodorus ad h. l. *Ὅτι — τὰ ἐναντία μεταβάλλει εἰς ἄλληλα, δείκνυσιν ἡ λέξις τριχόθεν· πρῶτον μὲν ἐκ τῆς ἐπαγωγῆς· παρατίθεται γὰρ πολλὰ ἐναντία, ἃ δείκνυσι μεταβάλλοντα εἰς ἄλληλα· δεύτερον ἐκ τῶν γενέσεων αὐτῶν καὶ τῶν ὁδῶν· εἰ γὰρ αἱ ὁδοὶ μεταβάλλουσιν εἰς ἀλλήλας, οἷον ἡ λεύκανσις εἰς τὴν μέλανσιν, πολλῷ μᾶλλον καὶ τὰ τέλη μεταβάλλουσιν εἰς ἄλληλα, οἷον τὸ λευκὸν καὶ τὸ μέλαν· τρίτον, ὅτι χωλεύοι ἡ φύσις, εἰ ἓν μὲν τῶν ἐναντίων μεταβάλλει εἰς τὸ ἄλλο, ἓν δὲ οὐ μεταβάλλει· καὶ τῷ χρόνῳ ἐπιλείποι θἄτερον τῶν ἐναντίων, καὶ οὐδὲν ἐναντίων ἔσται, τὸ λοιπὸν μηδὲν ἔχον, εἰς ὃ μεταβαλεῖ.*

μηδαμόθεν ἄλλοθεν αὐτὸ γίγνεσθαι] Animadversione digna est haec a plurali numero, *ὅσοις*, ad singularem, *αὐτό*, h. e. *αὐτῶν ἕκαστον* transitio, cuius aliud exemplum simillimum attulit Heindorf. ex Legg. II. p. 667 B *Οὐκοῦν πρῶτον μὲν δεῖ τόδε γε ὑπάρχειν ἅπασιν, ὅσοις συμπαρέπεταί τις χάρις, ἢ τοῦτο αὐτὸ μόνον αὐτοῦ* (h. e. *αὐτῶν ἑκάστου*) *τὸ σπουδαιότατον εἶναι, ἢ*

οἷον ὅταν μεῖζόν τι γίγνηται, ἀνάγκη που ἐξ ἐλάττονος ὄντος πρότερον ἔπειτα μεῖζον γίγνεσθαι; Ναί. Οὐκοῦν κἂν ἔλαττον γίγνηται, ἐκ μείζονος ὄντος πρότερον ὕστε- 71
ρον ἔλαττον γενήσεται; Ἔστιν, ἔφη, οὕτω. Καὶ μὴν ἐξ ἰσχυροτέρου τὸ ἀσθενέστερον καὶ ἐκ βραδυτέρου τὸ θᾶττον; Πάνυ γε. Τί δαί; ἄν τι χεῖρον γίγνηται, οὐκ ἐξ ἀμείνονος, καὶ ἂν δικαιότερον, ἐξ ἀδικωτέρου; Πῶς γὰρ οὔ; Ἱκανῶς οὖν, ἔφη, ἔχομεν τοῦτο, ὅτι πάντα οὕτω γίγνεται, ἐξ ἐναντίων τὰ ἐναντία πράγματα; Πάνυ γε. Τί δ' αὖ; ἔστι τι καὶ τοιόνδε ἐν αὐτοῖς, οἷον μεταξὺ

P. 71. *ἐξ ἰσχυροτέρου*] *γε*, quod vulgo post *ἰσχυροτέρου* additur, abest a Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. recte illud nuper a novissimis editoribus abiectum.

Τί δαί;] V. *δέ*, quod e Coisl. Ven. *ΞΠ* Vind. *Υ* Par. ACH Flor. a c m Zitt. mutavimus invitis Turicenss. et Herm. Dein *ἂν δικ.* Bodl. Tub. Vat. Ambr. pro *ἐὰν δ.*

ἐξ ἀδικωτέρου;] V. *οὐκ ἐξ ἀδ.* Recte *οὐκ* om. Bodl. Tub. Coisl. Ven. *ΛΠ* Vind. *Υ* Par. ACEHIL Zitt. Ang. Flor. a b c m.

τινα ὀρθότητα, ἢ τὸ τρίτον ὠφέλειαν;

ἐξ ἐλάττονος ὄντος πρότερον ἔπειτα μεῖζον γ.] De hac loquendi ratione, qua *εἶτα* et *ἔπειτα* participiis subiiciuntur vel interdum etiam anteponuntur, v. Gregor. Corinth. p. 145 ed. Sch. ibique Koen. Hoogeven. De particulis p. 384. Heindorf. ad Phaed. p. 82 C. Hermann. ad Viger. p. 772. Duplex autem hic particularum usus est. Aut enim indicant simpliciter alteram actionem alteram sequi, ut h. l. et infra p. 82 C, aut praecedenti alicui rei aliam ita annectunt, ut quod postea insecutum sit, id praeter exspectationem evenisse significent, unde saepenumero per tamen interpretandae sunt, ut Gorg. p. 527 D. Protagor. p. 341 E ibique ann. Andoc. De myst. 137 *ἔχοντες μὲν τὸ σῶμα τοὐμόν, κρατοῦντες δὲ τοῦ βίου καὶ τῆς οὐσίας τῆς ἐμῆς εἶτα ἔσωζον.* Xen. Cyrop. I. 6, 11 *οἴει τι, ἔφη, ἧττον τοῦτο εἶναι αἰσχρόν, ἢ εἴ τις ἔχων μὲν ἀγρούς, ἔχων δὲ ἐργάτας, οἷς ἂν ἐργάζοιτο, ἔπειτα ἐῴη τὴν γῆν ἀργοῦσαν ἀνωφέλητον εἶναι;*

P. 71. *Ἱκανῶς οὖν ἔχομεν τοῦτο*] h. e. satisne hoc tenemus. Infra p. 100 D *τοῦτο — ἔχω παρ' ἐμαυτῷ.* Phileb. p. 30 E, ubi v. ann., *ἔχω καὶ μάλα ἱκανῶς.* Legg. IV. p. 710 B *ἔχετε γὰρ ὃ λέγω που.* Theaet. p. 154 A *ἔχεις τοῦτο ἰσχυρῶς;* Alcib. I. p. 110. Arist. Av. 1448 *πάντ' ἔχεις,* omnia tenes.

ἔστι τι τοιόνδε — οἷον μεταξὺ ἀμφ.] h. e. estne aliquid medium inter duo contraria? Quae verba continuo explicantur his additis: *δυοῖν ὄντοιν δύο γενέσεις,* h. e. duplex origo mutua. Docere enim dehinc instituit Socrates omnem mutationem triplici contineri statu. Primus est, ex quo res mutata discedit, secundus, quem res mutata permeat, quem quidem philosophus hoc loco *γενέσεως* nomine appellavit, tertius est ille, in quem res mutata pervenit. Verissime autem iudicat *δυοῖν ὄντοιν* esse *δύο γενέσεις,* hoc est duorum contrariorum duplicem esse ex se invicem generationem. Veluti si quis dormit, is ex vigilia transit in somnum. Qui quidem status cum sint contrarii, ille, qui inter hos

ἀμφοτέρων πάντων τῶν ἐναντίων δυοῖν ὄντοιν δύο γε-
B νέσεις, ἀπὸ μὲν τοῦ ἑτέρου ἐπὶ τὸ ἕτερον, ἀπὸ δ' αὖ τοῦ ἑτέρου πάλιν ἐπὶ τὸ ἕτερον; μείζονος μὲν γὰρ πράγματος καὶ ἐλάττονος μεταξὺ αὔξησις καὶ φθίσις, καὶ καλοῦμεν οὕτω τὸ μὲν αὐξάνεσθαι, τὸ δὲ φθίνειν; Ναί, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ διακρίνεσθαι καὶ συγκρίνεσθαι, καὶ ψύχεσθαι καὶ θερμαίνεσθαι, καὶ πάντα οὕτω, κἂν εἰ μὴ χρώμεθα τοῖς ὀνόμασιν ἐνιαχοῦ, ἀλλ' ἔργῳ γοῦν πανταχοῦ οὕτως ἔχειν ἀναγκαῖον, γίγνεσθαί τε αὐτὰ ἐξ ἀλλήλων γένεσίν τε εἶναι ἐξ ἑκατέρων εἰς ἄλληλα; Πάνυ γ', ἦ δ' ὅς.

C Cap. XVI. Τί οὖν; ἔφη, τῷ ζῆν ἔστι τι ἐναντίον, ὥςπερ τῷ ἐγρηγορέναι τὸ καθεύδειν; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τί; Τὸ τεθνάναι, ἔφη. Οὐκοῦν ἐξ ἀλλήλων τε γίγνεται ταῦτα, εἴπερ ἐναντία ἐστί, καὶ αἱ γενέσεις εἰσὶν

B. μείζονος μὲν γάρ] μέν e Bodl. Tub. Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. d additum. In Bodl. a pr. m. et Tub. γάρ omissum, quod erunt qui non improbent, ut fecit Herm. v. annot. ad p. 87 A.

εἶναι ἐξ ἑκατέρων] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. Π Vind. Φ Par. G Flor. d. Editt. vulgo habent εἶναι ἑκατέρου. Dein Bodl. Ven. Π pro Πάνυ γ' habent Πάνυ μὲν οὖν, ut ed. Herm.

medius interiectus est, recte duplicis generis esse iudicatur. Aut enim ex vigilia ad somnum transitur, id quod obdormiscere dicimus, aut ex somno ad vigiliam pervenimus, quod expergisci solemus vocare. Sed audias quae Plato ipse de hac re deinceps disputavit.

B. κἂν εἰ μὴ χρώμεθα —] Buttmann. ad Dem. Orat. Mid. p. 33: „Voculam ἄν in formula κἂν εἰ proprie pertinere ad alterum post εἰ verbum negari non potest: primaria enim dictionis forma haec est, καὶ εἰ τοῦτο ποιοίην, εὖ ἂν ποιοίην, quod in sermone obliquo vel sic efferendum est, δοκῶ μοι, καὶ εἰ τοῦτο ποιοίην, εὖ ἂν ποιεῖν, vel sic, κἂν εἰ τοῦτο ποιοίην, εὖ ποιεῖν. Iam vero haec formula κἂν εἰ, plane ut Lat. etiamsi, in sermone quotidiano induerat significationem cognatam particulae καίπερ, Lat. quamvis. Quo facto, quoties id, quod protasi contineretur, non ut incertum esset enuntiandum, in Graeco quidem sermone indicativus in optativi locum succedebat, remanente tamen illo κἄν, in quo particula ἄν consopita nunc erat. De qua re monuit Heindorf. ad Platon. Sophist. §. 69." conf. ad Politic. p. 308 C.

γένεσίν τε εἶναι ἐξ ἑκατέρων] h. e. duplicemque esse ex altero ad alterum transitionem. Sic p. 71 E ἐκ τῶν τεθνεώτων ἂν εἴη γένεσις εἰς τοὺς ζῶντας, quorum verborum rationem cur Heindorf. aliam esse iudicaverit, equidem non perspicio. Atque prorsus eodem modo paullo ante scriptum legimus: δυοῖν ὄντοιν δύο γενέσεις, ἀπὸ μὲν τοῦ ἑτέρου ἐπὶ τὸ ἕτερον, ἀπὸ δ' αὖ τοῦ ἑτέρου πάλιν ἐπὶ τὸ ἕτερον.

Cap. XVI. C. καὶ αἱ γενέσεις — δυοῖν ὄντοιν;] h. e. et rationes, quibus haec gignuntur, duae sunt duobus illis quasi interiectae? De μεταξύ

αὐτοῖν μεταξὺ δύο δυοῖν ὄντοιν; Πῶς γὰρ οὔ; Τὴν μὲν τοίνυν ἑτέραν συζυγίαν ὧν νῦν δὴ ἔλεγον ἐγώ σοι, ἔφη, ἐρῶ, ὁ Σωκράτης, καὶ αὐτὴν καὶ τὰς γενέσεις· σὺ δέ μοι τὴν ἑτέραν. λέγω δὲ τὸ μὲν καθεύδειν, τὸ δὲ ἐγρηγορέναι, καὶ ἐκ τοῦ καθεύδειν τὸ ἐγρηγορέναι γίγνεσθαι καὶ ἐκ τοῦ ἐγρηγορέναι τὸ καθεύδειν, καὶ τὰς γενέσεις D
αὐτοῖν τὴν μὲν καταδαρθάνειν εἶναι, τὴν δὲ ἀνεγείρεσθαι. ἱκανῶς σοι, ἔφη, ἢ οὔ; Πάνυ μὲν οὖν. Λέγε δή μοι καὶ σύ, ἔφη, οὕτω περὶ ζωῆς καὶ θανάτου. οὐκ ἐναντίον μὲν φῂς τῷ ζῆν τὸ τεθνάναι εἶναι; Ἔγωγε. Γίγνεσθαι δὲ ἐξ ἀλλήλων; Ναί. Ἐξ οὖν τοῦ ζῶντος τί τὸ γιγνόμενον; Τὸ τεθνηκός, ἔφη. Τί δαί, ἦ δ' ὅς, ἐκ τοῦ τεθνεῶτος; Ἀναγκαῖον, ἔφη, ὁμολογεῖν, ὅτι τὸ ζῶν. Ἐκ τῶν τεθνεώτων ἄρα, ὦ Κέβης, τὰ ζῶντά τε καὶ οἱ ζῶντες γίγνονται; Φαίνεται, ἔφη. Εἰσὶν ἄρα, ἔφη, αἱ E
ψυχαὶ ἡμῶν ἐν Ἅιδου. Ἔοικεν. Οὐκοῦν καὶ τοῖν γενεσέοιν τοῖν περὶ ταῦτα ἥ γ' ἑτέρα σαφὴς οὖσα τυγχάνει; τὸ γὰρ ἀποθνήσκειν σαφὲς δήπου, ἢ οὔ; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Πῶς οὖν, ἦ δ' ὅς, ποιήσομεν; οὐκ ἀνταποδώσομεν

C. αὐτοῖν μεταξύ] V. αὐτῶν, quod e Bodl. Vat. Tub. Ven. Π aliis mutatum. Verba καὶ ἐκ τοῦ καθεύδειν Bodl. habet in marg. adscripta, Tubing. omittit. Tenuit tamen etiam Herm. nec quisquam ea iure spreverit, ut hoc quoque exemplo pateat Bodleiano libro pr. m. et Tubing. non omnia esse tribuenda.

D. ἱκανῶς σοι, ἔφη, ἢ οὔ;] V. ἔφην, quod e plurimis libris emendatum. Mox vulgo: Λέγε δὴ καὶ σύ μοι. Aliter Bodl. Tub. Ven. Π. Τί δαί, ἦ δ' ὅς, ἐκ τοῦ τ.] V. δέ. Mutavimus cum Coisl. Ven. Λ Par. CHL Flor. a b c i m. Antiquum servant Turicc. aliique.

E. τοῖν γενεσέοιν τοῖν] Sic Bodl. pr. Tub. Coisl. ΞΠ Vind. Φ Ambr. Flor. d Par. G. Vulgo bis ταῖν scribebatur. v. ann.

interiecto δύο a casu suo seiuncto v. Matthiae Gr. §. 595. 3.

συζυγίαν] i. e. par rerum contrariarum.

σὺ δέ μοι τὴν ἑτέραν] intell. ἐρεῖς.

D. καὶ τὰς γενέσεις — ἀνεγείρεσθαι] De hac constructione dixit Matth. §. 289 annot. 8.

ἱκανῶς σοι, ἔφη, ἢ οὔ;] Menon. p. 75 B ἱκανῶς σοι, ἢ ἄλλως πως ζητεῖς; Gorg. p. 448 A ἐὰν σοί γε ἱκανῶς.

E. Οὐκοῦν καὶ τοῖν γενεσέοιν] De articulo masculini generis nominibus femininis in numero duali addi solito hodie res tralaticia, v. Gregor. Corinth. p. 304. Markland. ad Eur. Supplic. 140. Ernesti ad Xen. Mem. II. 3, 18. Matth. §. 281. Pro γενεσέοιν, quod libri tuentur omnes, ex praecepto grammaticorum scribendum fuit γενέσεοιν accentu in syllabam antepaenultimam reiecto. Et videri sane potest in quibusdam libris olim ita scriptum fuisse, cum Paris. et Vatic. a nostri exhibeant γενέσεοιν. Sed vid. Buttmanni Gr. amplior. T. I. p. 190.

τὴν ἐναντίαν γένεσιν, ἀλλὰ ταύτῃ χωλὴ ἔσται ἡ φύσις; ἢ ἀνάγκη ἀποδοῦναι τῷ ἀποθνήσκειν ἐναντίαν τινὰ γένεσιν; Πάντως που, ἔφη. Τίνα ταύτην; Τὸ ἀναβιώσκεσθαι. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, εἴπερ ἔστι τὸ ἀναβιώσκεσθαι,
72 ἐκ τῶν τεθνεώτων ἂν εἴη γένεσις εἰς τοὺς ζῶντας αὕτη, τὸ ἀναβιώσκεσθαι; Πάνυ γε. Ὁμολογεῖται ἄρα ἡμῖν καὶ ταύτῃ τοὺς ζῶντας ἐκ τῶν τεθνεώτων γεγονέναι οὐδὲν ἧττον ἢ τοὺς τεθνεῶτας ἐκ τῶν ζώντων. τούτου δὲ ὄντος ἱκανόν που ἐδόκει τεκμήριον εἶναι, ὅτι ἀναγκαῖον τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς εἶναί που, ὅθεν δὴ πάλιν γίγνεσθαι. Δοκεῖ μοι, ἔφη, ὦ Σώκρατες, ἐκ τῶν ὡμολογημένων ἀναγκαῖον οὕτως ἔχειν.

Cap. XVII. Ἰδὲ τοίνυν οὕτως, ἔφη, ὦ Κέβης, ὅτι οὐδ' ἀδίκως ὡμολογήκαμεν, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. εἰ γὰρ μὴ
B ἀεὶ ἀνταποδιδοίη τὰ ἕτερα τοῖς ἑτέροις γιγνόμενα, ὡσπερεὶ κύκλῳ περιιόντα, ἀλλ' εὐθεῖά τις εἴη ἡ γένεσις ἐκ

P. 72. *ἐδόκει*] Quod vulgo deerat *ἐδόκει*, id restitutum est e Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. A C G Ambr. Flor. a d i m.

ὅθεν δή] *δεῖ* Ven. *Ξ* Par. C Flor. a d m et Ven. *Π* ex corr., quod requirebat Heindorf. sed v. ann.

οὕτως] Vulgo omissum ex Bodl. Ven. *Π* Tub. revocare non dubitavimus. Pertinet *οὕτως* ad verba sequentia.

ἢ ἀνάγκη ἀποδοῦναι] Ne quis cum Hirschigio requirat *ἀνταποδοῦναι*, conf. ann. ad p. 59 C.

P. 72. *ἱκανόν που ἐδόκει τεκμήριον εἶναι*] Imperfectum *ἐδόκει* refertur ad ea, quae p. 70 CD de hac re disputata sunt, de qua loquendi ratione v. ann. ad p. 79 C. Deinde pro *ὅθεν δὴ πάλιν γίγνεσθαι* quod coniecit Heindorf. *ὅθεν δεῖ πάλιν γίγνεσθαι*, id etsi in aliquot codd. scriptum legitur, tamen repudiandum censemus. Etenim cum etiam haec in superiore disputatione commemorata sint, necessario oratione obliqua enuntianda fuerunt. Solet autem infinitivus post relativa usurpari, ubi idem re per demonstrativa expressa requiritur. Quod quidem in hunc locum cadit. Nam ubi pro *ὅθεν δή* posueris *καὶ ἐκεῖθεν δή*, infinitivo opus esse videbis. Cf. Legg. X. p. 889 A E et quae collegit Dobraeus ad Arist. Plut. 1112 p. 200 ed. Lips.

Cap. XVII. *ὅτι οὐδ' ἀδίκως ὡμολογήκαμεν*] h. e. non temere, non iniuria, non sine causa. Eodem modo etiam *δικαίως λέγειν* est recte, non temere dicere p. 73 C, pro quo p. 75 E dicitur *ὀρθῶς*. Mox *ἀνταποδοῦναι* positum est intransitive, de quo usu v. Viger. p. 186. Nam sensus hic est: si res contrariae sibi non ita responderent, ut mutua esset earum origo; si generatio non nisi recta esset et simplex, ut mortis e vita, moriundo, non contra.

τοῦ ἑτέρου μόνον εἰς τὸ καταντικρὺ καὶ μὴ ἀνακάμπτοι πάλιν ἐπὶ τὸ ἕτερον, μηδὲ καμπὴν ποιοῖτο, οἶσθ' ὅτι πάντα τελευτῶντα τὸ αὐτὸ σχῆμα ἂν σχοίη καὶ τὸ αὐτὸ πάθος ἂν πάθοι καὶ παύσαιτο γιγνόμενα; Πῶς λέγεις; ἔφη. Οὐδὲν χαλεπόν, ἦ δ' ὅς, ἐννοῆσαι ὃ λέγω· ἀλλ' οἷον εἰ τὸ καταδαρθάνειν μὲν εἴη, τὸ δ' ἀνεγείρεσθαι μὴ ἀνταποδιδοίη γιγνόμενον ἐκ τοῦ καθεύδοντος, οἶσθ' ὅτι τελευτῶντα πάντ' ἂν λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδεί- C

B. *ἀνακάμπτοι*] Ald. Steph. cum uno Par. E ἀνακάμπτῃ. Dein Coisl. εἰς τὸ ἕτερον. Pro μηδὲ καμπὴν ποιοῖτο Coisl. Ven. Λ Ξ Par. HL Aug. Flor. c et pr. Vind. Υ Par. G Flor. μ. κ. ποιοῖ. Sed Par. E a pr. m. ποιῇ, Par. I ποιεῖ.

ἐκ τοῦ καθεύδοντος] ex eo, quod dormiat, dictum est per variationem quandam orationis pro ἐκ τοῦ καθεύδειν.

πάντ' ἂν] ἄν, quod in libris omnibus deest, cum Heindorfio et Bekkero addidi de coniectura Fischeri, probante etiam Herm. Vulgatum nuper tueri conatus est Bernhardy Syntax. p. 409. Sed quem comparavit vir doctus locum Dinarchi contra Philocl. p. 110 extr. εἰδότες, ὅτι μετὰ μὲν δικαιοσύνης ῥᾳδίως ἀμυνούμεθα, — μετὰ δὲ δωροδοκίας — οὐδεμία πόλις σωθείη, is diversi est generis.

B. *καὶ μὴ ἀνακ. — καμπὴν ποιοῖτο*] Demonstraturus Socrates contraria fieri ex contrariis, ut, si horum alterum gignat alterum, hoc iterum fiat principium alterius eaque ratione disiuncta quasi in orbem redeant, non autem recta linea procedant, utitur verbis a cursoribus et aurigis desumtis. Dicitur autem ἀνακάμπτειν qui circa metam currum flectit, καμπὴν ποιεῖσθαι vero qui retro deinde stadium recurrit. Etenim exacta una stadii parte currus flectebantur circa metam (καμπτῆρα), quo altera conficeretur. Qualis cursus appellatus est δρόμος ὁ ἐν καμπῇ. Interdum vero decursa tantum una stadii parte currus retro vehebantur, qualis cursus dicebatur δρόμος ἀκάμπτος, ἁπλοῦς, vel etiam εὐθύς. v. Poll. On. III. 147 et Hesych. v. ἀκαμπτόδρομοι. De ipsa hac Platonis sententia conf. Arist. De gener. et corrupt. libr. I. 3 et II. c. 10. 11, ubi Stagirites eadem fere in hac causa usus est argumentatione. Fuit autem omnino pervulgata apud veteres philosophos opinio, qua statuerunt omnes res perpetuo tamquam in orbem revolvi; de quo v. Gataker. in Anton. p. 167. 301 al.

τελευτῶντα] tandem; vid. Matth. §. 558. De οἶσθ' ὅτι, h. e. facile intellegis et sponte concedis v. Soph. p. 235 E. Phaed. p. 73 D. Men. p. 85 D, ubi v. ann. Gorg. p. 486 A. De Rep. III. p. 393 D. VI. p. 505 A. X. p. 605 D.

πάντ' ἂν λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειε] Recte Stephanus: omnia tandem facerent, ut quae de Endymione dicuntur nugae esse viderentur. Enimvero tum non unus Endymion per longam annorum seriem dormivisse videretur, sed omnia, quae in hac rerum universitate reperiuntur, perpetuo premerentur somno. Dictionem copiose et eleganter illustravit Wyttenbach. ad h. l., cuius exemplis ex ipso Platone addas Symp. p. 179 C ἀποδεῖξαί τινα ἀλλότριον ὄντα. Phaedr. p. 278 C τὰ γεγραμμένα φαῦλα ἀποδεῖξαι. Menex. p. 237 B ἀποφηναμένη μετοικοῦντας. Sed idem vir doctus quod verba: καὶ

ξειε καὶ οὐδαμοῦ ἂν φαίνοιτο διὰ τὸ καὶ τἆλλα πάντα ταὐτὸν ἐκείνῳ πεπονθέναι, καθεύδειν· κἂν εἰ ξυγκρίνοιτο μὲν πάντα, διακρίνοιτο δὲ μή, ταχὺ ἂν τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονὸς εἴη, ὁμοῦ πάντα χρήματα. ὡςαύτως δέ, ὦ φίλε Κέβης, [καὶ] εἰ ἀποθνήσκοι μὲν πάντα, ὅσα τοῦ ζῆν μεταλάβοι, ἐπειδὴ δὲ ἀποθάνοι, μένοι ἐν τούτῳ τῷ σχήματι τὰ τεθνεῶτα καὶ μὴ πάλιν ἀναβιώσκοιτο, ἆρ' οὐ πολλὴ ἀνάγκη τελευτῶντα πάντα τεθνάναι καὶ D μηδὲν ζῆν; εἰ γὰρ ἐκ μὲν τῶν ἄλλων τὰ ζῶντα γίγνοιτο, τὰ δὲ ζῶντα θνήσκοι, τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ πάντα καταναλωθῆναι εἰς τὸ τεθνάναι; Οὐδὲ μία μοι δοκεῖ, ἔφη ὁ Κέβης, ὦ Σώκρατες, ἀλλά μοι δοκεῖς παντάπασιν

C. [καὶ] εἰ] καί om. Bodl. Tub. et pr. Π probante Herm. ἀποθνήσκει Vat. Vind. Φ Par. GHL.

οὐδαμοῦ ἂν φαίνοιτο vertit: et (omnia) nusquam apparerent, in eo a recta via videtur declinasse, quandoquidem verbi φαίνοιτο subiectum non est πάντα, sed ὁ Ἐνδυμίων, ut bene monuit Heindorf. comparans ille Euthydem. p. 275 B. Nec profecto rara est repentina haec nominativi s. subiecti mutatio. vid. Gorg. p. 510 B. Theaet. p. 148 A. Xen. An. I. 4, 5. IV. 2, 20. Mem. II. 2, 14 al. Formulae οὐδαμοῦ φαίνεσθαι, nullo loco numerari, nihili putari, pro nihilo haberi, haec testimonia habeto. Gorg. p. 456 C οὐδαμοῦ ἂν φανῆναι τὸν ἰατρόν. Dem. De coron. p. 328 R. ἐν οἷς οὐδαμοῦ σὺ φανήσει γεγονώς, οὐ πρῶτος, οὐ δεύτερος, οὐ τρίτος, οὐ τέταρτος, οὐ πέμπτος, οὐχ ἕκτος, οὐχ ὁποστοσοῦν. Id. De fals. leg. p. 376 οὐδαμοῦ γὰρ ἂν φανῆναι καθ' ἑαυτὸν ἐκεῖνον. Plura dabunt Wyttenbach. ad h. l. Bergler. ad Ar. Eccles. 144. — Denique de Endymione v. Cic. Tusc. I. 38 ibique Davis. Schol. Apollon. Rhod. IV. 57.

C. ταὐτὸν ἐκείνῳ πεπονθέναι, καθεύδειν] Fallitur Dobraeus Advers. I. p. 151 καθεύδειν delendum putans. Prorsus eodem modo p. 73 B, p. 74 A, p. 78 C.

ταχὺ ἂν τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου γεγονὸς εἴη] Anaxagoras Clazomenius putavit omnes quondam res earumque elementa fuisse inter se confusa, sed deinde distincta et digesta a mente. De qua re librum scripserat, cuius hoc erat initium: ὁμοῦ πάντα χρήματα ἦν, νοῦς δὲ αὐτὰ διῆρε καὶ διεκόσμησε. Diog. Laert. II. 6 ibique Menag. Valcken. Diatr. in Eur. Fragm. p. 40. Schaubach. Anax. Clazom. Fragm. p. 65 sqq.

ἐκ μὲν τῶν ἄλλων] ex ceteris omnibus, quae non sunt viva.

D. καταναλωθῆναι εἰς τὸ τεθνάναι] h. e. morte absumi. Quoniam autem τίς μηχανή idem est quod οὐδεμία μηχανή, recte μὴ οὐ dicitur, quod solet ita post negationem usurpari. v. infra p. 88 A B. Parmenid. p. 143 D. Prot. p. 344 CE. Xen. H. Gr. II. 3, 16. Herod. VIII. 100. Aesch. Prom. 627. Soph. Oed. Tyr. 283. 1065. Eur. Troad. 797. Deinde οὐδὲ μία noli dictum putare pro οὐδεμία; hoc enim simpliciter significat nulla, illud est ne una quidem, h. e. prorsus nulla. v. infra p. 100 C et ann. ad Symp. p. 214 D.

ἀληθῆ λέγειν. Ἔστι γάρ, ἔφη, ὦ Κέβης, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ,
παντὸς μᾶλλον οὕτω, καὶ ἡμεῖς αὐτὰ ταῦτα οὐκ ἐξαπα-
τώμενοι ὁμολογοῦμεν, ἀλλ' ἔστι τῷ ὄντι καὶ τὸ ἀναβιώ-
σκεσθαι καὶ ἐκ τῶν τεθνεώτων τοὺς ζῶντας γίγνεσθαι
καὶ τὰς τῶν τεθνεώτων ψυχὰς εἶναι, [καὶ ταῖς μέν γ'
ἀγαθαῖς ἄμεινον εἶναι, ταῖς δὲ κακαῖς κάκιον]. E

Cap. XVIII. Καὶ μήν, ἔφη ὁ Κέβης ὑπολαβών, καὶ
κατ' ἐκεῖνόν γε τὸν λόγον, ὦ Σώκρατες, εἰ ἀληθής
ἐστιν, ὃν σὺ εἴωθας θαμὰ λέγειν, ὅτι ἡμῖν ἡ μάθησις
οὐκ ἄλλο τι ἢ ἀνάμνησις τυγχάνει οὖσα, καὶ κατὰ τοῦ-
τον ἀνάγκη που ἡμᾶς ἐν προτέρῳ τινὶ χρόνῳ μεμαθη-
κέναι ἃ νῦν ἀναμιμνησκόμεθα. τοῦτο δὲ ἀδύνατον, εἰ
μὴ ἦν που ἡμῶν ἡ ψυχή, πρὶν ἐν τῷδε τῷ ἀνθρωπίνῳ 73
εἴδει γενέσθαι· ὥστε καὶ ταύτῃ ἀθάνατόν τι ἔοικεν ἡ
ψυχὴ εἶναι. Ἀλλ', ὦ Κέβης, ἔφη ὁ Σιμμίας ὑπολαβών,
ποῖαι τούτων αἱ ἀποδείξεις; ὑπόμνησόν με· οὐ γὰρ

D. αὐτὰ ταῦτα] Sic Bodl. Ven. Π Tub. Vett. editt. τὰ αὐτά.
τῷ ὄντι καὶ τ.] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. Π Coisl. Vind. Φ Par. GH Flor. d. Legebatur olim καὶ τῷ ὄντι καὶ τ.
καὶ ταῖς μέν γ' ἀγαθαῖς — κάκιον] Haec cum neque ex superiore argumentatione consequantur neque ad proxima transitum parent, molestissime hic inculcata sunt. Videntur igitur a sciolo aliquo praepostere huc translata esse ex iis, quae infra de futura animorum sorte ac fortuna disseruntur. γ' additum e Bodl. Tub. Vat. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. d.
E. κατὰ τοῦτον] V. τοῦτο, quod e Bodl. Tub. Vat. Ven. Ξ Π Vind. Φ Ambr. Flor. d emendatum.
P. 73. ποῖαι τούτων] ποῖαι εἰσὶ τ. Steph., quod e lectione Ald. ποιῆσαι et Bas. 1 2 ποῖαι σοι τ. finxisse videtur. Nam quod Bekkerus narrat εἰσι in Bodl. exstare, Gaisf. ibi omitti liquido testatur.

καὶ τὸ ἀναβιώσκεσθαι] Articulum τὸ pertinere etiam ad seqq. γίγνεσθαι et εἶναι, vix est quod moneamus. De comparativis ἄμεινον et κάκιον v. ad Criton. p. 54 B.

Cap. XVIII. E. Καὶ μήν, ἔφη ὁ K. —] Cebes Socrati de iis, quae adhuc disputavit, prorsus assentiens aliam etiam affert rationem, qua illius sententia confirmari videatur. Quod enim ille docere solebat omnem scientiam esse recordationem et totum illud, quod discere homines vocare solerent, nil aliud esse nisi reminisci, id ei videtur esse eiusmodi, quo luculenter demonstrari possit animum in hoc corpus attulisse rerum notitias ideoque viguisse, priusquam homo nasceretur. Unde, si vera sunt quae de mutua rerum contrariarum origine disputarunt, sponte consequitur animum esse immortalem. Et huius quidem rationis Socrates deinceps accuratiorem instituit disputationem. De vita animorum superiore et ante vitam hanc terrestrem una cum diis peracta, unde idearum origo a Platone repetitur, v. Phaedr. p. 249 C sqq.

καὶ κατὰ τοῦτον ἀν.] Propter longiorem orationis intercape-

σφόδρα ἐν τῷ παρόντι μέμνημαι. Ἑνὶ μὲν λόγῳ, ἔφη ὁ Κέβης, καλλίστῳ, ὅτι ἐρωτώμενοι οἱ ἄνθρωποι, ἐάν τις καλῶς ἐρωτᾷ, αὐτοὶ λέγουσι πάντα ᾗ ἔχει· καίτοι εἰ μὴ ἐτύγχανεν αὐτοῖς ἐπιστήμη ἐνοῦσα καὶ ὀρθὸς λόγος, οὐκ ἂν οἷοί τ' ἦσαν τοῦτο ποιήσειν· ἔπειτα ἐάν τις ἐπὶ
B *τὰ διαγράμματα ἄγῃ ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἐνταῦθα σαφέστατα κατηγορεῖ, ὅτι τοῦτο οὕτως ἔχει. Εἰ δὲ μὴ ταύτῃ γε, ἔφη, πείθει, ὦ Σιμμία, ὁ Σωκράτης, σκέψαι, ἐὰν τῇδέ πῄ σοι σκοπουμένῳ συνδόξῃ. ἀπιστεῖς γὰρ δή, πῶς ἡ καλουμένη μάθησις ἀνάμνησίς ἐστιν; Ἀπιστῶ μὲν ἔγωγε, ἦ δ' ὃς ὁ Σιμμίας, οὔ, αὐτὸ δὲ τοῦτο, ἔφη, δέομαι παθεῖν, περὶ οὗ ὁ λόγος, ἀναμνησθῆναι· καὶ σχεδόν γε ἐξ ὧν Κέβης ἐπεχείρησε λέγειν ἤδη μέμνημαι καὶ*

τοῦτο ποιήσειν] Hoc nunc e Bodl. Tub. Ven. *Π* restitui. Legebatur *ποιεῖν*. v. ann.

B. *δέομαι παθεῖν*] Libri *μαθεῖν*. v. ann. Schleiermacherus *παθεῖν* s. *μαθεῖν* delendum censet, in quo viro docto non possumus assentiri. *Δέομαι* ita positum tetigit Schaefer. ad Plutarch. T. V. p. 420.

dinem iteratur quod paullo ante dixerat: *καὶ κατ' ἐκεῖνόν γε τὸν λόγον*, ut Menex. p. 237 D et alibi. Itaque male vulgo *τοῦτο* scribebatur.

P. 73. *ὅτι ἐρωτώμενοι οἱ ἄνθρωποι* —] Res nota est ex Menone p. 81 B sqq. Cic. Tuscul. I. 24, ad quem locum Davisius recensuit patres ecclesiasticos, qui hanc Platonis sententiam refutare studuerunt.

οἷοί τ' ἦσαν — ποιήσειν] Infinitivum futuri post *οἷοί τ' ἦσαν* ne mireris, v. ann. ad Remp. V. p. 459 C et Lobeck. ad Phryn. p. 748.

ἔπειτα ἐάν τις —] In his *ἔπειτα* pro *ἔπειτα δέ* positum, ut fit post *πρῶτον μέν* p. 89 A, ubi v. ann. Nimirum *Ἑνὶ μὲν λόγῳ* est i. q. primum quidem una eaque pulcerrima ratione, quod liquet recte ita dici potuisse, praesertim cum etiam alibi *εἶτα* et *ἔπειτα* non praegresso *πρῶτον μέν* usurpari soleant, ut infra p. 86 E. Xen. Mem. IV. 5, 3. al. De *ἑνὶ λόγῳ* v. p. 111 A. Hoc ergo dicit: primum res breviter ratione declarari potest, deinde etiam res ipsa atque experientia clarissime indicat ita esse. Noli igitur probare coniecturam Heindorfii, qua suscepta praegressum *μέν* idonea ratione cariturum esset. Ceterum respexit Plato manifesto locum Menonis celeberrimum p. 81 sqq.

B. *κατηγορεῖ*] res ipsa indicat, prodit. Herod. III. 115 *ὁ Ἠριδανὸς αὐτὸ κατηγορέει τὸ οὔνομα ὡς ἔστιν Ἑλληνικόν*. De hoc usu tertiae personae ad p. 93 B. *Διαγράμματα* sunt figurae geometricae, ut Menon. l. c., quas Cicero descriptiones vocavit.

ἀπιστεῖς γὰρ δή, πῶς ἡ κτλ.] h. e. dubitas enim, quo modo etc. Habet enim *ἀπιστεῖν* adiunctam dubitationis notionem.

δέομαι παθεῖν — ἀναμνησθῆναι] Quamquam codices omnes tuentur, quod in vett. editt. scriptum exstat, *μαθεῖν*, tamen dubium non est, quin cum Serrano *παθεῖν* legendum sit. Sententia haec est: sed hoc ipsum, de quo sermo est (h. e. *τὴν ἀνάμνησιν*), cupio experiri, hoc est commonefieri a vobis,

πείθομαι· οὐδὲν μέντ' ἂν ἧττον ἀκούοιμι νῦν, σὺ πῇ ἐπεχείρησας λέγειν. Τῇδε ἔγωγε, ἦ δ' ὅς. ὁμολογοῦμεν C *γάρ δήπου, εἴ τίς τι ἀναμνησθήσεται, δεῖν αὐτὸν τοῦτο πρότερόν ποτε ἐπίστασθαι. Πάνυ γε, ἔφη. Ἆρ' οὖν καὶ τόδε ὁμολογοῦμεν, ὅταν ἐπιστήμη παραγίγνηται τρόπῳ τοιούτῳ, ἀνάμνησιν εἶναι; λέγω δὲ τίνα τρόπον; τόνδε· ἐάν τίς τι πρότερον ἢ ἰδὼν ἢ ἀκούσας ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν λαβὼν μὴ μόνον ἐκεῖνο γνῷ, ἀλλὰ καὶ*

μέντ' ἂν] Sic Vat. Vind. Φ 1 4 Par. GL Ambr. Flor. b d m et rec. em. Bodl. Coisl. Ven. Π. Vett. editt. *μὲν ἄν.*

σὺ πῇ] Sic Vat. Vind. Φ Par. G et corr. Bodl. Vulgo *πῇ σύ.*

C. *λέγω δὲ τίνα τρόπον*] Vulgo: *λέγω δέ τινα τρόπον τοῦτον· ἐάν τις κ. τ. λ.* Bodl. Tub. Vat. Par. AE Ambr. Aug. Zitt. alii *τίνα*, quod restitui. Praeterea *τόνδε* dedi e Bodl. Tub. Ven. Π emendata etiam interpunctione. Utrumque nuper etiam Herm. probavit. Turr. tamen veteri errore servato: *λέγω δέ τινα τρόπον τόνδε.*

πρότερον ἢ ἰδών] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. Π Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. a d et supra versum Par. C in marg. Flor. i. Editt. omnes *ἕτε-*

πῶς ἡ καλουμένη μάθησις ἀνάμνησίς ἐστι. Ludit igitur in verbi *ἀναμνησθῆναι* ambiguitate. De infinitivo *ἀναμνησθῆναι* per epexegesin adiecto v. supra p. 72 C, mox p. 74 A *τοῦτο προπάσχειν, ἐννοεῖν.* Gorg. p. 469 C.

οὐδὲν μέντ' ἂν ἧττον ἀκούοιμι] Wyttenb. „*μέντοι ἂν* est tamen. Tum *ἀκούοιμι* germana vi optativi i. e. optandi accipiendum: nihilo tamen minus audire velim." Erravit vir egregius. Nam *ἂν* non ad *μέντοι*, sed ad *ἀκούοιμι* pertinet, ut recte monuit Schaeferus ad Greg. Corinth. p. 1015. Quam particulae rationem Heindorf. cum bene perspexisset, Ficini auctoritate deceptus in alium errorem incidit post *ἧττον* existimans excidisse *ἡδέως.* Nimirum *οὐδὲν ἧττον ἂν ἀκούοιμι* est: nihilo minus audiam, quod prope accedit ad futuri vim et significationem, nisi quod *ὑποθετικῶς* dictum est.

C. *λέγω δὲ τίνα τρόπον; τόνδε·*] h. e. quemnam autem dico modum? Qua quaestione proposita continuo ad rei explicationem accedit inde a verbis *τόνδε· ἐάν τις κ. τ. λ.* nimirum hunce; si enim aliquis etc. Prorsus eodem modo De Rep. II. p. 360 E *τίς οὖν δὴ ἡ διάστασις; ἥδε· μηδὲ ἀφαιρῶμεν κ. τ. λ.* Legg. VI. p. 780 A *τίνος δὴ χάριν ταῦτα εἴρηται; τοῦδε, ὅτι φήσομεν κ. τ. λ.* Solent enim apud Platonem qui disputantes inducuntur haud raro suum ipsi sermonem eiusmodi interrogationibus distinguere. v. Heusdii Spec. Crit. p. 87 et nostra ad Protag. p. 343 B.

ἐάν τίς τι πρότερον ἢ ἰδών] Quod in locum inepti istius et molesti *ἕτερον*, quod vulgo scribebatur, substituimus *πρότερον*, lectionem librorum praestantissimorum, id scrupulum iniecit Hermanno Abhandl. und Beitr. p. 73, qui ne *πρότερον* quidem sententiae convenire arbitratur ideoque voc. plane eiiciendum censet. In quo viro praestantissimo minime assentimur. Nam apte interponitur *πρότερον*, ut significetur perceptionem rerum, per quas aliam quampiam rem vel personam admoneamur, utique antecedere huius ipsius recordationi. Nihil offenderemus, si scriptum legeretur: *λαβὼν εἶτα μὴ μόνον ἐκεῖνο γνῷ*, quo tamen non opus est.

ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν λαβών] h. e. vel alio sensu

ἕτερον ἐννοήσῃ, οὗ μὴ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη, ἀλλ' ἄλλη, ἆρ' οὐχὶ τοῦτο δικαίως λέγομεν ὅτι ἀνεμνήσθη, οὗ τὴν ἔν-
D *νοιαν ἔλαβε; Πῶς λέγεις; Οἷον τὰ τοιάδε· ἄλλη που ἐπιστήμη ἀνθρώπου καὶ λύρας. Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν οἶσθα, ὅτι οἱ ἐρασταί, ὅταν ἴδωσι λύραν ἢ ἱμάτιον ἢ ἄλλο τι, οἷς τὰ παιδικὰ αὐτῶν εἴωθε χρῆσθαι, πάσχουσι τοῦτο· ἔγνωσάν τε τὴν λύραν καὶ ἐν τῇ διανοίᾳ ἔλαβον τὸ εἶδος τοῦ παιδός, οὗ ἦν ἡ λύρα; τοῦτο δέ ἐστιν ἀνάμνησις· ὥςπερ γε καὶ Σιμμίαν τις ἰδὼν πολλάκις Κέβητος ἀνεμνήσθη, καὶ ἄλλα που μυρία τοιαῦτ' ἂν εἴη. Μυρία μέντοι νὴ Δία, ἔφη ὁ Σιμμίας. Οὐκοῦν,*
E *ἦ δ' ὅς, τὸ τοιοῦτον ἀνάμνησίς τίς ἐστι; μάλιστα μέν-*

ρον habent loco voc. *πρότερον*, quod vel ob librorum auctoritatem recipiendum fuit. Nec putamus *ἕτερον* recte a Fischero defensum esse eo, quod sit aliquid, quod diversum sit ab alio quodam, ut lyra a domino. Pro *ἢ ἰδών* Ven. *ΔΞ* Vind. *Υ* Par. CEHI *τι ἰδών*.

δικαίως λέγομεν] *ἐλέγομεν* Bodl. Ven. *Π* Tub., quod placuit Hermanno, quia Socratis priores respiciantur disputationes, sicuti antecedens *ἐπεχείρησας* arguat; errore, neque enim istud *λέγομεν* ad antegressa refertur.

D. *ἢ ἄλλο τι*] Bodl. Ven. *Π* Tub. Vulgo *ἤ τι ἄλλο*.

ὥςπερ γε] Deest *γε* in Tub. Ven. *Π* et pr. Bodl. Mox *νὴ Δία* pro *νὴ Δί'* dedimus ex Tub. Aug. aliis.

perceperit. Infra p. 76 A *ἢ ἰδόντα ἢ ἀκούσαντα ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν λαβόντα.*

ἆρ' οὐχὶ τοῦτο δ. λ.] Connectas *τοῦτο* cum *ἀνεμνήσθη* et ad verba: *οὗ τὴν ἔννοιαν* referas. Ita non opus videtur, ut scribatur cum Heindorfio *τοῦτον*, quamquam id etiam Heusdio placuit Initt. Plat. Vol. II. P. I. p. 31.

D. *Οὐκοῦν οἶσθα, ὅτι οἱ ἐρασταί —*] Maxim. Tyr. Diss. XVI. 7. p. 185 *ἤδη τις καὶ λύραν ἰδὼν ἐμνήσθη τῶν χρησαμένων τῇ λύρᾳ· κοῦφον γάρ τι χρῆμα ἀνάμνησις καὶ εὔκολον.* Idem VIII. 10 *αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ τῶν ἐρώντων πάθος, οἷς ἥδιστον μὲν θέαμα οἱ τῶν παιδικῶν τύποι, ἡδὺ δὲ εἰς ἀνάμνησιν καὶ λύρα καὶ πᾶν ἁπλῶς τὸ ἐπεγεῖρον τὴν μνήμην τοῦ ἐρωμένου.*

τὰ παιδικά] De uno intellegitur, ut fere semper intellegendum est. Sic in Parm. p. 127 B Zeno Eleates narratur fuisse *παιδικὰ τοῦ Παρμενίδου*, in Lys. p. 240 D Ctesippus dicitur *τὰ παιδικὰ ᾄδειν*, quod illic non nisi de uno intellegi potest, in Phaedro p. 236 B. Lysias *τὰ παιδικά* Phaedri audit. Pertinet huc etiam Phaedr. p. 240 A *ἔτι τοίνυν ἄγαμον, ἄπαιδα, ἄοικον ὅ τι πλεῖστον χρόνον παιδικὰ ἐραστὴς εὔξαιτ' αν γενέσθαι.* De verbis: *ἔγνωσάν τε τὴν λ. κ. τ. λ.* *ἀσυνδέτως* additis v. ad Phaed. p. 68 E. Aoristi indicant rem identidem vel extemplo fieri solitam. Accuratius paullo post dicitur *πολλάκις Κέβητος ἀνεμνήσθη*, in quibus verbis istud *πολλάκις* aoristi vim et significationem satis manifestam reddit. Conf. etiam Legg. IX. p. 855 D. XII. p. 945 D. Gorg. p. 484 A. Arist. Av. 786 sqq. [Rectius de hoc aoristi usu sentit F. Franke, Ber. d. sächs. Ges. d. Wiss. VI. 1854. p. 88 sq.]

τοῦτο δέ ἐστιν ἀνάμνησις] Sic Phaedr. p. 249 C *τοῦτο δέ ἐστιν ἀνάμνησις*, ubi v. ann.

τοι, ὅταν τις τοῦτο πάθῃ περὶ ἐκεῖνα, ἃ ὑπὸ χρόνου καὶ τοῦ μὴ ἐπισκοπεῖν ἤδη ἐπελέληστο; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη. Τί δέ; ἦ δ᾽ ὅς· ἔστιν ἵππον γεγραμμένον ἰδόντα καὶ λύραν γεγραμμένην ἀνθρώπου ἀναμνησθῆναι, καὶ Σιμμίαν ἰδόντα γεγραμμένον Κέβητος ἀναμνησθῆναι; Πάνυ γε. Οὐκοῦν καὶ Σιμμίαν ἰδόντα γεγραμμένον αὐτοῦ Σιμμίου ἀναμνησθῆναι; Ἔστι μέντοι, ἔφη. 74

Cap. XIX. Ἆρ᾽ οὖν οὐ κατὰ πάντα ταῦτα ξυμβαίνει τὴν ἀνάμνησιν εἶναι μὲν ἀφ᾽ ὁμοίων, εἶναι δὲ καὶ ἀπ᾽ ἀνομοίων; Ξυμβαίνει. Ἀλλ᾽ ὅταν γε ἀπὸ τῶν ὁμοίων ἀναμιμνήσκηταί τίς τι, ἆρ᾽ οὐκ ἀναγκαῖον τόδε προςπάσχειν, ἐννοεῖν, εἴτε τι ἐλλείπει τοῦτο κατὰ τὴν ὁμοιότητα εἴτε μὴ ἐκείνου, οὗ ἀνεμνήσθη; Ἀνάγκη, ἔφη. Σκόπει δή, ἦ δ᾽ ὅς, εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει. φαμέν πού τι εἶναι ἴσον, οὐ ξύλον λέγω ξύλῳ, οὐδὲ λίθον λίθῳ,

E. *ἤδη ἐπελέληστο*] Ven. *Π* Par. I *ἐπιλέληστο* augmento more Atticorum omisso; conf. p. 68 A. Dein Bekk. e Coisl. Vind. *Φ* dedit *τί δαί*; Sed clare Bodl. Tub. alii *δέ*.

P. 74. *εἶναι μὲν ἀφ᾽ ὁμ.*] Steph. cum Par. E *εἶναι τὴν μὲν ἀφ᾽ ὁμοίων, τὴν δὲ καὶ ἀπ᾽ ἀν.* Pessime.

ξύλον λέγω ξύλῳ] Steph. cum Par. E *ξύλον ξύλῳ λέγω.* Dein e Bodl. Vat. Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d et rec. Ven. *Π* dedi *οὐδ᾽ ἄλλο τι.* Vulgo *τι* abest. v. ad pag. 65 E. Omisit *τι* Herm. cum Bodl. pr.

E. *ὑπὸ χρόνου καὶ τοῦ μὴ ἐπισκ.*] h. e. propter temporis diuturnitatem et propterea quod etc.

αὐτοῦ Σιμμίου] Simmias ipse pictae eius imagini opponitur. Male igitur codd. nonnulli *αὖ τοῦ*.

Cap. XIX. P. 74. *εἶναι μὲν ἀφ᾽ ὁμοίων — ἀνομοίων;*] Etenim *ἀφ᾽ ὁμοίων* fit recordatio, cum eiusdem rei, quae sensibus est percepta, cogitatio sive idea in animo oritur, vel *ἐάν τίς τι πρότερον ἢ ἰδὼν ἢ ἀκούσας ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν λαβὼν μόνον ἐκεῖνο γνῷ* (*ἐκείνου τὴν ἔννοιαν λάβῃ*), ut est supra p. 73 C. Sed eadem *ἀπ᾽ ἀνομοίων* proficiscitur, cum (per legem associationis idearum) alicuius rei perceptione cogitatio s. idea rei diversae excitatur, ut cum lyrae adspectu in mente nascitur imago ac species pueri, qui illa usus est, aut cum in adspectu picti equi vel pictae lyrae reminiscimur alicuius hominis et Simmiae imaginem conspicientes non modo Simmiae ipsius sed etiam Cebetis recordamur, quod Socrates supra p. 73 C dicebat *ἕτερόν τι, οὗ μὴ ἡ αὐτὴ ἐπιστήμη*. De *εἶναι* apud *μέν — δέ* repetito v. Viger. p. 534 et ann. Reizii n. 335.

τόδε προςπάσχειν, ἐννοεῖν] De hoc infinitivo *ἐπεξηγήσεως χάριν* subiecto vide ad p. 72 B, ad Apolog. p. 37 D et ad Criton. p. 45 E. Male Stephanus *τὸ ἐννοεῖν* scribi volebat.

εἴτε τι ἐλλείπει τοῦτο — ἐκείνου] h. e. num hoc, quod ad similitudinem attinet, illo nonnihil deterius sit. Nam *ἐλλείπειν τί τινος* est aliquo esse in aliqua re inferiorem vel deteriorem. v. Alc. I. p. 122 CD.

οὐδ' ἄλλο τι τῶν τοιούτων οὐδέν, ἀλλὰ παρὰ ταῦτα πάντα ἕτερόν τι, αὐτὸ τὸ ἴσον· φῶμέν τι εἶναι ἢ μηδέν;
B Φῶμεν μέντοι νὴ Δί', ἔφη ὁ Σιμμίας, θαυμαστῶς γε. Ἦ καὶ ἐπιστάμεθα αὐτὸ ὃ ἔστιν; Πάνυ γε, ἦ δ' ὅς. Πόθεν λαβόντες αὐτοῦ τὴν ἐπιστήμην; ἆρ' οὐκ ἐξ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν, ἢ ξύλα ἢ λίθους ἢ ἄλλ' ἄττα ἰδόντες ἴσα, ἐκ τούτων ἐκεῖνο ἐνενοήσαμεν, ἕτερον ὂν τούτων; ἢ οὐχ ἕτερόν σοι φαίνεται; σκόπει δὲ καὶ τῇδε. ἆρ' οὐ λίθοι μὲν ἴσοι καὶ ξύλα ἐνίοτε ταὐτὰ ὄντα τοτὲ μὲν ἴσα

παρὰ ταῦτα πάντα] Sic Bodl. Tub. Ven. *Π* Par. G. Vett. editt. **παρὰ πάντα ταῦτα.**

αὐτὸ τὸ ἴσον] *αὐτῷ* Ven. *Δ* Par. HI et pr. E. *τε* pro *τό* pr. Bodl.

B. **Φῶμεν μέντοι**] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π* Vind. *Φ* Flor. d Par. G Ambr. et corr. Coisl. Olim erat: **Φῶμεν τοίνυν.**

ὃ ἔστιν;] V. **ὃ ἔστιν ἴσον.** Sed *ἴσον* om. a pr. m. in Bodl. Ven. *Π* et corr. Par. G. Deest item in Tub. et August. Nec dubium est quin ortum sit ex glossemate; necessarium esse nec demonstravit Herm. Schmidt. Krit. Comm. I. p. 50 quamvis prolixa disputatione de ea re instituta.

ἰδόντες ἴσα] V. **ἰδόντες τὰ ἴσα.** Recte *τά* om. Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d Zitt.

τοτὲ μὲν ἴσα φαίνεται, τοτὲ δ' οὔ;] Pro *τοτὲ μέν* et *τοτὲ δ'* Bodl. pr. Ven. *Π* a pr. m. *τῷ μέν* et *τῷ δέ* scriptum habent, quod est etiam in Tub. Sed ea scriptura videtur ex praepostera emendat. crit. orta esse. v. expl.

ἀλλὰ παρὰ ταῦτα πάντα ἕτερόν τι] h. e. sed aliud quiddam intellego ab his omnibus diversum. Politic. p. 295 E *μὴ ἐξέστω δὴ παρὰ ταῦτα ἕτερα προστάττειν.* De Rep. I. p. 337 D *δείξω ἑτέραν ἀπόκρισιν παρὰ πάσας ταύτας.* Alia huius generis exempla v. ad 107 A. Mox dicitur *ἕτερον ὂν τούτων.*

αὐτὸ τὸ ἴσον] i. e. ideam et formam aequalitatis animo conceptam. Nam *αὐτό* indicat vim et naturam alicuius rei per se consideratae.

B. **πόθεν λαβόντες**] sc. *ἐπιστάμεθα*, ut mox p. 76 C.

ἆρ' οὐκ ἐξ ὧν — τούτων;] Sic mox p. 74 C *ἀλλὰ μὴν ἐκ τούτων γ', ἔφη, τῶν ἴσων, ἑτέρων ὄντων ἐκείνου τοῦ ἴσου, ὅμως αὐτοῦ (τοῦ ἴσου) τὴν ἐπιστήμην ἐνενόηκάς τε καὶ εἴληφας;* Nimirum rerum externarum perceptione hoc effici arbitratur, ut idearum nobis tamquam conscii fiamus. Nam ortum earum ipsum philosophus non ex rebus adspectabilibus, sed ex vita animorum superiore repetiit. conf. etiam p. 75 AB.

ἆρ' οὐ λίθοι — τοτὲ δ' οὔ;] h. e. annon lapides, qui sunt inter se aequales, atque ligna itidem inter se aequalia, quamquam sunt eadem, tamen interdum inter se aequalia videntur, interdum non? i. e. nonne res eaedem, quae quidem sub sensus cadunt, modo sic, modo aliter comparatae videntur, cum idea aequalitatis, quam in animo consignatam habemus, semper eadem maneat nec ullam subeat vicissitudinem? Etenim inter res sub sensus cadentes et inter earum formas in animis consignatas hoc discriminis intercedit, quod alterae semper varientur adeoque uni eidemque homini alio tempore aliter comparatae videantur, alterae sui speciem sive ideam semper eandem exhibeant. In qua quidem senten-

φαίνεται, τοτὲ δ' οὔ; Πάνυ μὲν οὖν. Τί δέ; αὐτὰ τὰ ἴσα ἔστιν ὅτε ἄνισά σοι ἐφάνη; ἢ ἡ ἰσότης ἀνισότης; C
Οὐδεπώποτέ γε, ὦ Σώκρατες. Οὐ ταὐτὸν ἄρ' ἐστίν, ἦ δ' ὅς, ταῦτά τε τὰ ἴσα καὶ αὐτὸ τὸ ἴσον. Οὐδαμῶς μοι φαίνεται, ὦ Σώκρατες. Ἀλλὰ μὴν ἐκ τούτων γ', ἔφη, τῶν ἴσων, ἑτέρων ὄντων ἐκείνου τοῦ ἴσου, ὅμως αὐτοῦ τὴν ἐπιστήμην ἐννενόηκάς τε καὶ εἴληφας; Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν ἢ ὁμοίου ὄντος τούτοις ἢ ἀνο-

Τί δέ;] *δαί* Bekk. ex Coisl. Vind. Φ.

tiae ratione nescio cur Heindorf. adeo haeserit, ut neque istud *φαίνεται* huic loco convenire dixerit neque reliquorum verborum vim et significationem potuerit perspicere. Nam illo *φαίνεται*, pro quo Heindorf. *δοκεῖ* requirebat, nihil aptius est in eo loco, in quo de rerum externarum specie agitur. Quod autem idem vir doctus post *ἐνίοτε* parum apte inferri ait *τοτὲ μέν — τοτὲ δέ* adeoque eius loco adstipulante Hermanno *τῷ μέν — τῷ δέ* reponendum censet, hoc est eam lectionem, quae ex intempestiva correctione scioli alicuius originem duxit, id vero est eiusmodi, ut neque causam habeat satis idoneam et sententiae rationem funditus evertat. Nam recte dici potuisse: *ἐνίοτε — τοτὲ μέν — τοτὲ δέ* cuilibet, opinor, apparebit ex hac verborum interpretatione: annon interdum accidit, ut lapides et ligna sibi aequalia, quamquam eadem sunt, tamen modo aequalia, modo inaequalia videantur, h. e. sensibus appareant? v. ad Phileb. p. 32 D, ubi similia notavimus. Sermonem autem esse de varietate ac diversitate rerum externarum imaginum ab uno eodemque homine vario tempore perceptarum vel ex proximis verbis apparet: *αὐτά — σοι ἐφάνη*, ut sponte intellegatur lectioni *τῷ μέν, τῷ δέ* nullum locum esse concedendum.

αὐτὰ τὰ ἴσα ἔστιν ὅτε ἄνισα] Dicitur *αὐτὰ τὰ ἴσα* pro *αὐτὸ τὸ ἴσον*, h. e. idea aequalitatis, propterea quod res singulae, quae aequales sunt, item numero plurali insigniendae fuerunt. Itaque his iam apte opponuntur *αὐτὰ τὰ ἴσα*, in quo recte Socrates plurali numero uti potuit *εἰς τοὺς πολλοὺς ἀποβλέπων νόας, ὧν ἐν ἑκάστῳ τὸ αὐτὸ ἴσον*, quae sunt verba Olympiodori ad h. l. Eodem modo *αὐτὰ τὰ ὅμοια* et *τὰ πολλά* Parm. p. 129 B. Schleiermacher., qui *αὐτὰ τὰ ἴσα* pro *αὐτὸ τὸ ἴσον* recte dici posse negat, legendum suspicatur: *Τί δέ; αὐτὰ τὰ ἴσα ἔστιν ὅτε ἄνισά σοι ἐφάνη· ἢ καὶ ἡ ἰσότης ἀνισότης;* Sed istam repetitionem, quae inest in verbis *τί δέ; — ἐφάνη*, vereor ne aegre laturi sint quicunque accuratius consideraverint orationis tenorem et cohaerentiam.

C. *Οὐ ταὐτὸν ἄρ' — ταῦτά τε τὰ ἴσα*] In his *ταῦτα τὰ ἴσα* dictum est *δεικτικῶς* de rebus sub sensus cadentibus. De quo usu pronominis demonstrativi diximus ad p. 75 E et ad Phileb. p. 38 E. Sic proxime *ἐκ τούτων — τῶν ἴσων*.

Οὐκοῦν ἢ ὁμοίου ὄντος — Πάνυ μὲν οὖν.] Totum hunc locum insiticium esse putat Herm. Schmidt, Krit. Commentar. I. p. 65 sqq., quippe qui argumentationis nexum turbet importunissime. In quo adstipulatorem nactus est Susemihlium, Genet. Entwickel. d. Plat. Philos. I. p. 430. Mihi vero ea de re multo videtur aliter. Nam primum quidem nemo quisquam dixerit, unde huc immigraverint verba, quae per se spectata certe colorem sermonis Platonici referunt integerrimum. Deinde his

μοίον; Πάνυ γε. Διαφέρει δέ γε, ἦ δ' ὅς, οὐδέν· ἕως ἂν ἄλλο ἰδὼν ἀπὸ ταύτης τῆς ὄψεως ἄλλο ἐννοήσῃς, εἴτε

C. *ἕως ἂν ἄλλο ἰδών*] Editt. omnes: *ἕως γὰρ ἂν ἄλλο ἰδών.* Bodl. Vat. Tub. *ἕως ἂν ἄλλο ἰδών* omisso *γάρ.* Ven. *Π γὰρ ἂν* non agnoscit. Extrusimus *γάρ* eam ob causam, quam infra declaravimus. Vat. Flor. d Zitt. et margo Ven. Ξ Flor. a c pro *ἕως ἂν* habent *ὅταν οὖν*, quod non iam probaverim.

eliminatis nullo modo intellegitur, quorsum spectet superior illa Socratis disputatio de duplici recordationis genere cap. XVIII admodum subtiliter instituta. Quae manifesto nunc ita respicitur, ut iam tandem ad rem in controversiam vocatam adhibeatur. Significatur enim, quod sane significandum fuit, ad ipsam recordationis vim ac naturam nihil interesse, utrum ea a similibus an a dissimilibus oriatur; omnino enim ipsam tum habere locum, cum quis aliud quid conspicatus tamen aliud quid mente et animo susceperit, quandoquidem res adspectabiles atque ideas diversum quiddam esse exploratum habeatur. Denique vero nec ullo modo concedimus interrumpi et perturbari his verbis argumentationis tenorem, quae potius illis omissis graviter esset laboratura. Est enim illius ratio haec. Posuit Plato supra p. 74 A haec duo: primum quidem *τὴν ἀνάμνησιν* vel ex similibus vel ex dissimilibus exsistere; deinde, si ea ex similibus exsistat, necessarium esse, ut iudicetur, num res sensibus percepta similitudine sua, si ad ideam comparetur, nonnihil deficiat necne. Quo facto inde a verbis: *Σκόπει δή — εἰ ταῦτα οὕτως ἔχει* (p. 74 A) rem propositam ita persequitur, ut exemplo a paribus rebus et paritatis idea repetito primum ostendat recordationis rationem, sive ea a similibus sive a dissimilibus orta sit, omnino hanc esse, ut res sensibus perceptae et rerum species in animis consignatae inter se differre existimandae sint, quandoquidem alterae sint semper eaedem, alterae modo sic modo aliter comparatae videantur. His vero ita expositis nunc subiunguntur verba: *Οὐκοῦν ἢ ὁμοίου — Πάνυ μὲν οὖν*; quibus indicatur omnino quidem fieri posse, ut idea paritatis e rebus vel similibus vel dissimilibus exstiterit, sed id ad ipsius recordationis vim et naturam nihil referre, quippe quae in eo sit posita, ut quis aliud quid conspicatus aliud (i. e. ideam a rebus diversam) mente comprehensum teneat. Apparet igitur apte verba hic interposita esse. Etenim pergitur iam inde a verbis: *Τί δὲ τόδ'*; ad alterum, quod supra positum erat, quo statuitur, si recordatio a similibus oriatur, etiam reputandum esse apud animum, num res sensibus perceptae ideam aequiparent necne. Ostenditur igitur deinceps ideas rebus esse praestantiores. Quo facto denique colligitur necessario effici, ut iam ante rerum adspectabilium perceptionem idearum notitiam habuisse existimandi simus.

ἕως ἂν ἄλλο ἰδών —] Nihil, inquit, refert, utrum id hoc an illo modo fiat. Quamdiu (i. e. dummodo) enim aliud quid conspicatus propter hunc ipsum adspectum aliud quid mente tua conceperis sive simile illud alteri sive dissimile, recordationem exstitisse. De *γάρ* in sententia epexegetica usitate omisso v. Phileb. p. 12 E. 31 B. 46 A. 52 E. 63 A. Politic. 257 C. 268 E. 291 D. 296 E. 297 A. Prot. 343 D. Gorg. 450 A. al. De *ἕως ἂν* autem ita usurpato contulisse iuvabit Cratyl. p. 393 D *οὐδὲν πρᾶγμα, — ἕως ἂν ἐγκρατὴς ᾖ ἡ οὐσία κ. τ. λ.* Ibid. p. 393 E *ἕως ἂν αὐτοῦ δηλουμένην τὴν δύναμιν ἐντιθῶμεν, ὀρθῶς ἔχει ἐκεῖνο τὸ ὄνομα.* Ibid. p. 432 E. Polit. p. 293 B D. De Rep. X. p. 610 B. Xen. Cyrop. V. 2, 11.

ὅμοιον εἴτε ἀνόμοιον, ἀναγκαῖον, ἔφη, αὐτὸ ἀνάμνησιν D
γεγονέναι. Πάνυ μὲν οὖν. Τί δὲ τόδ'; ἦ δ' ὅς· ἦ πάσχομέν τι τοιοῦτον περὶ τὰ ἐν τοῖς ξύλοις τε καὶ οἷς νῦν δὴ ἐλέγομεν τοῖς ἴσοις; ἆρα φαίνεται ἡμῖν οὕτως ἴσα εἶναι, ὥςπερ αὐτὸ τὸ ὃ ἔστιν ἴσον, ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τοιοῦτον εἶναι, οἷον τὸ ἴσον, ἢ οὐδέν; Καὶ πολύ γε, ἔφη, ἐνδεῖ. Οὐκοῦν ὁμολογοῦμεν, ὅταν τίς τι

εἴτε ὅμοιον εἴτε ἀνόμοιον] V. εἴτε ἀνόμοιον εἴτε ὅμ. invitis melioribus codicibus.

D. *Τί δὲ τόδ';*] τόδ' om. Bodl. Vat. Tub. Ven. Π Vind. Φ Par. G Flor. d. Sed aegre hoc τόδε carueris, quod refertur ad proxima eaque extollit. Eiecit tamen Hermannus. Pro δαί Coisl. Vat. Tub. Ven. ΛΠ Par. CEGHIL Ambr. Aug. Florentini δέ praebuerunt.

ἐλέγομεν τοῖς ἴσοις] Vett. editt. ἐν τοῖς ἴσοις. Sed recte Heind. ἐν delendum censuit, ut habet Vind. Υ ex corr. In Vat. Flor. a d m Zitt. ἐλέγομεν ἴσοις om. ἐν τοῖς.

αὐτὸ τὸ ὃ ἔστιν ἴσον] Articulus τό in editt. omnibus deest. Vat. Vind. Φ Ven. Ξ et corr. Vind. Υ αὐτὸ τὸ ᾧ ἔστιν. Ven. Π (teste Bastio) et Par. G αὐτὸ τὸ ὃ ἔστιν. Voc. ἴσον om. Bodl. ex em. et Tub. Ven. Π.

ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τ. εἶναι] Editt. omnes: ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τοιοῦτον εἶναι praeter Herm., qui dedit: ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τὸ μὴ τοιοῦτον εἶναι. Bodl. et pr. Ven. Π ἢ ἐνδεῖ τῷ ἐκείνου τῷ τοιοῦτον. Zitt. ἢ ἐνδεῖ τῷ ἐκεῖ τῷ μὴ τ. εἶναι. Voc. μή ante τοιοῦτον εἶναι om. etiam Tub. Aug. Vindobonenses, Flor. b i Coisl. Ven. ΛΞ Par. EGHIL Ambr. In Vat. et Flor. d scriptum: ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τοιοῦτον αὐτὰ εἶναι. Ven. Π corr. τῷ μὴ τοιοῦτον ταῦτα εἶναι. v. infra.

Καὶ πολύ γε] καί vulgo neglectum codd. optimi atque plurimi firmant.

D. *αὐτὸ ἀνάμ. γεγονέναι*] αὐτό i. e. τὸ ἄλλο ἰδόντα — ἄλλο νοῆσαι.

ἆρα φαίνεται — ὃ ἔστιν ἴσον;] Continent haec quoque explicationem eorum, quae proxime antecedunt: ἦ πάσχομέν τι — τοῖς ἴσοις, unde more loquendi pervulgato ἀσυνδέτως adiecta sunt. Quod ex codd. recepimus ὥςπερ αὐτὸ τὸ ὃ ἔστιν, cum vulgo τό abesset, de eo v. annot. ad p. 75 B.

ἢ ἐνδεῖ τι ἐκείνου τῷ μὴ τ.] Locus sanissimus est, quem mireris a criticis adeo sollicitatum esse. Nam ἐνδεῖ τι ἐκείνου idem est quod p. 74 A ἐλλείπει ἐκείνου, illo sunt inferiora, ab illo superantur. Cuius loquendi rationis luculentissimum exemplum exstat De Rep. VII. p. 529 D τῶν δὲ ἀληθινῶν πολὺ ἐνδεῖν. Dein τῷ μὴ τοιοῦτον εἶναι est: eo, quod non sunt talia, quale est ipsum τὸ ἴσον, h. e. quia ab illo diversa sunt nec vero idem. De quo usu dativi τῷ infinitivis iuncti v. ad p. 60 B. Denique ne quis pro τοιοῦτον requirat τοιαῦτα, quemadmodum p. 75 B scriptum legitur: προθυμεῖται μὲν πάντα τοιαῦτα εἶναι, οἷον ἐκεῖνο, ἔστι δὲ φαυλότερα; praedicatum numero relativi accommodatum esse liquet, cum τὰ ἴσα verbi ἐνδεῖ subiectum sit. In quo non est cur haereatur. Itaque sententia loci haec est: num nobis ita videntur esse aequalia, uti ipsum aequale (idea aequalitatis), an ea (τὰ ἴσα) aliquá parte (τι) illo deteriora sunt (ἐνδεῖ ἐκείνου), eo quod non sunt talia, quale est ipsum aequale (non

ἰδὼν ἐννοήσῃ, ὅτι βούλεται μὲν τοῦτο, ὃ νῦν ἐγὼ ὁρῶ, εἶναι οἷον ἄλλο τι τῶν ὄντων, ἐνδεῖ δὲ καὶ οὐ δύναται
E *τοιοῦτον εἶναι, οἷον ἐκεῖνο, ἀλλ' ἐστὶ φαυλότερον, ἀναγκαῖόν που τὸν τοῦτο ἐννοοῦντα τυχεῖν προειδότα ἐκεῖνο, ᾧ φησιν αὐτὸ προςεοικέναι μέν, ἐνδεεστέρως δὲ ἔχειν; Ἀνάγκη. Τί οὖν; τὸ τοιοῦτον πεπόνθαμεν καὶ ἡμεῖς, ἢ οὔ, περί τε τὰ ἴσα καὶ αὐτὸ τὸ ἴσον; Παντάπασί γε. Ἀναγκαῖον ἄρα ἡμᾶς προειδέναι τὸ ἴσον πρὸ ἐκείνου*
75 *τοῦ χρόνου, ὅτε τὸ πρῶτον ἰδόντες τὰ ἴσα ἐνενοήσαμεν, ὅτι ὀρέγεται μὲν πάντα ταῦτ' εἶναι οἷον τὸ ἴσον, ἔχει δὲ ἐνδεεστέρως. Ἔστι ταῦτα. Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε ὁμολογοῦμεν, μὴ ἄλλοθεν αὐτὸ ἐννενοηκέναι, μηδὲ δυνατὸν εἶναι ἐννοῆσαι, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ ἰδεῖν ἢ ἅψασθαι ἢ ἔκ τινος ἄλλης τῶν αἰσθήσεων· ταὐτὸν δὲ πάντα ταῦτα λέγω. Ταὐτὸν γάρ ἐστιν, ὦ Σώκρατες, πρός γε ὃ βού-*

E. *οἷον ἐκεῖνο*] Libri *ἴσον οἷον ἐκεῖνο*. Recte Mudgius, Fischerus, Wyttenbachius, Heindorf., Bekker. *ἴσον* delendum censuerunt. Uncis inclusit Herm.

τὸ τοιοῦτον πεπ.] *τό* om. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Ambr. Tub. Flor. d. Recte fortasse. conf. ad Remp. VII. p. 536 B. Symp. p. 175 B.

ad ideae perfectionem ac praestantiam accedunt). Heindorfius eiecto *μή* corrigebat: *ἢ ἐνδεῖ τι ἐκεῖνα τοῦ τοιοῦτον εἶναι οἷον τὸ ἴσον.*

βούλεται μὲν τοῦτο —] Verba *βούλεσθαι* et *ἐθέλειν* etiam de rebus inanimatis usurpari docuerunt interpp. ad Gregor. Corinth. p. 135 sq. et ad Viger. p. 736.

E. *τὸν τοῦτο ἐννοοῦντα*] Quod antea dixerat *ὅταν τις — ἐννοήσῃ*, id nunc parenthesi absoluta iterat more admodum frequenti.

ἐνδεεστέρως δὲ ἔχειν] i. e. *οὗ δὲ ἐνδ. ἔχειν φησί*. v. p. 65 A. p. 82 D coll. Matth. §. 428. 2. Ceterum post *ἀναγκαῖόν που* intellegas *εἶναι*, ut p. 111 A. Legg. IX. p. 872 E, quae ellipsis paullo rarior est. Nisi forte malueris orationem putare *ἀνακόλουθον*.

P. 75. *ὅτι ὀρέγεται μὲν πάντα ταῦτ' εἶναι*] h. e. haec omnia (*τὰ ἴσα*) appetere ipsi aequalitatis formae fieri similia nec tamen fieri posse. Cum enim ex sententia Platonis res sensibus subiectae ad aeternarum formarum, quas *ἰδέας* appellavit, exemplum expressae sint, illae nunc dicuntur ad harum virtutem et praestantiam quasi contendere et pervenire studere, nec tamen propter naturae suae imbecillitatem unquam illam assequi. Idem mox B significatur verbis: *ὅτι προθυμεῖται μὲν πάντα τοιαῦτα εἶναι οἷον ἐκεῖνο, ἔστι δὲ αὐτοῦ φαυλότερα*, quae Stephanum videntur movisse, ut etiam hic scribendum putaret *πάντα τοιαῦτ' εἶναι.*

ταὐτὸν δὲ πάντα ταῦτα λέγω] h. e. nihil autem discriminis dico in his sensibus inesse ad illud, quod docere nunc institui; omnia enim eodem redire arbitror, sive oculis, sive tactu, sive alio sensu aliquid percipias. Cuius interpretationis veritatem testantur quae deinceps adduntur. De constructione verborum v. Matthiae Gr. §. 416 *β*.

λεται δηλῶσαι ὁ λόγος. Ἀλλὰ μὲν δὴ ἔκ γε τῶν αἰσθήσεων δεῖ ἐννοῆσαι, ὅτι πάντα τὰ ἐν ταῖς αἰσθήσεσιν ἐκείνου τε ὀρέγεται τοῦ ὃ ἔστιν ἴσον, καὶ αὐτοῦ ἐνδεέ- B
στερά ἐστιν. ἢ πῶς λέγομεν; Οὕτως. Πρὸ τοῦ ἄρα ἄρξασθαι ἡμᾶς ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ τἆλλα αἰσθάνεσθαι τυχεῖν ἔδει που εἰληφότας ἐπιστήμην αὐτοῦ τοῦ ἴσου, ὅ τι ἔστιν, εἰ ἐμέλλομεν τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα ἐκεῖσε ἀνοίσειν, ὅτι προθυμεῖται μὲν πάντα τοιαῦτα εἶναι οἷον ἐκεῖνο, ἔστι δὲ αὐτοῦ φαυλότερα. Ἀνάγκη ἐκ τῶν προειρημένων, ὦ Σώκρατες. Οὐκοῦν γενόμενοι εὐθὺς ἑωρῶμέν τε καὶ ἠκούομεν καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις εἴχο-

P. 75. *ἔκ γε τῶν αἰσθήσεων*] Bodl. Ven. *Π* Tub. *τε.*

B. *τοῦ ὃ ἔστιν*] Sic Bodl. Vat. Ven. *Π* Vind. 1 4 6 (*Φ*) 8 Par. C G Ambr. Flor. a c d m August. et corr. Coisl. Male vett. editt. *τοῦθ' ὃ ἔστιν.*

ἢ πῶς λέγομεν;] V. *λέγωμεν* invitis codicibus. Sensus est: an quomodo iudicamus s. censemus. v. Heindorf. ad Gorg. p. 480 B coll. Sympos. p. 214 A. Gorg. p. 455 A. p. 505 C. p. 480 B, ubi v. ann.

Πρὸ τοῦ ἄρα] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d i et corr. Coisl. Inepte vett. editt. *πρὸ γὰρ τοῦ.* Aug. *πρὸ ἄρα τοῦ,* unde lectio vulgata duxit originem. Dein vett. editt. *ἢ ἀκούειν,* quod e Bodl. Ven. *Π* Tub. mutatum.

πάντα τοιαῦτα] V. *πάντα τὰ τοιαῦτα.* Articulum praeeunte Bekkero abiecimus auctoritate Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr.

πρός γε ὃ βούλεται δ.] i. e. *πρὸς τοῦτο ὃ βούλεται δ.*, quod attinet ad id quod —.

B. *τοῦ ὃ ἔστιν ἴσον*] h. e. *τοῦ ὄντως ἴσου ὄντος* s. ideae aequalitatis. Infra p. 92 D *ἡ οὐσία ἔχουσα τὴν ἐπωνυμίαν τὴν τοῦ ὃ ἔστι.* Mox D dicitur *οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο, ὃ ἔστι.* De Rep. X. p. 597 A *ὃ δή φαμεν εἶναι ὃ ἔστι κλίνη.* De usu articuli ante relativa v. Legg. IV. p. 714 E *ἔστι τοῦτο ἓν ἐκείνων τῶν ἀδικημάτων ἀρχῆς πέρι. — Ποίων δή; — Τῶν ἃ τότε ἐπεσκοποῦμεν.* Phileb. p. 37 A *καὶ τό γε ᾧ τὸ ἡδόμενον ἥδεται.* Ibid. E *περὶ τὸ ἐφ' ᾧ λυπεῖται.* v. Matth. §. 287. I. Heindorf. ad Crat. p. 389 B. Atque ex his intellegitur sponte, unde nata sit vitiosa vett. editt. lectio *τοῦθ' ὃ ἔστιν ἴσον.*

τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα] Antea dicebatur *τὰ ἐν αἰσθήσεσιν.* Sed hoc loco *ἐκ τ. αἰσθ.* scriptum propter verbum *ἀνοίσειν.* v. p. 58 A, ubi legimus: *οὐδὲ τὰ περὶ τῆς δίκης ἄρα ἐπύθεσθε,* et quae dicemus ad p. 76 D. Formula *ἐκεῖσε ἀναφέρειν* in eadem re ponitur De Rep. VI. p. 484 C. Pollet autem ea vi, ut sit *ἀναφέρειν ἐνθυμουμένους,* unde dein *ὅτι* subiicitur, quo non intellecto Hirschig. verba *ὅτι προθυμεῖται — αὐτοῦ φαυλότερον* eiicienda statuit, ut quae sciolus aliquis ex p. 74 E et 75 A huc invexerit. Quod credat Iudaeus Apella.

γενόμενοι εὐθύς] statim ut nati eramus. vid. p. 70 A.

C μεν; Πάνυ γε. Ἔδει δέ γε, φαμέν, πρὸ τούτων τὴν τοῦ ἴσου ἐπιστήμην εἰληφέναι; Ναί. Πρὶν γενέσθαι ἄρα, ὡς ἔοικεν, ἀνάγκη ἡμῖν αὐτὴν εἰληφέναι. Ἔοικεν.

Cap. XX. Οὐκοῦν εἰ μὲν λαβόντες αὐτὴν πρὸ τοῦ γενέσθαι ἔχοντες ἐγενόμεθα, ἠπιστάμεθα καὶ πρὶν γενέσθαι καὶ εὐθὺς γενόμενοι οὐ μόνον τὸ ἴσον καὶ τὸ μεῖζον καὶ τὸ ἔλαττον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαντα τὰ τοιαῦτα; οὐ γὰρ περὶ τοῦ ἴσου νῦν ὁ λόγος ἡμῖν μᾶλλόν τι ἢ καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ δικαίου
D καὶ ὁσίου, καί, ὅπερ λέγω, περὶ ἁπάντων οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο, ὃ ἔστι, καὶ ἐν ταῖς ἐρωτήσεσιν ἐρωτῶντες καὶ ἐν ταῖς ἀποκρίσεσιν ἀποκρινόμενοι. ὥςτε ἀναγκαῖον ἡμῖν εἶναι τούτων ἁπάντων τὰς ἐπιστήμας πρὸ τοῦ γενέσθαι εἰληφέναι. Ἔστι ταῦτα. Καὶ εἰ μέν γε

C. πρὸ τούτων] τούτου Vat. Par. G Flor. d, quod in Bodl. superscriptum.
ἢ καί] ἢ om. Bodl. Tubing. et pr. Ven. Π.
D. ἀναγκαῖον ἡμῖν εἶναι] εἶναι Bodl. pr. om.

C. πρὸ τούτων τὴν τοῦ ἴσου —] scil. priusquam corporis sensibus uteremur.

Cap. XX. ἔχοντες ἐγενόμεθα] In his ad ἔχοντες iterum intellegendum est αὐτήν.

καὶ πρὶν γενέσθαι καὶ εὐθὺς γενόμενοι] tum ante ortum nostrum, tum statim ut nati eramus.

ξύμπαντα τὰ τοιαῦτα] h. e. omnium rerum formas ac species.

ἢ καὶ περὶ αὐτοῦ τ. κ.] Advertas hoc καί, quod interponitur eodem modo, quo usurpatur in hac dictione: ὥςπερ γὰρ περὶ τοῦ ἴσου νῦν ὁ λόγος ἡμῖν, οὕτω καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ καλοῦ. De formula ὅπερ λέγω v. p. 58 C. Denique ne mireris articulum ante δικαίου καὶ ὁσίου non esse iteratum, eodem modo Gorg. p. 459 D καὶ τὸ αἰσχρὸν καὶ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν καὶ κακόν, ubi v. an. Ibid. p. 460 E. Alcib. I. p. 117 A, ubi v. ann., Legg. X. p. 896 D.

D. οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο, ὃ ἔστι] h. e. quibus τῆς οὐσίας signum imprimimus, quae nomine essentiae insignimus. Politic. p. 258 C δεῖ γὰρ αὐτὴν ἀνευρεῖν, καὶ χωρὶς ἀφελόντας ἀπὸ τῶν ἄλλων ἰδέαν αὐτῇ μίαν ἐπισφραγίζεσθαι. Phileb. p. 26 D καίτοι πολλά γε καὶ τὸ ἄπειρον παρέσχετο γένη, ὅμως δ' ἐπισφραγισθέντα τῷ τοῦ μᾶλλον καὶ ἐναντίου γένει ἓν ἐφάνη.

ἐρωτῶντες καὶ — ἀποκρινόμενοι] P. 78 D ἡ οὐσία, ἧς λόγον δίδομεν τοῦ εἶναι καὶ ἐρωτῶντες καὶ ἀποκρινόμενοι, i. e. διαλεγόμενοι. Theaet. p. 168 D ἐμὲ καὶ σὲ δεῖ ἐρωτῶντάς τε καὶ ἀποκρινομένους ἀλλήλοις σπουδάσαι αὐτοῦ περὶ τὸν λόγον. Criton. p. 50 C. Lach. p. 187 C. De Rep. VII. p. 534 D.

Καὶ εἰ μέν γε λαβόντες — εἰδέναι] Dixerat supra: εἰ λαβόντες ταύτην τὴν ἐπιστήμην πρὸ τοῦ γενέσθαι ἔχοντες ἐγενόμεθα, ἠπιστάμεθα καὶ πρὶν γενέσθαι καὶ εὐθὺς γενόμενοι. Quam quidem sententiam nunc persequitur diligentius. Et alterum quidem illud, quod, antequam nascamur, idearum habere videamur cognitionem, denuo attingit verbis:

λαβόντες ἑκάστοτε μὴ ἐπιλελήσμεθα, εἰδότας ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἀεὶ διὰ βίου εἰδέναι· τὸ γὰρ εἰδέναι τοῦτ' ἐστί, λαβόντα του ἐπιστήμην ἔχειν καὶ μὴ ἀπολωλεκέναι. ἢ οὐ τοῦτο λήθην λέγομεν, ὦ Σιμμία, ἐπιστήμης ἀποβολήν; Πάντως δήπου, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Εἰ δέ γε, E οἶμαι, λαβόντες πρὶν γενέσθαι γιγνόμενοι ἀπωλέσαμεν, ὕστερον δὲ ταῖς αἰσθήσεσι χρώμενοι περὶ ταῦτα ἐκείνας ἀναλαμβάνομεν τὰς ἐπιστήμας, ἅς ποτε καὶ πρὶν εἴχο-

ἑκάστοτε μή] ἑκάστοτε μή Bodl. pr. m. Ven. Π Tub. Vulgo μὴ ἑκάστοτε. Dein ἐπελελήσμεθα Vat. Vind. Φ Υ Par. A C Ambr. Aug. Flor. c Zitt., quod recepit Fischer. v. annot.

εἰδότας] Sic Coisl. Ven. Π Par. A C G Flor. a c d m et a pr. m. Bodl. a sec. m. Tub. Flor. b. Vulgo εἰδότες.

ὦ Σιμμία] Vulgo ὦ Σ. deerat, quod optimi libri omnes tuentur. Dein Παντελῶς Vat. Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. d et in marg. Bodl.

E. περὶ ταῦτα] Male cum Bodl. pr. m. al. vett. editt. αὐτά, quod e Vat. Vind. 1 5 6 Par. G Ambr. et marg. Bodl. correctum. v. explicatt. Mox corr. Bodl. ἅς τότε.

ὥστε ἀναγκαῖον — πρὸ τοῦ γενέσθαι εἰληφέναι. Alterum autem, quod nec nati illam scientiam amittamus nisi oblivione quadam ingruente, id vero hac enuntiatione uberius explicat. Nam sententia verborum haec est: Ac necessarium etiam est, ut illam scientiam et in ortu nostro semper retineamus et per totam vitam teneamus, nisi, postquam illam accepimus, semper (jedesmal) eiusdem obliti sumus, h. e. nisi deinde aliquo tempore nos invasit eius oblivio. Etenim haec: εἰ μέν γε λαβόντες ἑκάστοτε μὴ ἐπιλελήσμεθα idem significant, quod εἰ πρὸ τοῦ γενέσθαι εἰλήφαμεν οὕτως, ὥστε μὴ ἑκάστοτε ἐπιλελῆσθαι, ita ut proximae conclusionis rationem quasi repetant accedente tamen notione scientiae firmitatis et constantiae. Ponit autem deinde philosophus amitti idearum cognitionem utique inter nascendum solere ideoque scientiam rerum omnem recordatione contineri. Vides igitur nihil turbare ordinem argumentationis, quem Heindorf. restituisse sibi videbatur corrigendo: καὶ εἰ μέν γε λαβόντες μὴ ἑκάστοτε γιγνόμενοι ἐπιλελήσμεθα, εἰδότας ἀεὶ γίγνεσθαι κ. τ. λ. Idem vir doctus ex cod. Aug. ἐπιλελήσμεθα malebat ac deinceps εἰδότας ἂν γίγνεσθαι. — De formula ἀεὶ διὰ βίου v. Heindorf. ad h. l. et quae collegi ad Phileb. p. 21 B. — Statim post Suidas s. v. εἴδησις exhibet haec: τοῦτ' ἐστί, τὸ λαβόντα — μὴ ἀπολωλεκέναι. Sed articulo non opus esse docebunt ea, quae ad p. 64 C annotavimus. Definitionem oblivionis paullo aliam videas Phileb. p. 34 A, ubi plura de hac re diximus. Sympos. p. 208 A λήθη γὰρ ἐπιστήμης ἔξοδος. Nemes. De nat. homin. p. 202 ed. Matth. λήθη δ' ἐστὶ μνήμης ἀποβολή.

E. ταῖς αἰσθήσεσι χρώμενοι περὶ ταῦτα] Perperam vulgo αὐτά. Recte codd. quidam ταῦτα, quod dictum est δεικτικῶς de rebus sensibus subiectis usu apud Platonem haudquaquam infrequenti. Sic supra p. 74 C. Phileb. p. 58 E καὶ ὅσαι (τέχναι) περὶ ταῦτα πεπόνηνται. Phaedr. p. 250 A ἀναμιμνήσκεσθαι δ' ἐκ τῶνδε ἐκεῖνα οὐ ῥάδιον ἁπάσῃ (ψυχῇ), quos locos comparavit Heindorf. v. etiam nostra ad Phileb. l. c.

καὶ πρὶν εἴχομεν] i. e. καὶ πρότερον s. καὶ πάρος, quod fru-

μεν, ἆρ᾽ οὐχ᾽ ὃ καλοῦμεν μανθάνειν οἰκείαν ἐπιστήμην ἀναλαμβάνειν ἂν εἴη; τοῦτο δέ που ἀναμιμνήσκεσθαι λέγοντες ὀρθῶς ἂν λέγοιμεν; Πάνυ γε. Δυνατὸν γὰρ
76 *δὴ τοῦτό γ᾽ ἐφάνη, αἰσθόμενόν τι ἢ ἰδόντα ἢ ἀκούσαντα ἤ τινα ἄλλην αἴσθησιν λαβόντα ἕτερόν τι ἀπὸ τούτου ἐννοῆσαι ὃ ἐπελέληστο, ᾧ τοῦτο ἐπλησίαζεν ἀνόμοιον ὄν, ἢ ᾧ ὅμοιον. ὥςτε, ὅπερ λέγω, δυοῖν θάτερον, ἤτοι ἐπιστάμενοί γε αὐτὰ γεγόναμεν καὶ ἐπιστάμεθα διὰ βίου πάντες, ἢ ὕστερον, οὕς φαμεν μανθάνειν, οὐδὲν ἄλλ᾽ ἢ*

οἰκείαν ἐπ. ἀναλ. ἂν εἴη;] *ἂν* vulgo post **οἰκείαν** interpositum auctoritate Bodl. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Tub. ante *εἴη* collocavi. Ambr. post **ἐπιστήμην** ponit.

P. 76. *ἐπελέληστο*] *ἐπιλέλησται* Vind. Ambr. *ἐπιλέληστο* Zitt. Ven. *Π*. v. p. 68 A. 73 E ann. crit.

ἤτοι ἐπιστάμενοί γε] Heind. Bekker. et Turr. invitis codd. **τε** correxerunt. sed v. ann. Tub. *γε* om. In praegressis pro **θάτερον** Bodl. Tub. pr. Ven. *Π τὰ ἕτερα*.

stra non nemo Graecum esse negavit. Certe quidem poetis nemo recte abiudicaverit; sed nec pedestris orationis scriptores hoc usu abstinuerunt. Plat. De Rep. VIII. p. 547 C **τοὺς δὲ πρὶν φυλαττομένους**.

P. 76. **Δυνατὸν γὰρ δὴ τοῦτό γ᾽ ἐφάνη** —] Sententia haec est: nam fieri sane posse videbatur antea, ut quis vel oculis vel auribus vel alio quodam sensu aliquid perciperet et simul mente sua conciperet notionem rei ab illa, quam sensibus percepit, diversae, cuius oblitus erat, quae huic coniuncta erat vel dissimilitudine vel similitudine sua, veluti lyrae, cum videt amasium, Cebetis, cum Simmiam, lyrae amasii, cum lyram pictam.

ἤτοι ἐπιστάμενοί γε — ἢ ὕστερον] Non video causam idoneam, cur Heindorf. et Bekker. **γε** in **τε** mutarint. Usurpatur enim **ἤτοι — γε — ἤ**, ubi prius membrum enuntiati disiunctivi gravius quid continet ideoque fortius extollitur, ut cum nos dicimus: entweder gar — oder. Sic Protag. p. 331 B **ὅτι ἤτοι ταὐτόν γέ ἐστιν δικαιότης ὁσιότητι ἢ ὅ τι ὁμοιότατον**, ubi manifesto **ταὐτὸν εἶναι** plus est quam **ὁμοιότατον εἶναι**. Apolog. p. 27 C **τοὺς δὲ δαίμονας οὐχὶ ἤτοι θεούς γε ἡγούμεθα ἢ θεῶν παῖδας**; ubi v. annot. Sed plura rei exempla collegit Elmsleius ad Eur. Med. 1263. [Rectius Bäumlein, griech. Part. p. 244.]

διὰ βίου πάντες] Quod Forsterus ex antiqua huius libri interpretatione, qua usus est, protulit **παντός**, id vulgatae lectioni haud cunctanter praeferrem, si in codd. mssptis esset repertum. Nam respicitur ad superiora p. 75 D **εἰδότας ἀεὶ γίγνεσθαι καὶ ἀεὶ διὰ βίου εἰδέναι**, ubi quod dicitur **ἀεὶ διὰ βίον**, id nunc est **διὰ βίου παντός**. Sed cum **πάντες** tueantur libri omnes atque haec: **ἤτοι — πάντες**; et **ἢ — οὕς φαμεν μανθάνειν — οὗτοι** — inter se opponantur, retinendam censemus veterem lectionem.

οὐδὲν ἄλλ᾽ ἢ ἀναμιμνήσκονται] Post **οὐδὲν ἄλλο** intell. **ποιοῦσι**. v. Fischer. ad h. l. Zeune ad Cyrop. I. 6, 39. Matth. §. 635.

ἀναμιμνήσκονται οὗτοι, καὶ ἡ μάθησις ἀνάμνησις ἂν εἴη. Καὶ μάλα δὴ οὕτως ἔχει, ὦ Σώκρατες.

Cap. XXI. Πότερον οὖν αἱρεῖ, ὦ Σιμμία; ἐπισταμένους ἡμᾶς γεγονέναι, ἢ ἀναμιμνήσκεσθαι ὕστερον ὧν B
πρότερον ἐπιστήμην εἰληφότες ἦμεν; Οὐκ ἔχω, ὦ Σώκρατες, ἐν τῷ παρόντι ἑλέσθαι. Τί δέ; τόδε ἔχεις ἑλέσθαι, καὶ πῇ σοι δοκεῖ περὶ αὐτοῦ; ἀνὴρ ἐπιστάμενος περὶ ὧν ἐπίσταται ἔχοι ἂν δοῦναι λόγον, ἢ οὔ; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Ἦ καὶ δοκοῦσί σοι πάντες ἔχειν διδόναι λόγον περὶ τούτων, ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν; Βουλοίμην μέντ' ἄν, ἔφη ὁ Σιμμίας· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον φοβοῦμαι, μὴ αὔριον τηνικάδε οὐκέτι ᾖ ἀνθρώπων οὐδεὶς ἀξίως οἷός τε τοῦτο ποιῆσαι. Οὐκ ἄρα δοκοῦσί σοι C
ἐπίστασθαί γε, ἔφη, ὦ Σιμμία, πάντες αὐτά; Οὐδαμῶς. Ἀναμιμνήσκονται ἄρα ἅ ποτε ἔμαθον; Ἀνάγκη. Πότε λαβοῦσαι αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τὴν ἐπιστήμην αὐτῶν; οὐ γὰρ δὴ ἀφ' οὗ γε ἄνθρωποι γεγόναμεν. Οὐ δῆτα. Πρότερον ἄρα. Ναί. Ἦσαν ἄρα, ὦ Σιμμία, αἱ ψυχαὶ καὶ πρότερον, πρὶν εἶναι ἐν ἀνθρώπου εἴδει, χωρὶς σωμάτων, καὶ φρόνησιν εἶχον. Εἰ μὴ ἄρα ἅμα γιγνόμενοι λαμβάνομεν, ὦ Σώκρατες, ταύτας τὰς ἐπιστήμας· οὗτος γὰρ λείπεται ἔτι ὁ χρόνος. Εἶεν, ὦ ἑταῖρε· ἀπόλλυμεν D
δὲ αὐτὰς ἐν ποίῳ ἄλλῳ χρόνῳ; οὐ γὰρ δὴ ἔχοντές γε αὐτὰς γιγνόμεθα, ὡς ἄρτι ὡμολογήσαμεν. ἢ ἐν τούτῳ

B. *τόδε ἔχεις*] *τόδε*, quo cum vett. editt. praeter alios etiam Bodl. et Tub. carent, restitutum e Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* 1 4 Flor. d. Restituendum coniecerat Heindorf. Mox Herm. de suo: *μὲν τἄν*.

C. *ἅ ποτε ἔμαθον*] Sic Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π* Vind. *Φ* Ambr. Flor. d. Vulgo *ποτὲ ἃ ἔμαθον*.

ἐπιστήμην αὐτῶν] *αὐτῶν*, quod vett. editt. omittunt, e Bodl. Vat. Tub. Ven. *Π* Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d restitutum.

ἅμα γιγνόμ.] *ἅμα* e Vat. Ven. *Φ* Par. A C Ambr. Flor. a c m et rec. Ven. *Π* revocatum est. Vett. enim editt. cum reliquis libris ignorant.

Cap. XXI. C. *πάντες αὐτά*] Videlicet *περὶ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν*, quod facile ex superioribus intellegas. Cogitandum autem de idea pulcri, boni etc.

εἰ μὴ ἄρα ἅμα γιγνόμ.] h. e. nisi forte inter nascendum illam scientiam accipimus. Perperam vulgo *ἅμα* omissum.

D. *ἐν ποίῳ ἄλλῳ χρόνῳ*] Scil. nisi eodem illo tempore, quo nascimur. Nam argumentatio haec est: non possumus, inquit, istas notiones nascentes accipere, quia easdem nascentes perdimus, neque enim aliud tempus inveniri potest, quo eas perdamus.

ἀπόλλυμεν, ᾧπερ καὶ λαμβάνομεν; ἢ ἔχεις ἄλλον τινὰ εἰπεῖν χρόνον; Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἔλαθον ἐμαυτὸν οὐδὲν εἰπών.

Cap. XXII. *Ἆρ' οὖν οὕτως ἔχει, ἔφη, ἡμῖν, ὦ Σιμμία; εἰ μὲν ἔστιν ἃ θρυλοῦμεν ἀεί, καλόν τε καὶ ἀγαθὸν καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη οὐσία, καὶ ἐπὶ ταύτην τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων πάντα ἀναφέρομεν, ὑπάρχουσαν πρότε-*
E *ρον ἀνευρίσκοντες ἡμετέραν οὖσαν, καὶ ταῦτα ἐκείνῃ ἀπεικάζομεν, ἀναγκαῖον, οὕτως ὥσπερ καὶ ταῦτα ἔστιν, οὕτως καὶ τὴν ἡμετέραν ψυχὴν εἶναι καὶ πρὶν γεγονέναι*

D. *ᾧπερ καί*] Hic *ἐν* ante *ᾧπερ* Bodl. Tub. Vat. Ven. *Π* Vind. *Φ* Ambr. Flor. d iterant dederuntque illud Bekker. et Turr. V. ann.

θρυλοῦμεν] Hanc scripturam confirmant Bodl. Vat. Ven. *Π* Par. CH. Legebatur *θρυλλοῦμεν.*

ἡρμοσμένῃ λύρᾳ] est lyra modulata, eine gestimmte Lyra.

P. 86. ἐπειδὰν οὖν ἢ κατάξῃ —] Haec usque ad verba πρίν τι ἐκείνην παθεῖν protasin continent, cuius apodosis etsi reticetur, tamen inferius ad sensum subiicitur inde a verbis ὅρα οὖν πρὸς τοῦτον τὸν λόγον κ. τ. λ. ita quidem, ut etiam verborum: καὶ γὰρ οὖν, ὦ Σώκρατες — ἢ κατακαυθῇ ἢ κατασαπῇ per liberiorem quandam orationis conformationem et quasi παρενθέτως interiectorum ratio ducatur.

τῷ αὐτῷ λόγῳ, ὥςπερ σύ] Cave cum Forstero et Fischero ᾧπερ scribendum opineris. Priscian. XVIII. p. 1195 „*Demosthenes* ἐν τῷ πρώτῳ Φιλιππικῷ, μὴ τὸν αὐτὸν τρόπον ὥςπερ οἱ δικαζόμενοι, ἀντὶ τοῦ ὅνπερ." Plat. Legg. II. p. 671 C τοῦτον δ' εἶναι τὸν πλάστην τὸν αὐτόν, ὥςπερ τότε. Lysid. p. 209 C τῷ γείτονι ἆρ' οὐχ ὁ αὐτὸς ὅρος, ὥςπερ τῷ πατρί; Xen. An. I. 10, 10 καὶ δὴ βασιλεύς — εἰς τὸ αὐτὸ σχῆμα κατέστησεν ἐναντίαν τὴν φάλαγγα, ὥςπερ τὸ πρῶτον μαχούμενος συνῄει. Cf. Heindorf. ad h. l. Lobeck. ad Phryn. p. 426 sq. Reisig. ad Soph. Oed. C. 903 et Bremi. ad Dem. de Chers. p. 93. 15 R. Apparat. critic. et exeg. a Schaefero instr. T. I. p. 498. Eodem modo positum etiam καθάπερ Legg. IX. p. 869 D, ubi v. annot.

καὶ μὴ ἀπολωλέναι — οὐδεμία γὰρ μηχανὴ ἂν εἴη τὴν μὲν λύραν ἔτι εἶναι διεῤῥωγυιῶν τῶν χορδῶν καὶ τὰς χορδὰς θνητοειδεῖς οὔσας, τὴν δὲ ἁρμονίαν ἀπολωλέναι
B *τὴν τοῦ θείου τε καὶ ἀθανάτου ὁμοφυῆ τε καὶ ξυγγενῆ, προτέραν τοῦ θνητοῦ ἀπολομένην —, ἀλλὰ φαίη, ὡς ἀνάγκη ἔτι που εἶναι αὐτὴν τὴν ἁρμονίαν, καὶ πρότερον τὰ ξύλα τε καὶ τὰς χορδὰς κατασαπήσεσθαι, πρίν τι ἐκείνην παθεῖν· καὶ γὰρ οὖν, ὦ Σώκρατες, οἶμαι ἔγωγε καὶ αὐτόν σε τοῦτο ἐντεθυμῆσθαι, ὅτι τοιοῦτόν τι μά-*

ἂν εἴη] Bekkerus *ἄν* uncis inclusit. v. ann.

ὁμοφυῆ] Par. C Flor. a c m et corr. Vind. *Φ ὁμοφυᾶ*. conf. ann. crit. ad p. 89 D.

B. *φαίη, ὡς ἀνάγκη*] *ὡς* additum e Vat. Par. C Ven. *Π* Flor. c d m. Vulgo erat: *φαίη· Ἀνάγκη ἔτι που κ. τ. λ.*, quae transitio ad rectam orationem merito displicuit. Turicenses et Herm. *ὡς* omisso de coniectura Baiteri scripserunt *φαίη ἀνάγκη ἔτι.*

ξύλα τε καί] particulam *τέ* omissam vulgo recepi ex Vat. Ven. *Ξ* Vind. *ΥΦ* Par. G Ambr. Flor. d Zitt. In Bodl. *τε* superscriptum.

τοιοῦτόν τι] Sic codd. plerique omnes pro vulg. *τοιοῦτό τι.*

οὐδεμία γὰρ μηχανὴ ἂν εἴη —] Haec si pertinent ad orationem obliquam, *ἄν* cum I. Bekkero delendum est. Sic enim Phileb. p. 58 A *ἤκουον — Γοργίου πολλάκις, ὡς ἡ τοῦ πείθειν δύναμις πολὺ διαφέρει πασῶν τεχνῶν· πάντα γὰρ ὑφ' αὑτῇ δοῦλα — ποιοῖτο*, ubi v. quae annotavimus. Schaefer. Apparat. ad Dem. I. p. 216. Verum ut cautius de hac re statuamus, codd. manu scriptorum consensus suadet. Suadent etiam talia, qualia leguntur infra p. 87 E *ἀναγκαῖον μέντ' ἂν εἴη — προτέραν ἀπόλλυσθαι· ἀπολομένης δὲ τῆς ψυχῆς τότ' ἤδη τὴν φύσιν τῆς ἀσθενείας ἐπιδεικνύοι τὸ σῶμα.* De Legg. IV. p. 719 B *σμικρῷ δὴ πρόσθεν ἆρα οὐκ ἠκούσαμέν σου λέγοντος, ὡς τὸν νομοθέτην οὐ δεῖ τοῖς ποιηταῖς ἐπιτρέπειν ποιεῖν ὃ ἂν αὐτοῖς ᾖ φίλον; οὐ γὰρ ἂν εἰδεῖεν τί ποτ' ἐναντίον τοῖς νόμοις ἂν λέγοντες βλάπτοιεν τὴν πόλιν.* Videlicet talium locorum sententia est *ὑποθετικῶς* accipienda, ita ut locum habere putetur rectae atque obliquae orationis tamquam permixtio quaedam, quam nec Platonem refugisse certissimis constat rei exemplis, qualia in hoc ipso libro exstant complura, ut p. 95 D. 87 E. p. 90 B. v. etiam ad Sympos. p. 210 B. Quocirca h. l. Simmias existimandus est verba: *οὐδεμία γὰρ μηχανὴ ἂν εἴη — πρίν τι ἐκείνην παθεῖν* per parenthesin de suo adiicere, quo sententia alterius clarius illustretur. Ceterum Stephanus cur pro *γάρ* desideraverit *γε*, causam nullam videmus.

B. *ἀλλὰ φαίη, ὡς ἀνάγκη* —] Liberiore usus est orationis forma. Nam *ἀλλά* dicitur quasi praecessisset *εἴ τις ἀρνοῖτο μὴ ἀπολωλέναι.* Etenim haec quoque cum *εἴ τις* cohaerent. Quocirca non opus est coniectura Heindorfii, qui ex scriptura cod. Augustani: *ἀλλὰ φαίη ἄν τις, ἔτι που εἶναι* eruit hanc lectionem: *ἀλλά, φαίη ἄν τις, ἀνάγκη ἔτι που*, ut iam hinc deflectere incipiat sermo ab instituta ratione liberiusque vagari, donec infra inde a verbis *ὅρα οὖν* in ordinem quasi revocetur.

τοῦτο ἐντεθυμῆσθαι] h. e. tecum reputasse, ita ut in animo tuo quasi resideat huius rei cogitatio. Quod moneo

λιστα ὑπολαμβάνομεν τὴν ψυχὴν εἶναι, ὥςπερ ἐντεταμένου τοῦ σώματος ἡμῶν καὶ ξυνεχομένου ὑπὸ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ καὶ τοιούτων τινῶν, κρᾶσιν εἶναι καὶ ἁρμονίαν αὐτῶν τούτων τὴν ψυχὴν C
ἡμῶν, ἐπειδὰν ταῦτα καλῶς καὶ μετρίως κραθῇ πρὸς ἄλληλα. εἰ οὖν τυγχάνει ἡ ψυχὴ οὖσα ἁρμονία τις, δῆλον ὅτι, ὅταν χαλασθῇ τὸ σῶμα ἡμῶν ἀμέτρως ἢ ἐπιταθῇ ὑπὸ νόσων καὶ ἄλλων κακῶν, τὴν μὲν ψυχὴν ἀνάγκη εὐθὺς ὑπάρχει ἀπολωλέναι, καίπερ οὖσαν θειοτάτην, ὥςπερ καὶ αἱ ἄλλαι ἁρμονίαι αἵ τ' ἐν τοῖς φθόγγοις καὶ αἱ ἐν τοῖς τῶν δημιουργῶν ἔργοις πᾶσι, τὰ δὲ λείψανα τοῦ σώματος ἑκάστου πολὺν χρόνον παραμένειν, ἕως ἂν ἢ κατακαυθῇ ἢ κατασαπῇ. ὅρα οὖν πρὸς τοῦ- D

C. *εἰ οὖν τυγχάνει*] Sic Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. *Ξ* Vind. *Τ* Par. GHFL Aug. Florentini sex Zitt. al. Legebatur *τυγχάνῃ*.
ἐπιταθῇ] *ὑποταθῇ* Bodl. Coisl. Ven. *Π* Vind. *Τ* Par. G Aug.
ὑπάρχει] Plurimi libri cum Bodl. *ὑπάρχειν*. Quod si verum est, ex corr. Ven. *Λ* *ἀνάγκην* scribendum. Sed vera est lectio vulgata.
καὶ αἱ ἐν τοῖς] Vulgo *καὶ ἐν τ.* Sed iterato articulo Bodl. Vat. Vind. *Τ* Ven. *Π* Flor. d Zitt., quorum auctoritati parendum fuit. Vide tamen infra.

ideo, quia Fischerum video *ἐνθυμεῖσθαι* coniecisse.
ὥςπερ ἐντεταμένου — καὶ ὑγροῦ] Explicant haec usque ad *τὴν ψυχὴν ἡμῶν* praegressum illud *τοιοῦτόν τι*. Ceterum nemo non videt Simmiam hanc sententiam ita commemorare, ut eam appareat fuisse tum admodum pervulgatam. De eius patronis ac defensoribus disputavit ad h. l. Wyttenbach., qui illam docte demonstrat Parmenidi, Zenoni Eleatae, Dicaearcho, Aristoxeno, aliis placuisse. Arist. De anima 4. Metaph. IV. 5. Diog. Laert. IX. 29. Nemes. De nat. hom. p. 41. Macrob. in Somn. Scip. I. 14. Cic. Tusc. I. 10. Acad. II. 39. Lucret. III. 98—105 ibique interpp. Hoc loco quod eam profert homo Pythagoricae doctrinae non ignarus eamque etiam Echecrati Pythagoreo p. 88 D probat, videtur isto pacto notari falsa sapientia quorundam Pythagoreorum, qui, sicuti postea fecit Aristoxenus (Cic. Tusc. I. 10), ad materialismum prolapsi essent.
C. *αἵ τ' ἐν τοῖς φθόγγοις καὶ αἱ ἐν τοῖς*] Bene novimus etiam dici potuisse *καὶ ἐν τοῖς τῶν δ.* articulo *αἱ* non iterato. Nam in dictionibus ex articulo et nominibus conflatis *τε* per hyperbaton adhaerescit saepe articulo, quoniam in talibus nihil refert, cuinam vocabulo adiungatur utpote unum quasi corpus efficientibus. Hipp. mai. p. 283 A *σοφίας τῆς τε σαυτοῦ καὶ τῶν νῦν ἀνθρώπων*, h. e. *τῆς σαυτοῦ τε καὶ τῶν νῦν ἀνθρ.* Her. VII. 106 *οἵ τε ἐκ Θρηΐκης καὶ τοῦ Ἑλλησπόντου*. Xen. An. II. 2, 8 *οἵ τε Ἕλληνες καὶ Ἀῤῥιαῖος*. Ibid. II. 3, 3 *τούς τ' εὐοπλοτάτους ἔχων καὶ εὐειδεστάτους*. Sed simili voculae collocatione apud nomen praepositioni iunctum v. ad Criton. p. 43 B. Sed obsequendum melioribus codd. duximus articulum *αἱ* iterantibus, praesertim cum etiam *ἐν* repetitum sit.

τον τὸν λόγον τί φήσομεν, ἐάν τις ἀξιοῖ κρᾶσιν οὖσαν τὴν ψυχὴν τῶν ἐν τῷ σώματι ἐν τῷ καλουμένῳ θανάτῳ πρώτην ἀπόλλυσθαι.

Cap. XXXVII. Διαβλέψας οὖν ὁ Σωκράτης, ὥσπερ τὰ πολλὰ εἰώθει, καὶ μειδιάσας, Δίκαια μέντοι, ἔφη, λέγει ὁ Σιμμίας. εἰ οὖν τις ὑμῶν εὐπορώτερος ἐμοῦ, τί οὐκ ἀπεκρίνατο; καὶ γὰρ οὐ φαύλως ἔοικεν ἁπτομένῳ τοῦ λόγου. δοκεῖ μέντοι μοι χρῆναι πρὸ τῆς ἀποκρίσεως
E ἔτι πρότερον Κέβητος ἀκοῦσαι, τί αὖ ὅδε ἐγκαλεῖ τῷ λόγῳ, ἵνα χρόνου ἐγγενομένου βουλευσώμεθα τί ἐροῦμεν, ἔπειτα ἀκούσαντας ἢ ξυγχωρεῖν αὐτοῖς, ἐάν τι δοκῶσι προςᾴδειν· ἐὰν δὲ μή, οὕτως ἤδη ὑπερδικεῖν τοῦ

Cap. XXXVII. D. *Διαβλέψας*] Vett. editt. *διαβλεψάμενος* invitis Bodl. Coisl. Ven. Ξ Δ Π Tub. Aug. Ven. 2 3 Par. CEHIL Flor. a b c d i m. Vulgatum Bodl. in marg. adscriptum habet.

ὁ Σιμμίας] Articulum praebuerunt Bodl. Ven. Ξ Π Vind. Υ Φ Par. G Tub. Flor. d Zitt.

E. *ἔπειτα ἀκούσαντας*] V. assentiente Herm. *ἔπειτα δὲ ἀκ.*, sed *δέ* ignorant Coisl. Vat. Ven. Δ Π Vind. Φ Par. EGHIL Ambr. Aug. Flor. a b c d i. conf. annot.

Cap. XXXVII. D. *Δίκαια μέντοι*] In his *μέντοι*, ut Lat. vero, affirmandi potestatem habet, ut p. 68 B. p. 73 D. p. 81 D. Soph. p. 245 B. Arist. Equ. 168. Xen. Cyr. I. 4, 19.

τί οὐκ ἀπεκρίνατο;] h. e. is quantocius respondeat. Bene Weiskius ad Xen. Cyr. II. 1, 4 *haec*, inquit, *interrogatio alacritatem quandam animi et aviditatem sciendi exprimit.* v. ad Phileb. p. 54 B.

οὐ φαύλως ἔοικεν ἁπτομένῳ τοῦ λόγου] h. e. non male videtur meam disputationem reprehendere et impugnare. Sequuntur enim verba: *τί αὖ ὅδε ἐγκαλεῖ τῷ λόγῳ.* Sic *ἅπτεσθαι* positum Phil. p. 14 D *μὴ δεῖ τῶν τοιούτων ἅπτεσθαι.* — *Ἔοικε* cum dat. participii iunctum ad Remp. VII. p. 527 D illustravimus.

E. *ἔπειτα ἀκούσαντας*] Vett. editt. *ἔπειτα δέ.* Sed solet ita post *εἶτα* et *ἔπειτα* omitti *δέ* particula, etiamsi praecesserit *πρῶτον μέν.* Cuius rei exempla Heindorfius ad h. l. attulit. Praeterea notandum est anacoluthon. Nam cum antea dictum sit: *ἢ ξυγχωρεῖν*, nunc legitimo sermone sequi oportebat: *ἢ ὑπερδικεῖν τοῦ λόγου, κ. τ. λ.* Sed pro *ἢ* cum repente inferatur *ἐὰν δὲ μή*, tota orationis conformatio alia exstitit atque exspectabatur. Omittit *ἢ* cod. Coisl.

ἐάν τι δοκῶσι προςᾴδειν] h. e. si quid dicere videbuntur, quod consonum sit neque absurdum, h. e. si quid veri dicere videbuntur. Utitur enim Socrates hoc verbo pro *λέγειν τι* propterea, quod agitur de harmonia. Similiter p. 92 C ludit in verbis: *οὗτος οὖν σοι ὁ λόγος ἐκείνῳ πῶς ξυνᾴσεται; καὶ μὴν — πρέπει γε, εἴπερ τῳ ἄλλῳ λόγῳ, ξυνῳδῷ εἶναι καὶ τῷ περὶ ἁρμονίας.*

ὑπερδικεῖν τοῦ λόγου] nostram rationem defendere ac tueri.

λόγον. ἀλλ' ἄγε, ἦ δ' ὅς, ὦ Κέβης, λέγε, τί ἦν ὃ σὲ
αὖ θρᾶττον ἀπιστίαν παρέχει. Λέγω δή, ἦ δ' ὃς ὁ Κέ-
βης. ἐμοὶ γὰρ φαίνεται ἔτι ἐν τῷ αὐτῷ ὁ λόγος εἶναι,
καί, ὅπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, ταὐτὸν ἔγκλημα
ἔχειν· ὅτι μὲν γὰρ ἦν ἡμῶν ἡ ψυχὴ καὶ πρὶν εἰς τόδε 87
τὸ εἶδος ἐλθεῖν, οὐκ ἀνατίθεμαι μὴ οὐχὶ πάνυ χαριέντως
καί, εἰ μὴ ἐπαχθές ἐστιν εἰπεῖν, πάνυ ἱκανῶς ἀποδεδεῖ-
χθαι· ὡς δὲ καὶ ἀποθανόντων ἡμῶν ἔτι που ἔσται, οὔ
μοι δοκεῖ τῇδε. ὡς μὲν οὐκ ἰσχυρότερον καὶ πολυχρο-
νιώτερον ψυχὴ σώματος, οὐ ξυγχωρῶ τῇ Σιμμίου ἀντι-
λήψει· δοκεῖ γάρ μοι πᾶσι τούτοις πάνυ πολὺ διαφέρειν.

ἀλλ' ἄγε] V. *ἀλλά γε*, quod Forster. Fischer. et postremo Bekker. ex August. Vat. et Ven. *Π* emendarunt.

τί ἦν ὃ σέ] V. *τί ἦν τὸ σέ*, quod ex Aug. Par. L et Ven. *Π* emendatum. Verum iam Stephan. coniectura assecutus erat. Antiquum revocavit Herm., qui verba *ἀπιστίαν παρέχει* uncis seclusit.

Λέγω δή] V. *δέ* invitis libris paene omnibus.

P. 87. *ἀνατίθεμαι*] Libri omnes *ἀντιτίθεμαι*. Verum debemus Turnebo et confirmat Olympiodorus.

ἔτι που ἔσται] *ἔσται* pro vulg. *ἔστιν* Bodl. Vat. Tub. Flor. d i Par. G Ambr. conf. p. 77 B C. Praesens tamen tempus legitur mox p. 87 E

ὡς μέν] Steph. coni. *ὡς μέντοι*. Sed nihil offensionis habet hoc asyndeton, in quo explicando nuper frustra laborarunt Astius, Herm. Schmidt, alii; nec libri a vulgata lectione recedunt. v. ann.

ἐν τῷ αὐτῷ ὁ λ. εἶναι] eodem loco esse, h. e. iisdem, quibus antea, dubitationibus laborare. — De proximis cf. Phileb. p. 22 C *οὐδὲ γὰρ ὁ σὸς νοῦς, ὦ Σώκρατες, ἔστι τἀγαθόν, ἀλλ' ἕξει που ταὐτὰ ἐγκλήματα.*

P. 87. *εἰς τόδε τὸ εἶδος*] h. e. in corpus humanum. Nam pronomen *τόδε* idem est quod *ἀνθρώπινον*, quod p. 76 C additum erat nomini *εἶδος*.

οὐκ ἀνατίθεμαι] non retracto. „Verbum, monente Suida, frequens Platoni in significanda mutatione sententiae aut propositi: v. c. Menone p. 89 D. Protagora p. 354 E. Charmid. p. 164 C. Gorg. p. 461 D translatum a *πεττῶν*, calculorum, ludo, annotavit quoque Harpocration, ubi videatur H. Valesius p. 89: et Ernestus ad Xen. Mem. II. 4, 4.“ WYTTENB. De constructione v. ad Gorg. p. 493 C. Matth. ad Eur. Orest. 244. Deinde *χαριέντως* est scite, eleganter.

εἰ μὴ ἐπαχθές] nisi dictu molestum et grave sit. Nam *ἐπαχθές* saepe dicitur de nimia et intempestiva sui aliorumve laudatione, quae ipsis iis, ad quos pertinet, molesta accidit; ut Legg. III. p. 688 D. Charm. p. 158 D. Plura Wyttenbach. ad h. l. ea de re disseruit.

τῇδε] sc. *ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι.*

ὡς μὲν οὐκ ἰσχυρότερον—] In his *μέν* ponitur, quia oratoris menti obversatum est iam hoc: *ὅτι δὲ ἀνώλεθρόν ἐστι καὶ ἀθάνατον, οὐκέτι συγχωρῶ.* Quae tamen sententia inde a verbis: *τί οὖν ἂν φαίη κ. τ. λ.* aliter declaratur. Itaque *μέν* explicationem ex asyndeto habet. In asyndeto hoc ne quis haereat, de sententiis explicativis a *μέν* vel *μέν γε* sine *γάρ* exordientibus paullo ante ad p. 80 C expo-

τί οὖν ἂν φαίη ὁ λόγος ἔτι ἀπιστεῖς, ἐπειδή γε ὁρᾷς ἀποθανόντος τοῦ ἀνθρώπου τό γε ἀσθενέστερον ἔτι ὄν;
B τὸ δὲ πολυχρονιώτερον οὐ δοκεῖ σοι ἀναγκαῖον εἶναι ἔτι σώζεσθαι ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ; πρὸς δὴ τοῦτο τόδε ἐπίσκεψαι, εἴ τι λέγω· εἰκόνος γάρ τινος, ὡς ἔοικε, κἀγὼ ὥςπερ Σιμμίας δέομαι. ἐμοὶ γὰρ δοκεῖ ὁμοίως λέγεσθαι ταῦτα, ὥςπερ ἄν τις περὶ ἀνθρώπου ὑφάντου πρεσβύτου ἀποθανόντος λέγοι τοῦτον τὸν λόγον, ὅτι οὐκ ἀπόλωλεν ὁ ἄνθρωπος, ἀλλ' ἔστι που ἴσως, τεκμήριον δὲ παρέχοιτο θοἰμάτιον, ὃ ἠμπείχετο αὐτὸς ὑφηνάμενος, ὅτι ἔστι σῶν καὶ οὐκ ἀπόλωλε, καὶ εἴ τις ἀπιστῶν αὐτῷ,
C ἀνερωτῴη, πότερον πολυχρονιώτερόν ἐστι τὸ γένος ἀνθρώπου ἢ ἱματίου ἐν χρείᾳ τε ὄντος καὶ φορουμένου, ἀποκριναμένου δέ τινος, ὅτι πολὺ τὸ τοῦ ἀνθρώπου, οἴοιτο ἀποδεδεῖχθαι, ὅτι παντὸς ἄρα μᾶλλον ὅ γε ἄν-

B. ἠμπείχετο] Sic Bodl. Vat. Ven. ΞΠ Vind. ΥΦ sex Vindobonn. Flor. a b c Par. G et corr. Ven. Λ. Vett. editt. ἠμπίσχετο, quod in Bodl. supra versum et in Vat. margini adscriptum. Elmsleius ad Eur. Med. 1128 suspicatur aut ἠμπίσχετο aut ἠμπέσχετο legi oportere. Contrarium statuit Buttmannus Gr. Ampl. T. II. p. 190.

καὶ εἴ τις ἀπιστῶν αὐτῷ] Libri omnes ἀπιστῶν, quod Heindorfius in ἀπιστοίη mutavit, in quam rationem incidit etiam Dobraeus Adversar. T. I. p. 151. Bekkerus scripsit ἀπιστοῖ, quod alii quoque probarunt. Sed v. Thomas Magist. p. 151 ed. Schaef., secundum quem εἴ τις ἀπιστῶν est idem, quod ἀπιστοῦντός τινος, et Hermann. ad Aesch. Agam. 404. Dein ἀνερωτῴη Bodl. Vat. Ven. ΞΠ Tub. alii multi pro vulg. ἀνερωτῷ. Denique pro ἀποκριναμένου δή ex uno Par. G δέ scripsimus praeeunte Heindorfio et Bekkero.

C. ἀνθρώπου ἢ ἱματίου] τοῦ ante ἀνθρ. interponunt Coisl. Par. H Ven. Λ, ante ἱματίου item Ven. Λ.

suimus, quibus inspectis certe nemo hic amplius de singulari quodam usu vocabuli μέν somniabit.

τί οὖν ἂν φαίη ὁ λόγος ἔτι ἀπιστεῖς] De collocatione ἂν particulae v. ad Criton. p. 52 D et quae ad h. l. collegit Heindorf., qui tamen attulit etiam ea, quae non videntur huc pertinere. v. Erfurdt. ad Soph. Oed. T. 929. Interpunctionem in talibus locis intolerabilem tollendam iudicavimus.

B. ὥςπερ ἄν τις περὶ ἀνθρ.] Scribendum alicui videatur ὥςπερ ἂν εἴ τις π. Sed recte omittitur εἰ, cum verba sic interpretanda sint: quemadmodum quis de sene textore mortuo dicere possit, quod patet sine hypothesi dici rectissime. Sed pluribus rem exposuimus ad Apolog. p. 23 B.

ἀλλ' ἔστι που ἴσως] Fischerus et Hermann. de Forsteri coniectura ἀλλ' ἔστι που σῶς. Nimirum in fraudem inducti sunt viri optimi vitio admodum pusillo. Legebatur enim vulgo ἀλλ' ἐστί που ἴσως. Recte Ficinus: sed forte alicubi superesse. Eodem modo infra p. 87 E ὡς ἔτι που ἡμῶν ἡ ψυχὴ ἔστιν atque Dem. pro Phorm. p. 953, 17 Τιμοδήμῳ τῷ νῦν ἔτ' ὄντι καὶ ζῶντι. Et sic

θρωπος σῶς ἐστιν, ἐπειδή τό γε ὀλιγοχρονιώτερον οὐκ ἀπόλωλε. τὸ δ', οἶμαι, ὦ Σιμμία, οὐχ οὕτως ἔχει· σκόπει γὰρ καὶ σὺ ἃ λέγω· πᾶς ἂν ὑπολάβοι, ὅτι εὔηθες λέγει ὁ τοῦτο λέγων· ὁ γὰρ ὑφάντης οὗτος πολλὰ κατατρίψας τοιαῦτα ἱμάτια καὶ ὑφηνάμενος ἐκείνων μὲν ὕστερος ἀπόλωλε πολλῶν ὄντων, τοῦ δὲ τελευταίου, οἶμαι, D πρότερος, καὶ οὐδέν τι μᾶλλον τούτου ἕνεκα ἄνθρωπός ἐστιν ἱματίου φαυλότερον, οὐδ' ἀσθενέστερον. τὴν αὐτὴν δὲ ταύτην, οἶμαι, εἰκόνα δέξαιτ' ἂν ψυχὴ πρὸς σῶμα, καί τις λέγων αὐτὰ ταῦτα περὶ αὐτῶν μέτρι' ἄν μοι φαίνοιτο λέγειν, ὡς ἡ μὲν ψυχὴ πολυχρόνιόν ἐστι, τὸ δὲ σῶμα ἀσθενέστερον καὶ ὀλιγοχρονιώτερον. ἀλλὰ γὰρ ἂν φαίη ἑκάστην τῶν ψυχῶν πολλὰ σώματα κατατρίβειν,

ἐπειδή τό γε] *γε* vulgo omissum libri fere omnes reddiderunt.

πᾶς ἂν] *γάρ* in editt. omnibus post *πᾶς* interpositum om. Coisl. Vat. Tub. Vind. Φ Par. CEHIL Ambr. Aug. Flor. a b c d i m et a pr. m. Ven. Π. Eieci, cum videatur esse supplementum grammaticorum asyndeti elegantiam non percipientium. Tenuerunt vero nuperi editores.

D. *τὴν αὐτὴν δὲ ταύτην*] *δέ* vulgo omissum e Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. ΛΠ Aug. Flor. a b c d i m Par. CEGHIL Ambr. al. restitutum est. *ταύτην* om. Bodl. Ven. Π Tub. Dein vett. editt. *ἡ ψυχὴ πρὸς σῶμα*. Articulum unus fere Ven. Ξ tuetur, plerique omnes recte omittunt; sequitur enim *πρὸς σῶμα*.

μέτρι' ἄν μοι] V. *μετριά μοι*, quod emendatum e Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. ΞΠ et plerisque aliis. Dein vett. editt. *ὡς ἡ ψυχὴ μέν*, quem ordinem recentiores editores e Bodl. Tub. Ven. ΞΠ Vind. Τ Zitt. mutarunt. Pro *πολυχρονιώτερον*, quod olim e Vat. Flor. d Zitt. Par. L revocaram, nunc tenui *πολυχρόνιον*, praesertim cum Bekkerum videam alteram lectionem ex uno tantum Par. enotavisse. Nec desunt alia comparativi et positivi ita consociati exempla.

ἂν φαίη] V. *φαίην*, quod e Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. ΛΠ Vind. Φ Par. CHL Vind. 1 2 4 6 Flor. a b c i Zitt. et corr. Ven. Ξ emendatum.

ἔστι positum etiam Soph. Ai. 778 *ἀλλ' εἴπερ ἔστι τῇδε θἠμέρᾳ, τάχ' ἂν γενοίμεθ' αὐτοῦ — σωτῆρες* et ibid. 783 *οὐκ ἔστιν ἁνὴρ κεῖνος, εἰ Κάλχας σοφός*. De *ἴσως* in re certa posito v. ad p. 67 A.

D. *καὶ οὐδέν τι μᾶλλον —*] Recte Ficinus: neque propterea magis sequitur hominem esse veste viliorem atque debiliorem. Mox Heindorfius de coniectura scripsit *καί τις λέγων ταὐτὰ ταῦτα*, eadem haec, libris invitis. Et ferri potest *αὐτὰ ταῦτα*, haec ipsa, quamquam illud sententiae magis accommodatum est.

μέτρι' ἄν μοι φ. λ.] recte et rationi convenienter dicere. v. ad Criton. p. 46 C.

ἀλλὰ γὰρ ἂν φαίη] Intell. *ὁ λέγων ταῦτα περὶ αὐτῶν*. Nam quod vulgo legebatur *φαίην*, id perturbat sententiae rationem. De *ἀλλὰ γάρ*, at enim, sed enim, quo causalis sententia ut contraria superioribus affertur, omnia sunt in vulgus nota. Itaque sententia haec est: At enim, etsi animus

ἄλλως τε καὶ εἰ πολλὰ ἔτη βιῴη· εἰ γὰρ ῥέοι τὸ σῶμα καὶ ἀπολλύοιτο ἔτι ζῶντος τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλ' ἡ ψυχὴ
E *ἀεὶ τὸ κατατριβόμενον ἀνυφαίνοι, ἀναγκαῖον μέντ' ἂν εἴη, ὁπότε ἀπολλύοιτο ἡ ψυχή, τὸ τελευταῖον ὕφασμα τυχεῖν αὐτὴν ἔχουσαν καὶ τούτου μόνου προτέραν ἀπόλλυσθαι· ἀπολομένης δὲ τῆς ψυχῆς, τότ' ἤδη τὴν φύσιν τῆς ἀσθενείας ἐπιδεικνύοι τὸ σῶμα καὶ ταχὺ σαπὲν διοίχοιτο. ὥςτε τούτῳ τῷ λόγῳ οὔπω ἄξιον πιστεύσαντα θαῤῥεῖν, ὡς, ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, ἔτι που ἡμῶν ἡ*
88 *ψυχὴ ἔστιν. εἰ γάρ τις καὶ πλέον ἔτι τῷ λέγοντι ἢ ἃ*

ἄλλως τε καὶ εἰ] V. *ἄλλως τε κἄν*, quod correctum e Bodl. Ven. *ΞΠ* Vind. *Υ* Zitt. In Tubing. scriptum: *ἄλλως τε εἰ καὶ π.* Dein vett. editt. *βιῷ*, pro quo *βιῴη* suppeditarunt Bodl. Vat. Vind. *Π* Tub. Aug. Flor. d i Zitt. Vind. *ΥΦ* Par. CG Ambr.

E. *ἀπολομένης*] Vitiose editt. vett. *ἀπολλουμένης*, Stephanus *ἀπολλυμένης*. Nam corpus exstincto demum animo putrescere potest. Veram lectionem habent Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. *ΞΠ* et alii plurimi. Deinde vett. editt. errore *ἐπιδεικνύοιτο σῶμα* codicibus invitis.

corpore sit diuturnior, tamen inde nondum sequitur eum esse immortalem. Nam ille, qui ista statuat, nihil dicat aliud quam etc.

ἄλλως τε καὶ εἰ πολλὰ ἔτη βιῴη] praesertim si multos annos vivat. Quod in cod. Tub. scriptum exstat *ἄλλως τε εἰ καὶ π.*, id quomodo ab altero differat, docet Hermannus ad Viger. p. 781. ann. 377 sq. Eodem modo Xen. Mem. I. 2, 59 *ἄλλως τ' ἐὰν πρὸς τούτῳ καὶ θρασεῖς ὦσι.* Symp. I. 8 *ἄλλως τε ἦν καὶ μετ' αἰδοῦς καὶ σωφροσύνης*, ut legit Aristides. Ibid. II. 3 *ἄλλως τε ἦν καὶ νύμφαι τύχωσιν οὖσαι.* — Mox *ἀνυφαίνοι* est rursus contexat.

E. *τὴν φύσιν τῆς ἀσθενείας ἐπιδεικνύοι*] Nisi post *φύσιν* excidit *ἄν*, quod Heindorf. suspicabatur, certe illud e superioribus facile intellegi potest. Quamquam ne hoc quidem opus videtur. v. ad p. 86 A. — *τὴν φύσιν τῆς ἀσθενείας* dicit ipsam *ἀσθένειαν*, quam loquendi rationem iam alibi attigimus. v. ad p. 79 B. Symp. p. 191 A.

P. 88. *εἰ γάρ τις καὶ πλέον ἔτι* —] Schleiermacher. [cui assentitur Ueberweg, Philol. XX. p. 512] *ἢ* post *λέγοντι* delendum censebat, quo facto verba *καὶ πλέον ἔτι* cum *ξυγχωρήσειε* connecti, pronomen *σύ* autem ad Socratem referri oportere arbitrabatur. Quae ratio etsi primo adspectu habet quo se magnopere commendet, tamen magnis obnoxia est difficultatibus. Nam primum *ἤ* in omnibus libris servatur constanter. Deinde nescio quid molesti habet istud: *τῷ λέγοντι ἃ σὺ λέγεις*, pro quo simpliciter *σοί* poterat dici. Quocirca Heindorf. malebat Cebetem haec, ut proxime praegressa, ad Simmiam conversum dicere, qui cum supra p. 85 D sqq. concessisset animos humanos ante hanc vitam fuisse, deinde tamen animo cum harmonia comparato negaverat maiorem illius esse firmitatem ac diuturnitatem quam corporis. Itaque verbis *πλέον ἔτι* cum *λέγοντι* copulatis sensum verborum hunc esse putabat: nam etiam si quis assentiatur ei, qui vel plus concedat quam tu, largiens illi hoc, non solum etc. Qua ratione probata quod verba

σὺ λέγεις ξυγχωρήσειε, δοὺς αὐτῷ μὴ μόνον ἐν τῷ πρὶν καὶ γενέσθαι ἡμᾶς χρόνῳ εἶναι ἡμῶν τὰς ψυχάς, ἀλλὰ μηδὲν κωλύειν καὶ ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν ἐνίων ἔτι εἶναι καὶ ἔσεσθαι καὶ πολλάκις γενήσεσθαι καὶ ἀποθανεῖσθαι αὖθις· οὕτω γὰρ αὐτὸ φύσει ἰσχυρὸν εἶναι, ὥστε πολλάκις γιγνομένην τὴν ψυχὴν ἀντέχειν· δοὺς δὲ ταῦτα ἐκεῖνο μηκέτι συγχωροίη, μὴ οὐ πονεῖν αὐτὴν ἐν ταῖς

P. 88. ἡμῶν τὰς ψυχάς] Vulgo τὴν ψυχήν. Sed τὰς ψυχάς Bodl. Tub. Ven. *Π* ex corr. Vind. *Τ* Zitt., quod ediderunt etiam Turicenses et Herm. conf. tamen 87 E extr. p. 86 CE. p. 95 B.

τὴν ψυχήν] Articulum ab aliis omnibus omissum addidi ex Vat. Par. A C Ambr. Flor. a c d m. Dein vett. editt. μηκέτι ἐκεῖνο, quem ordinem e Bodl. Vat. Ven. *ΞΠ* Flor. d Zitt. Vind. *ΤΦ* Ambr. mutavimus. Pro συγχωροῖ Bekker. ex Coisl., nos e Flor. b συγχωροίη scripsimus. Ceterae editt. συγχωροῖ.

πλέον ἔτι ita praemissa sunt, nihil sane frequentius est hoc hyperbato, in quo nescio cur Schleiermacher. adeo offenderit, ut maluerit locum coniectura tentare. Cui quoniam video exempla ab Heindorfio allata non satisfecisse, alia addere non erit supervacaneum. Plat. Legg. I, p. 636 B **καὶ δὴ καὶ παλαιὸν νόμιμον δοκεῖ τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα κατὰ φύσιν τὰς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονὰς οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ θηρίων διεφθαρκέναι**, ubi v. annot. Politic. p. 273 C **τὸν ἐγγύτατα χρόνον ἀεὶ τῆς ἀφέσεως**. cf. Matthiae Gr. §. 278. 2. Neque tamen nunc Heindorfii ratione acquiescimus. Nam etsi haec ad Simmiam dici utique nobis persuaserimus, tamen **καὶ πλέον ἔτι** cum **ξυγχωρήσειε** cohaerere censemus; **τῷ λέγοντι** autem interpretamur disserenti, ei qui immortalitatem animorum defendit, atque **ἢ ἃ σὺ λέγεις** putamus idem esse quod **ἢ ἃ σὺ συγχωρεῖς**. Quocirca universi loci sententiam hanc esse putamus: Nam etiamsi quis ei, qui disserit de animorum immortalitate eamque defendit, adeo plura, quam tu, Simmia, dicis concedenda esse, largiatur concedatque etiam animi vim eam esse, quae multa deinceps corpora per longissimum tempus occupare et inhabitare queat (quod ipsum Simmias negavit); tamen inde nondum consequitur, ut eidem etiam immortalitas animorum concedenda sit. Sequitur enim ex illis hoc unum tantum, animi vim esse maxime diuturnam, aeternam eam esse atque immortalem non sequitur. Potest enim animus in multis illis generationibus paullatim viribus deficere et aliquando prorsus interire. Cf. infra p. 95 CD.

οὕτω γὰρ αὐτὸ φύσει ἰσχ.] Pronomen **αὐτό** refertur ad **ψυχήν**. Infra p. 109 A **πάμμεγά τι εἶναι αὐτό**, int. **τὴν γῆν**. Plura ad Phileb. p. 28 A coll. Matthiae Gr. §. 439. Poterat igitur deinceps pergere hoc modo: **ὥστε πολλάκις γιγνόμενον ἀντέχειν**. Sed perspicuitatis causa dicit **γιγνομένην τὴν ψυχὴν ἀντέχειν**. Ceterum **ἀντέχειν** prorsus respondet nostro widerhalten, i. e. durare, permanere, **διαμένειν, σώζεσθαι**, quomodo a Dinarcho usurpatum esse hoc verbum Suidas docet v. **ἀντέχει**. Eundem verbi usum notavimus De Rep. VI. p. 492 C, ubi v. ann.

δοὺς δὲ ταῦτα ἐκεῖνο μηκέτι συγχ.] Pertinent haec quoque ad protasin inde a verbis **εἰ**

πολλαῖς γενέσεσι καὶ τελευτῶσάν γε ἔν τινι τῶν θανάτων παντάπασιν ἀπόλλυσθαι, τοῦτον δὲ τὸν θάνατον
B *καὶ ταύτην τὴν διάλυσιν τοῦ σώματος, ἣ τῇ ψυχῇ φέρει ὄλεθρον, μηδένα φαίη εἰδέναι· ἀδύνατον γὰρ εἶναι ὁτῳοῦν αἰσθάνεσθαι ἡμῶν· εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει, οὐδενὶ προσήκει θάνατον θαῤῥοῦντι μὴ οὐκ ἀνοήτως θαῤῥεῖν, ὃς ἂν μὴ ἔχῃ ἀποδεῖξαι, ὅτι ἔστι ψυχὴ παντάπασιν ἀθάνατόν τε καὶ ἀνώλεθρον· εἰ δὲ μή, ἀνάγκην εἶναι ἀεὶ τὸν μέλλοντα ἀποθανεῖσθαι δεδιέναι ὑπὲρ τῆς αὑτοῦ ψυχῆς, μὴ ἐν τῇ νῦν τοῦ σώματος διαζεύξει παντάπασιν ἀπόληται.*

B. *ἣ τῇ ψυχῇ*] Bodl. Vind. *Υ* Tub. Zitt. et corr. Ven. *Π* Par. G *εἰ τῇ ψ.*

μὴ ἔχῃ] Sic optimi libri una consensione. Vett. editt. *ἔχοι.*

ἀνάγκην εἶναι] Vind. *Φ*. Par. L et pr. Coisl. Ven. *Λ* *ἀνάγκη*. In Vind. *Φ* praeterea *εἶναι* deest.

ἀπόληται] Par. L et corr. Ven. *Π* *ἀπόλλυται.*

γάρ τις καὶ πλέον κ. τ. λ. inchoatam. — *μηκέτι συγχ.*, non iam illud concedat. — De voculis *μὴ οὐ* post negantem sententiam usu legitimo illatis p. 85 C diximus.

πονεῖν] i. e. frangi viribus, confici, fatiscere.

ἐν ταῖς πολλαῖς γενέσεσι] cum migrat saepius et proficiscitur in alia atque alia corpora. — Pro *καὶ τελευτῶσαν* Stephanus coni. *ἀλλὰ καὶ τελ.*, quod recepit Forsterus. Nimirum non viderunt homines doctissimi *μὴ οὐ* etiam pertinere ad *καὶ τελευτῶσαν — ἀπόλλυσθαι*, tandem perire. Ceterum patet hanc sententiam Cebetis cohaerere cum doctrina Pythagoreorum de migrationibus animorum. Videntur enim Pythagorei posteriores iam tum nonnihil descivisse a magistri sententia, de quo Maxim. Tyr. Diss. XVI. 2 *Πυθαγόρας δὲ ὁ Σάμιος πρῶτος ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ὅτι αὐτῷ τὸ σῶμα μὲν τεθνήξεται, ἡ δὲ ψυχὴ ἀναπτᾶσα οἰχήσεται ἀθανὴς καὶ ἀγήρως.* cf. Arist. De anima I. 3. Diog. Laert. VIII. 14 et 28 coll. Cic. Tusc. I. 17. Hanc igitur sententiam Plato nunc referri iussit, ut quid de ea esset sentiendum data opportunitate patefaceret. Cum enim ea materialismo cuidam deberetur, opposuit illi idealismum, quem vocare licebit.

B. *εἰ δὲ τοῦτο οὕτως ἔχει* —] Debebat dehinc inferri apodosis huius argumenti: tamen inde nondum consequitur animum esse immortalem, ita ut de eius interitu nobis securis esse liceat. Sed repente abrupto sermone neglecta apodosis forma iam subiungit haec: si vero haec ita sese habent, consentaneum est neminem, de morte qui bono animo sit, non imprudenter bono animo esse, nisi possit docere animum omnino esse immortalem interitusque expertem. Est igitur haec liberior ac solutior orationis conformatio plane accommodata illa fervidius loquentis disputationi. Ad *ἀνάγκην εἶναι* ex praecedenti *προσήκει* per zeugma repetas *εἰκός ἐστιν.*

δεδιέναι ὑπὲρ τῆς ψυχῆς] ut p. 78 B est: für die Seele fürchten. Aliud est *δεδιέναι περί τινος*, quod Heindorf. usitatius esse dicit.

Cap. XXXVIII. *Πάντες οὖν ἀκούσαντες εἰπόντων αὐτῶν ἀηδῶς διετέθημεν, ὡς ὕστερον ἐλέγομεν πρὸς ἀλλήλους, ὅτι ὑπὸ τοῦ ἔμπροσθεν λόγου σφόδρα πεπεισμένους ἡμᾶς πάλιν ἐδόκουν ἀναταράξαι καὶ εἰς ἀπιστίαν καταβαλεῖν οὐ μόνον τοῖς προειρημένοις λόγοις, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ὕστερον μέλλοντα ῥηθήσεσθαι, μὴ οὐδενὸς ἄξιοι εἶμεν κριταὶ ἢ καὶ τὰ πράγματα αὐτὰ ἄπιστα ᾖ.* C

EX. *Νὴ τοὺς θεούς, ὦ Φαίδων, συγγνώμην γε ἔχω ὑμῖν. καὶ γὰρ αὐτόν με νῦν ἀκούσαντά σου τοιοῦτόν τι λέγειν πρὸς ἐμαυτὸν ἐπέρχεται, Τίνι οὖν ἔτι πιστεύσομεν λόγῳ; ὡς γὰρ σφόδρα πιθανὸς ὤν, ὃν ὁ* D

Cap. XXXVIII. C. *ἀηδῶς διετέθημεν*] Steph. errore *ἀηδές*.
ἄξιοι εἶμεν] Vett. editt. *εἴημεν*. Bodl. Vind. *Υ* Par. G Tub. Zitt. Ven. a b *ἦμεν*, quod cave temere arripias. Nam istud *ἦμεν* dubium non est quin ex *εἶμεν* sit depravatum. Dein pro *ᾖ*, quod libri habent, Heindorfius correxit *εἴη*.

D. *πιστεύσομεν*] Solus Coisl. *πιστεύσωμεν*, quod minus probabile. Hoc enim dicitur: quaenam igitur erit ratio, cui confidamus? i. e. nulla erit.

ὡς γὰρ σφόδρα] Ald. Bas. 1 Steph. *ὁ γὰρ σφ. π.* praeter codicum fidem et auctoritatem.

Cap. XXXVIII. C. *εἰς ἀπιστίαν κ.* —] Dativus *τοῖς προειρημένοις λόγοις* pendet e nomine verbali *ἀπιστίαν*, de qua constructione v. ad Euthyphr. p. 13 D et 15 A. Matth. Gr. §. 390. Alia ratio est proximorum verborum, ubi *εἰς τὰ ὕστερον μέλλοντα* est: quod attinet ad ea, quae adhuc essent disputanda. — Dein quod post *μὴ εἶμεν* infertur *ᾖ* coniunctivus, cave ne invitis libris omnibus *εἴη* restituendum putes, sicuti placuit Heindorfio. Nam coniunctivus post optativum infertur, quia significatur ipsos dubitare occepisse, num etiam rei ipsius natura per se spectata talis esset, ut pro incredibili esset habenda. Quocirca optativus ad meram rei cogitationem, coniunctivus autem ad rei adhuc experiendae rationem designandam valet, quod discrimen ut notetur, admittitur subinde haec modorum variatio. Xenoph. Hellen. II. 1, 2 *δεινὸν ἐφαίνετο εἶναι, μή τινα καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας διαβολὴν σχοῖεν* (quod in cogitatione positum) *καὶ οἱ στρατιῶται δύσνοι εἰς τὰ πράγματα ὦσιν* (quod ex rerum condicione suspensum est). Thucyd. VI. 96 *ἑξακοσίους — ἐξέκριναν πρότερον, — ὅπως τῶν τε Ἐπιπολῶν εἴησαν φύλακες* (quo significatur consilium tum captum et in mera mentis cogitatione positum), *καί, ἢν ἐς ἄλλο τι δέῃ, ταχὺ ξυνεστῶτες παραγίγνωνται* (quo loco attendas quaeso verba intermedia *ἢν ἐς ἄλλο τι δέῃ*, unde lux affunditur coniunctivo). Plura id genus in medium attulerunt Matthiae Gr. §. 518. p. 1182 ed. 3. Bernhardy Synt. p. 401. Klotz. ad Devar. II. p. 668. De *μή* post *ἀπιστίαν παρέχειν* et *εἰς ἀπιστίαν καταβαλεῖν* illato diximus ad p. 69 E.

τοιοῦτόν τι λέγειν πρὸς ἐμαυτὸν ἐπέρχεται] h. e. meum etiam animum talis fere subit cogitatio. Nam *λέγειν πρὸς ἑαυτόν* est secum cogitare. Usurpatur autem *ἐπέρχεσθαι* vel de consilio capiendo vel de cupiditate subito oborta eoque

Σωκράτης ἔλεγε λόγον, νῦν εἰς ἀπιστίαν καταπέπτωκε. θαυμαστῶς γάρ μου ὁ λόγος οὗτος ἀντιλαμβάνεται καὶ νῦν καὶ ἀεί, τὸ ἁρμονίαν τινὰ ἡμῶν εἶναι τὴν ψυχήν, καὶ ὥςπερ ὑπέμνησέ με ῥηθείς, ὅτι καὶ αὐτῷ μοι ταῦτα προὐδέδοκτο. καὶ πάνυ δέομαι πάλιν, ὥςπερ ἐξ ἀρχῆς, ἄλλου τινὸς λόγου, ὅς με πείσει, ὡς τοῦ ἀποθανόντος οὐ συναποθνήσκει ἡ ψυχή. λέγε οὖν πρὸς Διός, πῇ ὁ
E *Σωκράτης μετῆλθε τὸν λόγον; καὶ πότερον κἀκεῖνος, ὥςπερ ὑμᾶς φῄς, ἔνδηλός τι ἐγένετο ἀχθόμενος ἢ οὔ, ἀλλὰ πράως ἐβοήθει τῷ λόγῳ; καὶ ἱκανῶς ἐβοήθησεν ἢ*

καὶ αὐτῷ] *καί* add. Bodl. Vat. Coisl. Tub. Aug. Ven. *ΔΠ* septem Vindobb. Flor. a b c d i m Par. CGHI Ambr. Zitt. et rec. Ven. *Ξ*. Habet etiam Bas. 2.

E. *ἔνδηλός τι*] *τι* om. Coisl. Aug. Ven. *Δ* Vind. *Φ* Par. CEGHIL Flor. a b c d i m. sed v. ann.

καὶ ἱκανῶς] V. *ἢ καὶ ἱκ.* Recte omittit *ἢ* Vat. In Flor. d *εἰ καὶ ἱκανῶς ἐβ.* legitur. [Stephanus: *καὶ εἰ ἱκανῶς*].

differt ab *εἰςέρχεσθαι*, quod fere recordationem animique affectum significat monente Hermanno ad Lucian. De histor. conscr. p. 18.

D. *ὁ λόγος οὗτος ἀντιλαμβάνεται*] h. e. mirifice me capit, ita ut ab altera illa sententia quasi abstrahar et abducar. Perperam Heindorf.: mirifice me capit et delectat haec tua ratio. Nec alia ratio est loci ab illo comparati Parm. p. 130 E *νέος — εἶ ἔτι καὶ οὔ πώ σου ἀντείληπται φιλοσοφία, ὡς ἔτι ἀντιλήψεται*, h. e. necdum philosophia te ita cepit, ut imperitae multitudinis opiniones asperneris. Quod autem Echecrates fatetur rationem istam sibi placere eximie adeoque iam antea fuisse probatam, id minime mirum accidit, siquidem ipse fuit Pythagoreus. Pythagoreos autem constat omnia ad numeros ac sonorum rationes revocavisse, quod ipsum etiam animi natura fecerunt, quam voluerunt contineri harmonia. Rem egregie exposuit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 248.

καὶ νῦν καὶ ἀεί] nunc, ut semper antea. vid. Schaefer. ad Soph. Ant. 181.

καὶ ὥςπερ ὑπέμνησέ με] et me quasi commonefecit me ipsum quoque in eadem fuisse sententia, ut Phaedr. p. 260 E et al. Heindorf. ad Cratyl. p. 384 C *ὥςπερ* interpretatur propemodum.

πῇ ὁ Σ. μετῆλθε τὸν λόγον —] quomodo S. persecutus sit et ad finem perduxerit disputationem de animi immortalitate.

E. *ἔνδηλός τι ἐγ. ἀχθόμενος*] Recte iudicavit Heindorf. *τι* ad *ἀχθόμενος* pertinere. Ita Soph. p. 218 A *ἂν — τι τῷ μήκει πονῶν ἄχθῃ*. Xen. Cyr. I. 4, 25 *μὴ ὁ πατὴρ τι ἄχθοιτο*. Dem. Epist. p. 1478. 9 *εἰ ἀχθεσθέντες τι — μηδὲ πρὸς τελευτήσαντας ἀπαλλαγήσονται*. Alia dabit Schaefer. ad Demosth. Apparat. T. V. p. 377. — *πράως βοηθεῖν τῷ λόγῳ*, aequo animo succurrere rationi, i. e. eam defendere et vindicare in dubitationibus et reprehensionibus, ita ut adversariorum sententias non moleste feras.

καὶ ἱκανῶς ἐβ.] h. e. *καὶ πότερον ἱκανῶς*, de quo usu v. ann. ad Protag. p. 330 C et Gorg.

ἐνδεῶς; πάντα ἡμῖν δίελθε ὡς δύνασαι ἀκριβέστατα. ΦΑΙΔ. Καὶ μήν, ὦ Ἐχέκρατες, πολλάκις θαυμάσας Σωκράτη οὐ πώποτε μᾶλλον ἠγάσθην ἢ τότε παραγενόμενος. τὸ μὲν οὖν ἔχειν ὅ τι λέγοι ἐκεῖνος ἴσως οὐδὲν 89
ἄτοπον· ἀλλ' ἔγωγε μάλιστα ἐθαύμασα αὐτοῦ πρῶτον μὲν τοῦτο, ὡς ἡδέως καὶ εὐμενῶς καὶ ἀγαμένως τῶν νεανίσκων τὸν λόγον ἀπεδέξατο, ἔπειτα ἡμῶν ὡς ὀξέως ᾔσθετο ὃ πεπόνθειμεν ὑπὸ τῶν λόγων, ἔπειτα ὡς εὖ ἡμᾶς ἰάσατο καὶ ὥςπερ πεφευγότας καὶ ἡττημένους ἀνεκαλέσατο καὶ προὔτρεψε πρὸς τὸ παρέπεσθαί τε καὶ ξυσκοπεῖν τὸν λόγον. ΕΧ. Πῶς δή; ΦΑΙΔ. Ἐγὼ ἐρῶ. ἔτυχον γὰρ ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ καθήμενος παρὰ τὴν κλίνην ἐπὶ χαμαιζήλου τινός, ὁ δὲ ἐπὶ πολὺ ὑψηλοτέρου ἢ ἐγώ. B

P. 89. ὅ τι λέγοι] λέγει Vat. Ven. Δ Par. EI Aug. Flor. b i male. ξυσκοπεῖν] ξυνσκοπεῖν Bodl. Coisl.

ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ καθήμενος] Sic Bodl. Tub. Ven. ΞΠ Par. G Vind. Φ Zitt. Vulgo erat καθήμενος ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ.

B. ἐπὶ πολὺ ὑψηλοτ.] Steph. πολλῷ invitis plurimis optimisque libris. Mox τὰς καλὰς κόμας omisso ταύτας Bodl. pr. Ven. Π Tub. atque Vat. corr. ἀποκερεῖς cum Flor. d Aug.

p. 488 D. Prave Hirschig. post καί inculcavit εἰ.

P. 89. τὸ μὲν οὖν ἔχειν —] Notabilis subiecti attractio. Nam proprie esse debebat: τὸ μὲν οὖν ἔχειν ἐκεῖνον ὃ λέγοι. Sententia autem haec est: Quod ille habebat quae ad illas dubitationes responderet, id quidem non mirum est.

ὡς ἡδέως καὶ εὐμενῶς] h. e. ὅτι οὕτως ἡδέως καὶ εὐμενῶς. vid. ad Criton. p. 43 B. — ἀποδέχεσθαι h. l. non habet probandi significationem, ut putabat Ruhnken. ad Tim. p. 9, sed est simpliciter excipere, aurem praebere, audire, anhören, aufnehmen. Audisse vero Socrates adolescentium dubitationes dicitur non solum lubenter ac benevole, sed etiam ἀγαμένως, h. e. ita, ut eorum acumen et ingenium admiraretur. Frustra igitur fuit qui ἀσμένως corrigendum putaret, quo nihil potuit excogitari ieiunius. — Quod post πρῶτον μέν infertur ἔπειτα — ἔπειτα pro usitatiore πρῶτον μέν — ἔπειτα — ἔτι δὲ καί, eius rationis exempla sunt Aesch. Agam. 1318. Arist. Plut. 1103. Xen. Mem. III. 11, 14. IV. 5, 1. Plat. Legg. II. p. 669 B. Alia etiam Heindorfius congessit. — Deinde advertas metaphorae elegantiam. Cum enim verbum πεπόνθειμεν de aegrotis et victis intellegi possit, utitur verbo ἰάσασθαι, animum sanare i. e. a dubitationibus liberare, et verbis πεφευγότας καὶ ἡττημένους κ. τ. λ. inchoatam imaginem magis etiam exornat. Ceterum quod Cebes et Simmias vocantur νεανίσκοι, de usu nominis audias Phavorinum: νεανίσκος ἀπὸ ἐτῶν εἰκοσιτριῶν ἕως ἐτῶν τριάκοντα τεσσάρων ἢ τεσσαράκοντα ἑνός. conf. Diog. Laert. VIII. 10. Krüger. De vita Xenophont. p. 12. Sic adolescens apud Latinos, de quo v. Cortius ad Sall. Cat. 38, 1.

B. ἐπὶ χαμαιζήλου τινός] Intell. δίφρου vel θρανίου. Timaeus Gloss. v. χαμαίζηλος· διφρίον μικρὸν ἢ ταπεινὸν σκιμπόδιον.

καταψήσας οὖν μου τὴν κεφαλὴν καὶ ξυμπιέσας τὰς ἐπὶ τῷ αὐχένι τρίχας — εἰώθει γάρ, ὁπότε τύχοι, παίζειν μου εἰς τὰς τρίχας — Αὔριον δή, ἔφη, ἴσως, ὦ Φαίδων, τὰς καλὰς ταύτας κόμας ἀποκερεῖ. Ἔοικεν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Σώκρατες. Οὔκ, ἄν γε ἐμοὶ πείθῃ. Ἀλλὰ τί; ἦν δ' ἐγώ. Τήμερον, ἔφη, κἀγὼ τὰς ἐμὰς καὶ σὺ ταύτας, ἐάνπερ γε ἡμῖν ὁ λόγος τελευτήσῃ καὶ μὴ δυνώμεθα
C αὐτὸν ἀναβιώσασθαι, καὶ ἔγωγ' ἄν, εἰ σὺ εἴην καί με διαφεύγοι ὁ λόγος, ἔνορκον ἂν ποιησαίμην, ὥςπερ Ἀργεῖοι, μὴ πρότερον κομήσειν, πρὶν ἂν νικήσω ἀναμαχόμενος τὸν Σιμμίου τε καὶ Κέβητος λόγον. Ἀλλ', ἦν δ' ἐγώ, πρὸς δύο λέγεται οὐδ' ὁ Ἡρακλῆς οἷός τε εἶναι.

ἄν γε ἐμοί] Vat. Vind. Φ Ambr. Ven. Π ἂν ἔμοιγε.
ἡμῖν ὁ λόγος] V. ἡμῶν invitis codicibus. Dativum etiam Bas. 2 tuetur. Mox ἀναβιώσεσθαι Vat. Ven. Ξ Par. C.
C. διαφεύγοι ὁ λόγος] Bodl. pr. m. Ven. Π Vind. Υ διαφύγοι, quod praetulit Herm. ob Bodl. pr. m. scilicet gravitatem.
οὐδ' ὁ Ἡρακλῆς] Articulum add. Coisl. Vat. Tub. Ven. ΔΞΠ Vind. Υ Par. ACGHI Ambr. Flor. a b c d i m Zitt. Nihilominus Herm.

κόμας ἀποκερεῖ] detonderi tibi iubebis. Hoc autem facere in luctu solebant. v. Iunius De coma s. v. Kirchmann. De funeribus II. 13 et interpp. ad Aelian. V. H. VII. 8. Taylor. ad Aesch. adv. Ctesiph. Orat. Gr. Vol. III. p. 605. Nam alias caesariem alebant. Quamquam ephebis moris erat comam detondere. v. Hermann. Privatalterth. d. Griechen §. 23. ann. 17 et 18, unde nuper Phaedonem temere collegerunt tum nondum undevicesimum aetatis annum attigisse.

Οὔκ, ἄν γε ἐμοὶ πείθῃ.] Sic De Rep. V. p. 480 A οὔκ, ἄν γ' ἐμοὶ πείθωνται. Xen. Hell. I. 7, 19 οὔκ, ἂν ὑμεῖς γέ μοι πείθησθε.

Ἀλλὰ τί;] sc. βούλει ποιῶ. v. Euthyphr. p. 14 D et quae collegit Heindorf. ad h. l.

ἐάνπερ γε ἡμῖν ὁ λόγος τελευτήσῃ] Nota est dictio et Platoni frequentata ὁ λόγος οἴχεται, ὁ λόγος ἐκφεύγει, ὁ λόγος σώζεται, quam pro sententiae ratione hoc loco sapienter permutavit cum alia minus usitata. Sententia autem haec est: si apparuerit disputationem de animi immortalitate institutam vanam esse et falsam, ita ut nullo modo ab illis dubitationibus et reprehensionibus possit liberari ac vindicari.

C. εἰ — με διαφεύγοι ὁ λόγος] h. e. si recta ratio me fugeret et quasi elaberetur, si non possem argumentis idoneis docere animum esse immortalem.

ἔνορκον ἂν ποιησαίμην] iureiurando me obstringerem.

ὥςπερ Ἀργεῖοι] Hi enim ab Lacedaemoniis victi, cum Thyreas amisissent a. Chr. n. 546, constituerunt non prius comas alere, quam victoriam reportassent, narrante Her. I. 82. De πρότερον πρίν, πρῶτον πρίν, πρόσθε πρίν, πάρος πρίν v. Duker. ad Thuc. VI. 57 et Ruhnken. ad Hom. h. in Cerer. v. 333. — ἀναμαχόμενος, pugnam redintegrans.

πρὸς δύο οὐδ' ὁ Ἡρακλῆς] Proverbii origo incerta, sententia satis aperta est. v. Scholiast. ad h. l., quem docta annotatione illu-

Ἀλλὰ καὶ ἐμέ, ἔφη, τὸν Ἰόλεων παρακάλει, ἕως ἔτι φῶς ἐστιν. Παρακαλῶ τοίνυν, ἔφην, οὐχ ὡς Ἡρακλῆς, ἀλλ' ὡς Ἰόλεως τὸν Ἡρακλῆ. Οὐδὲν διοίσει, ἔφη.

Cap. XXXIX. Ἀλλὰ πρῶτον εὐλαβηθῶμέν τι πάθος μὴ πάθωμεν. Τὸ ποῖον; ἦν δ' ἐγώ. Μὴ γενώμεθα, ἦ δ' ὅς, μισόλογοι, ὥσπερ οἱ μισάνθρωποι γιγνόμενοι· ὡς D
οὐκ ἔστιν, ἔφη, ὅ τι ἄν τις μεῖζον τούτου κακὸν πάθοι ἢ λόγους μισήσας. γίγνεται δὲ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τρόπου μισολογία τε καὶ μισανθρωπία. ἥ τε γὰρ μισανθρωπία ἐνδύεται ἐκ τοῦ σφόδρα τινὶ πιστεῦσαι ἄνευ τέχνης καὶ ἡγήσασθαι παντάπασί τε ἀληθῆ εἶναι καὶ ὑγιῆ καὶ πιστὸν τὸν ἄνθρωπον, ἔπειτα ὀλίγον ὕστερον εὑρεῖν τοῦτον πονηρόν τε καὶ ἄπιστον, καὶ αὖθις ἕτερον. καὶ ὅταν τοῦτο πολλάκις πάθῃ τις, καὶ ὑπὸ τούτων μάλιστα, οὓς ἂν ἡγήσαιτο οἰκειοτάτους τε καὶ ἑταιροτάτους, τε- E
λευτῶν δὴ θαμὰ προσκρούων μισεῖ τε πάντας καὶ ἡγεῖ-

cum Bodl. unice faciens articulum rursus extrusit. Scilicet Bodl. habet οὐ ὁ Ἡρ. Verbum λέγεται in editt. omnibus post Ἡρακλῆς interpositum cum Bodl. Ven. ΞΠ Vind. Υ ante οὐδ' collocavi. Nisi forte λέγεται et οἷός τε εἶναι ex glossemate ortum est, ut Hirschig. coni.

Ἡρακλῆς] ὁ Ἡρακλῆς Coisl. Ven. Λ Par. IL.

Οὐδὲν διοίσει, ἔφη] Deest ἔφη in Coisl. Ven. Λ Par. CEHIL Flor. a b c i m.

Cap. XXXIX. D. παντάπασί τε] Par. G Ven. Π Tub. cum Stobaeo π. τε, quod recepit etiam Heindorf. Vulgo γε scribitur. Deinde exspectabas ὑγιᾶ, siquidem grammatici vere praecipiunt. Sed conf. Matthiae Gr. §. 113. 1. coll. ann. crit. ad p. 86 A.

stravit Ruhnkenius, cuius disputationem nuper cum eruditis communicavit Geelius in Bibliotheca Crit. Nov. Vol. II. p. 15 sqq. conf. Eustathius ad Iliad. λ. 749. p. 882. 35 ed. Rom. Pausan. VIII. p. 629 Ἰόλαον μὲν δὴ τὰ πολλὰ Ἡρακλεῖ συγκάμνειν λέγουσιν.

ἕως ἔτι φῶς ἐστι] ante quam sol occidit. Nam damnati post solis occasum venenum haurire solebant. v. p. 116 B.

Cap. XXXIX. Τὸ ποῖον;] h. e. ποῖόν ἐστι τοῦτο τὸ πάθος, ὃ λέγεις; ut vere explicat Hermann. ad Viger. p. 705. Exempla dictionis plurima collegit ad h. l. Wyttenbachius.

D. τούτου κακὸν π. ἢ λόγ. μισ.] De verbis ἢ λόγ. μισ. post τούτου illatis v. ad Gorg. p. 500 C οὗ τί ἂν μᾶλλον σπουδάσειέ τις — ἢ τοῦτο, ὅντινα χρὴ τρόπον ζῆν, ubi v. annot. Eodem modo Cic. De n. d. I. 15 *Quo quid absurdius, quam aut res sordidas atque deformes deorum honore afficere?* De participio μισήσας cf. p. 83 C.

παντάπασί τε ἀληθῆ εἶναι καὶ ὑγ.] Ne temere traiectam putes voculam τε, verba παντάπασιν ἀληθῆ unam notionem efficiunt, ut τε utrique parti adiungi potuerit. v. ann. ad p. 86 C. — ἔπειτα etiam hic pro κἄπειτα dictum; v. Apolog. p. 23 C.

ται οὐδενὸς οὐδὲν ὑγιὲς εἶναι τὸ παράπαν. ἢ οὐκ ᾔσθη-
σαι οὕτω πως τοῦτο γιγνόμενον; Πάνυ γε, ἦν δ' ἐγώ.
Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, αἰσχρόν; καὶ δῆλον, ὅτι ἄνευ τέχνης
τῆς περὶ τἀνθρώπεια ὁ τοιοῦτος χρῆσθαι ἐπιχειρεῖ τοῖς
ἀνθρώποις; εἰ γάρ που μετὰ τέχνης ἐχρῆτο, ὥςπερ ἔχει,
οὕτως ἂν ἡγήσατο, τοὺς μὲν χρηστοὺς καὶ πονηροὺς
90 *σφόδρα ὀλίγους εἶναι ἑκατέρους, τοὺς δὲ μεταξὺ πλεί-*
στους. Πῶς λέγεις; ἦν δ' ἐγώ. Ὥςπερ, ἦ δ' ὅς, περὶ
τῶν σφόδρα μικρῶν καὶ μεγάλων· οἴει τι σπανιώτερον
εἶναι ἢ σφόδρα μέγαν ἢ σφόδρα μικρὸν ἐξευρεῖν ἄν-
θρωπον ἢ κύνα ἢ ἄλλο ὁτιοῦν; ἢ αὖ ταχὺν ἢ βραδύν,
ἢ αἰσχρὸν ἢ καλόν, ἢ λευκὸν ἢ μέλανα; ἢ οὐχὶ ᾔσθη-

E. *οὕτω πως τοῦτο γ.*] V. *οὔπω τοῦτο γ.* Par. E habet *οὕτω τ. γ.*, quod dedit Bekker. Bodl. Tub. Vind. *Υ* Ven. *Ξ* et pr. Ven. *Π σὺ τοῦτο γ.*, ut scripsit Herm. Vat. Flor. d et rec. Ven. *Π οὕτω πως γιγνόμενον τοῦτο* Flor. a b c m Par. C *οὕτως πως τοῦτο γιγν.* Aug. *ἢ οὐκ ᾔσθησαι τοῦτο γιγν.* Num scribendum: *ἢ οὐκ ᾔσθησαι σὺ οὕτω πως τοῦτο γ.*?

τοῖς ἀνθρώποις;] *ἀνθρωπείοις* repugnante argumentatione Bodl. Tub. Vind. *Υ* Par. G Zitt. et pr. Ven. *ΞΠ*, quod habet Bas. 2.

ἂν ἡγήσατο] Sic Bodl. a pr. m. Tub. Vat. Ven. *Ξ* Vind. Ambr. Flor. i et Stob. Vulgo legebatur *ἡγήσαιτο*.

P. 90. *ἦν δ' ἐγώ*] Bodl. Ven. *ΠΥ ἔφην ἐγώ*, quod Turicens. et Herm. receperunt.

ἢ αἰσχρὸν ἢ καλόν] Hunc ordinem tuentur Bodl. Ven. *ΞΠ* Vind. *Υ* Zitt. Vulgo legitur *ἢ καλὸν ἢ αἰσχρόν*. Dein pro *οὐκ ᾔσθησαι* e Coisl. Vat. Ven. *ΛΞ* Par. ACEGHIL Ambr. August. Flor. a b c d i m scripsi *οὐχὶ ᾔσθησαι*.

E. *Οὐκοῦν — αἰσχρόν;*] Int. *τοῦτό ἐστι*. De iis, quae paullo ante praecedunt, cf. Arist. Plut. 362 *φεῦ, ὡς οὐδὲν ἀτεχνῶς ὑγιές ἐστιν οὐδενός*. Infra p. 90 C *ὅτι οὔτε τῶν πραγμάτων οὐδενὸς οὐδὲν ὑγιὲς οὐδὲ βέβαιον*. Cratyl. p. 440 C *ὡς οὐδὲν ὑγιὲς οὐδενός*.

P. 90. *τοὺς μὲν χρ. κ. πον. σφόδρα*] Pertinet *σφόδρα* ad *χρηστοὺς καὶ πονηρούς*, non ad *ὀλίγους* neque assentior Heindorfio scribendum putanti *τοὺς μὲν χρ. κ. π. σφόδρα σφόδρα ὀλίγους εἶναι*. Nimirum *ὀλίγους* cum *τονώσει* pronuntiandum. Nec probo Dobraeum Advers. T. I. p. 271 *σφόδρα* delendum iudicantem utpote ex sequentibus ortum. Recte Apulei. De doctr. Plat. II. p. 22 ed. Elm. *sed apprime bonos et sine mediocritate deterrimos paucos admodum rarioresque, et, ut ipse ait, numerabiles esse: eos autem, qui nec plane optimi nec omnino deterrimi sint, sed quasi medie morati, plures esse.* Adverbium ita nomini postpositum non rari usus est. v. annot. ad Phileb. p. 26 A *τὸ πολὺ λίαν καὶ ἄπειρον*. Sophist. p. 225 C *κατὰ σμικρὰ λίαν καὶ παντοδαπά*. Legg. III. p. 700 A *ἐλευθέρον λίαν*. Criton. p. 45 B *ἄλλοι πολλοὶ πάνυ*. Euthyphr. p. 5 C *οὕτως ὀξέως ἀτεχνῶς*, ubi comparare debebam Arist. Avv. 820 *καλὸν γὰρ ἀτεχνῶς καὶ μέγ' εὗρες τοὔνομα*. Menex. p. 235 A *γενναίως πάνυ*.

σαι, ὅτι πάντων τῶν τοιούτων τὰ μὲν ἄκρα τῶν ἐσχάτων σπάνια καὶ ὀλίγα, τὰ δὲ μεταξὺ ἄφθονα καὶ πολλά; Πάνυ γε, ἦν δ' ἐγώ. Οὐκοῦν οἴει, ἔφη, εἰ πονηρίας ἀγὼν προτεθείη, πάνυ ἂν ὀλίγους καὶ ἐνταῦθα τοὺς B πρώτους φανῆναι; Εἰκός γε, ἦν δ' ἐγώ. Εἰκὸς γάρ, ἔφη· ἀλλὰ ταύτῃ μὲν οὐχ ὅμοιοι οἱ λόγοι τοῖς ἀνθρώποις εἰσίν, ἀλλὰ σοῦ νῦν δὴ προάγοντος ἐγὼ ἐφεσπόμην, ἀλλ' ἐκείνῃ, ᾗ, ἐπειδάν τις πιστεύσῃ λόγῳ τινὶ ἀληθεῖ εἶναι ἄνευ τῆς περὶ τοὺς λόγους τέχνης, κἄπειτα ὀλίγον ὕστερον αὐτῷ δόξῃ ψευδὴς εἶναι, ἐνίοτε μὲν ὤν, ἐνίοτε δ' οὐκ ὤν, καὶ αὖθις ἕτερος καὶ ἕτερος — καὶ μάλιστα δὴ οἱ περὶ τοὺς ἀντιλογικοὺς λόγους διατρίψαντες οἶσθ' ὅτι τελευτῶντες οἴονται σοφώτατοι γεγο- C

B. *Εἰκός γε*] δέ Bodl. Vat. Ven. *Π* Tub. Ven. *Υ* Par. CGHL.
εἰσίν] εἰσίν om. Bodl. Tub. Zitt. et a pr. m. Ven. *ΞΠ*. Recte fortasse; et abiecit εἰσίν Herm.

ἐφεσπόμην] V. ἐφεποίμην. Par. H Flor. d et corr. Vat. ἐφειπόμην. Multi ἐφεπόμην. In Coisl. Par. A C Flor. a c m marg. Bodl. et corr. Ven. *Π* est ἐφεσπόμην. Tub. cum aliis ἐφεσποίμην, quod receptam lectionem confirmat.

δόξῃ] Tub. δόξει, quod placebat Heindorfio.

ἀντιλογικούς] V. αἰτιολόγους errore; in aliquot codd. scriptum αἰτιολογικούς.

C. *γεγονέναι τε καί*] Interpositam post γεγονέναι particulam τε

τὰ μὲν ἄκρα τῶν ἐσχάτων] die Extreme.

B. *Εἰκὸς γάρ, ἔφη· ἀλλὰ ταύτῃ μὲν κ. τ. λ.*] Sed non in eo οἱ λόγοι hominibus similes sunt, quod illorum perpauci extremitates attingant, plurimi mediam teneant rationem et viam; nam ad hanc rem eo, quod a te interrogabar πῶς λέγεις (p. 90 A), delatus sum; sed eatenus cum illis habent aliquid similitudinis, quod qui iis temere credunt, eos facile μισολόγους reddunt, ita ut omnino de cognoscendae veritatis facultate desperent. De repetito ἀλλά v. ad Euthyphr. Lps. 1823 p. 15 sq.

σοῦ προάγοντος] te ducente sc. interrogatione illa πῶς λέγεις.

ἀλλ' ἐκείνῃ] sc. ὅμοιοί εἰσι. Post ᾗ desideratur verbum finitum. Quod ne deesset, Heindorfius ex cod. Tub. δόξει recepit, quo facto κἄπειτα positum est pro ἔπειτα usu haud infrequenti. v. Heindorf. ad h. l. et Schaefer. Melett. p. 86. Sed cave quidquam mutaveris. Locum enim apertum est esse ἀνακόλουθον. Quippe post ᾗ inferri proprie debuit: οἱ περὶ τοὺς ἀντιλογικοὺς λόγους διατρίψαντες τελευτῶντες οἴονται σοφώτατοι γεγονέναι κ. τ. λ. Sed hoc ipsum propter longiorem orationis intercapedinem aliter enuntiatur. Ad δόξῃ ψευδὴς εἶναι intell. αὐτός s. οὗτος.

οἱ περὶ τοὺς ἀντιλογικοὺς λ. δ.] Qui rationi de omnibus in utramque partem disputandi operam navant. Infra p. 101 E ἅμα δὲ οὐκ ἂν φύροιο ὥςπερ οἱ ἀντιλογικοί, ubi v. ann.

νέναι τε καὶ κατανενοηκέναι μόνοι, ὅτι οὔτε τῶν πραγμάτων οὐδενὸς οὐδὲν ὑγιὲς οὐδὲ βέβαιον οὔτε τῶν λόγων, ἀλλὰ πάντα τὰ ὄντα, ἀτεχνῶς ὥσπερ ἐν Εὐρίπῳ, ἄνω καὶ κάτω στρέφεται καὶ χρόνον οὐδένα ἐν οὐδενὶ μένει. Πάνυ μὲν οὖν, ἔφην ἐγώ, ἀληθῆ λέγεις. Οὐκοῦν, ὦ Φαίδων, ἔφη, οἰκτρὸν ἂν εἴη τὸ πάθος, εἰ ὄντος δή τινος ἀληθοῦς καὶ βεβαίου λόγου καὶ δυνατοῦ
D κατανοῆσαι, ἔπειτα διὰ τὸ παραγίγνεσθαι τοιούτοις τισὶ λόγοις τοῖς αὐτοῖς τοτὲ μὲν δοκοῦσιν ἀληθέσιν εἶναι,

omittunt Coisl. Vat. Aug. Ven. Λ Vind. Φ Par. CEGHIL Ambr. Flor. a b c d i m Zitt. Abiecit etiam Bekkerus. Sed cum Bodl. Tub. Ven. ΞΠ eam tueantur et ex iis defensionem paratam habeat, quae ad Phaedr. p. 242 B de hoc usu vocularum *τε καί* observavimus, procul dubio retinenda est.

ἄνω καὶ κάτω] *καί* om. Vat. Ven. Λ Flor. a b c i m Par. CEHI Ambr. et pr. Coisl. Par. G. Utrumque Platoni frequens, et *ἄνω κάτω* et *ἄνω καὶ κάτω*. v. ad Phaedr. p. 278 D.

ὄντος δή] Coisl. Vat. Aug. Flor. d alii non pauci pro *δή* habent *γε*.

ἔπειτα διά] Stephanus eumque secuti editores post *ἔπειτα* inseruerunt verba *τούτου ἐκπεσὼν ἀπορῇ*, quae neque in codd. mss. reperta sunt neque sententiae bene congruunt.

C. *ὥςπερ ἐν Εὐρίπῳ*] Erat Euripus fretum inter Boeotiam et Euboeam, cuius undae septies die et nocte reciprocare dicebantur. Vocabulum *ἀτεχνῶς* locutionibus proverbialibus additum exemplis illustravimus ad Ion. p. 534 E.

ἄνω καὶ κάτω στρέφεται] h. e. omnia esse incerta nec praebere ullam scientiae firmitatem et constantiam. Male igitur de Heracliti placito cogitarunt, qui omnia perpetua dixit agitatione ferri. Formulam *ἄνω καὶ κάτω στρέφεσθαι*, sursum deorsum ferri, praeter alios illustravit Wesseling. ad Herod. p. 195. III. 3.

δυνατοῦ κατανοῆσαι] Fuerunt qui in talibus activum pro passivo positum dicerent. Iniuria. Nam sententia haec est: et quem quis possit cognoscere et intellegere. Sic infra p. 92 D *ὑπόθεσις ἀξία ἀποδέξασθαι*, digna, quam quis accipiat. v. Zeun. ad Viger. p. 187. Dorvill. ad Chariton. p. 469 et 526 ed. Lips. Brunck. ad Soph. Phil. 1167. Matthiae §. 535 b. Anm. Buttmann. §. 140. 2. De *ἔπειτα* post participium illato v. ad p. 70 E.

D. *ἔπειτα διὰ τὸ παραγ. τ.*] Nonne miserandum fuerit, si quis, etiamsi sit vera quaedam et certa ratio, tamen, quia in eiusmodi rationes inciderit, quae alias verae videntur, alias falsae, non ipsum se nec suam inertiam accuset, sed tandem propter molestiam (*διὰ τὸ ἀλγεῖν*) et prae indignatione culpam a se in rationes studiose amoliatur ac transferat etc. Perperam igitur Stephanus post *ἔπειτα* addidit verba *τούτου ἐκπεσὼν ἀπορῇ*, qui pannus ut firmius tenaciusque assueretur, e Mudgii coniectura Fischerus ante *μὴ ἑαυτόν τις αἰτιῷτο* addidit *καί* illo *ἀπορῇ* insuper in *ἀποροῖ* commutato.

*τοτὲ δὲ μή, μὴ ἑαυτόν τις αἰτιῷτο, μηδὲ τὴν ἑαυτοῦ
ἀτεχνίαν, ἀλλὰ τελευτῶν διὰ τὸ ἀλγεῖν ἄσμενος ἐπὶ τοὺς
λόγους ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν αἰτίαν ἀπώσαιτο, καὶ ἤδη τὸν
λοιπὸν βίον μισῶν τε καὶ λοιδορῶν τοὺς λόγους διατε-
λοῖ, τῶν δὲ ὄντων τῆς ἀληθείας τε καὶ ἐπιστήμης στε-
ρηθείη; Νὴ τὸν Δία, ἦν δ' ἐγώ, οἰκτρὸν δῆτα.*

Cap. XL. *Πρῶτον μὲν τοίνυν, ἔφη, τοῦτο εὐλαβη-
θῶμεν, καὶ μὴ παρίωμεν εἰς τὴν ψυχήν, ὡς τῶν λόγων* E
*κινδυνεύει οὐδὲν ὑγιὲς εἶναι, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον, ὅτι
ἡμεῖς οὔπω ὑγιῶς ἔχομεν, ἀλλ' ἀνδριστέον καὶ προθυ-
μητέον ὑγιῶς ἔχειν, σοὶ μὲν [οὖν] καὶ τοῖς ἄλλοις καὶ
τοῦ ἔπειτα βίου παντὸς ἕνεκα, ἐμοὶ δὲ αὐτοῦ ἕνεκα τοῦ
θανάτου· ὡς κινδυνεύω ἔγωγε ἐν τῷ παρόντι περὶ αὐ-* 91
*τοῦ τούτου οὐ φιλοσόφως ἔχειν, ἀλλ' ὥσπερ οἱ πάνυ
ἀπαίδευτοι, φιλονείκως. καὶ γὰρ ἐκεῖνοι ὅταν περί του
ἀμφισβητήσωσιν, ὅπῃ μὲν ἔχει περὶ ὧν ἂν ὁ λόγος ᾖ
οὐ φροντίζουσιν, ὅπως δὲ ἃ αὐτοὶ ἔθεντο ταῦτα δόξει
τοῖς παροῦσι, τοῦτο προθυμοῦνται. καὶ ἐγώ μοι δοκῶ
ἐν τῷ παρόντι τοσοῦτον μόνον ἐκείνων διοίσειν· οὐ*

ἔφη, ὦ Κέβης, ζητεῖς· ὅλως γὰρ δεῖ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τὴν αἰτίαν διαπραγματεύσασθαι. ἐγὼ οὖν σοι 96 δίειμι περὶ αὐτῶν, ἐὰν βούλῃ, τά γ' ἐμὰ πάθη· ἔπειτα ἄν τί σοι χρήσιμον φαίνηται ὧν ἂν λέγω, πρὸς τὴν πειθὼ περὶ ὧν λέγεις χρήσει. Ἀλλὰ μήν, ἔφη ὁ Κέβης, βούλομαί γε. Ἄκουε τοίνυν ὡς ἐροῦντος. ἐγὼ γάρ, ἔφη, ὦ Κέβης, νέος ὢν θαυμαστῶς ὡς ἐπεθύμησα ταύτης τῆς σοφίας, ἣν δὴ καλοῦσι περὶ φύσεως ἱστορίαν. ὑπερήφανος γάρ μοι ἐδόκει εἶναι, εἰδέναι τὰς αἰτίας ἑκάστου, διὰ τί γίγνεται ἕκαστον καὶ διὰ τί ἀπόλλυται καὶ διὰ τί ἔστι· καὶ πολλάκις ἐμαυτὸν ἄνω κάτω μετ- B
έβαλλον σκοπῶν πρῶτον τὰ τοιάδε, ἆρ' ἐπειδὰν τὸ θερ-

Cap. XLV. P. 96. περὶ ὧν λέγεις] περὶ ὧν ἂν λέγῃς Bodl. Tub. Ven. Π Ambr. Flor. d Zitt., quod non praeferam. Bene Ficinus: si quid eorum, quae dixero, ad quaestionis tuae veritatem aperiendam conducere putabis. Vat. λέγῃς omisso ἄν.

ὑπερήφανος] V. ὑπερήφανον invitis Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. ΛΞΠ Vind. Υ Par. EG Aug. Flor. a b c i m. v. annot. Dein Coisl. Ven. Λ Par. CEHIL Flor. a b c i m ἱστορίας pro αἰτίας, quod in nonnullis margini appositum.

ἄνω κάτω] V. ἄνω καὶ κάτω. Copulam omittunt Bodl. Vat. Ven. ΛΞΠ Tub. Vind. Υ Par. CHI Ambr. Aug. Florentini.

P. 96. τά γ' ἐμὰ πάθη] h. e. ἃ ἐγὼ ἔπαθον, quid mihi acciderit in causa eorum naturaque investiganda.

ἐγὼ γάρ, ἔφη, ὦ Κέβης] cf. Prolegom. p. 46 sq.

ἣν δὴ καλοῦσι περὶ φύσεως ἱστορίαν] i. e. partem philosophiae physicam. Nam ἱστορία φύσεως universe significat cognitionem et scientiam naturae ex contemplatione et ratione, h. e. tam experientia quam ratione (theoria) ductam, de quo usu loquendi v. Wyttenbach. ad h. l.

ὑπερήφανος γάρ μοι ἐδόκει εἶναι] sc. αὕτη ἡ σοφία. Itaque haec: εἰδέναι τὰς αἰτίας epexegesin continent. Apte contulit Heindorf. Gorg. p. 462 C οὐκοῦν καλόν σοι δοκεῖ ἡ ῥητορικὴ εἶναι, χαρίζεσθαι οἷόν τ' εἶναι ἀνθρώποις;

ἄνω κάτω μετέβαλλον] h. e. in perpetua versabar inconstantia et dubitatione. Nam usurpatur haec formula etiam de iis, qui prae consilii inopia se huc et illuc versant nec possunt ad exitum rei pervenire. v. Gorg. p. 481 E. Advertas autem in proximis variationem constructionis, quandoquidem post μετέβαλλον σκοπῶν primum infertur πότερον — ἐστιν, deinde autem ἐκ τούτων δὲ γίγνοιτο modo optativo subiicitur. Similis ratio est p. 95 D, ubi post ἦν in obliqua oratione ζῴη et ἀπολλύοιτο infertur.

B. σηπεδόνα τινὰ λάβῃ] ,,Ne quis miretur, cur animalia σηπεδόνι nutriri dicantur. Κατὰ σῆψιν enim, secundum medicos, uti notat Athenaeus VII. I. p. 276, ἡ πέψις, h. e. putredine cibi fit concoctio: ideoque inquit Galenus in Hippocrat. Aphorism. VI. 1 παλαιά τις ἦν συνήθεια τούτοις τοῖς ἀνδράσιν ἄσηπτα καλεῖν ἅπερ ἡμεῖς ἄπεπτα λέγομεν." FORSTER.

μὸν καὶ ψυχρὸν σηπεδόνα τινὰ λάβῃ, ὥς τινες ἔλεγον, τότε δὴ τὰ ζῶα ξυντρέφεται; καὶ πότερον τὸ αἷμά ἐστιν ᾧ φρονοῦμεν, ἢ ὁ ἀήρ, ἢ τὸ πῦρ, ἢ τούτων μὲν οὐδέν, ὁ δὲ ἐγκέφαλός ἐστιν ὁ τὰς αἰσθήσεις παρέχων τοῦ ἀκούειν καὶ ὁρᾶν καὶ ὀσφραίνεσθαι, ἐκ τούτων δὲ γίγνοιτο μνήμη καὶ δόξα, ἐκ δὲ μνήμης καὶ δόξης, λαβούσης τὸ ἠρεμεῖν, κατὰ ταῦτα γίγνεσθαι ἐπιστήμην. καὶ

B. *τὸ θερμὸν καὶ ψυχρόν*] Sic Vat. et pr. Bodl. Vulgo *καὶ τὸ ψυχρόν*.

ὥς τινες ἔλεγον] Ionici philosophi, veluti Anaxagoras et Archelaus. De illo Laert. II. 9 *τὰ ζῶα γενέσθαι ἐξ ὑγροῦ τε καὶ θερμοῦ καὶ γεώδους*. De hoc idem II. 16 *ἔλεγε δύο αἰτίας εἶναι γενέσεως, θερμὸν καὶ ψυχρόν*. Alterum locum adscripsimus, ut intellegatur, quo iure C. Sprengelius Histor. medicin. T. I. p. 443 *ψυχρόν* in *ὑγρόν* mutari apud Platonem voluerit.

ξυντρέφεται] Etymol. M., Suidas, Phavorinus, Photius interpretantur per *συνίσταται, πήγνυται*, coagulantur.

τὸ αἷμά ἐστιν ᾧ φρονοῦμεν] Fuit haec sententia Empedoclis. v. Cic. Tusc. I. 9 ibiq. Davis. Plut. De placit. phil. IV. 5. Stob. Eclogg. p. 1026 ed. Heeren. Sturz. Empedocl. I. 315 sqq. p. 440 sqq. et p. 638.

ἢ ὁ ἀήρ] „Anaximeni hanc sententiam tribuit Plut. De placit. phil. I. 3. Itemque *τοῖς ἀπὸ Ἀναξαγόρου* ibid. II. 4. Anaximandro autem, Anaximeni, Anaxagorae et Archelao Theodoret. Therapeut. p. 545. Idem etiam Diogeni (Apolloniatae) et aliis quibusdam probatum esse tradit Arist. De anim. I. 2.“ FORSTER.

ἢ τὸ πῦρ] „Ex Heracliti eiusque discipulorum sententia. Huiusmodi enim ipsius *ἀναθυμίασιν* apud Arist. De anim. I. 2 fuisse constanter tradunt veteres.“ FORSTER. Cf. Schleiermacher. De Heraclito in Mus. d. Alterth. Wiss. V. I. p. 485 sqq.

ὁ δὲ ἐγκέφαλος] De cerebro animae sede v. Wyttenbach. ad h. l. Diog. L. VIII. 30 Pythagoram narrat *τὸν θυμόν* cordi, *τὰς φρένας* autem atque *τὸν νοῦν* cerebro tamquam sedi ac domicilio assignavisse. Alii similiter. v. Cic. Tusc. I. 9, 19. Plut. De placit. phil. IV. 5. Athen. II. p. 66.

ἐκ τούτων δὲ γίγνοιτο] Optativus positus non perinde ac si praecessisset tempus praeteritum hac ratione: *ἢ τούτων οὐδέν, ἀλλ' ὅπερ ἔλεγόν τινες, ὅτι ὁ ἐγκέφαλος εἴη — ἐκ τούτων δὲ γίγνοιτο μνήμη καὶ δόξα*, quod putabat Heindorfius, sed quia Socrates relicta constructione inchoata ad obliquam transit orationem. v. supra ad p. 86 A et 95 E. Hinc deinceps infinitivus *γίγνεσθαι* infertur. Quod certe neminem morabitur. Nam eodem modo etiam post *ὡς* et participium, quod accusativi cum infinitivo positi instar est, deinde transitur ad usum infinitivi Charm. p. 164 D. Legg. I. p. 626 A. XII. p. 964 E al. — Pro *κατὰ ταῦτα* Heindorfius *κατὰ ταὐτά* scribendum censet hoc sensu: eodem modo, quo *μνήμη καὶ δόξα* e sensibus oriuntur. Sed verum est *κατὰ ταῦτα*, quod post *λαβούσης τὸ ἠρεμεῖν* non aliter infertur quam alibi *οὕτως* frequentari solet.

λαβούσης τὸ ἠρεμεῖν] Nam una *ἐπιστήμη* ex Platonis sententia habet stabilitatem, firmitatem et constantiam, *δόξα* in incerto vagatur.

αὖ τούτων τὰς φθορὰς σκοπῶν, καὶ τὰ περὶ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν πάθη, τελευτῶν οὕτως ἐμαυτῷ ἔδοξα πρὸς ταύτην τὴν σκέψιν ἀφυὴς εἶναι, ὡς οὐδὲν χρῆμα. τεκμήριον δέ σοι ἐρῶ ἱκανόν· ἐγὼ γὰρ ἃ καὶ πρότερον σαφῶς ἠπιστάμην, ὥς γε ἐμαυτῷ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐδόκουν, τότε ὑπὸ ταύτης τῆς σκέψεως οὕτω σφόδρα ἐτυφλώθην, ὥςτε ἀπέμαθον καὶ ταῦτα, ἃ πρὸ τοῦ ᾤμην εἰδέναι, περὶ ἄλλων τε πολλῶν καὶ διὰ τί ἄνθρωπος αὐξάνεται. τοῦτο γὰρ ᾤμην πρὸ τοῦ παντὶ δῆλον εἶναι, ὅτι διὰ τὸ ἐσθίειν καὶ πίνειν· ἐπειδὰν γὰρ ἐκ τῶν σιτίων ταῖς μὲν σαρξὶ σάρκες προςγένωνται, τοῖς δὲ ὀστοῖς ὀστᾶ, καὶ οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον καὶ τοῖς ἄλλοις τὰ αὐτῶν οἰκεῖα ἑκάστοις προςγένηται, τότε δὴ τὸν ὀλίγον ὄγκον ὄντα ὕστερον πολὺν γεγονέναι, καὶ οὕτω γίγνεσθαι τὸν σμικρὸν ἄνθρωπον μέγαν. οὕτω τότε ᾤμην· οὐ δοκῶ σοι μετρίως; Ἔμοιγε, ἔφη ὁ Κέβης. Σκέψαι δὴ καὶ τάδε ἔτι. ᾤμην γὰρ ἔγωγε ἱκανῶς μοι δοκεῖν, ὁπότε τις φαίνοιτο ἄνθρωπος παραστὰς μέγας σμικρῷ μείζων εἶναι αὐτῇ τῇ κεφαλῇ, καὶ ἵππος ἵππου· καὶ ἔτι

C. **οὐρανὸν καί**] τε post οὐρανόν vulgo insertum abiecimus cum Bodl. pr. Tub. Ven. ΛΠ Par. EI Flor. b.

ὥς γε ἐμαυτῷ] Pro γε vett. editt. cum Ven. Ξ δή.

D. **τοῖς δὲ ὀστοῖς**] Sic Bodl. a m. sec. Par. CEHIL Flor. a b c i m Aug. Vulgo erat ὀστέοις. Vat. Vind. Φ Par. G Ambr. ὀστέοις ὀστέα. Sed hanc formam Thomas M., Moeris, alii tamquam minus Atticam notarunt.

ἱκανῶς] Sic codd. fere omnes certe quidem meliores omnes. Vett. editt. ἱκανόν. Istud ἔγωγε ante ἱκανῶς om. Bodl. pr. Vind. Π, quorum auctoritati certe non tantum tribuerim, quantum tribuit Herm., qui ἔγωγε eiecit, praesertim cum alii ἐγώ pro ἔγωγε habeant.

ἵππος ἵππου] Sic Tub. Vat. Ven. Π Vind. ΥΦ Par. G Ambr. Flor. d Zitt. Aug. et a pr. m. Bodl. Ven. Ξ. Vett. editt. ἵππος ἵππῳ. Mox πλέονα Bodl. pr. Par. E Ven. Λ.

C. **τὰ περὶ τὸν οὐρανὸν — πάθη**] h. e. ea, quae in coelo et terra eveniunt.

ὡς οὐδὲν χρῆμα] ut qui maxime. v. Viger. p. 158. Similiter Latini: nihil videbatur me esse ineptius ad haec investiganda.

ἃ πρὸ τοῦ ᾤμην εἰδέναι] Repetuntur his superiora: ἃ καὶ πρότερον σαφῶς ἠπιστάμην. In quo ne offendas, consulas Matthiae Gr. Ampl. §. 636. 2.

D. **οὐ δοκῶ σοι μετρίως**] h. e. satis recte, vere. v. ad Criton. p. 46 C. Mox ἱκανῶς δοκεῖν dicitur.

μείζων εἶναι αὐτῇ τῇ κεφαλῇ] „Verius puto μείζων εἶναι αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ καὶ ἵππον, i. e. maior illo esse per caput, et equus item equo maior esse.“ WYTTENB. Sed αὐτῇ libri omnes tuentur. Nec necessarium

γε τούτων ἐναργέστερα, τὰ δέκα μοι ἐδόκει τῶν ὀκτὼ πλείονα εἶναι διὰ τὸ δύο αὐτοῖς προςεῖναι, καὶ τὸ δίπηχυ τοῦ πηχυαίου μεῖζον εἶναι διὰ τὸ ἡμίσει αὐτοῦ ὑπερέχειν. Νῦν δὲ δή, ἔφη ὁ Κέβης, τί σοι δοκεῖ περὶ αὐτῶν; Πόῤῥω που, ἔφη, νὴ Δί' ἐμὲ εἶναι τοῦ οἴεσθαι περὶ τούτων του τὴν αἰτίαν εἰδέναι, ὅς γε οὐκ ἀποδέχομαι ἐμαυτοῦ οὐδὲ ὡς, ἐπειδὰν ἑνί τις προςθῇ ἕν, ἢ τὸ ἓν ᾧ προςετέθη δύο γέγονεν, ἢ τὸ προςτεθὲν καὶ ᾧ
97 *προςετέθη διὰ τὴν πρόςθεσιν τοῦ ἑτέρου τῷ ἑτέρῳ δύο ἐγένετο· θαυμάζω γάρ, εἰ, ὅτε μὲν ἑκάτερον αὐτῶν χωρὶς ἀλλήλων ἦν, ἓν ἄρ' ἑκάτερον ἦν καὶ οὐκ ἤστην τότε δύο, ἐπεὶ δ' ἐπλησίασαν ἀλλήλοις, αὕτη ἄρα αἰτία αὐτοῖς ἐγένετο δυοῖν γενέσθαι, ἡ ξύνοδος τοῦ πλησίον*

E. *προςεῖναι*] Hanc lectionem debemus Bodl. rec. Coisl. Tubing. Vat. Ven. *Δ* Par. CEGHI Ambr. pr. Par. L Aug. Florentinis aliis. Nam Steph. *προςθεῖναι* edidit, quod tenuit etiam Herm. cum Bodl. pr. m.

τούτων του] *του* addunt Ven. *ΔΠ* Vind. *ΤΦ* Par. ACEGHIL Ambr. Aug. Flor. a b c i m. In Tub. est *περὶ τούτων ταύτην αἰτ.*, unde error natus.

P. 97. *αἰτία αὐτοῖς*] Sic Bodl. Ven. *ΞΠ* Vind. *Τ* Zitt. Vulgo ordine inverso *αὐτοῖς αἰτία.* Dein *τοῦ δύο γενέσθαι* Vat. Vind. *Φ* Par. G Ambr. Flor. d. Pro vulg. *δύο* e Coisl. Par. CEHIL Flor. a b c i m Aug. Vind. 3 *Τ* scripsimus *δυοῖν* cum Bekkero idque iam Aldus edidit. Tenuit *δύο γενέσθαι* Herm.

videtur hoc in *αὐτοῦ* mutare. Nam *αὐτῇ τῇ κεφαλῇ* est: eben gerade durch den Kopf, i. e. eo ipso, quo eum altero esse maiorem facile appareret. Nihilominus ipsa comparatio ut *αὐτοῦ* addatur flagitare videtur, praesertim cum subiungatur *καὶ ἵππος ἵππου.* Cf. p. 100 E. Itaque vide num locus refingendus sit hunc in modum: *μείζων εἶναι αὐτοῦ αὐτῇ τῇ κεφαλῇ.*

E. *διὰ τὸ ἡμίσει αὐτοῦ ὑπερέχειν*] P. 101 B *καὶ τὸ δίπηχυ τοῦ πηχυαίου ἡμίσει μεῖζον εἶναι.*

Πόῤῥω που, ἔφη, νὴ Δί' —] Multum abesse, ut de ulla harum rerum mihi videar causam novisse, ut harum rerum causas intellegam.

ὅς γε οὐκ ἀποδέχομαι ἐμ. — ἐγένετο.] Qui ne hoc quidem mihi persuadere possum, num, si quis unum uni addat, illud unum, cui unum additum est, duo factum sit, an utrumque et id quod additum est et illud, cui unum accessit, propterea quod alterum alteri accessit (propter additionem unius ad alterum), duo facta sint. Vide tamen an cum Wyttenbachio scribendum sit: *δύο γέγονεν· ἢ τὸ προςτεθὲν ἢ τὸ προςτεθὲν καὶ ᾧ προςετέθη.* Nimirum tertium quoque ut poneretur, per ipsam rei naturam prope necessarium fuit. Verbum *ἀποδέχεσθαι* probandi vi cum genetivo coniunctum, ut supra p. 91 E, ubi v. ann.

P. 97. *ὅτε μέν — χωρὶς ἀλλήλων ἦν*] h. e. quando alterum ab altero separatum et disiunctum esset.

αἰτία ἐγένετο δυοῖν γενέσθαι] Ne quis requirat *τοῦ δυοῖν*

ἀλλήλων τεθῆναι. οὐδέ γε ὡς, ἐάν τις ἓν διασχίσῃ, δύναμαι ἔτι πείθεσθαι, ὡς αὕτη αὖ αἰτία γέγονεν, ἡ σχίσις, τοῦ δύο γεγονέναι· ἐναντία γὰρ γίγνεται ἢ τότε B αἰτία τοῦ δύο γίγνεσθαι· τότε μὲν γὰρ ὅτι ξυνήγετο πλησίον ἀλλήλων καὶ προσετίθετο ἕτερον ἑτέρῳ, νῦν δ' ὅτι ἀπάγεται καὶ χωρίζεται ἕτερον ἀφ' ἑτέρου· οὐδέ γε, διότι ἓν γίγνεται ὡς ἐπίσταμαι, ἔτι πείθω ἐμαυτόν, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν ἑνὶ λόγῳ διότι γίγνεται ἢ ἀπόλλυται ἢ ἔστι,

οὐδέ γε ὡς] ὡς om. Vat. Flor. d. Bekkerus uncis inclusit.

B. ἢ τότε] V. ἡ τότε, quod correxit Heindorf. consentiente Ven. *Π*. In Par. CEHL legitur ἡ γὰρ τότε.

γενέσθαι. Nam αἴτιος etiam simplicem infinitivum sibi adiunctum habere exemplis docuerunt Schaefer. Melett. critt. p. 23 et Heindorf. ad Cratyl. p. 416 C. cf. ad Hipp. mai. p. 299 E. Dativum δυοῖν recte pro δύο reposuit Fischerus, ut constructio sit eadem, quae p. 90 D τοῖς αὐτοῖς τοτὲ μὲν δοκοῦσιν ἀληθέσιν εἶναι. Noli autem cum Heindorfio verba sic construere: αὕτη ἄρα ἡ ξύνοδος αὐτοῖς αἰτία ἐγένετο δυοῖν γενέσθαι, qua constructione admissa non poteris reddere idoneam huius verborum collocationis rationem. Imo vero αὕτη, quod refertur ad ἐπεὶ δ' ἐπλησίασαν ἀλλήλοις, continet subiectum, cui deinde ἡ ξύνοδος per appositionem additur; αἰτία autem praedicatum est; unde intellegitur, cur articulus ante ἡ αἰτία omissus sit. Germanice dixeris: wenn dieses die Ursache geworden ist, dass sie zwei wurden, nämlich die Vereinigung. Eodem modo deinde: ὡς αὕτη αὖ αἰτία γέγονεν, ἡ σχίσις, τοῦ δύο γεγονέναι. Hunc usum pronominis illustravit Reisig. Coniect. in Aristoph. p. 177 sqq. cf. ad Apolog. p. 18 A. Symp. p. 179 C. Denique ista: τοῦ πλησίον ἀλλήλων τεθῆναι valent ad declarandum id, in quo ἡ ξύνοδος posita sit et unde ea proficiscatur. De quo genetivi usu cf. Politic. p. 294 B ἀνομοιότητες — καὶ τοῦ μηδέποτε μηδέν, ubi v. ann. Tim. p. 58 B ἡ τῆς πιλήσεως σύνοδος, coitio, quae efficitur per coarctationem s. in coarctatione posita est. Legg. II. p. 657 B ἡ ζήτησις τοῦ καινῇ ζητεῖν μουσικῇ χρῆσθαι. Ibid. IV. p. 723 D διατριβὴν πλείω τῆς μελλήσεως. Ib. VI. p. 776 C δουλεία τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως. VIII. p. 848 B τὴν τῆς ὁμοιότητος ἰσότητα. IX. p. 870 A ἡ τοῦ κακῶς ἐπαινεῖσθαι — φήμη. His adde etiam Matthiae Gr. §. 375.

οὐδέ γε ὡς] „Particula ὡς ante verba ἐάν τις poterat et debebat per leges grammaticas omitti. Sed sermo scilicet familiaris sequitur hanc gratam neglegentiam." FISCHER. Volebat Socrates dicere: οὐδέ γε ὡς, ἐάν τις ἓν διασχίσῃ, αὕτη αὖ αἰτία γέγονεν, δύναμαι ἔτι πείθεσθαι. Nunc vero postremis verbis alio loco collocatis ὡς istud iterare coactus erat.

ἐναντία γὰρ γίγνεται ἢ τότε] Nam contraria haec est huius rei causa atque opposita quasi illi, quam antea dicebam. Antea enim dicebat mirari se, si coniunctione rerum singularum fieret, ut duae res exsisterent; nunc ait idem sibi accidere, si duae res exsistant disiunctione. Ferri non potest, quod vulgo legebatur ἡ τότε.

κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον τῆς μεθόδου, ἀλλά τιν' ἄλλον τρόπον αὐτὸς εἰκῇ φύρω, τοῦτον δὲ οὐδαμῇ προςίεμαι.

Cap. XLVI. Ἀλλ' ἀκούσας μέν ποτε ἐκ βιβλίου τινός, ὥς ἔφη, Ἀναξαγόρου ἀναγιγνώσκοντος, καὶ λέγον-
C τος, ὡς ἄρα νοῦς ἐστιν ὁ διακοσμῶν τε καὶ πάντων αἴτιος, ταύτῃ ἤδη τῇ αἰτίᾳ ἥσθην τε καὶ ἔδοξέ μοι τρόπον τινὰ εὖ ἔχειν τὸ τὸν νοῦν εἶναι πάντων αἴτιον, καὶ ἡγησάμην, εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, τόν γε νοῦν κοσμοῦντα πάντα κοσμεῖν καὶ ἕκαστον τιθέναι ταύτῃ, ὅπῃ ἂν βέλτιστα ἔχῃ· εἰ οὖν τις βούλοιτο τὴν αἰτίαν εὑρεῖν περὶ ἑκάστου, ὅπῃ γίγνεται ἢ ἀπόλλυται ἢ ἔστι, τοῦτο δεῖν περὶ αὐτοῦ εὑρεῖν, ὅπῃ βέλτιστον αὐτῷ ἐστιν ἢ εἶναι
D ἢ ἄλλο ὁτιοῦν πάσχειν ἢ ποιεῖν· ἐκ δὲ δὴ τοῦ λόγου τούτου οὐδὲν ἄλλο σκοπεῖν προςήκειν ἀνθρώπῳ καὶ περὶ αὐτοῦ καὶ περὶ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἢ τὸ ἄριστον καὶ τὸ βέλτιστον. ἀναγκαῖον δὲ εἶναι τὸν αὐτὸν τοῦτον καὶ τὸ χεῖρον εἰδέναι· τὴν αὐτὴν γὰρ εἶναι ἐπιστήμην περὶ αὐτῶν. ταῦτα δὴ λογιζόμενος ἄσμενος εὑρηκέναι ᾤμην

Cap. XLVI. C. *ταύτῃ ἤδη*] Hoc dedi e Coisl. Ven. *Λ* Vind. *Φ* Par. CEHIL August. Flor. a b c i m. Ceterae editt. *δή* habent. Vat. *δέ*.
πάντα κοσμεῖν] Herm. *κοσμεῖν* ut otiosum uncis seclusit. v. expl.
D. *περὶ αὐτοῦ*] *αὐτοῦ ἐκείνου* Bodl. Ven. *ΞΠ* Vind. *Υ* Tub. Zitt. Dein Bodl. pr. Ven. *Π* *βέλτιστον αὐτῶν*.

B. *ἀλλά τιν' ἄλλον — εἰκῇ φύρω*] Aliam quandam rationem quasi commisceo temere et comminiscor. Metaphora ducta est ab iis, qui farinam aut terram aqua subigunt, ut Arist. Avv. 462 *προςπεφύραται λόγος εἷς μοι, ὃν διαμάττειν οὐ κωλύει.* Deinde *προςίεσθαι* est admittere, probare.

Cap. XLVI. *ὥς ἔφη, Ἀν.*] Ad *ὡς ἔφη* intell. *ὁ ἀναγιγνώσκων*. Intelleguntur Anaxagorae *Φυσικά*. Athen. II. 50. Laert. II. 6, 11. Docuit autem ille primus regi omnia et administrari vi et ratione mentis infinitae, quam *νοῦν* vocavit. v. Phileb. p. 28 CD. p. 30 D ibique ann. Qua in re usus est verbis *διακοσμεῖν* et *κοσμεῖν*, quae Cicero interpretatur in ordinem adducere. v. Phileb. p. 28 E. Cratyl. p. 413 C. Xen. Mem. IV. 7. coll. Valcken. Diatr. in Eur. Fragm. p. 40 B.

C. *κοσμοῦντα πάντα κοσμεῖν*] Iungas *πάντα*, quod *τόνωσιν* habet, cum *κοσμεῖν*, siquidem sententia haec est: mentem certe utpote ordinantem ordinare omnia ideoque unumquodque ita disponere etc.

τὴν αἰτίαν εὑρεῖν περὶ ἑκάστου] P. 96 E *περὶ τούτων του τὴν αἰτίαν εἰδέναι.* Mox p. 97 D *ἄσμενος εὑρηκέναι ᾤμην διδάσκαλον τῆς αἰτίας περὶ τῶν ὄντων.* P. 98 D *καὶ αὖ περὶ τοῦ διαλέγεσθαι ὑμῖν ἑτέρας τινὰς τοιαύτας αἰτίας λέγοι.* De Rep. I. p. 329 D. Schaefer. ad Dem. T. V. p. 312.

διδάσκαλον τῆς αἰτίας περὶ τῶν ὄντων κατὰ νοῦν ἐμαυτῷ, τὸν Ἀναξαγόραν, καί μοι φράσειν πρῶτον μέν, πότερον ἡ γῆ πλατεῖά ἐστιν ἢ στρογγύλη, ἐπειδὴ δὲ φράσειεν, ἐπεκδιηγήσεσθαι τὴν αἰτίαν καὶ τὴν ἀνάγκην, λέ- E γοντα τὸ ἄμεινον καὶ ὅτι αὐτὴν ἄμεινον ἦν τοιαύτην εἶναι· καὶ εἰ ἐν μέσῳ φαίη εἶναι αὐτήν, ἐπεκδιηγήσεσθαι, ὡς ἄμεινον ἦν αὐτὴν ἐν μέσῳ εἶναι· καὶ εἴ μοι ταῦτα ἀποφαίνοιτο, παρεσκευάσμην ὡς οὐκέτι ποθεσό- 98 μενος αἰτίας ἄλλο εἶδος. καὶ δὴ καὶ περὶ ἡλίου οὕτω παρεσκευάσμην, ὡςαύτως πευσόμενος, καὶ σελήνης καὶ τῶν ἄλλων ἄστρων, τάχους τε πέρι πρὸς ἄλληλα καὶ

ἡ γῆ πλατεῖά ἐστιν] ἐστὶν ἡ γῆ πλ. Vat. Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. d. Deinde ἐπεκδιηγήσασθαι Vat. Vind. Φ Par. GI Ambr. Tub. Aug. Flor. d m hic et paullo post.

E. ἀποφαίνοιτο] ἀποφαίνοι Bodl. ex corr. Par. CEGI Flor. a b c i, ἀποφαίνει Ven. Π, ὑποφαίνοι Par. L.

P. 98. ὡς οὐκέτι ποθεσόμενος] Sic Ven. Λ et Par. E a pr. m. Legebatur olim ὑποθησόμενος. Bodl. Coisl. Ven. Π alii ὑποθέμενος. In marg. Ven. Ξ adscriptum ἴσ. ποθήσων. August. ὡς οὐκ ἔτι ποτέσσόμενος, unde verum eruit Heindorfius.

D. κατὰ νοῦν ἐμ.] Ludibundus hac formula utitur respiciens ad νοῦν illum Anaxagorae. Ceterum cf. Tim. p. 27 C πάντα κατὰ νοῦν ἐκείνοις. Ibid. p. 17 C ῥηθεῖσα πᾶσι κατὰ νοῦν. Ibid. p. 36 D ἐπειδὴ δὲ κατὰ νοῦν τῷ ξυνιστάντι πᾶσα ἡ τῆς ψυχῆς ξύστασις ἐγεγένητο.

πότερον ἡ γῆ πλ.] De hac re, ut docet Forsterus, ante Anaxagoram dissentiebant Anaximander et Anaximenes; hic terram faciebat πλατεῖαν s. τραπεζοειδῆ, ille κίονι s. cylindro comparabat, quorsum pertinere videtur vox στρογγύλη. v. Laert. II. 1, 2. III. 4. Plut. De placit. phil. III. 10. Euseb. Praep. Ev. I. 8. Nisi malueris cum Heindorfio putare verbo πλατεῖα scholam Ionicam significari, illud στρογγύλη autem, quod quoniam τῇ πλατείᾳ opponitur, σφαίρας vel certe σφαιροειδοῦς habere videtur significationem, ad Pythagoreos praecipue spectare. v. Voss. ad Virg. Georg. IV. 357 p. 849 sqq. Sed loquitur philosophus non de Pythagoreis, sed de physicis ante Anaxagoram exortis.

E. εἰ ἐν μέσῳ φ. εἶναι] Ut familia Ionica et Eleatica. Laert. IX. 2. Plut. De placit. phil. III. 4. Cic. Tusc. I. 17, 28.

P. 98. ὡς οὐκέτι ποθεσόμενος] Vulgo legebatur ὡς οὐκέθ' ὑποθησόμενος. Eustath. ad Od. II. 375. p. 1450, ubi hunc locum memorat, ut ποθέσαι pro ποθῆσαι Atticum esse doceat, sic scriptum exhibet: ὡς οὐκέτι ποθέσων ἄλλο εἶδος αἰτίας. Sed cum duo codd. ap. Bekkerum praebeant ποθεσόμενος eademque forma futuri usus sit Lysias 8. 18, non dubitavimus ὡς οὐκέτι ποθεσόμενος Platoni reddere, quod ipsum etiam Heindorf. coniectura assecutus erat. Deinde ad οὕτω int. ὡς οὐκέτι ποθεσόμενος — εἶδος atque ὡςαύτως est pariter atque antea.

τάχους τε πέρι πρὸς ἄλληλα] De velocitate et celeritate, quae eius ratio inter ea intercederet.

τροπῶν καὶ τῶν ἄλλων παθημάτων, πῇ ποτε ταῦτ' ἄμεινόν ἐστιν ἕκαστον καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν ἃ πάσχει. οὐ γὰρ ἄν ποτε αὐτὸν ᾤμην, φάσκοντά γε ὑπὸ νοῦ αὐτὰ κεκοσμῆσθαι, ἄλλην τινὰ αἰτίαν αὐτοῖς ἐπενεγκεῖν ἢ ὅτι βέλτιστον αὐτὰ οὕτως ἔχειν ἐστίν, ὥςπερ ἔχει· ἑκάστῳ
B οὖν αὐτὸν ἀποδιδόντα τὴν αἰτίαν καὶ κοινῇ πᾶσι τὸ ἑκάστῳ βέλτιστον ᾤμην καὶ τὸ κοινὸν πᾶσιν ἐπεκδιηγήσεσθαι ἀγαθόν. καὶ οὐκ ἂν ἀπεδόμην πολλοῦ τὰς ἐλπίδας, ἀλλὰ πάνυ σπουδῇ λαβὼν τὰς βίβλους ὡς τάχιστα οἷός τ' ἦ ἀνεγίγνωσκον, ἵν' ὡς τάχιστα εἰδείην τὸ βέλτιστον καὶ τὸ χεῖρον.

Cap. XLVII. Ἀπὸ δὴ θαυμαστῆς ἐλπίδος, ὦ ἑταῖρε, ᾠχόμην φερόμενος, ἐπειδὴ προϊὼν καὶ ἀναγιγνώσκων ὁρῶ ἄνδρα τῷ μὲν νῷ οὐδὲν χρώμενον, οὐδέ τινας αἰ-

αἰτίαν αὐτοῖς] Sic Vat. et Bodl. rec. cum Vind. Φ Ambr. Vulgo *αὐτοῖς αἰτίαν*.

B. *οὖν αὐτόν*] *αὐτῶν* Tub. Ven. ΞΠ Vind. ΥΦ Par. CG Ambr. Zitt. alii nonnulli. Mox *ἐπεκδιηγήσασθαι* Coisl. Vat. Tub. Aug. Ven. Λ Vind. Φ Par. GL Ambr. Flor. d.

οἷός τ' ἦ] Sic pr. Bodl. Coisl. Par. E cum Par. HI. Vulgo *ἦν*. Dein *ᾐδείην* Bodl.

Cap. XLVII. *ἐλπίδ., ὦ ἑτ.*] V. *ὦ ἑταῖρε, ἐλπίδος*. Sed *ἐλπίδος, ὦ ἑταῖρε* Bodl. Ven. Ξ Vind. Υ Zitt., quod cum Herm. recepimus.

καὶ ποιεῖν — ἃ πάσχει] Ad *καὶ ποιεῖν* sponte intell. *ἃ ποιεῖ*. Grata haec sermonis neglegentia.

B. *ἑκάστῳ οὖν — ἀγαθόν.*] Recte Ficinus: Itaque arbitrabar, eum in reddendis tum singulorum tum cunctorum communiter causis singulis quidem assignare, quod unicuique optimum, cunctis vero commune bonum.

οὐκ ἂν ἀπεδόμην πολλοῦ τ. ἐλπ.] Non vendidissem magno hanc spem, h. e. certissime sperabam me illas res esse auditurum et cogniturum. De formula *πάνυ σπουδῇ*, admodum cupide, studiosissime, v. Valcken. ad Phalarid. Epp. p. XVII. — *τὰς βίβλους* int. *τὰ φυσικά* Anaxagorae.

Cap. XLVII. *Ἀπὸ δὴ θαυμαστῆς*] A magna igitur illa spe quasi depulsus ferebar s. de praeclara hac spe confestim depellebar. Similiter dicitur *καταβάλλεσθαι ἀπ' ἐλπίδος* Euthyphr. p. 15 E.

ὁρῶ ἄνδρα τῷ μ. ν.] Ne quis cum Heindorfio *ἄνδρα* pro *τὸν ἄνδρα* dictum putet, verissime indicavit Wyttenbach. *ἄνδρα* venuste et cum irrisione quadam indefinite positum esse, ut articulo non opus sit. Apte comparat vir doctissimus Soph. Aiac. 1142, ubi Menelaus ad Teucrum: *ἤδη ποτ' εἶδον ἄνδρ' ἐγὼ γλώσσῃ θρασὺν* ipsum demonstrans Teucrum, qui vicissim 1150 *ἐγὼ δέ γ' ἄνδρ' ὄπωπα μωρίας πλέων* item ipsum demonstrans Menelaum. Arist. Acharn. 1128 in huiusmodi altercatione Lamachus ad Dicaeopolin: *ἐνορῶ γέροντα δειλίας φευξούμενον*. v. Hermann. ad Soph. Oed. Col. 32.

τῷ μὲν νῷ οὐδὲν χρ.] Ean-

τίας ἐπαιτιώμενον εἰς τὸ διακοσμεῖν τὰ πράγματα, ἀέρας C δὲ καὶ αἰθέρας καὶ ὕδατα αἰτιώμενον καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ ἄτοπα. καί μοι ἔδοξεν ὁμοιότατον πεπονθέναι, ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγων, ὅτι Σωκράτης πάντα, ὅσα πράττει, νῷ πράττει, κἄπειτα ἐπιχειρήσας λέγειν τὰς αἰτίας ἑκάστων ὧν πράττω, λέγοι πρῶτον μέν, ὅτι διὰ ταῦτα νῦν ἐνθάδε κάθημαι, ὅτι ξύγκειταί μου τὸ σῶμα ἐξ ὀστῶν καὶ νεύρων, καὶ τὰ μὲν ὀστᾶ ἐστι στερεὰ καὶ διαφυὰς ἔχει χωρὶς ἀπ' ἀλλήλων, τὰ δὲ νεῦρα οἷα ἐπιτείνεσθαι καὶ ἀνίεσθαι, περιαμπέχοντα τὰ ὀστᾶ μετὰ τῶν σαρκῶν D καὶ δέρματος, ὃ ξυνέχει αὐτά· αἰωρουμένων οὖν τῶν ὀστῶν ἐν ταῖς αὑτῶν ξυμβολαῖς χαλῶντα καὶ ξυντείνοντα τὰ νεῦρα κάμπτεσθαί που ποιεῖ οἷόν τ' εἶναι ἐμὲ νῦν τὰ μέλη, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ξυγκαμφθεὶς ἐνθάδε κάθημαι· καὶ αὖ περὶ τοῦ διαλέγεσθαι ὑμῖν ἑτέρας τινὰς τοιαύτας αἰτίας λέγοι, φωνάς τε καὶ ἀέρας καὶ ἀκοὰς καὶ

C. ὁμοιότατον] Vat. Vind. Φ Ambr. Flor. d ὁμοιότατόν τι Sed v. De Rep. II. p. 368 A. VII. p. 536 E al. Deinde εἰ, quod vulgo deest, e Bodl. Coisl. Vind. Π Tub. Aug. Florentinis aliis restitutum.

ἐξ ὀστῶν] Sic hic et paullo post Coisl. Ven. Λ Par. CEHIL Flor. a b c i m al. Vulgo ὀστέων. Dein Ven. Ξ στεῤῥά, quod edidit Bekkerus. Receptam formam Plato etiam alibi usurpavit, veluti Tim. p. 31 B. 32 B. 43 C. 55 AB. 56 B. De Rep. I. p. 348 E. IV. p. 422 D. VII. p. 528 A. Phaedr. p. 239 C. Men. p. 76 A. Theaet. p. 148 B. Politic. p. 309 B. Phileb. p. 51 C. Mox Bodl. pr. ἑωρουμένων pro αἰωρουμένων.

D. ἑτέρας τινάς] τινάς cum Bekkero e Vind. Φ Ambr. addidimus.

dem prorsus de eo sententiam fert Socrates ap. Xen. Mem. IV. 7, 6 κινδυνεῦσαι δ' ἂν ἔφη καὶ παραφρονῆσαι τὸν ταῦτα μεριμνῶντα οὐδὲν ἧττον ἢ Ἀναξαγόρας παρεφρόνησεν ἐπὶ τῷ τὰς τῶν θεῶν μηχανὰς ἐξηγεῖσθαι. Arist. Met. I. 4 Ἀναξαγόρας μηχανῇ χρῆται τῷ νῷ πρὸς τὴν κοσμοποιΐαν· καὶ ὅταν ἀπορήσῃ διὰ τίν' αἰτίαν ἐξ ἀνάγκης ἐστί, τότε ἕλκει αὐτόν· ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις πάντα μᾶλλον αἰτιᾶται τῶν γενομένων ἢ νοῦν. Plato ipse hoc nomine Anaxagoram reprehendit etiam Legg. XII. p. 967 A sqq. cf. Schaubach. De Anaxag. Clazom. p. 105.

C. κἄπειτα ἐπιχειρ.] De κἄπειτα pro ἔπειτα poni solito v. Gorg. p. 457 B. Arist. Nubb. 624. Avv. 674. Eq. 392. coll. Krüger. Gr. 56, 10 ann. 3 et 69, 24 ann. 2. Quod autem deinde prima persona κάθημαι ponitur, etsi praecessit ὅτι Σωκράτης — πράττει, de hac orationis conversione v. Ruhuken. ad Hymn. in Cerer. 269 et mea ad Euthyphr. p. 5 A. Similiter Legg. VII. p. 792 C Κλεινίᾳ ξυνακολουθήσαιμ' ἄν, ubi subsequitur ὦ θαυμάσιε, quia Κλεινίᾳ idem est quod σοί. — διαφυαί h. l. sunt ossium commissurae et quasi incisurae, ut loquitur Cic. De nat. deor. II. 55.

οἷα ἐπιτείνεσθαι] i. e. τοιαῦτα ὥστε ἐπιτείνεσθαι.

D. φωνάς τε καὶ ἀέρας —] „Varias huiusmodi opiniones, qua-

E ἄλλα μυρία τοιαῦτα αἰτιώμενος, ἀμελήσας τὰς ὡς ἀλη-
θῶς αἰτίας λέγειν, ὅτι, ἐπειδὴ Ἀθηναίοις ἔδοξε βέλτιον
εἶναι ἐμοῦ καταψηφίσασθαι, διὰ ταῦτα δὴ καὶ ἐμοὶ βέλ-
τιον αὖ δέδοκται ἐνθάδε καθῆσθαι, καὶ δικαιότερον
παραμένοντα ὑπέχειν τὴν δίκην, ἣν ἂν κελεύσωσιν· ἐπεὶ
99 νὴ τὸν κύνα, ὡς ἐγῷμαι, πάλαι ἂν ταῦτα τὰ νεῦρα καὶ
τὰ ὀστᾶ ἢ περὶ Μέγαρα ἢ Βοιωτοὺς ἦν, ὑπὸ δόξης φε-
ρόμενα τοῦ βελτίστου, εἰ μὴ δικαιότερον ᾤμην καὶ κάλ-
λιον εἶναι πρὸ τοῦ φεύγειν τε καὶ ἀποδιδράσκειν ὑπ-
έχειν τῇ πόλει δίκην, ἥντιν' ἂν τάττῃ. ἀλλ' αἴτια μὲν
τὰ τοιαῦτα καλεῖν λίαν ἄτοπον· εἰ δέ τις λέγοι, ὅτι
ἄνευ τοῦ τὰ τοιαῦτα ἔχειν καὶ ὀστᾶ καὶ νεῦρα καὶ ὅσα
ἄλλα ἔχω, οὐκ ἂν οἷός τ' ἦ ποιεῖν τὰ δόξαντά μοι, ἀληθῆ
ἂν λέγοι· ὡς μέντοι διὰ ταῦτα ποιῶ ἃ ποιῶ, καὶ ταύτῃ
B νῷ πράττω, ἀλλ' οὐ τῇ τοῦ βελτίστου αἱρέσει, πολλὴ

E. *κελεύσωσιν*] κελεύωσιν Coisl. Ven. *Δ* Par. CEHIL Aug. Flor. a b c i m.

P. 99. *τὰ νεῦρα*] Vulgo τε post νεῦρα interponitur, quod omisi auctoritate Coisl. Vat. Vind. Φ Par. CEGHIL Ambr. Flor. a b c d i m Aug. et Eusebii. Servarunt Bekker. aliique.

οἷός τ' ἦ] Scribebatur ἦν, quod e Ven. *Δ* Par. I et pr. Coisl. Par. E ut supra p. 98 B mutavimus.

καὶ ταύτῃ] Hanc lectionem tuentur Flor. a b c d m Vatican. Ven. *Π* a sec. m. Par. C. Ceteri libri cum Bodl. constanter ταῦτα habent, quod nobis quidem errore natum videtur. Nihil profecit Heindorf. corrigendo ταῦτα πράττων. Nec accusativum ταῦτα remotiorem esse putaverim, quem qui explicavit sic: καὶ ταῦτα ποιῶν πράττω, id multum vereor ne pro Graeco habuerit, quod ab Graecitate omnino abhorreat. Alteram lectionem Herm. sic defendit, ut dativo αἱρέσει censeat iam satis respondere praecedens διὰ ταῦτα et verba: καὶ ταῦτα νῷ πράττω declarandi gratia parenthetice interiecta statuat.

B. *ῥᾳθυμία εἴη*] V. ῥᾳθυμία ἂν εἴη codicibus invitis prope omnibus.

les hic ridet Socrates, vide apud Plut. De placit. phil. p. 902 alibique." FORSTER.

E. *βέλτιον εἶναι*] Vide ad Criton. p. 54 B. De iureiurando Socratis νὴ τὸν κύνα v. ad Apolog. p. 22 A et Gorg. p. 482 B.

P. 99. *ἢ περὶ Μέγαρα ἢ Βοιωτούς*] Nam fuerunt hae civitates confines Atticae maximeque propinquae, quorsum Socrates potuisset aufugere facillime, si amicorum consiliis, de quibus v. Criton. p. 45 A sq. et p. 53 B, obtemperare voluisset.

πρὸ τοῦ φεύγειν] Constructionem illustravimus ad Apolog. p. 28 D et Criton. p. 54 B. cf. etiam Matthiae Gr. §. 450 ann. 1. Usum verbi ἀποδιδράσκειν attigimus ad Criton. p. 48 D.

καὶ ταύτῃ νῷ πράττω] Sententia haec est: et quod hactenus mente agam, quatenus ossa et nervos habeam, neque vero eatenus, quod sequar id,

ἂν καὶ μακρὰ ῥαθυμία εἴη τοῦ λόγου. τὸ γὰρ μὴ διελέσθαι οἷόν τ' εἶναι, ὅτι ἄλλο μέν τί ἐστι τὸ αἴτιον τῷ ὄντι, ἄλλο δ' ἐκεῖνο, ἄνευ οὗ τὸ αἴτιον οὐκ ἄν ποτ' εἴη αἴτιον· ὃ δή μοι φαίνονται ψηλαφῶντες οἱ πολλοὶ ὥςπερ ἐν σκότῳ, ἀλλοτρίῳ ὀνόματι προςχρώμενοι, ὡς αἴτιον αὐτὸ προςαγορεύειν. διὸ δὴ καὶ ὁ μέν τις δίνην περιτιθεὶς τῇ γῇ ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ μένειν δὴ ποιεῖ τὴν

ἐν σκότῳ] V. σκότει. Illud tamquam rarius e Vat. Vind. Φ Par. GHIL Ambr. Aug. Flor. b d et correctis Flor. c i Tub. Par. E suscepimus. Legitur σκότου De Rep. V. p. 461 A. VIII. p. 548 A. Dativum σκότῳ habes De Rep. VI. p. 508 D. VII. p. 517 D. Contra σκότους habetur Cratyl. p. 418 D. De Rep. VII. p. 516 E. p. 518 A. Legg. IX. p. 864 C.

ὀνόματι] Sic Coisl. Ven. ΛΞ Par. ACGHIL Flor. a b c m Vind. 3 Vett. editt. ὄμματι, ut Bodl. aliique codd. habent. Nihilominus ὀνόματι dedit etiam Herm. [ὀνόματι Steph. in marg.].

quod optimum sit. Vides omnia esse satis expedita. Nam ταύτῃ est ὅτι διὰ ταῦτα ποιῶ ἃ ποιῶ et opponitur verbis τῇ τοῦ βελτίστου αἱρέσει. Perperam igitur Heindorf. aliique ταῦτα probarunt, quo mirum quantum turbatur verborum intellectus, quem vereor ut Heindorf. recte iuvare studuerit scribendo καὶ ταῦτα πράττων. Neque animum explet Hermanni ratio.

B. τὸ γὰρ μὴ διελέσθαι] Mudgius corrigebat: τὸ γὰρ ἂν εἴη μὴ δ., in quibus τό pro τοῦτο positum ferri non potest. Lenius Wyttenbachius: τὸ δ' ἄρ' ἦν μὴ διελέσθαι οἷόν τ' εἶναι, hoc autem erat non posse distinguere aliud esse veram causam, aliud id, sine quo causa non possit esse vera causa. Sed non opus est mutatione. Nam post οὐκ ἄν ποτ' εἴη αἴτιον sermo eleganti aposiopesi abruptus est, ut intellegendum sit εὔηθες s. φαῦλόν ἐστιν. Symp. p. 177 C τὸ οὖν τοιούτων πέρι πολλὴν σπουδὴν ποιήσασθαι, Ἔρωτα δὲ μηδένα πω ἀνθρώπων τετολμηκέναι — ἀξίως ὑμνῆσαι. Xen. Mem. I. 4, 12, ubi v. interpp. Genus loquendi illustrarunt Hermann. ad Viger. p. 745 A et Matthiae Gr. §. 543. De ipsa re v. Tim. p. 46 D δοξάζεται δὲ ὑπὸ τῶν πλείστων οὐ ξυναίτια ἀλλ' αἴτια εἶναι τῶν πάντων ψύχοντα καὶ θερμαίνοντα, πηγνύντα τε καὶ διαχέοντα, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἀπεργαζόμενα.

ψηλαφῶντες] Phavorinus: ψηλαφῶ· λέξις αὕτη μουσική· ἐπεὶ κυρίως ἐπὶ χορδῶν τὸ ψηλαφᾶν λέγεται παρὰ τὸ ψαλτήριον ἀφᾶν. Hinc est palpando aliquid quaerere. Prorsus eodem modo, quo hic legitur, verbo utitur Lucas Act. XVII. 27.

ἀλλοτρίῳ ὀνόματι] Sic recte, opinor, Stobaeus, codices aliquot manuscripti et Ficinus. Vulgo ἀλλ. ὄμματι, quod defendit Reisig. Enarrat. Oed. Col. 142: „Alieno oculo, inquit, significantur ea membra, quibus in tenebris rem obscuram tentant. Haec enim non sunt intellecta ab editoribus Platonis." cf. Tim. p. 50 A.

ὡς αἴτιον] quasi sit causa. De αὐτό post ὅ abundanter illato v. Matthiae Gr. §. 472. 3.

δίνην περιτιθεὶς τῇ γῇ —] Iungendum, opinor, δίνην ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ, vorticem, qui a coelo fit, ut sensus interprete Wyttenbachio hic sit: alius turbinem circumdans terrae stabilem scilicet eam facit. Claudian. Mall. Theod. cons. 76 *hic semper lapsurae pondere terrae conatur rapido coeli fulcire rotatu.* Unde facile perspicias, quorsum turbo iste pertineat. Nomen

γῆν, ὁ δὲ ὥςπερ καρδόπῳ πλατείᾳ βάθρον τὸν ἀέρα
C ὑπερείδει· τὴν δὲ τοῦ ὡς οἷόν τε βέλτιστα αὐτὰ τεθῆναι δύναμιν οὕτω νῦν κεῖσθαι, ταύτην οὔτε ζητοῦσιν οὔτε τινὰ οἴονται δαιμονίαν ἰσχὺν ἔχειν, ἀλλὰ ἡγοῦνται τούτου Ἄτλαντα ἄν ποτε ἰσχυρότερον καὶ ἀθανατώτερον

ὑπερείδει] κάτω ὑπερείδει Vat. Vind. Φ Par. CG Ambr. Flor. a c d m et rec. Ven. Π.

C. βέλτιστα αὐτά] V. αὐτοῦ. Sed αὐτά Bodl. Ven. ΞΠ Vind. Υ Coisl. August. Euseb. cum Bas. 2. βέλτιστον Bodl. Tub. Ven. ΞΠ Vind. Υ.

τούτου Ἄτλαντα ἄν ποτε] Hunc ordinem praestant Bodl. Ven. ΞΠ Vind. Υ Zitt. Editt. habent τούτου ἄν ποτε Ἄτλαντα.

substantivum cum praepositione iunctum ne quem male habeat, contulisse iuvabit Plat. Phaedon. p. 110 E σηπεδόνος καὶ ἅλμης ὑπὸ τῶν δεῦρο ξυνεῤῥυηκότων. Sophist. p. 236 D ῥυμή τις ὑπὸ τοῦ λόγου, ubi v. ann. Legg. III. p. 698 A ἐλευθερία ἀπὸ τῶν ἀρχῶν. De Rep. II. p. 358 A εὐδοκιμήσεις διὰ δόξαν. p. 359 A τὸ ὑπὸ τοῦ νόμου ἐπίταγμα. p. 363 DE μισθοὶ παρὰ θεῶν. Xen. Cyrop. III. 3, 2 ἥδεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων τιμῇ. Soph. El. 562 πειθὼ κακοῦ πρὸς ἀνδρός. v. Matthiae ad Eur. Med. 1250. Hermannus tamen verba ὑπὸ τοῦ οὐρανοῦ connectit potius cum μένειν, quam rationem equidem non praetulerim alteri. De re ipsa Wyttenbachius: „Pertinet haec δίνης reprehensio maxime ad Empedoclem, cuius ista diserta fuit opinio, ut apparet ex Arist. De coelo II 13, quod caput instar est commentarii in hunc Phaedonis locum." Similiter statuerunt Leucippus ac Democritus teste Diog. Laert. IX. 45 et Sext. Emp. adv. math. IX. 114.

ὁ δὲ ὥςπερ καρδόπῳ β.] Arist. l. c. Ἀναξιμένης δὲ καὶ Ἀναξαγόρας καὶ Δημόκριτος τὸ πλάτος αἴτιον εἶναί φασιν τοῦ μένειν αὐτήν. οὐ γὰρ τέμνειν, ἀλλ' ἐπιπωματίζειν τὸν ἀέρα τὸν κάτωθεν, ὥςπερ φαίνεται τὰ πλάτος ἔχοντα τῶν σωμάτων ποιεῖν. ταῦτα γὰρ καὶ πρὸς τοὺς ἀνέμους ἔχει δυςκινήτως διὰ τὴν ἀντέρεισιν. ταὐτὸ δὴ τοῦτο ποιεῖν τῷ πλάτει φασὶ τὴν γῆν πρὸς τὸν ὑποκείμενον ἀέρα· τὸν δὲ οὐκ ἔχοντα μεταστῆναι τόπον ἱκανὸν ἀθρόον τῷ κάτωθεν ἠρεμεῖν κ. τ. λ. Voc. κάρδοπος, mactra, ad ridiculum traducit Arist. Nubb. 670 sqq. neque sine irrisione Plato ipse posuisse videtur.

C. τὴν δὲ τοῦ ὡς οἷόν τε—] h. e. τὴν δὲ δύναμιν τοῦ οὕτω νῦν αὐτὰ κεῖσθαι, ὡς οἷόν τε βέλτιστα τεθῆναι κ. τ. λ.

ἀλλὰ ἡγοῦνται τ.] sed putant se hoc Atlante (qui sc. revera omnia fert et sustinet, h. e. ea vi, qua omnia quam optime comparata sunt) Atlantem aliquando inventuros esse validiorem et diuturniorem et magis omnia continentem. Eleganter enim vis illa divina, qua omnia sint quam optime constituta, comparatur cum Atlante, qui sustinere coelum et a terra distinere putabatur; v. Cic. Tusc. V. 3. Verg. Aen. VIII. 136 *maximus Atlas — aetherios humero qui sustinet orbes.* Quod miror fugisse nuperum interpretem Hier. Müllerum, qui quae p. 575 monuit, ea me non intellegere ingenue confiteor. Alium autem Atlantem validiorem Socrates intellegit causam aliquam physicam, quam scilicet isti putent vera illa esse potiorem. Haesit in hoc loco Wyttenbachius, qui totam hanc ῥῆσιν, quae est ab ἀλλὰ ἡγοῦνται — ad ἐξευρεῖν suo loco motam et post οὐδὲν οἴονται restituendam iudicabat. Cui viri doctissimi sententiae nos non accedimus.

καὶ μᾶλλον ἅπαντα ξυνέχοντα ἐξευρεῖν, καὶ ὡς ἀληθῶς τὸ ἀγαθὸν καὶ δέον ξυνδεῖν καὶ ξυνέχειν οὐδὲν οἴονται. ἐγὼ μὲν οὖν τῆς τοιαύτης αἰτίας, ὅπῃ ποτὲ ἔχει, μαθητὴς ὁτουοῦν ἥδιστ' ἂν γενοίμην· ἐπειδὴ δὲ ταύτης ἐστερήθην καὶ οὔτ' αὐτὸς εὑρεῖν οὔτε παρ' ἄλλου μαθεῖν οἷός τε ἐγενόμην, τὸν δεύτερον πλοῦν ἐπὶ τὴν τῆς αἰτίας D *ζήτησιν ᾗ πεπραγμάτευμαι, βούλει σοι, ἔφη, ἐπίδειξιν*

τῆς τοιαύτης] Sic Vatic. Vind. *Υ* Par. G Ambr. Tub. Florr. alii. Vulgo *τῆς* aberat, quod nec Tur. et Herm. receperunt. Pro *τοιαύτης* non pauci habent *ταύτης*.

οὔτ' αὐτός] *αὐτό* Bodl. Coisl. Vat. Ven. *ΞΠ* Vind. *ΥΦ* Par. CGHL Ambr. Mendose. Vett. editt. *οὔτ' ἂν αὐτός* codd. invitis.

D. *ᾗ πεπραγμάτευμαι*] Vulgatum *ἣν* auctoritate Vat. Coisl. Ven. *ΛΠ* Vind. *Φ* Par. CEGHIL Ambr. Flor. a b c i m Vind. 3 6 8 in *ᾗ* mutavimus probante Hermanno. Bodl. habet *ᾗ* adscripta in marg. annot. *ἐν ἄλλῳ· ἣν πεπράγμευται.* v. ann.

Neque opus esse arbitramur Heindorfii coniectura, qui cum in cod. quodam Paris. scriptum reperisset: *τὸ δὲ ὡς ἀληθῶς δέον ταῦτα καὶ ξυνέχον ξυνδεῖν καὶ ξυνέχειν οὐδὲν οἴονται*, Platonis manum hanc fuisse suspicatus est: *τὸ δὲ ὡς ἀληθῶς δέον ταῦτα καὶ ξυνέχον, τὸ ἀγαθὸν καὶ δέον, ξυνδεῖν καὶ ξυνέχειν οὐδὲν οἴονται.* Nam *ὡς ἀληθῶς* coniungendum est cum verbis *οὐδὲν οἴονται*, revera pro nihilo habent. Sed universa haec sententia: *καὶ ὡς ἀλ.—οἴονται* arctissime cohaeret cum superioribus: *τὴν δὲ τοῦ ὡς οἷόν τε — δαιμονίαν ἰσχὺν ἔχειν*, quibus quoniam opposita sunt haec: *ἀλλὰ ἡγοῦνται — ἐξευρεῖν*, quae arctissime cogitatione connectenda erant, temere ab interpretibus segregata et divulsa sunt. Ceterum *τὸ δέον*, id quod oportet, officium, quasi ligans, quibusdam a verbo *δεῖν*, ligare, ductum videri Plat. Cratyl. p. 418 E sq. tradit: *τὸ δέον φαίνεται δεσμὸς εἶναι.* Et hanc rationem Stoicis placuisse itemque a Plotino Ennead. VI. 2 esse adhibitam Wyttenbach. ad h. l. docte disputavit. Patet autem haec venusto lusu ita dici: sie halten in der That das Gute und, was binden und zusammenhalten muss, für nichts.

D. *τὸν δεύτερον πλοῦν*] *Δεύτερον πλοῦν* facere dicuntur qui priorem navigationem, quam vento minus secundo unice velorum auxilio freti susceperant, minus prosperam experti sunt ideoque in altera navigatione remorum auxilium sibi adiungunt. Inde facili translatione Phavorino teste, quocum Schol. ad h.l. consentit, omnino proverbium dicitur *ἐπὶ τῶν ἀσφαλῶς τι ποιούντων, καθόσον οἱ διαμαρτόντες κατὰ τὸν πρῶτον πλοῦν ἀσφαλῆ κατασκευάζονται τὸν δεύτερον.* Sic etiam Phileb. p. 19 C. p. 59 C. Politic. p. 300 B. Eustath. ad Od. p. 1453 ed. Rom. = p. 106. Bas. *δεύτερος πλοῦς λέγεται, ὅτε ἀποτυχών τις οὐρίου κώπαις πλέῃ, κατὰ Παυσανίαν.* Exempla proverbii larga manu dederunt Gataker. ad Antonin. IX. 2 p. 263. Dorvill. ad Charit. p. 370 et Ruhnken. ap. Wyttenbach. ad h. l. p. 263.

ᾗ πεπραγμ.] Verba sic inter se cohaerent: *βούλει σοι ἐπίδειξιν ποιήσωμαι, ᾗ* (quomodo) *πεπραγμάτευμαι τὸν δεύτερον πλοῦν ἐπὶ τ. τ. αἰτ. ζ.* Confirmant *ᾗ* codd. non pauci iique optimae notae libri. Fuit tamen qui *ἣν* defenderet usus illis, quae Schaefer. ad Dem. T. II. p. 503. Reisig. ad Oed. Col. p. 225. Hermann. ad Viger. p. 760

ποιήσωμαι, ὦ Κέβης; Ὑπερφυῶς μὲν οὖν, ἔφη, ὡς βούλομαι.

Cap. XLVIII. *Ἔδοξε τοίνυν μοι, ἦ δ' ὅς, μετὰ ταῦτα, ἐπειδὴ ἀπείρηκα τὰ ὄντα σκοπῶν, δεῖν εὐλαβηθῆναι, μὴ πάθοιμι ὅπερ οἱ τὸν ἥλιον ἐκλείποντα θεωροῦντες καὶ σκοπούμενοι· διαφθείρονται γάρ που ἔνιοι τὰ ὄμματα, ἐὰν μὴ ἐν ὕδατι ἤ τινι τοιούτῳ σκοπῶνται τὴν εἰκόνα*
E *αὐτοῦ. τοιοῦτόν τι καὶ ἐγὼ διενοήθην, καὶ ἔδεισα, μὴ παντάπασι τὴν ψυχὴν τυφλωθείην βλέπων πρὸς τὰ πράγματα τοῖς ὄμμασι καὶ ἑκάστῃ τῶν αἰσθήσεων ἐπιχειρῶν ἅπτεσθαι αὐτῶν. ἔδοξε δή μοι χρῆναι εἰς τοὺς λόγους καταφυγόντα ἐν ἐκείνοις σκοπεῖν τῶν ὄντων τὴν ἀλήθειαν. ἴσως μὲν οὖν ᾧ εἰκάζω τρόπον τινὰ οὐκ ἔοικεν·*
100 *οὐ γὰρ πάνυ ξυγχωρῶ τὸν ἐν τοῖς λόγοις σκοπούμενον τὰ ὄντα ἐν εἰκόσι μᾶλλον σκοπεῖν ἢ τὸν ἐν τοῖς ἔργοις·*

ποιήσωμαι] Bodl. Coisl. Tub. Vat. Ven. *Λ* Vind. *Φ* Par. CEHIL Flor. i d m cum Steph. *ποιήσομαι*, quod aegre defendas ex iis, quae Werfer. Act. Mon. I. p. 234 et ego ad Phileb. p. 77 observavimus.

Cap. XLVIII. *σκοπούμενοι*] Quod vulgo additum legebatur, *πάσχουσι*, id omisimus cum Bodl. Tub. Vind. *Υ* Zitt. Ven. *ΞΠ*. In Bodl. Ven. *ΞΠ* tamen adscriptum est.

ἤ τινι] V. *ἢ ἔν τινι* invitis Bodl. Vat. Tub. Ven. *ΞΠ* Vind. *ΥΦ* Par. G Ambr. Flor. d Zitt.

E. *ᾧ εἰκάζω*] V. *ὡς εἰκάζω.* Recte Par. G pr. m. et marg. Bodl. *ᾧ*. In Zitt. est *ᾧ ὡς εἰκάζω.*

P. 100. *ἐν τοῖς λόγοις*] *τοῖς* om. plurimi cum Coisl. Vat. Ven. *Λ* Parr. Flor. d nec tamen Bodl. et Tub. Ita etiam mox ante *ἔργοις*.

exposuerunt. Et eam rationem iam Fischerus iniit, qui iunxit *τὸν δεύτερον πλοῦν ἐπίδειξιν ποιήσωμαι*, i. e. *ἐπιδείξωμαι*. Verum satius est librorum auctoritati obtemperare.

Cap. XLVIII. E. *τῶν ὄντων τὴν ἀλήθειαν*] h. e. rerum vim et naturam. v. ad Phileb. p. 48 E.

οὐκ ἔοικεν] Dictum, ut Protag. p. 312 A et Rep. V p. 453 D. De tertia persona absolute posita v. ad p. 93 B. Schleiermacherus: Doch vielleicht ähnelt das Bild auf gewisse Weise nicht so, wie ich es aufgestellt habe.

P. 100. *τὸν ἐν τοῖς λόγοις σκοπούμενον* —] Hoc dicit: Denn das gebe ich nicht eben zu, dass der an den Vernunftbegriffen das Seiende Betrachtende es in höherm Grade an Abbildern betrachte, als der dasselbe an den Erscheinungen Betrachtende. Scilicet dixerat antea cavisse se, ne sibi accideret quod solem deficientem intuentibus accidere soleret, qui ideo mallent solis imaginem in aqua ac similibus rebus repercussam intueri, ideoque confugisse a sensuum usu ad rationes s. ad *τὰ νοούμενα*. Itaque iam negat rationem plus habere *εἰκόνων*, quam *τὰ ἔργα* s. *τὰ φαινόμενα*, veluti *τὸ ὕδωρ καί τι τοιοῦτον*. Quippe multo propius ad *τὴν ἀλήθειαν τῶν ὄντων* accedit qui utitur mentis notionibus s.

ἀλλ' οὖν δὴ ταύτῃ γε ὥρμησα, καὶ ὑποθέμενος ἑκάστοτε λόγον, ὃν ἂν κρίνω ἐῤῥωμενέστατον εἶναι, ἃ μὲν ἄν μοι δοκῇ τούτῳ ξυμφωνεῖν, τίθημι ὡς ἀληθῆ ὄντα, καὶ περὶ αἰτίας καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ἃ δ' ἂν μή, ὡς οὐκ ἀληθῆ. βούλομαι δέ σοι σαφέστερον εἰπεῖν ἃ λέγω· οἶμαι γάρ σε νῦν οὐ μανθάνειν. Οὐ μὰ τὸν Δία, ἔφη ὁ Κέβης, οὐ σφόδρα.

Cap. XLIX. Ἀλλ', ἦ δ' ὅς, ὧδε λέγω, οὐδὲν καινόν, B
ἀλλ' ἅπερ ἀεὶ καὶ ἄλλοτε καὶ ἐν τῷ παρεληλυθότι λόγῳ οὐδὲν πέπαυμαι λέγων. ἔρχομαι γὰρ δὴ ἐπιχειρῶν σοι ἐπιδείξασθαι τῆς αἰτίας τὸ εἶδος, ὃ πεπραγμάτευμαι, καὶ εἶμι πάλιν ἐπ' ἐκεῖνα τὰ πολυθρύλητα καὶ ἄρχομαι ἀπ' ἐκείνων, ὑποθέμενος εἶναί τι καλὸν αὐτὸ καθ' αὑτὸ καὶ ἀγαθὸν καὶ μέγα καὶ τἆλλα πάντα· ἃ εἴ μοι δίδως τε καὶ συγχωρεῖς εἶναι ταῦτα, ἐλπίζω σοι ἐκ τούτων τήν τε αἰτίαν ἐπιδείξειν καὶ ἀνευρήσειν, ὡς ἀθάνατον ἡ ψυχή. Ἀλλὰ μήν, ἔφη ὁ Κέβης, ὡς διδόντος σοι οὐκ C
ἂν φθάνοις περαίνων. Σκόπει δή, ἔφη, τὰ ἑξῆς ἐκείνοις, ἐάν σοι ξυνδοκῇ, ὥςπερ ἐμοί. φαίνεται γάρ μοι,

περὶ τῶν ἄλλων] περί om. Vat. Vind. Φ Tub. Par. GI Ambr. Flor. d et corr. Bodl. Dein Bodl. Vat. Ven. Ξ Zitt. Vind. ΤΦ Par. G Ambr. pr. Ven. Π ἁπάντων ὄντων. Ven. Π rec. ἁπάντων τῶν ὄντων, quod glossema redolet.

Cap. XLIX. B. καὶ ἄλλοτε] Sic Ven. Π Tub. et pr. Bodl. Olim pro καί legebatur τε.

ἔρχομαι γὰρ δὴ ἐπ.] γάρ om. Coisl. Ven. ΔΦ Par. CEHIL. Male.

πολυθρύλητα] Hanc scripturam tuentur Bodl. Vat. Vind. Τ Par. CH. Vett. editt. πολυθρύλλητα. cf. p. 65 B. p. 76 D. v. Eustath. ad Il. XXIII. 396 ἡ πλείων χρῆσις οἶδε δι' ἑνὸς προφέρειν.

rationibus, quam qui solem in simulacris adspectabilibus intueri conantur.

Cap. XLIX. B. ἀεὶ καὶ ἄλλοτε καὶ ἐν τ. π. λ.] cum in aliis sermonibus, tum in disputatione superiore, videl. c. XIX sqq.

ἔρχομαι γὰρ δὴ ἐπιχειρῶν] Ne quis desideret ἐπιχειρήσων aut cum Fischero ἐπιχειρῶν pro futuro Attico habeat, ipsum verbum ἐπιχειρεῖν per se habet vim futuri, ut haec fere idem valeant quod ἔρχομαι ἐπιδειξόμενος.

C. οὐκ ἂν φθάνοις περαίνων] quantocius exinde cetera collige. Nam περαίνειν in dialecticis significat concludere, colligere reliqua e sumtis. Formula οὐκ ἂν φθάνοις, qua utitur Plato etiam Symp. 185 E, Euthyd. p. 272 D, est proprie: non antevertes, non occupabis, du dürftest nicht zu früh kommen. Unde eius usus repetendus. Deinde τὰ ἑξῆς ἐκείνοις sunt ea, quae deinceps sequuntur, ut Cratyl. p. 399 D. 420 D. Legg. VII. p. 796 E al.

εἴ τί ἐστιν ἄλλο καλὸν πλὴν αὐτὸ τὸ καλόν, οὐδὲ δι' ἓν ἄλλο καλὸν εἶναι ἢ διότι μετέχει ἐκείνου τοῦ καλοῦ· καὶ πάντα δὴ οὕτω λέγω. τῇ τοιᾷδε αἰτίᾳ ξυγχωρεῖς; Ξυγχωρῶ, ἔφη. Οὐ τοίνυν, ἦ δ' ὅς, ἔτι μανθάνω, οὐδὲ δύναμαι τὰς ἄλλας αἰτίας τὰς σοφὰς ταύτας γιγνώσκειν· ἀλλ' ἐάν τίς μοι λέγῃ, διότι καλόν ἐστιν ὁτιοῦν, ἢ ὅτι D χρῶμα εὐανθὲς ἔχον, ἢ σχῆμα, ἢ ἄλλο ὁτιοῦν τῶν τοιούτων, τὰ μὲν ἄλλα χαίρειν ἐῶ, ταράττομαι γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι, τοῦτο δὲ ἁπλῶς καὶ ἀτέχνως καὶ ἴσως εὐήθως ἔχω παρ' ἐμαυτῷ, ὅτι οὐκ ἄλλο τι ποιεῖ αὐτὸ καλὸν ἢ ἡ ἐκείνου τοῦ καλοῦ εἴτε παρουσία εἴτε κοινωνία,

C. πλὴν αὐτὸ τὸ καλόν] om. pr. Bodl. Ven. *Π*.

ὅτι χρῶμα] ὅτι om. Tub. Ven. *Π* et pr. Bodl. Eiecit voculam Herm., sed v. interpret. Dein ὅτι σχῆμα Vat. Vind. *Φ* Par. G Ambr.

D. ἀτέχνως] Sic Ven. *Ξ* Vind. *Τ* Par. C G Flor. d m et corr. Coisl. Ven. *Λ* pro vulg. ἀτεχνῶς.

ἡ ἐκείνου] Articulum e Vat. Vind. *Φ* Par. G Flor. d recepi praeeunte Bekkero. Idem fecit Herm. quamvis invito Bodl. et Tub.

οὐδὲ δι' ἓν ἄλλο κ.] h. e. ne per ullam quidem aliam rem pulcrum esse, i. e. per nihil quidquam aliud esse pulcrum. Prorsus sic Xen. Cyr. II. 1, 8 ὅτι οὐδὲ δι' ἓν ἄλλο τρέφονται. cf. supra p. 72 D.

διότι μετέχει] Huius μετοχῆς alibi saepius facit mentionem philosophus. Qui quoniam τὰ εἴδη nominabat notiones rerum generales per se exstantes, res in sensus cadentes ad ea ita referebat, ut has diceret per illa suam naturam et formam accepisse. Quod tamen qua ratione factum esset, accuratius hoc loco definire noluit, ostendere studuit in Parmenide. V. Prolegg. nostra ad Parm. p. 140 sqq. p. 272 sqq. Dubitationem de his rebus ipse Plato prodidit in Parm. p. 130 E — 132.

τῇ τοιᾷδε αἰτίᾳ ξυγχωρεῖς;] Comparat Heindorf. Politic. p. 258 A συγχωρεῖς οὖν οἷς λέγει; Addimus Eur. Hipp. 299 συγχωρεῖν λόγοις. Hor. Sermon. II. 3. 305 *concedere veris*.

τὰς ἄλλας — τὰς σοφὰς τ.] h. e. scite excogitatas, ironice. cf. p. 101 C.

ἢ ὅτι χρῶμα εὐανθ. ἔχον] Intell. καλόν ἐστιν. Quam rationem qui non perspexissent critici, mero arbitrio suo ὅτι eiiciendum statuerunt. v. ann. critic.

D. ταράττομαι γὰρ ἐν τοῖς ἄλλοις πᾶσι] nam si quis alia affert argumenta, in iis haereo et quasi perturbor, ita ut quid verum sit, intellegere non queam. — Mox pro vulg. ἀτεχνῶς ex aliquot codd. recepimus ἀτέχνως, sine arte, quod exigebat senteutia. Harpocrat. Ἀτεχνῶς, περισπωμένως μὲν ἀντὶ τοῦ σαφῶς ἢ βεβαίως ἢ ἀσφαλῶς ἢ φανερῶς· παροξυτόνως δὲ ἀντὶ τοῦ ἀμελῶς καὶ ἄνευ τέχνης.

εἴτε παρουσία εἴτε κοινωνία —] Dubitabat enim Plato, quo modo species rerum aeternae cum rebus ipsis coniunctae essent, neque reperiebat vocabulum, quo illam coniunctionem apte significaret. v. Parm. p. 130 E — 132 et p. 133 D. Itaque hoc loco dicit ἐκείνου τοῦ καλοῦ εἴτε παρουσία εἴτε κοινωνία. Sed quod sequebatur εἴτε — προσγενομένη, id manifesto susceperat labem. Itaque

εἴτε ὅπῃ δὴ καὶ ὅπως προςγιγνόμενον· οὐ γὰρ ἔτι τοῦτο διισχυρίζομαι, ἀλλ' ὅτι τῷ καλῷ πάντα τὰ καλὰ γίγνεται καλά. τοῦτο γάρ μοι δοκεῖ ἀσφαλέστατον εἶναι καὶ ἐμαυτῷ ἀποκρίνασθαι καὶ ἄλλῳ, καὶ τούτου ἐχόμενος ἡγοῦμαι οὐκ ἄν ποτε πεσεῖν, ἀλλ' ἀσφαλὲς εἶναι καὶ E

προςγιγνόμενον] Sic primus dedi pro vulg. *προςγενομένη*. Vind. Φ Par. C Ambr. Flor. a c m *προςγιγνομένη*. Vat. Flor. d *προςγινόμενον*, unde sponte nascitur *προςγιγνόμενον*. Dein *γίγνεται* inter *τὰ καλά* et *καλά* om. pr. Bodl. Par. G et alii non pauci.

ἀποκρίνασθαι] Coisl. Ven. Λ Par. CEHIL Flor. a b c m Aug. *ἀποκρίνεσθαι*, quod edidit Bekker.

εἴτε ante *ὅπῃ* delendum censuit Daehnius De aliq. locis Platon. p. 18. Probabilius etiam legeris *προςαγορευομένη* cum Wyttenbachio, quod ubi probaveris, sententiam habebis expeditam, simplicem, veram. Est enim haec: nihil aliud reddere illud pulcrum, nisi ipsius pulcritudinis sive praesentia sive communio sive quocunque alio nomine appelletur. Loquendi genus docte illustravit ad h. l. Wyttenbach. Eam rationem quodammodo confirmant quae exposuit Olympiod. p. 189 *Τίς δὲ μετοχὴ τοῖς τῇδε τῶν χωριστῶν εἰδῶν; εἰ μὲν γὰρ παρουσία, οὐκ ἔστι χωριστά· εἰ δὲ κοινωνία, ἔσται τι καὶ ἄλλο πρὸ αὐτῶν, οὗ κοινῇ ταῦτα μετείληφε, καὶ τοῦτο ἐπ' ἄπειρον. ἢ πῇ καὶ πῶς ἑκάτερον, καὶ παρουσία καὶ κοινωνία, κατὰ τὴν ἐκεῖθεν μέθεξιν.* Quamquam idem p. 148 veterem scripturam tuetur. Sed verum est quod cod. Vat. et Flor. d servarunt *προςγιγνόμενον*, quod pertinet ad *ἐκεῖνο τὸ καλόν*. Nam variavit scriptor sermonis scripturam propterea, quod noluit dicere *εἴτε ὁποία δή ποτε προςγένεσις*. Itaque subiunxit potius *προςγιγνόμενον*, perinde ac si antea scriptum fuisset: *ἢ ἐκεῖνο τὸ καλὸν εἴτε παρὸν εἴτε κοινωνοῦν*, quibus recte sane addi potuerat: *εἴτε ὅπῃ δὴ καὶ ὅπως προςγιγνόμενον*. Nimirum statuit Plato profecto etiam alias praeter *παρουσίαν* et *κοινωνίαν* vias et rationes, quibus ideae et res adspectabiles inter se cohaererent. v. Parm. l. c. [Similiter Ueberweg, Philol. XX. p. 513 deleto illo *εἴτε* legendum esse censet *προςγενομένου*: „auf welchem Wege gleichsam und in welcher Weise jenes an sich Schöne hinzugetreten sein mag."] Ne vero mireris istud *ὅπῃ καὶ ὅπως* coniunctum, huius locutionis exempla collegit Iacobsius ad Philostr. Imagg. p. 635, quibus adde De Rep. X. p. 612 A. p. 621 B. Legg. X. p. 899 AB. XII. p. 966 A. Simile est quod supra legimus *οὐδαμῇ οὐδαμῶς*, p. 78 D. cf. ad Phil. p. 60 C.

οὐ γὰρ ἔτι τοῦτο δ.] nam quaenam ratio inter res singulares earumque species aeternas intercedat, id nondum certo dixerim. Arist. Met. I. 6 *τὴν μέντοι γε μέθεξιν, — ἥτις ἂν εἴη, τῶν εἰδῶν, ἀφεῖσαν ἐν κοινῷ ζητεῖν*. Colligas ex hoc loco non sine aliqua veri similitudine Platonem, quo tempore Phaedonem scripsit, nondum in lucem emisisse Parmenidem, in quo libro de gravissimo loco subtilissime disputavit.

καὶ τούτου ἐχόμενος — πεσεῖν] hoc firmiter tenentem me puto non unquam esse lapsurum et erraturum. De usu part. *ἐχόμενος* sic cum genetivo iuncti v. inttpp. ad Aristoph. Plut. 101.

ἐμοὶ καὶ ὁτῳοῦν ἄλλῳ ἀποκρίνασθαι, ὅτι τῷ καλῷ τὰ
καλὰ γίγνεται καλά. ἢ οὐ καὶ σοὶ δοκεῖ; Δοκεῖ. Καὶ
μεγέθει ἄρα τὰ μεγάλα μεγάλα καὶ τὰ μείζω μείζω, καὶ
σμικρότητι τὰ ἐλάττω ἐλάττω; Ναί. Οὐδὲ σὺ ἄρ' ἂν
ἀποδέχοιο, εἴ τίς τινα φαίη ἕτερον ἑτέρου τῇ κεφαλῇ
μείζω εἶναι, καὶ τὸν ἐλάττω τῷ αὐτῷ τούτῳ ἐλάττω,
101 ἀλλὰ διαμαρτύροιο ἄν, ὅτι σὺ μὲν οὐδὲν ἄλλο λέγεις ἢ
ὅτι τὸ μὲν μεῖζον πᾶν ἕτερον ἑτέρου οὐδενὶ ἄλλῳ μεῖζόν
ἐστιν ἢ μεγέθει, καὶ διὰ τοῦτο μεῖζον, διὰ τὸ μέγεθος,
τὸ δὲ ἔλαττον οὐδενὶ ἄλλῳ ἔλαττον ἢ σμικρότητι, καὶ
διὰ τοῦτο ἔλαττον, διὰ τὴν σμικρότητα, φοβούμενος,
οἶμαι, μή τίς σοι ἐναντίος λόγος ἀπαντήσῃ, ἐὰν τῇ κε-
φαλῇ μείζονά τινα φῇς εἶναι καὶ ἐλάττω, πρῶτον μὲν
τῷ αὐτῷ τὸ μεῖζον μεῖζον εἶναι καὶ τὸ ἔλαττον ἔλαττον,
B ἔπειτα τῇ κεφαλῇ σμικρᾷ οὔσῃ τὸν μείζω μείζω εἶναι,
καὶ τοῦτο δὴ τέρας εἶναι, τὸ σμικρῷ τινι μέγαν τινὰ
εἶναι. ἢ οὐκ ἂν φοβοῖο ταῦτα; Καὶ ὁ Κέβης γελάσας,
Ἔγωγε, ἔφη. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, τὰ δέκα τῶν ὀκτὼ δυοῖν
πλείω εἶναι, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν ὑπερβάλλειν,

E. ἀποκρίνασθαι] Bekker. e solis Par. E I ἀποκρίνεσθαι dedit. Paullo post vett. editt. ἢ οὐ [Bas. 2 ἢ οὐ] καί σοι δοκεῖ. Perperam.

σὺ ἄρ' ἂν ἀπ.] V. Steph. ἂν ἄρ' ἀπ., Ald. Bas. 1 ἂν ἄρα ἂν ἀπ. utrumque praeter fidem meliorum librorum. In Tub. Ven. Π Vind. Υ Par. G ἂν omissum.

P. 101. τὸ μὲν μεῖζον] μέν, quod olim aberat, additum e Vat. Vind. Φ Ambr. Flor. d et rec. Π. Idem invito Bodl. Tub. aliis dedit Herm.

ἀπαντήσῃ] V. ἀπαντήσοι, quod tuetur Par. E.

B. δυοῖν πλείω] δυεῖν Bekk. e Ven. Λ Par. C E H I dedit, quibuscum Flor. a b c i m consentiunt.

E. Οὐδὲ σὺ ἄρ' ἂν ἀποδέχοιο] h. e. neque tu igitur probares, quem usum verbi iam saepius attigimus.

τῇ κεφαλῇ μ.] non significat: um den Kopf grösser, sed potius: vermöge des Kopfes, durch den Kopf.

P. 101. μή τίς σοι — ἀπαντήσῃ] h. e. ne quae contraria ratio tibi occurrat atque tecum ipso pugnare videaris contendens primum quidem capite, h. e. eadem re, et magnitudinem et parvitatem effici, quod certe absurdum est, deinde capite, i. e. re parva, effici magnitudinem, quasi quis parvo magnus fieri queat.

B. τέρας εἶναι] Τέρας vocatur in dialecticis τὸ παράδοξον, ἄτοπον, ἀδύνατον. Theaet. p. 163 D τέρας γὰρ ἂν εἴη ὃ λέγεις. Parmenid. p. 129 A εἰ γὰρ αὐτὰ τὰ ὅμοιά τις ἀπέφαινεν ἀνόμοια, τέρας ἄν, οἶμαι, ἦν. Phileb. p. 14 E ὅτι τέρατα διηνάγκασται φάναι, ubi vid. annotat.

φοβοῖο ἂν λέγειν, ἀλλὰ μὴ πλήθει καὶ διὰ τὸ πλῆθος; καὶ τὸ δίπηχυ τοῦ πηχυαίου ἡμίσει μεῖζον εἶναι, ἀλλ' οὐ μεγέθει; ὁ αὐτὸς γάρ που φόβος. Πάνυ γε, ἔφη. Τί δέ; ἐπὶ ἑνὸς προςτεθέντος τὴν πρόςθεσιν αἰτίαν εἶναι τοῦ δύο γενέσθαι ἢ διασχισθέντος τὴν σχίσιν οὐκ C εὐλαβοῖο ἂν λέγειν, καὶ μέγα ἂν βοῴης, ὅτι οὐκ οἶσθα ἄλλως πως ἕκαστον γιγνόμενον ἢ μετασχὸν τῆς ἰδίας οὐσίας ἑκάστου, οὗ ἂν μετάσχῃ, καὶ ἐν τούτοις οὐκ ἔχεις ἄλλην τινὰ αἰτίαν τοῦ δύο γενέσθαι ἀλλ' ἢ τὴν τῆς δυάδος μετάσχεσιν, καὶ δεῖν τούτου μετασχεῖν τὰ μέλλοντα δύο ἔσεσθαι, καὶ μονάδος, ὃ ἂν μέλλῃ ἓν ἔσεσθαι, τὰς δὲ σχίσεις ταύτας καὶ προςθέσεις καὶ τὰς ἄλλας τὰς τοιαύτας κομψείας ἐῴης ἂν χαίρειν, παρεὶς ἀποκρίνασθαι τοῖς σεαυτοῦ σοφωτέροις· σὺ δὲ δεδιὼς ἄν, τὸ λεγόμενον, τὴν ἑαυτοῦ σκιὰν καὶ τὴν ἀπειρίαν, ἐχόμενος ἐκεί- D

διασχισθέντος] V. σχισθέντος invitis codd. plerisque omnibus. C. μέγα ἂν βοῴης] Bodl. Ven. Π Vind. Υ Tub. Zitt. μεγάλα ἂν β. Vat. μέγαν ἂν β., unde causam erroris cognoscas. Pro οὐκ οἶσθα Bodl. Vat. Tub. Ven. Ξ Π Vind. Υ Φ Par. G Ambr. Flor. d Zitt. cum Bas. 2 habent οὐκ οἰόμεθα. Ficinus: altiusque exclamares, nescire te, quonam alio pacto quidquam fiat nisi participatione quadam essentiae unicuique propriae.

μετάσχῃ] V. μετάσχοι, quod emendatum ex unis Coisl. Ven. Λ Ξ Vind. Υ Aug. Par. GHL Ambr. Flor. b c i al.

ἀποκρίνασθαι] Vat. Flor. d ἀποκρίνεσθαι. Deinde pro vulg. σεαυτοῦ ἑαυτοῦ Bodl. Vind. Φ Par. GL ἑαυτοῦ et mox τὴν ἑαυτοῦ σκ. Bodl. pr. Vind. Φ Ambr. v. ad p. 91 C. Vere, opinor, Tub. σαυτοῦ, unde ἑαυτοῦ ortum.

ἀλλὰ μὴ πλ.] Post ἀλλὰ μή int. φοβοῖο ἄν.

τὴν πρόςθεσιν αἰτίαν εἶναι τοῦ δ. γ.] De hoc argumento v. supra c. XLV sqq.

C. μέγα ἂν βοῴης] i. e. vehementer contenderes. Sic clamare Cic. De finn. I. 18.

τῆς ἰδίας οὐσίας ἑκάστου] h. e. τῆς ἰδέας ἑκάστου. Six mox ἡ τῆς δυάδος μετάσχεσις intellegitur numeri binarii per se spectati μετάσχεσις.

τὰς τοιαύτας κομψείας] i. e. ποικίλας λαλιὰς καὶ πανουργίας, ut interpretatur Hesychius. Proximis verbis alludit fortasse ad versum Eur. Antiopes, de quo egit Valcken. Diatrib. p. 86 ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα.

D. δεδιὼς ἄν, τὸ λεγόμενον —] Schol. ad h. l. τὴν αὑτοῦ σκιὰν δέδοικεν· ἐπὶ τῶν σφόδρα δειλοτάτων· μέμνηται ταύτης Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις, ubi teste Wyttenbachio haec annotavit Ruhnkenius: „Heliodor. II. p. 77. Broukhus. ad Propert. II. 25, 19. Cic. Attic. X. 20. Anonymus De incredibil. V. Apostolius p. 229."

τὸ λεγόμενον] quod est in proverbio, ut in proverbio dicitur. Plene Soph. p. 261 B τὸ κατὰ τὴν παροιμίαν λεγόμενον. Sed Politic. p. 264 B κατὰ τὴν παροιμίαν.

νου τοῦ ἀσφαλοῦς τῆς ὑποθέσεως, οὕτως ἀποκρίναιο ἄν; εἰ δέ τις αὐτῆς τῆς ὑποθέσεως ἔχοιτο, χαίρειν ἐῴης ἂν καὶ οὐκ ἀποκρίναιο, ἕως ἂν τὰ ἀπ' ἐκείνης ὁρμηθέντα σκέψαιο, εἴ σοι ἀλλήλοις ξυμφωνεῖ ἢ διαφωνεῖ; ἐπειδὴ δὲ ἐκείνης αὐτῆς δέοι σε διδόναι λόγον, ὡςαύτως ἂν διδοίης, ἄλλην αὖ ὑπόθεσιν ὑποθέμενος, ἥτις τῶν ἄνωθεν βελτίστη φαίνοιτο, ἕως ἐπί τι ἱκανὸν ἔλ-
E θοις, ἅμα δὲ οὐκ ἂν φύροιο, ὥςπερ οἱ ἀντιλογικοί, περί τε τῆς ἀρχῆς διαλεγόμενος καὶ τῶν ἐξ ἐκείνης ὡρμημένων, εἴπερ βούλοιό τι τῶν ὄντων εὑρεῖν; ἐκείνοις μὲν γὰρ ἴσως οὐδὲ εἷς περὶ τούτου λόγος, οὐδὲ φροντίς·

D. ἀποκρίναιο ἄν;] ἀποκρίνοιο ἄν Coisl. Ven. Λ Vind. Φ Par. CEGHIL Ambr. Aug. ἀποκρίνοι' ἄν Vat. Flor. d. Sic etiam statim post non pauci.
E. οὐδὲ εἷς] Sic Bodl. Tub. Ven. ΞΠ. V. οὐδείς.

ἐχόμενος ἐκ τ. ἀσφ. τ. ὑπ.] firmiter tenens tutam illam rationem, videl. esse aliquid magnum, parvum, pulcrum per se, cuius vi efficiatur, ut res sensibus subiectae magnae, parvae, pulcrae videantur.

εἰ δέ τις — ἔχοιτο] Animadversione dignus est hic usus verbi ἔχεσθαι, quod quia cum genetivo constructum proprie significat alicui rei adhaerescere, non solum est aliquid firmiter retinere, propterea quod illud amas, diligis, probas, ut De Rep. VI. p. 511 B, sed etiam aliquid urgere, premere, aggredi, oppugnare, ut h. l. Nam sententia haec est: si quis vero hanc tuam sumtionem premeret, illum non curares nec ei responderes, donec vidisses, utrum ea, quae ex illa consequuntur, tuo iudicio inter se consentirent necne. Minus tamen istum verbi usum miraberis, ubi comparaveris ἅπτεσθαι, quod ita usurpari constat. Ceterum in his olim suspectam habebam ἂν particulam, cuius usum tamen vindicarunt Hermannus De part. ἂν libr. III. cap. 4 et Klotz. ad Devar. Vol. II. p. 569. Ponitur enim optativus pro coniunctivo propter antecedentem optativum, unde particulae ratio atque causa intellegitur. De Rep. III. p. 412 D τοῦτό γ' ἂν μάλιστα φιλοῖ, ᾧ ξυμφέρειν ἡγοῖτο — καὶ ὅταν μάλιστα — οἴοιτο συμβαίνειν, ubi coniunctivus repudiandus erat. Alcib. II. p. 146 A φαίης ἄν, ὁπόταν ὁρῴης. De Rep. VI. p. 501 C. Tim. p. 56 D μέχρι περ ἂν αὐτῆς — γένοιτο. Andoc. De myster. p. 39 R. ἕως ἂν — τιθεῖεν. Est igitur haec quasi quaedam modi attractio. Dativum σοι interpreteris tuo iudicio, ut De Rep. I. p. 334 D, Matthiae Gr. §. 388.

οἱ ἀντιλογικοί] De his v. p. 90 C. Corripiuntur sophistae in contrarias partes disputantes omniaque malis argutiis miscentes ac perturbantes, quales fuisse constat maxime Protagoreos. Sententia universi loci haec est: si vero te oporteat adversario thesin tuam prementi et urgenti eius reddere rationem, eodem modo reddes aliam rursus hypothesin ponens, quae inter superiores, h. e. altiores et magis universales, optima videatur, usque dum pervenias ad aliquid, quod satisfaciat, de cuius veritate dubitari iam non possit. Quam quidem methodum dialecticam philosophus describit etiam Soph. p. 253 CD et

ἱκανοὶ γὰρ ὑπὸ σοφίας ὁμοῦ πάντα κυκῶντες ὅμως δύ-
νασθαι αὐτοὶ αὑτοῖς ἀρέσκειν· σὺ δ', εἴπερ εἶ τῶν φι- 102
λοσόφων, οἶμαι ἂν ὡς ἐγὼ λέγω ποιοῖς. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις, ὅ τε Σιμμίας ἅμα καὶ ὁ Κέβης. ΕΧ. Νὴ Δία, ὦ Φαίδων, εἰκότως γε· θαυμαστῶς γάρ μοι δοκεῖ ὡς ἐναργῶς τῷ καὶ σμικρὸν νοῦν ἔχοντι εἰπεῖν ἐκεῖνος ταῦτα. ΦΑΙΔ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Ἐχέκρατες, καὶ πᾶσι τοῖς παροῦσιν ἔδοξεν. ΕΧ. Καὶ γὰρ ἡμῖν τοῖς ἀποῦσι, νῦν δὲ ἀκούουσιν.

Cap. L. Ἀλλὰ τίνα δὴ ἦν τὰ μετὰ ταῦτα λεχθέντα; ΦΑΙΔ. Ὡς μὲν ἐγὼ οἶμαι, ἐπεὶ αὐτῷ ταῦτα ξυνεχωρή-
θη, καὶ ὡμολογεῖτο εἶναί τι ἕκαστον τῶν εἰδῶν καὶ τού- B
των τἆλλα μεταλαμβάνοντα αὐτῶν τούτων τὴν ἐπωνυμίαν ἴσχειν, τὸ δὴ μετὰ ταῦτα ἠρώτα, Εἰ δή, ἦ δ' ὅς,

De Rep. VII. p. 534 CD coll. Phaedr. p. 265 E sqq. Politic. p. 285 A sqq. De Rep. VI. p. 511 B. Simul autem cavebis, inquit, ne male misceas, quae bene distinguenda sunt, dum una opera et de principio et de iis, quae inde consequuntur, disseras sumtionibus et consecutionibus temere confusis.

E. *ἱκανοὶ γὰρ ὑπὸ σοφίας*] Acerba cum ironia haec dicuntur hoc sensu: sunt enim idonei et iis instructi virtutibus, ut, licet prae sapientia omnia commisceant, tamen possint sibi ipsis placere, h. e. tamen hoc a semet ipsis impetrent, ut sibi unice placeant. Insolentius paullo est istud *ἱκανοὶ δύνασθαι*. Quod tamen minime sollicitandum. Philo De agricultur. p. 201 A ed. Par. a. 1640 *ἐὰν μέντοι — καὶ ἤδη νομίσῃς ἱκανὸς εἶναι δύνασθαι κρατεῖν ἵππων*. Nimirum *ἱκανός* animi ingeniique facultatem, *δύνασθαι* autem rei ipsius vim et potestatem significat, ut utrumque non temere nec plane ex abundanti iunctum sit. Eodem modo post *οἷόν τε εἶναι* infertur *δύνασθαι*. Phalar. Epist. p. 272 ed. Lenn. Lips. *οὐ γὰρ οἷά τέ ἐστι δύνασθαι περιορᾶν*, quae iniuria tentavit editor doctissimus. Themist. Epist. 20. p. 116 *οἷός τε εἶναι δύνασθαι*. v. Lobeck. ad Phryn. p. 753, qui haec ad parallela retulit.

P. 102. *Νὴ Δία, ὦ Φαίδων*—] Praeclaro artificio scriptor haec iam Echecratem fecit dicentem, qui antea et ipse de Socratis sententia in maximam coniectus erat dubitationem. Ceterum iungas *θαυμαστῶς ὡς ἐναργῶς*.

Cap. L. *εἶναί τι ἕκαστον*—] h. e. unamquamque idearum esse aliquid et per se consistere; eo autem, quod ceterae res, ab ideis diversae, i. e. sensibus subiectae (*τἆλλα*), illarum participes sint, fieri, ut et ipsae illarum cognomen accipiant. Ut cum verum a veritate, bonum a bonitate, pulcrum a pulcritudine, magnum a magnitudine appellatur. Parmenid. p. 130 E *δοκεῖ σοι εἴδη εἶναι ἄττα, ὧν τάδε τὰ ἄλλα μεταλαμβάνοντα τὰς ἐπωνυμίας αὐτῶν ἴσχειν. οἷον ὁμοιότητος μὲν μεταλαμβάνοντα ὅμοια, μεγέθους δὲ μεγάλα, κάλλους δὲ καὶ δικαιοσύνης δίκαιά τε καὶ καλὰ γίγνεσθαι.* Nam *τἆλλα* sunt res in sensus cadentes, quae in Parmenide p. 157—159 al. modo *τὰ ἄλλα*, modo *τὰ ἕτερα* vocantur.] Sic etiam Symp. p. 211 B.

ταῦτα οὕτω λέγεις, ἆρ' οὐχ, ὅταν Σιμμίαν Σωκράτους φῇς μείζω εἶναι, Φαίδωνος δὲ ἐλάττω, λέγεις τότ' εἶναι ἐν τῷ Σιμμίᾳ ἀμφότερα, καὶ μέγεθος καὶ σμικρότητα; Ἔγωγε. Ἀλλὰ γάρ, ἦ δ' ὅς, ὁμολογεῖς τὸ τὸν Σιμμίαν ὑπερέχειν Σωκράτους οὐχ, ὡς τοῖς ῥήμασι λέγεται, οὕτω καὶ τὸ ἀληθὲς ἔχειν; οὐ γάρ που πεφυκέναι Σιμμίαν
C ὑπερέχειν τούτῳ τῷ Σιμμίαν εἶναι, ἀλλὰ τῷ μεγέθει, ὃ τυγχάνει ἔχων· οὐδ' αὖ Σωκράτους ὑπερέχειν, ὅτι Σωκράτης ὁ Σωκράτης ἐστίν, ἀλλ' ὅτι σμικρότητα ἔχει ὁ Σωκράτης πρὸς τὸ ἐκείνου μέγεθος. Ἀληθῆ. Οὐδέ γε αὖ ὑπὸ Φαίδωνος ὑπερέχεσθαι τῷ ὅτι Φαίδων ὁ Φαίδων ἐστίν, ἀλλ' ὅτι μέγεθος ἔχει ὁ Φαίδων πρὸς τὴν Σιμμίου σμικρότητα. Ἔστι ταῦτα. Οὕτως ἄρα ὁ Σιμμίας ἐπωνυμίαν ἔχει σμικρός τε καὶ μέγας εἶναι, ἐν μέσῳ ὢν
D ἀμφοτέρων, τοῦ μὲν τῷ μεγέθει ὑπερέχειν τὴν σμικρό-

P. 102. D. Cap. L. *τὴν σμικρότητα ὑπερέχων*] Steph. *τὴν σμικρότητα παρέχων· τῷ δὲ τὸ μέγεθος κ. τ. λ.* Recte libri mss. omnes pro priori *παρέχων* tenent *ὑπερέχων*, quod etiam in Ald. et Bass. legitur. Deinde Aug. *τῷ δὲ μεγέθει τῆς σμικρότητος παρέχων ὑπεροχήν.* Pro *τῷ δὲ τὸ μέγεθος* Coisl. Par. H et marg. Flor. a *τὸν δὲ τὸ μέγεθος.* Articulum *τό* ante *μέγεθος τῆς σμικρότητος* om. Coisl. Ven. *Δ* Par. CEGHIL Flor. b i. Et Schleiermacherus illum abesse malebat. Sed habet etiam prius *μεγέθει* articulum praemissum. Loco genetivi *τῆς σμικρότητος* in Coisl. Par. G legitur *τὴν σμικρότητα.* Denique pro *ὑπερέχον* Ven. *Ξ* a pr. m. et Par. G praebent *ὑπερέχειν.*

B. **ὡς τοῖς ῥήμασι λ.**] ut personarum habeatur ratio, cum potius ideae proceritatis et brevitatis spectandae sint.

C. **ἐπωνυμίαν ἔχει — εἶναι**] h. e. *λέγεται* s. *ὀνομάζεται εἶναι.* Apte Heindorf. comparat Her. II. 44 *ἱρὸν Ἡρακλέος, ἐπωνυμίην ἔχοντος Θασίου εἶναι.* De inf. *εἶναι* post verba nominandi addito v. ad Phileb. p. 13 B.

τοῦ μὲν τῷ μεγ.] Vögelin. Praef. ad Phaedr. ed. min. p. 18 hic eliminandum censet *ὑπερέχων* adstipulante Hermanno. Sed prior sententiae particula sincerissima est, modo *τὴν σμικρότητα ὑπερέχων* ex codd. legas, quod Stephanus nescio cur in *παρέχων* mutavit. Nam *ὑπερέχειν τινά* recte dici ipse Stephanus in Thesaur. T. I. p. 1359 docuit et post eum Valcken. ad Eur. Hippol. 1365. Plus difficultatis habent proxima: *τῷ δὲ τὸ μ. κ. τ. λ.*, quae corrupta visa sunt Heindorfio et Wyttenbachio. Nam cum cod. Aug. habeat: *τῷ δὲ μεγέθει τῆς σμικρότητος παρέχων ὑπεροχήν*, pro *τῷ δέ* autem Meibomius in marg. edit. Bas. 2 adscripserit *τοῦ δέ*, Heindorf. his in unum coniunctis legendum censuit: *τοῦ δὲ τῷ μεγέθει τῆς σμικρότητος παρέχων ὑπεροχήν*, alterius vero magnitudini parvitatem suam superandam praebens. Aliter Wyttenbachius, qui locum sic refingi iussit: *τῷ μέν, τῷ μεγέθει ὑπερέχειν, τὴν σμικρότητα παρέχων, τῷ δὲ τὸ μέγεθος τῆς σμικρότητος ὑπερέχον.* At non videtur opus esse mutatione. Nam verba ita connectenda sunt: *τῷ δὲ τὸ μέγεθος*

τητα ὑπερέχων, τῷ δὲ τὸ μέγεθος τῆς σμικρότητος παρέχων ὑπερέχον. Καὶ ἅμα μειδιάσας, Ἔοικα, ἔφη, καὶ ξυγγραφικῶς ἐρεῖν, ἀλλ' οὖν ἔχει γέ που ὡς λέγω. Ξυνέφη. Λέγω δὲ τοῦδ' ἕνεκα, βουλόμενος δόξαι σοὶ ὅπερ ἐμοί. ἐμοὶ γὰρ φαίνεται οὐ μόνον αὐτὸ τὸ μέγε-

ἔχει γέ που] *που* codd. optimi ac plurimi cum Bodl. Tub. Vat. August. habent. Legebatur olim *πως*. Dein Coisl. Vat. Ven. *Λ* Vind. *Φ* Par. G Flor. d aliique non pauci *Λέγω δὴ τοῦδ' ἕνεκα*. Pro *ἐθέλειν*, quod Bodl. Coisl. Ven. *Ξ* Vind. *Τ* Par. G Flor. a bis deinceps suppeditarunt, vett. editt. bis scriptum habent *θέλειν*. Par. I *δυεῖν*, quod dedit Bekker.

παρέχων, ὑπερέχον τῆς σμικρότητος sc. *τῆς ἑαυτοῦ*. Itaque locum sic interpretamur: Simmias medium tenet locum inter utrumque, quippe simul et parvus et magnus, dum alterius (Socratis) parvitatem exsuperat eo, quod magnitudine exsuperat (ei antecellit), alteri autem (Phaedoni) concedit eam magnitudinem, quae suam ipsius (Simmiae) parvitatem superet. Nimirum loquitur Socrates ludibundus, ita, ut in re perquam vulgari summam diligentiam sectari videatur. Quamobrem etiam verbum *ὑπερέχειν* ter in eadem re repetere non dubitavit. Quod quorsum pertineat, proxime sequentia satis declarant.

D. *ξυγγραφικῶς ἐρεῖν*] Istud *ξυγγραφικῶς* alii aliter interpretantur. Fischerus enim explicat: historicorum more, Wyttenbachius: scriptorum civilium s. publicorum ratione, Heindorfius: quasi *ξυγγραφῇ* sive chirographo cavendum sit. Postrema interpretatio proxime ad verum accedit. Nam ut Wyttenbachii ratio speciosa sit, quippe quae ex Gorg. p. 451 B confirmari posse videatur, tamen ea re diligentius considerata vix cuiquam probabitur. Nam in Gorgiae loco manifesto respicitur ad unam formulam: *τὰ μὲν ἄλλα ὁμοίως* scriptoribus civilibus crebro usurpatam (Boeckh. Corp. Inscr. I. p. 124 ad n. 84). Hoc autem loco omnino de diligentia et cautione loquendi cogitandum esse liquet. Quamobrem *ξυγγραφικῶς* interpretandum est: modo et ratione eorum, qui syngraphas (Contracte) scribunt, in quibus componendis summam cautionem ac diligentiam requiri constat. [Funkhaenel, Philologus III. p. 321—24.] Unde etiam Gaius I. 112 syngrapharum formulas arbitratur quam maxime certis et solemnibus verbis oportere compositas esse. Nimirum iocose haec dicit Socrates respiciens quae modo de Simmiae magnitudine et parvitate exposuit, in quibus istud: *ὑπερέχειν τῷ μεγέθει, ὑπερέχων τὴν σμικρότητα* et *παρέχων μέγεθος ὑπερέχον σμικρότητος* speciem habet maximae diligentiae et accurationis, qualem alias in syngraphis animadvertere liceret. Cavendum vero, ne ideo cum Wyttenbachio putes pro *ἐρεῖν* requiri potius *εἰρηκέναι*. Imo futurum rectissime ponitur. Hoc enim dicit Socrates: Dum isto modo dissero, videor adeo usurus esse diligentia ista eorum, qui syngraphas scribunt. Tum vero pergens: sed misso isto res certe ita sese habet, opinor, ut dico. Ceterum etiam Cic. pro Muren. c. 17 in. *Pergitisne vos tamquam ex syngrapha agere cum populo?* sensu quidem paullulum diverso. — Mox quod post *τοῦδε ἕνεκα* infertur *βουλόμενος*, i. e. *ὅτι βούλομαι*, constructionem ad h. l. declaravit Heindorfius,

θος οὐδέποτ' ἐθέλειν ἅμα μέγα καὶ σμικρὸν εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν ἡμῖν μέγεθος οὐδέποτε προςδέχεσθαι τὸ σμικρὸν οὐδ' ἐθέλειν ὑπερέχεσθαι, ἀλλὰ δυοῖν τὸ ἕτερον,
E ἢ φεύγειν καὶ ὑπεκχωρεῖν, ὅταν αὐτῷ προσίῃ τὸ ἐναντίον, τὸ σμικρόν, ἢ προςελθόντος ἐκείνου ἀπολωλέναι, ὑπομένον δὲ καὶ δεξάμενον τὴν σμικρότητα οὐκ ἐθέλειν εἶναι ἕτερον ἢ ὅπερ ἦν, ὥςπερ ἐγὼ δεξάμενος καὶ ὑπομείνας τὴν σμικρότητα, καὶ ἔτι ὢν ὅςπερ εἰμί, οὗτος ὁ αὐτὸς σμικρός εἰμι· ἐκεῖνο δὲ οὐ τετόλμηκε μέγα ὂν σμικρὸν εἶναι· ὡς δ' αὔτως καὶ τὸ σμικρὸν τὸ ἐν ἡμῖν οὐκ ἐθέλει ποτὲ μέγα γίγνεσθαι οὐδὲ εἶναι, οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν τῶν ἐναντίων ἔτι ὂν ὅπερ ἦν ἅμα τοὐναντίον
103 γίγνεσθαί τε καὶ εἶναι, ἀλλ' ἤτοι ἀπέρχεται ἢ ἀπόλλυται ἐν τούτῳ τῷ παθήματι. Παντάπασιν, ἔφη ὁ Κέβης, οὕτω φαίνεταί μοι.

E. ὅςπερ εἰμί] ὥςπερ Coisl. Par. GI Ambr., ὅπερ Vat. Flor. d. Wyttenbach. mavult ὅςπερ ἦν, quod nemo amplectetur.
ὡς δ' αὔτως] δ' om. Ven. Λ Par. CEHIL Aug. Flor. b i m.
ἔτι ὄν] αἴτιον Bodl. Ven. Π Vind. Υ Flor. a Zitt. Mendose.

praeter quem consulas etiam Matthiae Gr. §. 565. 2.

οὐδέποτ' ἐθέλειν ἅμα μ.] Notus est hic usus verbi ἐθέλειν, quo etiam ad res inanimatas transfertur. Falluntur tamen qui illud per δύνασθαι interpretantur. v. Wesseling. ad Her. I. 109. Gataker. Advers. p. 43. Dorvill. ad Charit. p. 429. Ast. ad Plat. Phaedr. p. 235. Sententia haec est: non solum idea magnitudinis (αὐτὸ τὸ μέγεθος) non est simul species parvitatis, sed ne illa quidem magnitudo, quae in nobis inest (quam nos concretam magnitudinem solemus appellare) parvitatem usquam in se complectitur.

E. ὑπομένον δὲ καὶ δεξάμενον —] Iunge: οὐκ ἐθέλειν δὲ εἶναι ἕτερον ἢ ὅπερ ἦν ὑπομένον καὶ δεξάμενον τὴν σμικρότητα, nec vero velle aliud esse atque antea, dum susceperit ac subierit parvitatem, h. e. nec vero velle suscipere parvitatem eoque modo aliud esse quam quod erat antea. Quam sententiam suo ipsius exemplo illustrans Socrates deinceps addit hoc: sicut ego cum susceperim et subierim parvitatem et adhuc idem sim qui antea, idem ille parvus sum. Illud vero (magnum) non sustinet parvum esse, quippe cum id ipsius adversetur naturae. Tum vero explicata magnitudinis concretae ratione, cum iam suo ipsius exemplo parvitatis quoque rationem obiter significaverit (pertinent enim verba: ὥςπερ ἐγὼ σμικρός εἰμι ad antegressae sententiae explicationem), tamen etiam parvitatis vim rationemque declarare instituit. Quocirca denique haec subiungit: pariter vero etiam (ὡς δ' αὔτως καί) parvum, quod in nobis inest, non vult unquam magnum fieri aut esse omninoque nihil eorum, quae sunt contraria, in contrarium abire. Istud ὡς δ' αὔτως, pro quo codd. quidam ὡςαύτως offerunt, exstat etiam Legg. V. p. 728 E. IX.

Cap. LI. *Καί τις εἶπε τῶν παρόντων ἀκούσας — ὅςτις δ' ἦν, οὐ σαφῶς μέμνημαι — Πρὸς θεῶν, οὐκ ἐν τοῖς πρόσθεν ἡμῖν λόγοις αὐτὸ τὸ ἐναντίον τῶν νυνὶ λεγομένων ὡμολογεῖτο, ἐκ τοῦ ἐλάττονος τὸ μεῖζον γίγνεσθαι καὶ ἐκ τοῦ μείζονος τὸ ἔλαττον, καὶ ἀτεχνῶς αὕτη εἶναι ἡ γένεσις τοῖς ἐναντίοις, ἐκ τῶν ἐναντίων; νῦν δέ μοι δοκεῖ λέγεσθαι, ὅτι τοῦτο οὐκ ἄν ποτε γένοιτο. Καὶ ὁ Σωκράτης παραβαλὼν τὴν κεφαλὴν καὶ ἀκούσας, Ἀνδρικῶς, ἔφη, ἀπεμνημόνευκας· οὐ μέντοι* B *ἐννοεῖς τὸ διαφέρον τοῦ τε νῦν λεγομένου καὶ τοῦ τότε. τότε μὲν γὰρ ἐλέγετο ἐκ τοῦ ἐναντίου πράγματος τὸ ἐναντίον πρᾶγμα γίγνεσθαι, νῦν δέ, ὅτι αὐτὸ τὸ ἐναντίον ἑαυτῷ ἐναντίον οὐκ ἄν ποτε γένοιτο, οὔτε τὸ ἐν ἡμῖν οὔτε τὸ ἐν τῇ φύσει. τότε μὲν γάρ, ὦ φίλε, περὶ*

P. 103. Cap. LI. *πρόσθεν ἡμῖν*] Vett. editt. *ἔμπροσθεν* invitis libris optimis Bodl. Vat. Tub. Coisl. Ven. *ΞΠ* Vind. *Φ* Par. G Aug. Flor. d aliis. Pro *ἡμῖν* autem, quod iam a Fischero ex Aug. restitutum confirmant Vat. Vind. *Φ* Par. GI Ambr., vulgo *ὑμῖν* scribebatur.

p. 879 D. Politic. p. 310 D. Xen. Hell. II. 2, 9. Eur. Med. 317 al. *Τολμᾶν* de rebus inanimatis usurpatum illustravit Gataker. Miscell. IX. p. 318 et Wyttenbach. ad h. l.

Cap. LI. P. 103. *αὐτὸ τὸ ἐναντίον — ἐκ τοῦ —*] Verba *ἐκ τοῦ ἐλ.* usque ad *ἐκ τῶν ἐναντίων* per epexegesin addita sunt superioribus. Praeterea animadvertendum etiam est, cum *αὐτὸ τὸ ἐναντίον* (grade das Gegentheil) in nominativo casu positum sit propter v. *ὡμολογεῖτο*, deinde etiam constructionem nominativo cum infinitivo continuari, perinde ac si non *ὡμολογεῖτο*, sed *ἐλέγετο* positum esset. — Istud *ἐκ τῶν ἐναντίων* explicat praegressum *αὕτη*. Ceterum respicitur ad p. 70 D sqq.

παραβαλὼν — τὴν κεφ.] capite admoto. Nam ille summissa voce locutus erat.

Ἀνδρικῶς — ἀπεμν.] gnaviter — rem memoriter retulisti. Solent enim vocabula a pugna et certamine repetita ad disputationem transferri. Voc. *ἀνδρικῶς* Wyttenbachius ad h. l. illustrat. Usum Platonis notat Pollux. 2, 20.

B. *τότε μὲν γὰρ ἐλέγ. —*] Sententia haec est: Antea loquebamur de rebus contrariis et disiunctis, nunc de ipsa contrarii specie agitur, quam neque in nobis (expressam s. inhaerentem) neque in rerum natura contrarium unquam in se admittere contendimus. Distinguitur hoc loco *τὸ ἐν ἡμῖν ἐναντίον* et *τὸ ἐν τῇ φύσει ἐναντίον*, ut supra D *οὐ μόνον αὐτὸ τὸ μέγεθος — ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν ἡμῖν μέγεθος* commemorabatur, ex quo loco quid sit *τὸ ἐν τῇ φύσει ἐναντίον*, facile intellegi potest, nimirum species contrarii, quae a rebus ipsis disiuncta ac separata per se consistit. Eundem usum loquendi habes De Rep. VI. p. 501 B. X. p. 597 B *οὐκοῦν τριτταί τινες κλῖναι αὗται γίγνονται, μία μὲν ἐν τῇ φύσει οὖσα, μία δὲ ἣν ὁ τέκνων (εἰργάσατο) κ. τ. λ.* Parm. p. 132 D *τὰ μὲν εἴδη ταῦτα ὥςπερ παραδείγματα ἑστά-*

τῶν ἐχόντων τὰ ἐναντία ἐλέγομεν, ἐπονομάζοντες αὐτὰ τῇ ἐκείνων ἐπωνυμίᾳ, νῦν δὲ περὶ ἐκείνων αὐτῶν, ὧν ἐνόντων ἔχει τὴν ἐπωνυμίαν τὰ ὀνομαζόμενα· αὐτὰ δ' C ἐκεῖνα οὐκ ἄν ποτέ φαμεν ἐθελῆσαι γένεσιν ἀλλήλων δέξασθαι. Καὶ ἅμα βλέψας εἰς τὸν Κέβητα εἶπεν, Ἆρα μή που, ἔφη, ὦ Κέβης, καὶ σέ τι τούτων ἐτάραξεν ὧν ὅδε εἶπεν; Οὐδ' αὖ, ἔφη ὁ Κέβης, οὕτως ἔχω· καίτοι οὔτι λέγω, ὡς οὐ πολλά με ταράττει. Ξυνωμολογήκαμεν ἄρα, ἦ δ' ὅς, ἁπλῶς τοῦτο, μηδέποτε ἐναντίον ἑαυτῷ τὸ ἐναντίον ἔσεσθαι. Παντάπασιν, ἔφη.

Cap. LII. Ἔτι δή μοι καὶ τόδε σκέψαι, ἔφη, εἰ ἄρα ξυνομολογήσεις. θερμόν τι καλεῖς καὶ ψυχρόν; Ἔγωγε.

B. *ποτέ φαμεν*] V. *φαῖμεν*, quod e Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. *ΛΠ* Vind. *Φ* Par. CEGHIL Ambr. Aug. Flor. b c d i m mutatum.

C. *ἔφη, ὦ Κ.*] *ἔφη* ex optimis ac plurimis codd. restitutum est. Paullo ante Bodl. Ven. Tub. pro *εἰς* habent *πρός*, quod placuit Hermanno. cf. p. 60 A et mox sect. C.

Οὐδ' αὖ] *αὖ*, quod olim deerat, codd. fere unanimi consensione tuentur. Pro *Οὐδ'* Bodl. Vat. Coisl. Ven. *ΔΠ* Par. EGHI Flor. d i *ὁ δ'* vel *ὁ δέ*, unde Herm. extudit: *ὁ δ' οὐκ αὖ*. v. expl. Dein vett. editt. pro *καίτοι οὔ τι*, quod Coisl. Par. G et marg. Bodl. suppeditarunt, *καὶ τοιοῦτό τι* habent.

ἐναντίον ἔσεσθαι] Invitis codd. *ἔσεσθαι* vulgo post prius *ἐναντίον* positum est.

Cap. LII. *ξυνομολογήσεις. θερμόν τι κ.*] Steph. *ξυνομολογήσεις θερμόν τι καλεῖν* invitis libris omnibus. Gorg. p. 463 E *σῶμά που καλεῖς τι*; Ibid. p. 495 C *ἐπιστήμην που καλεῖς τι*; Prot. p. 358 D *τί οὖν; ἔφην ἐγώ, καλεῖτέ τι δέος καὶ φόβον*, ubi plura id genus adscripsi.

ναι ἐν τῇ φύσει, τὰ δὲ ἄλλα τούτοις ἐοικέναι.

οὐκ ἄν ποτε] Referendum est *ἄν* ad infinitivum *ἐθελῆσαι*.

C. *γένεσιν ἀλλήλων δέξασθαι*] mutuam originem, ita ut alterum ex altero nascatur.

Οὐδ' αὖ —· καίτοι οὔτι λέγω —] Respicitur ad locos superiores, quibus Cebes de Socratis rationibus dubitaverat, veluti p. 77 A sqq. p. 63 A, ubi dicebatur *οὐ πάνυ εὐθέως ἐθέλειν πείθεσθαι ὅ τι ἄν τις εἴπῃ* et imprimis p. 86 E *ἀλλ' ἄγε — ὦ Κέβης, λέγε τί ἦν ὃ σὲ αὖ θρᾶττον ἀπιστίαν παρέχει.* Nam *ταράττειν* est in dubitationem coniicere, dubium et incertum reddere, scrupulo iniecto conturbare, ut *θράττειν* l. c. Theaet. p. 187 C. Phaedr. p. 242 C. Parm. p. 130 D. Phaed. p. 79 C al. Itaque Cebes nunc respondet hoc: Non rursus ita me habeo, ut scrupulum animo meo iniectum esse sentiam. Quamquam pro *Οὐδ'* cum Heindorfio refingendum est *οὐκ*, nisi forte in codicum scriptura latet potius *Οὐδὲν αὖ*. Nam quod Hermannus scripsit: *Ὁ δ' οὐκ αὖ*, id propter insequens *ἔφη ὁ Κέβης* intolerabile videtur. His vero Cebes universe subiungit ista: quamquam haudquaquam dico me non saepe esse incredulum; sum enim ad dubitationes utique proclivior, de quo v. p. 63 A.

Ἆρ' ὅπερ χιόνα καὶ πῦρ; Μὰ Δί', οὐκ ἔγωγε. Ἀλλ' D
ἕτερόν τι πυρὸς τὸ θερμὸν καὶ ἕτερόν τι χιόνος τὸ ψυ-
χρόν; Ναί. Ἀλλὰ τόδε γ' οἶμαι δοκεῖ σοι, οὐδέποτε
χιόνα γ' οὖσαν, δεξαμένην τὸ θερμόν, ὥςπερ ἐν τοῖς
ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, ἔτι ἔσεσθαι ὅπερ ἦν, χιόνα καὶ
θερμόν, ἀλλὰ προσιόντος τοῦ θερμοῦ ἢ ὑπεκχωρήσειν
αὐτῷ ἢ ἀπολεῖσθαι. Πάνυ γε. Καὶ τὸ πῦρ γε αὖ
προσιόντος τοῦ ψυχροῦ αὐτῷ ἢ ὑπεξιέναι ἢ ἀπολεῖσθαι,
οὐ μέντοι ποτὲ τολμήσειν δεξάμενον τὴν ψυχρότητα ἔτι
εἶναι ὅπερ ἦν, πῦρ καὶ ψυχρόν. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. E
Ἔστιν ἄρ', ἦ δ' ὅς, περὶ ἔνια τῶν τοιούτων, ὥςτε μὴ
μόνον αὐτὸ τὸ εἶδος ἀξιοῦσθαι τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματος εἰς
τὸν ἀεὶ χρόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι, ὃ ἔστι μὲν οὐκ ἐκεῖνο,
ἔχει δὲ τὴν ἐκείνου μορφὴν ἀεί, ὅτανπερ ᾖ. ἔτι δ' ἐν
τοῖςδε ἴσως ἔσται σαφέστερον ὃ λέγω, τὸ γὰρ περιττὸν
ἀεί που δεῖ τούτου τοῦ ὀνόματος τυγχάνειν, ὅπερ νῦν

Ἆρ' ὅπερ χιόνα] Sic codd. longe plurimi atque optimi. Vett. editt. *Ἆρ' οὐχ ὅπερ χιών.*

D. *χιόνα γ'*] *γ'* cum Bekkero e Vind. Φ Ambr. additum.

E. *τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματος*] Editt. *τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος.* Recte *ἑαυτοῦ* Coisl. Vat. Ven. *ΔΠ* Vind. Φ Par. CEGHIL Ambr. Aug. Flor. b c d i m.

Cap. LII. D. *ἐν τοῖς ἔμπρ.*] p. 102 DE.

ἔτι ἔσεσθαι — χιόνα καὶ θερμόν] In his facile aliquis istud *καὶ θερμόν* et mox *καὶ ψυχρόν* abesse malit, cum proxime antecedat *ὅπερ ἦν*. Sed nihil loco movendum. Additur enim *καὶ θερμόν* et *καὶ ψυχρόν* primariae notioni, quo gravius significetur utriusque rei repugnantia. Hoc igitur dicit: Sed ita, opinor, censes nunquam nivem quidem suscepto calido adhuc futuram esse, quod erat antea, nivem et tamen (quamvis) calidum, nec vero ignem frigido accedente manere adhuc, quod erat, ignem et tamen frigidum. De *καί* in talibus pro *καίτοι* usurpato v. Schaeferi Appar. Dem. Vol. III. p. 96.

E. *τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματος*] Vulgo *τοῦ αὐτοῦ*, quod tuetur etiam Bodl. cum aliis quibusdam. Atqui sententia loci haec est: accidit igitur de nonnullis istiusmodi, ut non modo ipsum genus suum ac proprium sibi nomen semper vindicet (suo semper nomine appelletur), ut cum calidum semper calidum, numquam ignis vocatur, sed etiam aliud quid (quod generi est subiectum) illud assumat, quod etsi non est illud ipsum *εἶδος*, tamen illius formam semper habet, veluti cum ignis calidi nomen participat. Nimirum ad *ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι* nullo negotio intellegas *ἀξιοῦσθαι αὐτοῦ* sc. *τούτου τοῦ ὀνόματος*, quamquam haec ratio fraudem fecit grammaticis. Inepte et obscure diceretur *αὐτὸ τὸ εἶδος ἀξιοῦσθαι τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος — ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι* sc. *ἀξιοῦσθαι τοῦ αὐτοῦ ὀνόματος*, h. e. et genus

λέγομεν· ἢ οὔ; Πάνυ γε. Ἆρα μόνον τῶν ὄντων, τοῦτο
104 γὰρ ἐρωτῶ, ἢ καὶ ἄλλο τι, ὃ ἔστι μὲν οὐχ ὅπερ τὸ περιττόν, ὅμως δὲ δεῖ αὐτὸ μετὰ τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματος καὶ τοῦτο καλεῖν ἀεί, διὰ τὸ οὕτω πεφυκέναι, ὥςτε τοῦ περιττοῦ μηδέποτε ἀπολείπεσθαι; λέγω δὲ αὐτὸ εἶναι οἷον καὶ ἡ τριὰς πέπονθε καὶ ἄλλα πολλά. σκόπει δὲ περὶ τῆς τριάδος· ἆρα οὐ δοκεῖ σοι τῷ τε αὑτῆς ὀνόματι ἀεὶ προςαγορευτέα εἶναι καὶ τῷ τοῦ περιττοῦ, ὄντος οὐχ οὗπερ τῆς τριάδος; ἀλλ' ὅμως οὕτω πως πέφυκε καὶ ἡ τριὰς καὶ ἡ πεμπτὰς καὶ ὁ ἥμισυς τοῦ ἀριθμοῦ

ἐν τοῖςδε] Ven. *Λ* Par. CEHIL Aug. Flor. b c i m ed. Bas. 2 *ἐν τῷδε*, quod debetur iis, qui pluralem propterea, quod deinde unum tantum *τοῦ περιττοῦ* exemplum affertur, ferri non posse existimarent.

P. 104. *σκόπει δέ*] V. *δή*. Recte *δέ* praestant Bodl. a pr. m. Ven. *ΛΠ* Vind. *Φ* Par. CEGHI Vat. Aug. Flor. b c d m.

οὗπερ τῆς τριάδος] Sic Bekker. Herm. Turic. de coniectura Heindorfii. Codd. omnes *ὅπερ*.

idem sibi nomen tueri et aliud quid idem obtinere nomen. Itaque frustra de his Fischero controversiam movit Heindorfius. Isocr. Archid. 40 *εἰ δὲ πολλάκις γέγονεν, ὥςτε καὶ τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κρατηθῆναι* et Soph. Phil. 656 *ἆρ' ἔστιν, ὥςτε κἀγγύθεν θέαν λαβεῖν*. Propiora etiam fuerunt illa Phaedon. p. 93 B *ἦ οὖν ἔστι τοῦτο περὶ ψυχήν, ὥςτε — αὐτὸ τοῦτο εἶναι, ψυχήν*; Mox *ἐν τοῖς δὲ ἴσως ἔσται σαφέστερον* est: an diesem wird es vielleicht deutlicher sein. v. ad Remp. III. p. 392 D. Phaedr. p. 256 C. Phileb. p. 17 A. Men. p. 82 B.

P. 104. *μετὰ τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματος καὶ τοῦτο καλεῖν*] quod tamen, praeterquam quod suo ipsius nomine appellatur, etiam nomine *τοῦ περιττοῦ* appellandum est. Formulam *τοῦτο καλεῖν, τοῦτο ὀνομάζειν, τοῦτο ἐρεῖν* alibi attigimus, veluti Crat. p. 406 B.

ὄντος οὐχ οὗπερ τῆς τριάδος] Codd. manuscripti cum vett. editt. unanimi consensu scriptum exhibent *ὅπερ*. Quam lectionem recte iudicavit Heindorf. ferri non posse; scribi enim debuisse aut *ὄντος οὐχ ὅπερ ἡ τριάς (ἐστιν)* aut *ὄντος οὐχ οὗπερ τῆς τριάδος*. Posterius consentiente I. Bekkero nunc recepimus probante etiam Lobeckio ad Phryn. p. 755. Aliter Elmsleius ad Arist. Acharn. 608, qui allatis exemplis Ar. Acharn. 601 et Xen. Hist. Gr. I. 4, 16 veterem scripturam tueri conatus est. Atqui recte iudicavit Matthiae §. 473 b horum locorum rationem omnino diversam esse, quippe qui ita demum huic loco forent consimiles, si apud Platonem scriptum legeretur *ὄντος οὐχ οὗπερ ἡ τριάς*.

καὶ ὁ ἥμισυς τοῦ ἀριθμοῦ ἅπας] h. e. et tota altera dimidia pars numerorum, videl. imparium. Nam omnis numerorum multitudo duabus aequalibus partibus constat, altera parium, altera imparium. Opponitur mox *ἅπας ὁ ἕτερος στίχος τοῦ ἀριθμοῦ*, i. e. series numerorum parium. Constructionem verborum *ὁ ἥμισυς τοῦ ἀριθμοῦ* illustrat Matth. §. 320.

ἅπας, ὥςτε οὐκ ὢν ὅπερ τὸ περιττὸν ἀεὶ ἕκαστος αὐτῶν B
ἐστι περιττός. καὶ αὖ τὰ δύο καὶ τὰ τέτταρα καὶ ἅπας ὁ ἕτερος αὖ στίχος τοῦ ἀριθμοῦ οὐκ ὢν ὅπερ τὸ ἄρτιον, ὅμως ἕκαστος αὐτῶν ἄρτιός ἐστιν ἀεί. ξυγχωρεῖς, ἢ οὔ; Πῶς γὰρ οὔκ; ἔφη. Ὃ τοίνυν, ἔφη, βούλομαι δηλῶσαι, ἄθρει. ἔστι δὲ τόδε, ὅτι φαίνεται οὐ μόνον ἐκεῖνα τὰ ἐναντία ἄλληλα οὐ δεχόμενα, ἀλλὰ καὶ ὅσα οὐκ ὄντα ἀλλήλοις ἐναντία ἔχει ἀεὶ τἀναντία, οὐδὲ ταῦτα ἔοικε δεχομένοις ἐκείνην τὴν ἰδέαν, ἣ ἂν τῇ ἐν αὐτοῖς οὔσῃ ἐναντία ᾖ, ἀλλ' ἐπιούσης αὐτῆς ἤτοι ἀπολλύμενα ἢ
ὑπεκχωροῦντα. ἢ οὐ φήσομεν τὰ τρία καὶ ἀπολεῖσθαι C
πρότερον καὶ ἄλλο ὁτιοῦν πείσεσθαι, πρὶν ὑπομεῖναι ἔτι τρία ὄντα ἄρτια γενέσθαι; Πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Κέβης. Οὐδὲ μήν, ἦ δ' ὅς, ἐναντίον γέ ἐστι δυὰς τριάδι. Οὐ γὰρ οὖν. Οὐκ ἄρα μόνον τὰ εἴδη τὰ ἐναντία οὐχ ὑπομένει ἐπιόντα ἄλληλα, ἀλλὰ καὶ ἄλλ' ἄττα τὰ ἐναντία οὐχ ὑπομένει ἐπιόντα. Ἀληθέστατα, ἔφη, λέγεις.

Cap. LIII. Βούλει οὖν, ἦ δ' ὅς, ἐὰν οἷοί τε ὦμεν,
ὁρισώμεθα ὁποῖα ταῦτ' ἐστίν; Πάνυ γε. Ἆρ' οὖν, ἔφη, D
ὦ Κέβης, τάδε εἴη ἄν, ἃ ὅ τι ἂν κατάσχῃ μὴ μόνον

B. τὰ τέτταρα] V. τέσσαρα, quod ex optimis ac plurimis libris mutatum. Articulum τά hic om. Vat. Vind. Φ Par. CGHL Ambr. Flor. d m.

τῇ ἐν αὐτοῖς] V. ἐν αὐτῇ, quod iam Fischerus emendavit ex Ficino. Habent αὐτοῖς Coisl. et Vind. Φ ex corr.

C. πρὶν ὑπομεῖναι] V. πρινή i. e. πρὶν ἤ. Sed ἤ ignorant Vat. Coisl. Tub. Ven. Λ Π Vind. Υ Par. CEGHIL Ambr. Flor. b c d i m. Particulis πρὶν ἤ scriptores Atticos antiquiores prorsus abstinuisse observavit Guil. Dindorf. Praefat. ad Dem. T. I. p. IV. sq. Bodl. πρινή, in quo libro punctorum signa vitiosam lectionem indicant.

B. ὅσα οὐκ ὄντα — ἔχει ἀεὶ τἀναντία] quae cum non sint inter se contraria, tamen semper in se contraria habent, videlicet quia ἔχει τὴν τῶν ἐναντίων μορφὴν ἀεί, ὅτανπερ ᾖ, veluti nix, ignis, numeri. Paullo ante ἐκεῖνα τὰ ἐναντία sunt αὐτὰ τὰ εἴδη τῶν ἐναντίων.

ἣ ἂν τῇ ἐν αὐτοῖς — ᾖ] Recte Ficinus: quae ipsi speciei, quam in se habent, contraria sit.

ἤτοι ἀπολλύμενα ἢ ὑπεκχωροῦντα] Constructionis mutationem, qua ἔοικε primum cum dativo participii, deinde cum nominativo iunctum est, tetigit Matthiae §. 555. N. 2.

C. ἀλλὰ καὶ ἄλλ' ἄττα — ἐπιόντα] P. 103 E ἔστιν ἄρα — περὶ ἔνια τῶν τοιούτων, ὥςτε μὴ μόνον αὐτὸ τὸ εἶδος ἀξιοῦσθαι τοῦ ἑαυτοῦ ὀνόματος — ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι, ὃ ἔστι μὲν οὐκ ἐκεῖνο, ἔχει δὲ τὴν ἐκείνου μορφὴν ἀεί.

Cap. LIII. D. Ἆρ' οὖν — τάδε εἴη] Nonne fuerint illa, quae, quodcunque occupaverint, id cogunt non solum suam

ἀναγκάζει τὴν αὑτοῦ ἰδέαν αὐτὸ ἴσχειν, ἀλλὰ καὶ ἐναντίου αὐτῷ ἀεί τινος; Πῶς λέγεις; Ὥςπερ ἄρτι ἐλέγομεν. οἶσθα γὰρ δήπου, ὅτι ἃ ἂν ἡ τῶν τριῶν ἰδέα κατάσχῃ, ἀνάγκη αὐτοῖς οὐ μόνον τρισὶν εἶναι, ἀλλὰ καὶ περιττοῖς. Πάνυ γε. Ἐπὶ τὸ τοιοῦτον δή, φαμέν, ἡ ἐναντία ἰδέα ἐκείνῃ τῇ μορφῇ, ἣ ἂν τοῦτο ἀπεργάζηται, οὐδέποτ' ἂν ἔλθοι. Οὐ γάρ. Εἰργάζετο δέ γε ἡ περιττή; Ναί.
E Ἐναντία δὲ ταύτῃ ἡ τοῦ ἀρτίου; Ναί. Ἐπὶ τὰ τρία ἄρα ἡ τοῦ ἀρτίου ἰδέα οὐδέποτε ἥξει. Οὐ δῆτα. Ἄμοιρα δὴ τοῦ ἀρτίου τὰ τρία. Ἄμοιρα. Ἀνάρτιος ἄρ' ἡ τριάς. Ναί. Ὃ τοίνυν ἔλεγον ὁρίσασθαι, ποῖα οὐκ ἐναντία

Cap. LIII. D. αὐτὸ ἴσχειν] Steph. σχεῖν invitis codd. Idem deinde de Cornarii coniectura scripsit: μηδ' ἐναντίαν αὐτῇ δέχεσθαι. Ald. Bas. 1 μηδ' ἐναντίον αὐτῷ δήνος. Bas. 2 μηδ' ἐναντίου αὐτῷ ἀεί τινος. Bodl. Ven. Ξ Π Tub. Flor. a Zitt. Vind. Τ ἐναντίου αὐτῷ ἀεί τινος. Vat. Coisl. Vind. Φ Par. G Flor. d ἐναντίου ἀεί τινος αὐτῷ. Ven. Δ Par. CEHL ἐναντίου δεῖ ἀεί τινος αὐτῷ. Aug. Flor. b c i m ἐναντίου δεῖ αὐτῷ τινος. Ambr. ἐναντίου δεῖ ἀεί τινος αὐτῷ. Par. I ἐναντίον δεῖ αὐτό τινος.

E. ὁρίσασθαι] Stephanus non perspecta constructionis ratione de coniectura Cornarii scripsit ὥρισται. In Vat. Vind. Φ Par. C Ambr. Flor. d m et rec. Coisl. Ven. Π ὁρίσασθαι δεῖν, quod ex glossemate natum.

ipsius tenere formam, sed etiam semper contrarii cuiusdam? Veluti quae tria sunt, ea necessario sunt non tantum tria, sed etiam imparia. Quidquid autem impar est, id habet etiam contrarium, quod par vocamus, ideoque est in numero τῶν ἐναντίων. Unde accidit, ut numerus ternarius paris numeri naturam, τὸ ἄρτιον, aspernetur. Locum satis expeditum Cornarius temeraria mutatione corrupit eiusque lectionem Stephanus adeo in ordinem verborum recepit. Pro αὐτῷ τινος Heindorfius scribendum coniectabat αὐτοῦ τινος. Ipse olim αὐτῷ delendum censui, quod vel incerta sede suspectum videretur. Cui rationi suffragati sunt Turicenses, Hermannus, alii. Nec tamen nunc ea sententia acquiescimus, quandoquidem istud καὶ ἐναντίου ἀεί τινος nimis indefinite dictum foret. Itaque refingendum est lenissima litterarum mutatione facta: αὖ τῳ, i. e. τινί. Quamquam in re incerta αὐτῷ in textu reliqui. Illud autem pro certo videmur affirmare posse, nihili faciendam esse coniecturam Caroli Schmidtii, qui Praef. Vers. Germ. p. XII legi iubet: ἐναντίου αὐτῷ δεῖ τινός, licet eam etiam Hermann. Schmidtius, Krit. Comment. P. II. p. 51—56 prolixius defenderit. Neque enim illud, quod aliud quid occupat et comprehendit, ipsum indiget contrario aliquo, sed cogit potius illud, quod ab eo comprehenditur, ut et suam ipsius speciem ac formam tueatur et semper contrarium quiddam alii cuidam suscipiat. Ceterum αὐτό manifestum est referri ad ὅ τι, ut mireris Hirschigium αὐτά corrigentem idque unice verum esse contendentem.

ἣ ἂν τοῦτο ἀπερ.] Sc. τὸ περιττὰ εἶναι. Deinde ἡ περιττή (sc. μορφή) intellegitur ἡ τοῦ περιττοῦ μορφή s. ἰδέα.

E. Ὃ τοίνυν ἔλεγον ὁρίσα-

τινὶ ὄντα ὅμως οὐ δέχεται αὐτό, τὸ ἐναντίον, οἷον νῦν ἡ τριὰς τῷ ἀρτίῳ οὐκ οὖσα ἐναντία οὐδέν τι μᾶλλον αὐτὸ δέχεται, τὸ γὰρ ἐναντίον αὐτῷ ἀεὶ ἐπιφέρει, καὶ ἡ δυὰς τῷ περιττῷ καὶ τὸ πῦρ τῷ ψυχρῷ καὶ ἄλλα πάμ- 105
πολλα — ἀλλ' ὅρα δή, εἰ οὕτως ὁρίζει, μὴ μόνον τὸ ἐναντίον τὸ ἐναντίον μὴ δέχεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο, ὃ ἂν ἐπιφέρῃ τι ἐναντίον ἐκείνῳ, ἐφ' ὅ τι ἂν αὐτὸ ἴῃ,

αὐτῷ ἀεὶ ἐπ.] *ἀεὶ αὐτῷ* Bodl. Ven. *Π*.

σθαι] quod igitur dicebam definiri oportere. Loquendi genus tetigi ad p. 95 B. Ne quis autem apodosin desideret, omissa est illa quidem per anacoluthiam, ita tamen, ut ipsa sententia mutata orationis conformatione inferatur inde a verbis: *ἀλλ' ὅρα δή, εἰ οὕτως ὁρ.*, ubi lineolam perspicuitatis causa inseruimus. Mira enim somniat Herm. Schmidt., qui nos aposiopesin statuisse putat et copiosa disputatione hanc figuram huic loco non convenire docet.

ὅμως οὐ δέχεται αὐτό, τὸ ἐναντίον] Scribebatur: *αὐτὸ τὸ ἐναντίον.* Quod adeo aegre tulerunt I. Bekkerus et C. Fr. Hermannus (Abh. u. Beitr. p. 88), ut *τὸ ἐναντίον* vel invitis codicibus eliminandum iudicaverint. Nos vero interposita iam post *αὐτό* virgula omnes dubitationes de veteris lectionis veritate sublatas esse putamus. Nam *τὸ ἐναντίον* liquet per appositionem perspicuitatis gratia pronomini *αὐτό*, ad quod per *τινί*, i. e. *ἐναντίῳ τινί* transitus fit, subiectum esse, id quod saepissime ita apud Platonem fieri meminimus. v. Gorg. p. 476 E. 478 C. 494 B. 501 A. Protag. p. 323 B. 351 A. 360 E. Sophist. p. 216 C. Men. p. 87 E. De Rep. I. p. 335 E. 338 D. II. p. 383 A. III. p. 407 A. IX. p. 583 D. X. p. 604 D. 606 B. Phaed. p. 67 D. 101 A. Cf. Matthiae §. 472. 2. c. coll. 288. ann. 5.

τὸ γὰρ ἐναντίον αὐτῷ ἀεὶ ἐπιφέρει —] Hoc dicit: nam *ἡ τριάς* rebus semper affert (int. *τοῖς πράγμασι*), quod *τῷ ἀρτίῳ* contrarium est, h. e. *τὸ περιττόν*, impar, atque *ἡ δυάς* semper rebus affert id, quod impari est contrarium. Intellegitur enim hic quoque *τὸ ἐναντίον* (*ἄρτιον*) *τοῖς πράγμασιν ἐπιφέρει.* Itaque *αὐτῷ* apparet non ex *ἐπιφέρει*, sed ex *ἐναντίον* suspensum esse. Etenim *ἡ τριάς* et *ἡ δυάς κ. τ. λ.* quidquid ambitu suo complectitur, id necesse est ita sit comparatum, ut non modo ternarium vel binarium numerum habeat, sed etiam vim naturamque eius in se contineat, quod per se ipsum contrarium sit, *τοῦ περιττοῦ* et *τοῦ ἀρτίου.*

P. 105. *ἀλλὰ καὶ ἐκεῖνο, ὃ ἂν ἐπιφέρῃ —*] Hoc dicit: non modo *τὸ ἐναντίον* (das Gegensätzliche) non recipere contrarium suum sive disiunctum, ut cum *τὸ ἄρτιον* non recipit *τὸ περιττόν* et *τὸ θερμόν* repudiat *τὸ ψυχρόν*, sed etiam illud, quod ei, ad quod accedat, contrarium quiddam afferat, h. e. *τοῖς πράγμασι* afferat aliquid, quod habeat contrarietatis disiunctionem, contrarium non ferre aut in se admittere, ut cum *ἡ τριάς*, quae affert imparilitatem, non cum *τῷ περιττῷ* in unum coit aut cum nives, quae afferunt rebus frigus natura sua calori contrarium, non possunt cum calore consociari. Nimirum ob oculos habuit philosophus dialecticas leges contradictionis quae vocari solet directae et obliquae, ex quibus statuitur non modo notiones coordinatas, quae sint contradictorie oppositae, se invicem excludere, sed etiam notiones subordinatas

αὐτὸ τὸ ἐπιφέρον τὴν τοῦ ἐπιφερομένου ἐναντιότητα μηδέποτε δέξασθαι. πάλιν δὲ ἀναμιμνήσκου· οὐ γὰρ χεῖρον πολλάκις ἀκούειν. τὰ πέντε τὴν τοῦ ἀρτίου οὐ δέξεται, οὐδὲ τὰ δέκα τὴν τοῦ περιττοῦ, τὸ διπλάσιον.

P. 105. *οὐ δέξεται*] *οὐκ ἐδέξατο* Vat.

et generi alicui subiectas ea omnia, quae generi suo contraria sint, sive notas generi repugnantes nullo modo ferre aut suscipere. Ita paritas cum contraria sit imparilitati, ut neutra ferat alteram, tum ternio, qui in se continet vel, ut Plato loquitur, rebus affert imparilitatem, parilitatem recipere nullo pacto existimari potest. Hinc vero sponte intellegitur, quaenam dicatur *ἡ τοῦ ἐπιφερομένου ἐναντιότης* suntque omnia satis perspicua, modo meminerimus ideas Platonis non esse meras mentis notiones, sed rerum vim naturamque aeternam habere. Ceterum istud *αὐτὸ τὸ ἐπιφέρον* cum vi quadam denuo repetit superius illud *ἐκεῖνο ὃ ἂν ἐπιφέρῃ*, quae repetitio, etsi Astio displicuit, tamen revera nihil habet offensionis. Nec vero audiendus est Dobraeus Advers. T. I. p. 151, qui *ἐκείνῳ* post *ἐναντίον* deletum ivit, ut *ἐναντίον* esset e contrario.

οὐ γὰρ χεῖρον] Nam admodum utile fuerit. v. intpp. ad Arist. Equit. 36 et Suidas s. v. *Οὐ χεῖρον.* Deinde post *τὴν τοῦ ἀρτίου* intell. *ἰδέαν*, quod latet in *ἐναντιότητα*, i. e. *ἐναντίαν ἰδέαν.* Simillima synesis est Polit. p. 287 B. Legg. XII. p. 962 A. cf. etiam ann. ad Polit. p. 301 E sq. et supra ad Phaed. p. 58 B. — *τὸ διπλάσιον* cohaeret cum *τὰ δέκα* hoc sensu: numerus quinarius nunquam fiet numerus par nec numerus denarius duplo maior ille quinario numero unquam fiet numerus impar. Haec igitur ad intellegendum sanequam sunt facilia. Sed perobscura sunt quae deinceps sequuntur. Quae si quam habent explicationem, haec certe fuerit: „Hoc igitur *τὸ διπλάσιον* sive numerus denarius sicuti oppositum sibi habet numerum quinarium sive *τὸ ἁπλοῦν* vel *ἥμισυ*, ita licet et ipsum contrarium sit alii non quidem generi imparis numeri, sed speciei eius, nempe numero quinario, tamen nunquam fiet impar." At ne haec quidem interpretatio caret dubitationibus. Nam primum quidem numerus denarius quinario aut duplum simplo non eo sensu contrarium est, quem Plato antea declaravit. Deinde mentio formarum inter se contrariarum argumentationi haudquaquam convenit, quae postulat potius, ut hoc dicatur nec numerum quinarium et denarium nec duplum ac simplum esse in *τοῖς ἐναντίοις* sive habere directam oppositionem et tamen alterum paritatem, alterum imparitatem repudiare. Denique etiam molestiam facessit istud *μὲν οὖν* et *καὶ ἄλλο*, quod utcunque explicare conatus fueris, tamen rebus omnibus diligenter perpensis idonea ratione explicari non posse fateri cogeris. Nec vero usquequaque certa est librorum mss. scriptura. Nam *οὖν* omittit Coisl. In Vat. *Δ* pro *ἄλλῳ* legitur *ἄλλο.* Bodl. autem cum Tub. Ven. *Π* et Vind. *Τ* habet *αὐτῷ ἄλλῳ.* Itaque vide num locus sic refingendus sit: *τοῦτο μὴν οὐκ αὐτό τῳ ἄλλῳ ἐναντίον* (sc. *ἐστίν*), *ὅμως δὲ τὴν τ. π. οὐ δέξεται*, hoc vero, *τὸ διπλάσιον*, cum item alii cuidam non sit contrarium, tamen imparis ideam non suscipiet. Heindorfius coniecit: *καὶ αὐτὸ ἄλλο ᾗ ἐναντίον.* Koehlerus autem suffragante Herm. Schmidt. ante *ἐναντίον* desiderat *οὐκ* negantem voculam. Quae vulneris remedia certe non sufficiunt ad locum persa-

τοῦτο μὲν οὖν καὶ αὐτὸ ἄλλῳ ἐναντίον, ὅμως δὲ τὴν τοῦ περιττοῦ οὐ δέξεται· οὐδὲ δὴ τὸ ἡμιόλιον οὐδὲ τἄλλα B τὰ τοιαῦτα, τὸ ἥμισυ, τὴν τοῦ ὅλου, καὶ τριτημόριον αὖ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα, εἴπερ ἕπει τε καὶ ξυνδοκεῖ σοι οὕτως. Πάνυ σφόδρα καὶ ξυνδοκεῖ, ἔφη, καὶ ἕπομαι.

Cap. LIV. Πάλιν δή μοι, ἔφη, ἐξ ἀρχῆς λέγε. καὶ μή μοι ὃ ἂν ἐρωτῶ ἀποκρίνου, ἀλλ' ἄλλο, μιμούμενος ἐμέ. λέγω δὲ παρ' ἣν τὸ πρῶτον ἔλεγον ἀπόκρισιν,

B. Cap. LIV. *μή μοι ὃ ἂν ἐρωτῶ ἀποκρίνου, ἀλλ' ἄλλο*] Vett. editt. *μοι μή*, quod e Bodl. Coisl. Vat. Ven. *Π* Tub. aliis non paucis emendatum. Pro *ὃ* Ven. *Π* Par. CHIL Aug. Flor. c Vind. 3 *ᾧ*, quod recepit post Heindorfium Bekkerus, qui deinde etiam *ἄλλῳ* dedit e Ven. *Λ* Par. CEHIL et rec. Coisl. Ven. *Ξ*, quod habent etiam Flor. m Ald. Bas. 1 2. Omittunt *ἄλλο* Bodl. Vat. Vind. *Υ* Par. G Tub. Flor. d Zitt. et pr. Coisl. Ven. *ΞΠ*. Unde Turicenses assentiente Hermanno ediderunt: *ἀποκρίνου, ἀλλὰ μιμούμενος ἐμέ.* In Vind. *Φ* est *ἣν ἂν ἐρωτῶ ἀπόκρισιν ἀποκρίνου, ἀλλ' ἄλλην*, quae manifesta est verae lectionis interpretatio. v. ann.

nandum. Proxima sic iungas: *οὐδὲ δὴ τὸ ἡμιόλιον οὐδὲ τἄλλα τὰ τοιαῦτα, τὸ ἥμισυ καὶ τριτημόριον αὖ καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα (δέχεται) τὴν τοῦ ὅλου.*

B. *τὴν τοῦ ὅλου*] Nam *τὸ ἥμισυ* per appositionem additum est ad *ἡμιόλιον καὶ τὰ τοιαῦτα*, ut quibus inest notio dimidii. Nimirum *τὸ ἡμιόλιον* est sescuplum, sesquialterum, totum cum dimidia sui parte (anderthalb) et *τἄλλα τὰ τοιαῦτα* intelleguntur sesquitertium, sesquioctavum et quae alia id genus sunt. Hoc igitur dicit: noch wird das Anderthalb und Anderes der Art, das Halbe (die Halbschied) den Begriff des Ganzen aufnehmen. — *καὶ τριτημόριον*, triens, tertia pars, das Drittel. — *πάντα τὰ τοιαῦτα*, ut quarta, quinta, sexta pars etc., desgleichen auch das Drittel und dergl. sc. *οὐ δέξεται τὴν τοῦ ὅλου ἰδέαν*. Rem dudum dilucidavit Heindorf; quamvis de verborum ordine falsus. Nimirum contraria, inquit, sunt pars et totum. Sed certa aliqua pars, ut dimidia, tertia etc. et contrarium aliquid habet, *τὸ ἐναντίον τοῦ ὅλου*, ut non possit totum fieri, et praeterea aliquid, quo certa aliqua pars fiat.

Cap. LIV. *μή μοι ὃ ἂν ἐρωτῶ —*] Hoc dicit: noli mihi respondere eodem vocabulo, quo in interrogando usus fuero, sed per aliud rem significa. Veluti cum ex te quaero, quanam re corpus calidum fiat, ne dicas calore, sed igne. Itaque *ὃ ἂν ἐρωτῶ* idem est quod *ὃ ἂν ἐρωτῶ λέγων*. Quod non perspicientes critici veram lectionem variis modis sollicitarunt. Quod recentiores dederunt *ᾧ ἂν ἐρωτῶ*, ideo ferri non potest, quia *ἐρωτᾶν τινι* non ita usurpatur.

λέγω δὲ παρ' ἣν τὸ πρ.] „Volo a te mihi ita responderi, quia video et intellego (*ὁρῶν*) ex iis, quae modo disputavimus (*ἐκ τῶν νῦν λεγομένων* p. 104 D sqq.) praeter illam responsionem, quam supra (*παρ' ἣν τὸ πρῶτον ἔλεγον ἀπόκρισιν* p. 100 D *ὅτι τῷ καλῷ τὰ καλὰ γίγνεται καλά κ. τ. λ.*) ostendi dari posse, recte et sine ullo erroris periculo (*τὴν ἀσφάλειαν*) dari posse aliam aeque veram et certam (*ἄλλην ἀσφάλειαν*).“ FISCHER. — In proximis ex Ald. et Bass. coniecit Heindorfius: *ὅταν τί ἐν τῷ σώματι, ὅτι ὅταν θερμότης* et *ὅτι ὅταν πῦρ*. Acute profecto. Nec tamen

τὴν ἀσφαλῆ ἐκείνην, ἐκ τῶν νῦν λεγομένων ἄλλην ὁρῶν
ἀσφάλειαν. εἰ γάρ ἔροιό με, ᾧ ἂν τί [ἐν τῷ] σώματι
C ἐγγένηται, θερμὸν ἔσται, οὐ τὴν ἀσφαλῆ σοι ἐρῶ ἀπό-
κρισιν ἐκείνην τὴν ἀμαθῆ, ὅτι ᾧ ἂν θερμότης, ἀλλὰ
κομψοτέραν ἐκ τῶν νῦν, ὅτι ᾧ ἂν πῦρ· οὐδὲ ἂν ἔρῃ,
ᾧ ἂν σώματι τί ἐγγένηται, νοσήσει, οὐκ ἐρῶ, ὅτι ᾧ ἂν
νόσος, ἀλλ' ᾧ ἂν πυρετός· οὐδ' ᾧ ἂν ἀριθμῷ τί ἐγγέ-
νηται, περιττὸς ἔσται, οὐκ ἐρῶ ᾧ ἂν περιττότης, ἀλλ'
ᾧ ἂν μονάς, καὶ τἆλλα οὕτως. ἀλλ' ὅρα, εἰ ἤδη ἱκα-
νῶς οἶσθ' ὅ τι βούλομαι. Ἀλλὰ πάνυ ἱκανῶς, ἔφη.
Ἀποκρίνου δή, ἦ δ' ὅς, ᾧ ἂν τί ἐγγένηται σώματι, ζῶν
D ἔσται; Ὧι ἂν ψυχή, ἔφη. Οὐκοῦν ἀεὶ τοῦτο οὕτως ἔχει;
Πῶς γὰρ οὐχί; ἦ δ' ὅς. Ἡ ψυχὴ ἄρα ὅ τι ἂν αὐτὴ
κατάσχῃ, ἀεὶ ἥκει ἐπ' ἐκεῖνο φέρουσα ζωήν; Ἥκει μέν-
τοι, ἔφη. Πότερον δ' ἔστι τι ζωῇ ἐναντίον, ἢ οὐδέν;
Ἔστιν, ἔφη. Τί; Θάνατος. Οὐκοῦν ψυχὴ τὸ ἐναντίον
ᾧ αὐτὴ ἐπιφέρει ἀεὶ οὐ μή ποτε δέξηται, ὡς ἐκ τῶν
πρόσθεν ὡμολόγηται; Καὶ μάλα σφόδρα, ἔφη ὁ Κέβης.

ᾧ ἂν τί [ἐν τῷ] σώματι] Ald. Bas. 1 2 Bodl. Ven. Π Vind. Υ Φ Tub. Zitt. ὃ ἂν τί ἐν τῷ σώματι. Mox simili errore Ald. Bas. 1 2 Bodl. Tub. Ven. Π alii ὅτι ὃ ἂν θερμότης.

C. περιττὸς ἔσται] V. περιττὸν ἔσται praeter fidem librorum praestantissimorum Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. Ξ Π Vind. Υ Par. G Ambr. Flor. a b c d Zitt. al.

D. σφόδρα, ἔφη ὁ Κ.] ἔφη, σφόδρα Vind. Φ Ambr. probante Bekkero. Paullo ante articulum ἡ ante ψυχή vulgo interpositum om. Bodl. Tub. Ven. Ξ Vind. Υ Vat. Par. A Zitt. Itaque delevimus.

opus est ea mutatione. De interrogativis sententiae relativae interiectis dixit Matthiae Gr. §. 488. 12. Et valet ᾧ ἂν in talibus i. q. ἐάν τινι, de quo usu loquendi explicavimus ad Euthyphr. p. 3 D. Apol. p. 22 B. Sympos. p. 176 D. Phaedr. p. 242 C. p. 269 D. Lachet. p. 188 A. cf. etiam Brunck. ad Arist. Equitt. 1275. Schaefer. ad Soph. Trach. 907. Sententia haec est: si ex me quaereres, quid in aliquo corpore inesse deberet, ut calidum fieret et esset, non darem communem illam et vulgarem responsionem, debere in eo esse calorem, sed magis scitam afferrem memoraremque attributum, quod etsi non haberet ipsum sibi aliquid contrarium, tamen aliquid afferret, in quod generis oppositi et contrarii species non caderet, h. e. ignem. Istud ἐν τῷ cum Stephano delendum censemus. Cohaerent enim verba sic: ᾧ ἂν σώματι τί ἐγγένηται, quemadmodum mox dicitur: ᾧ ἂν ἀριθμῷ τί ἐγγένηται κ. τ. λ. Fortasse tamen hic legendum: ᾧ ἂν τί πράγματι.

Cap. LV. *Τί οὖν; τὸ μὴ δεχόμενον τὴν τοῦ ἀρτίου ἰδέαν τί νῦν δὴ ὠνομάζομεν; Ἀνάρτιον, ἔφη. Τὸ δὲ δίκαιον μὴ δεχόμενον καὶ ὃ ἂν μουσικὸν μὴ δέχηται; Ἄμουσον, ἔφη, τὸ δὲ ἄδικον. Εἶεν· ὃ δ' ἂν θάνατον* E
μὴ δέχηται, τί καλοῦμεν; Ἀθάνατον, ἔφη. Οὐκοῦν ψυχὴ οὐ δέχεται θάνατον; Οὔ. Ἀθάνατον ἄρα ἡ ψυχή; Ἀθάνατον. Εἶεν, ἔφη· τοῦτο μὲν δὴ ἀποδεδεῖχθαι φῶμεν; ἢ πῶς δοκεῖ; Καὶ μάλα γε ἱκανῶς, ὦ Σώκρατες. Τί οὖν, ἦ δ' ὅς, ὦ Κέβης; εἰ τῷ ἀναρτίῳ ἀναγκαῖον ἦν ἀνωλέθρῳ εἶναι, ἄλλο τι τὰ τρία ἢ ἀνώλεθρα ἂν ἦν; 106
Πῶς γὰρ οὔ; Οὐκοῦν εἰ καὶ τὸ ἄθερμον ἀναγκαῖον ἦν ἀνώλεθρον εἶναι, ὁπότε τις ἐπὶ χιόνα θερμὸν ἐπαγάγοι,

Cap. LV. *τί νῦν δή*] Bodl. Ven. *Π* *τί νῦν ταῦτα* manifesto errore.

E. *Οὐκοῦν ψυχή*] *ἡ* ante *ψυχή* vulgo positum om. Coisl. Vat. Vind. *Φ* Par. CGHL Ambr. Aug. Flor. acdim. Servarunt Bekker. Turic. Herm. Etiam mox *ἡ* deest in Vat. Par. CHL Ambr. Flor. c m.

P. 106. *ἄλλο τι τὰ τρία ἢ*] Bekker. *ἢ* delevit cum Par. EGHI et pr. Ven. *ΛΠ*. Omittunt etiam Aug. Flor. b i. In Coisl. Par. G Ven. *Ξ* pr. et rec. Ven. *Λ* vocula post *ἄλλο τι* interposita, sicut scriptum est apud Stobaeum. Optimi igitur libri receptam scripturam tuentur.

θερμὸν ἐπαγάγοι] Coisl. Vat. Flor. a d *ἐπάγει*. Heindorf. coni. *ἐπῆγεν*. Paullo ante codd. Bodl. Tub. Ven. *Π* Vind. *Υ* Par. CHIL Aug. aliique non pauci habent *τὸ θερμόν*. Quin Coisl. Par. G Ambr. Flor. d, corr. Vat. *τὸ ψυχρόν*. Videlicet boni grammatici non potuerunt concoquere istud

Cap. LV. E. *Ἄμουσον, ἔφη, τὸ δὲ ἄδικον*] Plenius dici poterat *τὸ μὲν ἄμουσον, τὸ δὲ ἄδικον*. Sed de omisso *ὁ μέν* sequente *ὁ δέ* v. ad Protag. p. 330 A coll. Hermann. ad Viger. p. 699.

τί καλοῦμεν] quo nomine vocamus? ut paullo ante *τί νῦν δὴ ὠνομάζομεν*; v. Valckenar. ad Phoen. 12. Sympos. p. 212 C *εἰ δὲ ὅ τι καὶ ὅπῃ χαίρεις ὀνομάζων, τοῦτο ὀνόμαζε.*

Οὐκοῦν ψυχὴ οὐ δ.] Olympiod. p. 191 *ἡ ἀπόδειξις πρόεισιν ἐκ τῶν ὑποθέσεων τοιῷδε συλλογισμῷ· ἡ ψυχὴ ᾧ ἂν παρῇ, ζωὴν τούτῳ ἐπιφέρει. πᾶν δὲ ὃ ἐπιφέρει τι, ἄδεκτόν ἐστι τοῦ ἐναντίου αὐτῷ. ἡ ψυχὴ ἄρα ἄδεκτός ἐστι τοῦ ἐναντίου τῇ ζωῇ· ἡ ψυχὴ ἄδεκτός ἐστι τοῦ ἐναντίου, ᾧ ἐπιφέρει. τὸ ἐναντίον ἐστὶν οὗ ἐπιφέρει θάνατος. ἡ ψυχὴ ἄρα ἄδεκτος θανάτου.* cf. Maxim. Tyr. Diss. XV. 5. Alcin. Doctr. Plat. c. 25 ext.

P. 106. *ἄλλο τι τὰ τρία ἢ ἀνώλεθρα*] *Ἄλλο τι ἢ* est nonne. v. Apolog. p. 24 D. Criton. p. 52 D. Notanda est vero collocatio verborum, quae ex vulgari ratione haec esse debebat: *ἄλλο τι ἢ τὰ τρία ἀνώλ.* Et video sic in libris quibusdam scriptum exstare. Sed noli dubitare de receptae lectionis veritate. Nam *τὰ τρία* quia maiore cum vi pronuntiandum est, recte ita praemittitur. Dici etiam hoc modo poterat: *ἄλλο τι τὰ τρία ἂν ἦν ἢ ἀνώλεθρα*; in quo nemo paullo consideratior haerebit. Idem verborum ordo infra p. 106 E *ἄλλο τι ψυχὴ ἤ, εἰ ἀθάνατος τυγχάνει οὖσα, καὶ ἀνώλεθρος ἂν εἴη.*

ὁπότε τις — ἐπαγάγοι] Heindorfius *ἐπῆγεν* scribendum censuit. Non opus. De Rep. III. p. 406 E *ὅτι ἦν τι αὐτῷ ἔργον, ὃ*

ὑπεξῄει ἂν ἡ χιὼν οὖσα σῶς καὶ ἄτηκτος; οὐ γὰρ ἂν ἀπώλετό γε, οὐδ' αὖ ὑπομένουσα ἐδέξατ' ἂν τὴν θερμότητα. Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. Ὡς δ' αὔτως, οἶμαι, κἂν εἰ τὸ ἄψυκτον ἀνώλεθρον ἦν, ὁπότε ἐπὶ τὸ πῦρ ψυχρόν τι ἐπίοι, οὔποτ' ἂν ἀπεσβέννυτο οὐδ' ἀπώλλυτο, ἀλλὰ σῶν ἂν ἀπελθὸν ᾤχετο. Ἀνάγκη, ἔφη. Οὐκοῦν καὶ ὧδε,
B ἔφη, ἀνάγκη περὶ τοῦ ἀθανάτου εἰπεῖν; εἰ μὲν τὸ ἀθάνατον καὶ ἀνώλεθρόν ἐστιν, ἀδύνατον ψυχῇ, ὅταν θάνατος ἐπ' αὐτὴν ἴῃ, ἀπόλλυσθαι· θάνατον μὲν γὰρ δὴ ἐκ τῶν προειρημένων οὐ δέξεται οὐδ' ἔσται τεθνηκυῖα, ὥςπερ τὰ τρία οὐκ ἔσται, ἔφαμεν, ἄρτιον, οὐδέ γ' αὖ τὸ περιττόν, οὐδὲ δὴ τὸ πῦρ ψυχρόν, οὐδέ γε ἡ ἐν τῷ πυρὶ θερμότης. ἀλλὰ τί κωλύει, φαίη ἄν τις, ἄρτιον μὲν τὸ περιττὸν μὴ γίγνεσθαι ἐπιόντος τοῦ ἀρτίου, ὥς-
C περ ὡμολόγηται, ἀπολομένου δὲ αὐτοῦ ἀντ' ἐκείνου ἀρ-

ἄθερμον, quod tamen Plato propter oppositionis rationem procudere non dubitavit. Videas igitur hinc quoque arbitrariam saepe esse eorum criticorum rationem, quibus Bodleiani libri aliorumque similium recensio debetur.

Ὡς δ' αὔτως] Bodl. Ven. Ξ Π ὡςαύτως, quod miramur a Turic. et Herm. in vulgatae lectionis locum invectum esse.

ψυχρόν τι ἐπίοι] Vat. ἐποίῃ, unde cum Bekkero effinximus ἐπίοι, cum libri ceteri omnes ἐπῄει habeant.

B. οὐδὲ δὴ τὸ πῦρ ψ.] τό om. Bodl. Ven. Π Tub. Vind. Υ et pr. Ven. Ξ Zitt. Vereor ut recte.

D. ἐρωτᾷ δή, πῶς με θάπτῃ] Verbum θάπτειν cum et de humandis et de cremandis mortuis dicatur, de quo v. Dorvill. ad Chariton. p. 243 ed. Lips., facile putes Critonem sciscitari, Socrates num cremari an humari corpus suum malit. Et Phocionem Plutarch. 27 narrat concremationem corporis sui imperavisse. Sed possunt verba omnino de variis mortuos sepeliendi ritibus intellegi, de quibus v. Becker. Charikl. II. p. 166. Id quod probabilius statuetur. Nam Athenis quidem iam inde ab antiquissimis temporibus mos corpora mortuorum terra humandi invaluerat. v. Cic. De legg. II. 25. Aelian. Var. hist. VII. 20. v. Böttiger. Kunstmytholog. I. p. 32—39 et Preller. Demeter u. Persephone p. 221 sq. Vulgata lectio πῶς δεῖ με θάπτειν, si in codd. msptis. a Stephano reperta est, orta est ex interpretatione coniunctivi deliberativi, qui dicitur, cuius usum rariorem tertiae personae non perspexerunt. Cum enim Crito antea interrogasset Socratem: θάπτωμεν δέ σε τίνα τρόπον; hic quasi ex eius mente et animo interrogationem repetens πῶς με θάπτῃ dicit, h. e. wie er mich bestatten soll. Plat. Legg. IV. p. 719 E πότερον οὖν ὁ τεταγμένος ἐπὶ τοῖς νόμοις μηδὲν τοιοῦτον προσαγορεύῃ ἐν ἀρχῇ τῶν νόμων — καὶ μὴ φράζῃ τε καὶ ἐπαπειλήσας τὴν ζημίαν ἐπ' ἄλλον τρέπηται νόμον, παραμυθίας δὲ καὶ πειθοῦς — μηδὲ ἓν προσδιδῷ; Ibid. VIII. p. 835 A εἴτε — διανεμηθῶσι, ob sie sollen angesetzt werden. Sophist. p. 225 A τῷ δὲ λόγοις πρὸς λόγους τί τις, ὦ Θεαίτητε, ἄλλο εἴπῃ; Menon. p. 92 E ἀλλὰ σὺ εἰπέ, παρὰ τίνας ἔλθῃ Ἀθηναίων. Protag. p. 348 D περιιὼν ζητεῖ, ὅτῳ ἐπιδείξηται καὶ μεθ' ὅτου βεβαιώσηται. De Rep. I. p. 348 E οὐκέτι ῥᾴδιον ἔχειν ὅ τί τις εἴπῃ. Arist. Nubb. 438 ποῖ τις φύγῃ; Soph. Oed. Col. 170 θύγατερ, ποῖ τις φροντίδος ἔλθῃ; cf. Matthiae §. 516. 3. Prorsus ut h. l. Arist. Avv. 165. Epop. Τί σοι πιθώμεσθα; Cui Pisthetaerus: Ὅ τι πίθησθε; πρῶτον μὲν μὴ περιπέτεσθε, κ. τ. λ.

εἰς μακάρων δή τινας] Cf. p. 107 D οὗτος ἄγειν ἐπιχειρεῖ εἰς δή τινα τόπον. Ibique annot.

ἄλλως λέγ.] i. e. μάτην, ut p. 76 E.

ἐγγυήσασθε οὖν με] Ἐγγυᾶσθαί τινα est sponsione facta aliquem alicui tradere, i. e. spondere pro aliquo, fidem praestare. Demosth. p. 609 R. ταῦθ' ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ γυναικὸς ὁρῶτο ποιῶν, ἣν ὡς ἐλεύθερος ἐγγυήσατο. Ibid. 899 μάρτυ-

τωνα, ἔφη, τὴν ἐναντίαν ἐγγύην ἢ ἣν οὗτος πρὸς τοὺς δικαστὰς ἠγγυᾶτο. οὗτος μὲν γὰρ ἦ μὴν παραμενεῖν· ὑμεῖς δὲ ἦ μὴν μὴ παραμενεῖν ἐγγυήσασθε, ἐπειδὰν E ἀποθάνω, ἀλλὰ οἰχήσεσθαι ἀπιόντα, ἵνα Κρίτων ῥᾷον φέρῃ, καὶ μὴ ὁρῶν μου τὸ σῶμα ἢ καόμενον ἢ κατορυττόμενον ἀγανακτῇ ὑπὲρ ἐμοῦ, ὡς δεινὰ πάσχοντος, μηδὲ λέγῃ ἐν τῇ ταφῇ, ὡς ἢ προτίθεται Σωκράτη ἢ ἐκφέρει ἢ κατορύττει. εὖ γὰρ ἴσθι, ἦ δ' ὅς, ὦ ἄριστε Κρίτων, τὸ μὴ καλῶς λέγειν οὐ μόνον εἰς αὐτὸ τοῦτο πλημμελές, ἀλλὰ καὶ κακόν τι ἐμποιεῖ ταῖς ψυχαῖς. ἀλλὰ θαῤῥεῖν τε χρὴ καὶ φάναι τοὐμὸν σῶμα θάπτειν, καὶ θάπτειν

D. **δικαστὰς ἠγγυᾶτο**] ἠγγυήσατο Vat. Vind. ΥΦ et marg. Bodl.

E. **καόμενον**] V. καιόμενον, quod e Ven. Λ Vind. Φ Par. CEHIL Aug. Flor. a b c i m mutatum. Nimirum κάειν et κλάειν pro καίειν et κλαίειν veteris dialecti Atticae proprium est, ut Platoni ubique reddendum sit. v. Pierson. ad Moer. p. 231. Koen. ad Greg. p. 75. cf. ann. ad p. 113 A.

δεινὰ πάσχοντος] Vett. editt. δεινὰ ἄττα πάσχοντος. Bekk. δεῖν' ἄττα π. Abieci ἄττα cum Bodl. Coisl. Vat. Tub. Ven. ΞΠ Vind. ΥΦ Par. G Ambr. Flor. d Zitt. cf. p. 116 B.

ρας ὑμῖν παρασχήσομαι, ὡς οὐκ ἠγγυησάμην ἐγὼ τὸν Παρμένοντα. Ibid. p. 1349 ἐγγυῶντα τὰς ἑτέρων θυγατέρας ὡς ἑαυτοῦ οὔσας. Quemadmodum autem Graeci dicunt μάχην μάχεσθαι, ἔχθος ἐχθαίρειν alia, ita hic ἐγγυᾶσθαι ἐγγύην legimus. Quoniam vero ἐγγυᾶσθαι accusativum personae adsciscit, etiam ἐγγύην ἐγγυᾶσθαί τινα recte dici potuit eademque prorsus ratione dici solitum ἔχθος ἐχθαίρειν τινά, μῖσος μισεῖν τινα et quae aliae sunt huiusmodi loquendi formulae. De re ipsa v. Apolog. p. 38 B.

οὗτος μὲν γὰρ ἦ μὴν παραμενεῖν] Intell. ἠγγυήσατο.

E. **ἀγανακτῇ**, indigne ferat, aegre ferat, doleat. Infra p. 117 D Ἀπολλόδωρος δὲ καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ οὐδὲν ἐπαύετο δακρύων, καὶ δὴ καὶ τότε ἀναβρυχησάμενος κλάων καὶ ἀγανακτῶν οὐδένα ὅντινα οὐ κατέκλασεν.

ὡς ἢ προτίθεται — κατορύττει] Ἐκφέρειν, κατορύττειν et προτίθεσθαι sunt verba hac in re propria. v. Kirchmann. De funerib. Roman. libr. II. c. 1 et 1. 12. Medium verbum ne quem offendat, refertur illud ad ipsum Critonem tamquam funeris dominum, ut qui suscepisset curam sepulturae. Eur. Alcest. 664 sq., ubi Admetus mortem obiturus patrem mori pro se recusantem his verbis reprehendit: τοιγὰρ φυτεύων παῖδας οὐκέτ' ἂν φθάνοις, οἳ γηροβοσκήσουσι καὶ θανόντα σε περιστελοῦσι καὶ προθήσονται νεκρόν. Lex Attica ap. Dem. in Macart. p. 1071 R. τὸν ἀποθανόντα προτίθεσθαι ἔνδον, ὅπως ἂν βούληται. Lucian. De luctu §. 27 μετὰ ταῦτα δὲ λούσαντες αὐτὸν καὶ μύρῳ τῷ καλλίστῳ χρίσαντες τὸ σῶμα καὶ στεφανώσαντες τοῖς ὡραίοις ἄνθεσι προτίθενται.

οὐ μόνον εἰς αὐτὸ τοῦτο] Non solum quod id ipsum attinet, sc. τὸ μὴ καλῶς λέγειν. — Ad **πλημμελές** intell. ἐστιν. Nam quod Schaeferus Melett. p. 4 πλημμελεῖ scribendum coniecit,

οὕτως, ὅπως ἄν σοι φίλον ᾖ καὶ μάλιστα ἡγῇ νόμιμον 116
εἶναι.

Cap. LXV. Ταῦτ' εἰπὼν ἐκεῖνος μὲν ἀνίστατο εἰς οἴκημά τι ὡς λουσόμενος, καὶ ὁ Κρίτων εἵπετο αὐτῷ, ἡμᾶς δ' ἐκέλευε περιμένειν. περιεμένομεν οὖν πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς διαλεγόμενοι περὶ τῶν εἰρημένων καὶ ἀνασκοποῦντες, τοτὲ δ' αὖ περὶ τῆς ξυμφορᾶς διεξιόντες, ὅση ἡμῖν γεγονυῖα εἴη, ἀτεχνῶς ἡγούμενοι, ὥςπερ πατρὸς στερηθέντες, διάξειν ὀρφανοὶ τὸν ἔπειτα βίον.
ἐπειδὴ δὲ ἐλούσατο, καὶ ἠνέχθη παρ' αὐτὸν τὰ παιδία B
— δύο γὰρ αὐτῷ υἱεῖς σμικροὶ ἦσαν, εἷς δὲ μέγας — καὶ αἱ οἰκεῖαι γυναῖκες ἀφίκοντο, ἐκείναις ἐναντίον τοῦ

Cap. LXV. P. 116. B. ἐκείναις ἐναντίον] ΞΠΥ ἐναντίον ἐκείναις. Bodl. pr. m. ἐναντίον ἐκεῖναι. Ordine inverso autem ἐκεῖναι ἐναντίον ΓΛΦEGHIL. Legendum videtur ἐκείνοις, h. e. cum filiis ac mulieribus.

ferri illud propterea non potest, quod hoc verbum de rebus usurpari non solet.

P. 116. Cap. LXV. ἀνίστατο εἰς οἴκημά τι] h. e. surrexit et abiit in cubiculum quoddam. Arist. Plut. 683 ἐπὶ τὴν χύτραν τὴν τῆς ἀθάρης ἀνίσταμαι. Eur. Heraclid. 59 ἀνίστασθαί σε χρὴ εἰς Ἄργος. Haec eodem modo explicanda sunt, quo explicuimus p. 57 A verba ἐπιχωριάζειν Ἀθήναζε. De voc. οἴκημα usu, quod de singulis aedificiorum partibus solet usurpari, ita ut pro varia singulorum locorum ratione variam habeat significationem, v. Valckenar. ad Ammon. III. 4 et Dorvill. ad Charit. p. 587. Ceterum qui instantem mortem exspectabant fortiter, se lavare consuevisse docent Kirchmann. De fun. I. 10 et interpp. ad Eur. Alcest. 159. Potter. Archaeol. IV. 3. — Deinde plenius dici poterat: περιεμένομεν οὖν τοτὲ μὲν πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς δ. — τοτὲ δέ —. Sed τοτὲ μέν ante τοτὲ δέ omitti solet, quemadmodum ὁ μέν ante ὁ δέ omitti solere constat, v. Hermann. ad Viger. p. 768 et Heindorf. ad h. l.

B. δύο γὰρ αὐτῷ υἱεῖς] Cf. ad Apol. Socr. p. 34 D.

καὶ αἱ οἰκεῖαι γυναῖκες ἀφ.] Qui fabulam de digamia Socratis pro vera habuerunt creduli mendaciorum patroni, ii hoc etiam loco abusi sunt ad causam suam defendendam. In horum numero esse mireris etiam summum virum, Tiber. Hemsterhusium, qui ad Lucian. Halcyon. T. I. p. 184 et Praefat. p. XXXIII. ex his Platonis verbis clarum esse arbitratur utramque uxorem, Xanthippen et Myrtonem, marito superstitem vixissse. Ad quam rem comprobandam ille hoc utitur argumento, ut γυναῖκας dicat per uxores debere explicari. Quam viri doctissimi sententiam Io. Luzacius in Lectionibus Atticis, in quo libro totam illam de Socrate fabulam diligentissime examinavit et doctissimis argumentis confutavit, p. 38 sqq. ita redarguit, ut stultus sit qui eam nunc defendendam suscipiat. Docuit autem Luzacius οἰκείας γυναῖκας esse omnino mulieres de domo et familia, feminas propinquas vel domesticas. Nam Platonem, si uxores voluisset intellegi, simpliciter fuisse dicturum τὰς γυναῖκας, non τὰς οἰκείας γυναῖκας. Iisdem fere rationibus Hemsterhusii sententiam impugnavit Heindorf. ad h. l.

Κρίτωνος διαλεχθείς τε καὶ ἐπιστείλας ἅττα ἐβούλετο, τὰς μὲν γυναῖκας καὶ τὰ παιδία ἀπιέναι ἐκέλευσεν, αὐτὸς δὲ ἧκε παρ᾽ ἡμᾶς. καὶ ἦν ἤδη ἐγγὺς ἡλίου δυσμῶν. χρόνον γὰρ πολὺν διέτριψεν ἔνδον. ἐλθὼν δ᾽ ἐκαθέζετο λελουμένος, καὶ οὐ πολλὰ μετὰ ταῦτα διελέχθη. καὶ
C ἦλθεν ὁ τῶν ἕνδεκα ὑπηρέτης καὶ στὰς παρ᾽ αὐτόν, Ὦ Σώκρατες, ἔφη, οὐ καταγνώσομαί γε σοῦ ὅπερ ἄλλων καταγιγνώσκω, ὅτι μοι χαλεπαίνουσι καὶ καταρῶνται, ἐπειδὰν αὐτοῖς παραγγέλλω πίνειν τὸ φάρμακον ἀναγκαζόντων τῶν ἀρχόντων, σὲ δ᾽ ἐγὼ καὶ ἄλλως ἔγνωκα ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ γενναιότατον καὶ πρᾳότατον καὶ ἄριστον ἄνδρα ὄντα τῶν πώποτε δεῦρο ἀφικομένων, καὶ δὴ καὶ νῦν εὖ οἶδ᾽ ὅτι οὐκ ἐμοὶ χαλεπανεῖς, γιγνώσκεις γὰρ τοὺς αἰτίους, ἀλλ᾽ ἐκείνοις. νῦν οὖν, οἶσθα γὰρ ἃ ἦλθον ἀγγέλλων, χαῖρέ τε καὶ πειρῶ ὡς ῥᾷστα φέρειν

ἐπιστείλας ἅττα ἐβ.] ἐπιτείλας Par. L Flor. d et pr. Coisl.
οὐ πολλά] Sic Ven. Π Tub. pr. Bodl. Editt. omnes cum reliquis codicibus οὐ πόλλ᾽ ἅττα. cf. ad p. 115 E.

ἦλθεν ὁ τῶν ἕνδεκα] ἦλθεν Vat. Coisl. Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. d. Vulgo ἧκεν.
C. καταγνώσομαί γε] γε om. Bodl. Tub. Ven. Π et pr. Ξ.
ὅπερ ἄλλων καταγ.] Articulum τῶν probante Herm. addunt Coisl. Vat. Vind. Φ Par. C Flor. d. Ita Socrates ceteris omnibus opponitur ab ipso undecim virorum ministro. Dein Coisl. Ven. Δ Par. CEHIL Aug. Flor. a b c d i m παραγγείλω. At ita sensus foret: cum iis denuntiavero. Recte Bodl. Tub. Ven. ΞΠ alii multi praesens tuentur, quo significatur gravius ipsum illud tempus denuntiationis diras damnatorum imprecationes afferre. Vat. Par. G παραγγέλω formam soloecam habent.
τούτῳ τῷ χρόνῳ] Vett. editt. τῷ omittunt, quod restituendum iam Steph. vidit. Praebuerunt codices optimi atque plurimi. Mox δεῦρο ἀφιγμένων Coisl. Vat. Vind. Φ Par. G Ambr. Flor. d. Recte fortasse.
ἐμοὶ χαλεπανεῖς] V. χαλεπαίνεις. Mutavimus praeeunte Bekkero e Coisl. et Par. G.
ἦλθον ἀγγέλλων] Editt. vett. et Bekker. ἀγγελῶν. Recte ἀγγέλλων tuentur Bodl. Ven. ΞΠ Vind. ΥΦ Par. C Ambr. Flor. a b c m Zittav., ad quos accedunt Ven. Δ Par. HIL, qui habent ἀγγέλων. v. annot. In praecedentibus οὖν om. Bodl. Coisl. Vind. Υ Par. G Tub. Zitt. errore manifesto ex vicino νῦν orto.

C. οὐ καταγνώσομαί γε σοῦ] Nos: von dir werde ich nicht denken. Tim. p. 19 D. Alcib. II. p. 143 C. Dem. in Mid. c. 2 οὐ γὰρ ἂν καταγνοίην ὑμῶν οὐδενός.
τῶν ἀρχόντων] Int. τῶν ἕνδεκα.
ἃ ἦλθον ἀγγέλλων] qualia nuntians venerim. Hic nemo, opinor, ἀγγελῶν requiret praeter Cobet. Varr. Lectt. p. 99. Criton. p. 43 C ἀφῖγμαι — ἀγγελίαν φέρων χαλεπήν. v. Soph. Antig. 1172 τί δ᾽ αὖ τόδ᾽ ἄχθος βασιλέων ἥκεις φέρων; Eur. Hecub. 95 sqq. De praesentis usu v. Bernhardy Synt. p. 370. Hermann. et

τὰ ἀναγκαῖα. Καὶ ἅμα δακρύσας μεταστρεφόμενος ἀπῄει. D
Καὶ ὁ Σωκράτης ἀναβλέψας πρὸς αὐτόν, Καὶ σύ, ἔφη,
χαῖρε, καὶ ἡμεῖς ταῦτα ποιήσομεν. Καὶ ἅμα πρὸς ἡμᾶς,
Ὡς ἀστεῖος, ἔφη, ὁ ἄνθρωπος· καὶ παρὰ πάντα μοι τὸν
χρόνον προςῄει καὶ διελέγετο ἐνίοτε καὶ ἦν ἀνδρῶν λῷ-
στος, καὶ νῦν ὡς γενναίως με ἀποδακρύει. ἀλλ' ἄγε
δή, ὦ Κρίτων, πειθώμεθα αὐτῷ, καὶ ἐνεγκάτω τις τὸ
φάρμακον, εἰ τέτριπται· εἰ δὲ μή, τριψάτω ὁ ἄνθρωπος.
Καὶ ὁ Κρίτων, Ἀλλ' οἶμαι, ἔφη, ἔγωγε, ὦ Σώκρατες, E
ἔτι ἥλιον εἶναι ἐπὶ τοῖς ὄρεσι καὶ οὔπω δεδυκέναι. καὶ
ἅμα ἐγὼ οἶδα καὶ ἄλλους πάνυ ὀψὲ πίνοντας, ἐπειδὰν
παραγγελθῇ αὐτοῖς, δειπνήσαντάς τε καὶ πιόντας εὖ
μάλα, καὶ ξυγγενομένους γ' ἐνίους ὧν ἂν τύχωσιν ἐπι-
θυμοῦντες. ἀλλὰ μηδὲν ἐπείγου· ἔτι γὰρ ἐγχωρεῖ. Καὶ
ὁ Σωκράτης, Εἰκότως γ', ἔφη, ὦ Κρίτων, ἐκεῖνοί τε
ταῦτα ποιοῦσιν, οὓς σὺ λέγεις, οἴονται γὰρ κερδανεῖν
ταῦτα ποιήσαντες, καὶ ἔγωγε ταῦτα εἰκότως οὐ ποιήσω·
οὐδὲν γὰρ οἶμαι κερδαίνειν ὀλίγον ὕστερον πιὼν ἄλλο 117

D. ἀλλ' ἄγε] Sic Bodl. Coisl. Vat. Ven. Ξ Vind. Υ Par. G Zitt. Vett. editt. ἀλλά γε, quod iam Forsterus mutandum vidit.

E. ἐπὶ τοῖς ὄρεσι] Sic Bas. 2 et codd. fere omnes. Ald. Bas. 1 Steph. ἐν τοῖς ὄρεσι.

ὧν ἂν τύχωσιν] ἂν perperam om. Bodl. Ven. ΞΠ Vind. Υ Zitt.
οὓς σὺ λέγεις] V. ἃ σὺ λέγεις, quod tuetur Par. E.

ταῦτα εἰκότως] V. εἰκότως ταῦτα invitis libris Bodl. Coisl. Vat. Ven. ΞΠ Vind. ΥΦ Par. G Flor. d Zitt. Dein Bodl. superscriptum habet κερδανεῖν, quod ediderunt Turicenses et Herm. Pro πιών Coisl. Vat. Par. G Flor. d ἀπιών. Bodl. Ven. Π Par. C ποιῶν, quod tamen in Bodl. emendatum.

Elmslei. ad Eur. Med. 1024. Bornemann. ad Xen. Anab. VII. 7, 17.

D. καὶ παρὰ πάντα μοι τὸν χρόνον] Solet ita παρά de tempore, quod vulgo praesens aut durans dicunt, saepissime usurpari. Xen. Mem. II. 1, 2 παρὰ τὴν ἐκείνου ἀρχήν, sub illius imperio, illo imperante. Sensus hic est: per totos hos triginta dies, quos in carcere transegi, me invisebat interdumque mecum confabulabatur.

τριψάτω ὁ ἄνθρωπος] Sic ἄνθρωπος fere de homine vili et contemto dicitur, ut hic de ministro et apparitore undecimvirorum et paullo post de carnifice. Terebatur autem semen cicutae, ut succus exprimeretur. Plin. H. N. XXV. 13.

E. καὶ ξυγγ.] Recte Stephanus: et quidem nonnullos suis amoribus potitos.

οὐδὲν γὰρ οἶμαι κερδαίνειν] De infinitivi praesentis usu v. ad Criton. p. 52 C. De re ipsa autem v. Antonin. IV. 47 ibique Gataker. Mox verba παρ' ἐμαυτῷ ne otiosa esse putes, addita sunt illa, quo accuratius definiatur sententia formulae ὀφλεῖν γέλωτα, quam constat significare risum

γε ἢ γέλωτα ὀφλήσειν παρ᾽ ἐμαυτῷ, γλιχόμενος τοῦ ζῆν καὶ φειδόμενος οὐδενὸς ἔτι ἐνόντος. ἀλλ᾽ ἴθι, ἔφη, πιθοῦ καὶ μὴ ἄλλως ποίει.

Cap. LXVI. *Καὶ ὁ Κρίτων ἀκούσας ἔνευσε τῷ παιδὶ πλησίον ἑστῶτι. καὶ ὁ παῖς ἐξελθὼν καὶ συχνὸν χρόνον διατρίψας ἧκεν ἄγων τὸν μέλλοντα διδόναι τὸ φάρμακον, ἐν κύλικι φέροντα τετριμμένον. ἰδὼν δὲ ὁ Σωκράτης τὸν ἄνθρωπον, Εἶεν ἔφη, ὦ βέλτιστε, σὺ γὰρ τούτων ἐπιστήμων, τί χρὴ ποιεῖν; Οὐδὲν ἄλλο, ἔφη, ἢ*

P. 117. *ἔτι ἐνόντος*] *ὄντος* Ven. c Ξ Par. L Flor. c Bas. 2. Dein pro vulg. *πείθου* Bodl. Ven. *Π* Vind. *Υ* Zitt. *πιθοῦ* suppeditarunt, quod Turicenses non debebant tamquam alienum a pedestris orationis consuetudine repudiare. v. Cobet. ad Orat. de arte interpretandi p. 95 sq. coll. Arist. Plut. 103. Nubb. 87. Avv. 662. Vesp. 728.

Cap. LXVI. *διατρίψας*] *ἐνδιατρίψας* Coisl. Par. G Flor. d et a manu sec. Vat. Tum pro vulg. *δώσειν* recte *διδόναι* Bodl. Tub. Ven. *Π* Flor. a c m et marg. Par. C, ut iam Bas. 2 habet.

debere vel aliis vel sibi. Itaque prope necesse erat, ut adderetur *παρ᾽ ἐμαυτῷ*, h. e. animo meo. Quo facto manifestum est sententiam esse hanc: puto me cicuta paullo post bibenda nihil lucrari aliud nisi hoc, ut mihimet ipsi ridiculus videar.

P. 117. *πιθοῦ καὶ μὴ ἄλλως ποίει*] v. Remp. I. p. 328 A. Criton. p. 45 A. p. 46 A. Lach. p. 181 C al. Verbis *φειδόμενος οὐδενὸς ἔτι ἐνόντος* respicitur ad versum Hes. Opp. et D. 367 *μεσσόθι φείδεσθαι, δειλὴ δ᾽ ἐνὶ πυθμένι φειδώ.* Senec. Epist. 1 *Nam ut visum est maioribus nostris: Sera parsimonia in fundo est.* Itaque causa apparet, cur *ἐνόντος* tenendum sit, quod Heindorfius aliique in *ὄντος* mutarunt. Mireris vero acumen eorum, qui nuperrime negarunt fundi comparationem hic esse aptam. Nimirum non cum fundo instituitur comparatio, sed cum parsimonia, quae orditur demum, cum opes iam ad fundum usque exhaustae sunt. Itaque hoc dicit Socrates in ipso mortis articulo adhuc suaviter et urbane iocans: qui iam temporis parcus esse velim, cum nullum fere mihi ad vivendum supersit. Ceterum *ἔνεστι* absolute positum, ut Germ. drinnen sein, nihil habet insolentiae.

Cap. LXVI. *Εἶεν, ἔφη, ὦ β.*] Quod Heindorfius ait *εἶεν* ubivis habere vim quandam probandi, id nos quidem verum esse haud cunctanter negamus. v. ad p. 95 A. Videlicet probandi significatio non ipsi voculae inest, sed proximae potius sententiae vel disputationis conversioni, ut h. l. Uberius de hac re dictum est ad Men. p. 75 C. Gorg. p. 472 D. p. 466 C. Apol. p. 19 A. Symp. p. 213 E. Deinde praemittuntur verba *σὺ γὰρ τούτων ἐπιστήμων*, quia Graeci eam sententiae partem, quae causam indicat, quare aliquid fieri dicitur, addita particula *γάρ* prius solent enuntiare, quam ipsam rem posuerunt. Aesch. Agam. 1069 *ἐγὼ δ᾽, ἐποικτείρω γάρ, οὐ θυμώσομαι.* Arist. Nubb. 87. Avv. 662. Lysistr. 485. Eur. Phoen. 371, ad quem locum consulendus A. Matthiae. Plat. Symp. p. 175 C *τὸν οὖν Ἀγάθωνα, τυγχάνειν γὰρ ἔσχατον κατακείμενον μόνον, δεῦρ᾽ ἔφη φάναι, Σώκρατες, παρ᾽ ἐμὲ κατάκεισο.* Prorsus, ut hoc loco, ibid. p. 204 C *καὶ ἐγὼ εἶπον, εἶεν δή, ὦ ξένη, καλῶς*

πιόντα περιιέναι, ἕως ἂν σου βάρος ἐν τοῖς σκέλεσι γέ- B
νηται, ἔπειτα κατακεῖσθαι· καὶ οὕτως αὐτὸ ποιήσει. Καὶ
ἅμα ὤρεξε τὴν κύλικα τῷ Σωκράτει. καὶ ὃς λαβὼν καὶ
μάλα ἵλεως, ὦ Ἐχέκρατες, οὐδὲν τρέσας οὐδὲ διαφθείρας
οὔτε τοῦ χρώματος οὔτε τοῦ προσώπου, ἀλλ', ὥσπερ
εἰώθει, ταυρηδὸν ὑποβλέψας πρὸς τὸν ἄνθρωπον, Τί
λέγεις, ἔφη, περὶ τοῦδε τοῦ πώματος πρὸς τὸ ἀποσπεῖ-
σαί τινι; ἔξεστιν, ἢ οὔ; Τοσοῦτον, ἔφη, ὦ Σώκρατες,
τρίβομεν, ὅσον οἰόμεθα μέτριον εἶναι πιεῖν. Μανθάνω,
ἦ δ' ὅς· ἀλλ' εὔχεσθαί γέ που τοῖς θεοῖς ἔξεστί τε καὶ C
χρὴ τὴν μετοίκησιν τὴν ἐνθένδε ἐκεῖσε εὐτυχῆ γενέσθαι·
ἃ δὴ καὶ ἐγὼ εὔχομαί τε καὶ γένοιτο ταύτῃ. Καὶ ἅμα
εἰπὼν ταῦτα ἐπισχόμενος καὶ μάλα εὐχερῶς καὶ εὐκόλως

B. αὐτὸ ποιήσει] V. ποιήσεις invitis codicibus. Iam Ald. Bas. 1 ποιήσει.

πώματος] Libri πόματος, quod sponte mutavi. v. ad Phileb. p. 34 E.

γὰρ λέγεις· τοιοῦτος ὢν ὁ Ἔρως τίνα χρείαν ἔχει τοῖς ἀνθρώποις;

ἕως ἂν σου βάρος] Ne quis σου in σοι mutandum arbitretur, ut nuperus quidam criticus praecipitato fecit iudicio utpote inductus illis sect. E ἐπειδή οἱ βαρύνεσθαι ἔφη τὰ σκέλη, v. Criton. p. 53 B. De Rep. VII. p. 518 C. Symp. p. 215 E. Men. p. 94 B al. Vere Buttmannus: „Genetivus pronominum personalium substantivis nominibus antepositus non raro simul vicem gerit dativi commodi vel incommodi." De quo praecepto consulatur viri illustris Gramm. Gr. §. 120. 4.

B. καὶ οὕτως αὐτὸ ποιήσει] „atque ita, inter ambulandum, per se ipsum efficax erit, ut nulla alia re opus sit. Ποιεῖν, ut Latinum facere, de praesentibus remediis positum apud Dioscoridem imprimis reperitur, v. c. I. 95 ποιεῖ πρὸς φάρμακα, valet adversus venena." HEINDORF.

καὶ μάλα ἵλεως] admodum hilaris. Frequens est καὶ μάλα sic positum, ut καί vim intendendi habeat. Mox καὶ μάλα εὐχερῶς καὶ εὐκόλως ἐξέπιε.

ταυρηδὸν ὑποβλέψας] h. e. torvo vultu intuens, defixis in eum oculis. v. Wyttenbach. Epist. crit. p. 46 et de hoc more Socratis Symp. p. 221 B. Proximorum verborum sententia haec est: Quid tibi videtur de hac potione habita ratione libationis alicui faciendae? licetne eam facere, an non licet? Ita positum πρός non rari est usus. Symp. p. 174 B πῶς ἔχεις πρὸς τὸ ἐθέλειν ἂν ἰέναι ἄκλητος; Ibid. p. 176 B πῶς ἔχει πρὸς τὸ ἐῤῥῶσθαι πίνειν; Cobetus tamen Varr. Lectt. in Mnemosyn. Vol. IV. p. 304 fassus est se non intellegere quomodo haec unquam intellegi possint, nisi loci scriptura sic constituatur: Τί λέγεις περὶ τοῦδε τοῦ πώματος; ἀποσπεῖσαί τινι ἔξεστιν ἢ οὔ; At nimirum prudentis medici est morbi remedia adhibere tum demum, cum eius certa affuerint indicia.

μέτριον εἶναι π.] h. e. satis esse.

C. ἐπισχόμενος] Videntur ἐπισχόμενοι πίνειν dicti esse, qui inter epulas et compotationes pocula ori admoverent diutius largio-

ἐξέπιε. καὶ ἡμῶν οἱ πολλοὶ τέως μὲν ἐπιεικῶς οἷοί τε ἦσαν κατέχειν τὸ μὴ δακρύειν, ὡς δὲ εἴδομεν πίνοντά τε καὶ πεπωκότα, οὐκέτι, ἀλλ' ἐμοῦ γε βίᾳ καὶ αὐτοῦ ἀστακτὶ ἐχώρει τὰ δάκρυα, ὥστε ἐγκαλυψάμενος ἀπέκλαον ἐμαυτόν· οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνόν γε, ἀλλὰ τὴν ἐμαυτοῦ τύ- D *χην, οἵου ἀνδρὸς ἑταίρου ἐστερημένος εἴην. ὁ δὲ Κρίτων ἔτι πρότερος ἐμοῦ, ἐπειδὴ οὐχ οἷός τ' ἦν κατέχειν τὰ δάκρυα, ἐξανέστη. Ἀπολλόδωρος δὲ καὶ ἐν τῷ ἔμπροσθεν χρόνῳ οὐδὲν ἐπαύετο δακρύων, καὶ δὴ καὶ τότε ἀναβρυχησάμενος κλάων καὶ ἀγανακτῶν οὐδένα ὅντινα οὐ κατέκλασε τῶν παρόντων, πλήν γε αὐτοῦ Σωκράτους.*

C. *ἀλλ' ἐμοῦ γε βίᾳ καὶ αὐτοῦ ἀστακτί*] *καὶ αὐτοῦ βίᾳ* Ambr. *αὐτοῦ βίᾳ ἀστ.* omisso *καί* Ven. Ξ Vind. ΤΦ. *ἐμοῦ γε αὐτοῦ βίᾳ καὶ ἀστ.* Aug. Vind. 1 Zitt. Ven. Π cum Bas. 2 *ἀλλ' ἐμοῦ γε καὶ αὐτοῦ ἀστακτὶ καὶ βίᾳ* Coisl. Vat. Par. G. Ceterum Bodl. et Ven. Π *ἀστακτεί.*

ἀπέκλαον] V. *ἀπέκλαιον.* Coisl. *ἐπέκλαιον.* Par. G *ἀπέκλαον*, quod Bekker. restituit. v. ann. sq.

D. *κλάων*] V. *κλαίων* contra Atticismum; mutavit Bekker. v. ad p. 115 E.

κατέκλασε] Sic Coisl. Vat. Ven. ΞΠcd Vind. Υ Par. CGHI Ambr. Flor. b d m et corr. Bodl. Ven. ΛΠ. Vulgo *κατέκλαυσε.*

re haustu bibentes. Quod egregie nunc de Socrate narratur, qui poculum venenatum fortis potatoris instar admodum firmiter ori adhibuerit et admirabili facilitate atque comitate vacuefecerit sorbitione cicutae non interrupta. Lucian. Tox. 37 *ἅμα ἀμφότεροι ἐπισχόμενοι πίνωμεν.* Apoll. Rhod. I. 472 *ἦ καὶ ἐπισχόμενος πλέον δέπας ἀμφοτέρῃσι πῖνε.* Stesichor. ap. Athen. XI. p. 499 B *σκύπφειον δὲ λαβὼν πῖεν ἐπισχόμενος.* C. F. Hermannus Ges. Abh. u. Beitr. p. 89 hac interpretatione repudiata verba sic explicat: „den Athem an sich haltend", also „in einem Zuge." Quod nobis non placet. Nam primum quidem *ἐπίσχεσθαι* de repressione spiritus nusquam dictum reperias. Deinde *ἐπέχειν* de adhibendo potu est etiam Arist. Nubb. 1382 *εἰ μέν γε βρῦν εἴποις, ἐγὼ γνοὺς ἂν πιεῖν ἐπέσχον.* Ex quo perspicuum fit, quo sensu *ἐπισχόμενος* accipi oporteat. Denique nec *καί* ante *μάλα* officit nostrae interpretationi, siquidem *καὶ μάλα* ita dicitur, ut *καί* vi augendi polleat, et cum *εὐχερῶς καὶ εὐκόλως* cohaeret. Sophist. p. 240 C *κινδυνεύει — καὶ μάλα ἄτοπον.* Ibid. *Ὁρῶ καὶ μάλα.* Aesch. c. Ctesiph. 11 *καὶ μάλα καλῶς.* al.

κατέχειν τὸ μὴ δακρ.] vix nobis temperare poteramus, quo minus lacrimaremur. Soph. Phil. 349 *οὐ πολὺν χρόνον μ' ἐπέσχον μή με ναυστολεῖν ταχύ.* v. Hermann. ad Viger. p. 810 sq. Proxima sic interpreteris: sed mihi et ipsi invito guttatim manabant lacrimae.

ἐγκαλυψάμενος] os pallio meo obvolvens. v. Dorvill. ad Charit. p. 274.

οἵου ἀνδρός] i. e. *ὅτι τοιούτου.* v. ad Criton. p. 43 B.

D. *κατέκλασε*] Quam codices optimi confirmant lectionem *κατέκλασε* a Stephano pro vulg. *κατέκλαυσε* de coniectura restitutam, eandem adiuvat etiam loquendi consuetudo neque recte negavit Wyt-

ἐκεῖνος δέ, Οἷα, ἔφη, ποιεῖτε, ὦ θαυμάσιοι. ἐγὼ μέντοι οὐχ ἥκιστα τούτου ἕνεκα τὰς γυναῖκας ἀπέπεμψα, ἵνα μὴ τοιαῦτα πλημμελοῖεν· καὶ γὰρ ἀκήκοα, ὅτι ἐν εὐφημίᾳ χρὴ τελευτᾶν. ἀλλ' ἡσυχίαν τε ἄγετε καὶ καρτερεῖτε. E
Καὶ ἡμεῖς ἀκούσαντες ᾐσχύνθημέν τε καὶ ἐπέσχομεν τοῦ δακρύειν, ὁ δὲ περιελθών, ἐπειδή οἱ βαρύνεσθαι ἔφη τὰ σκέλη, κατεκλίθη ὕπτιος· οὕτω γὰρ ἐκέλευεν ὁ ἄνθρωπος. καὶ ἅμα ἐφαπτόμενος αὐτοῦ οὗτος ὁ δοὺς τὸ φάρμακον, διαλιπὼν χρόνον, ἐπεσκόπει τοὺς πόδας καὶ τὰ σκέλη, κἄπειτα σφόδρα πιέσας αὐτοῦ τὸν πόδα ἤρετο, εἰ αἰσθάνοιτο· ὁ δ' οὐκ ἔφη. καὶ μετὰ τοῦτο αὖθις τὰς 118
κνήμας· καὶ ἐπανιὼν οὕτως ἡμῖν ἐπεδείκνυτο, ὅτι ψύ-

E. *ἐκέλευεν*] Imperfectum debemus Bodl. Coisl. Ven. *ΑΠΞ* Vind. *ΤΦ* Par. CGHIL Flor. d i m Zitt. Ante Bekkerum *ἐκέλευσεν* legebatur.

tenbach. *κατακλᾶν* ita simpliciter usurpari. Prorsus sic positum est *ἐπικλᾶν* Plut. Pericl. 37 *ἡ παροῦσα δυστυχία τῷ Περικλεῖ περὶ τὸν οἶκον, ὡς δίκην τινὰ δεδωκότι τῆς ὑπεροψίας καὶ τῆς μεγαλαυχίας ἐκείνης, ἐπέκλασε τοὺς Ἀθηναίους.* Demosth. 22 *ὁρῶντες ἐπικλῶντα πολλοὺς καὶ ἀποθηλύνοντα τὸν Αἰσχίνην τῷ λόγῳ τούτῳ πρὸς οἶκτον*, atque *κατακλᾶν* Achill. Tat. III. 10 *λῃστὴν μὲν καὶ Ἕλληνα καὶ φωνὴ κατέκλασε καὶ δέησις ἐμάλαξεν*, ubi v. Iacobs. et in Addit. ad Athen. p. 277. Similiter *θραύειν ψυχήν* dixit Arist. Avv. 466. De *οὐδένα* eodem casu posito, quem in pronomine relativo verbum exigit, v. Hermann. ad Viger. p. 709. Ceterum ita: *ἀναβρυχησάμενος — ἀγανακτῶν* interpreteris: dum sublatis eiulationibus et vociferationibus plorabat et indigne ferebat. Qua participiorum coniunctione non perspecta nuper Hirschig. verba *κλάων καὶ ἀγανακτῶν* exterminari voluit. De concursu complurium participiorum v. ad Gorg. p. 464 C. 471 B. 479 D. Apol. Socr. p. 27 A. Euthyphr. p. 4 D.

οἷα ποιεῖτε] est formula mirantis et indignantis. Euthyphr. p. 15 E *οἷα ποιεῖς, ὦ ἑταῖρε, ἀπ' ἐλπίδος με καταβαλών.* Charm. p. 166 C. Alcib. I. p. 113 E.

ὅτι ἐν εὐφημίᾳ χρὴ τ.] Pythagoricum hoc placitum fuisse testatur Olympiodorus p. 171. Memorat illud Iamblich. Vit. Pythag. §. 257. coll. §. 149.

E. *οὗτος ὁ δοὺς τὸ φ.*] Haec verba Uptono ad Arrian. p. 177 et Wyttenbachio ad Plut. De ser. num. vind. p. 52 glossema esse videntur. Non assentior. Nam sermo familiaris talem verborum repetitionem cum perspicuitate coniunctam non aspernatur. Neque Plato ipse eiusmodi interpretamenta repudiat, sicuti ad Apol. Socr. p. 23 E videmur docuisse. Quid, quod istis omissis verba sic collocari oportuit: *καὶ ἅμα οὗτος ἐφαπτόμενος αὐτοῦ.*

διαλιπὼν χρ.] intermisso aliquo intervallo subinde videbat. Mox *ὀλίγον χρόνον διαλιπὼν ἐκινήθη.* Dicitur etiam simpliciter *διαλιπών.* v. Bast. Epist. crit. p. 178.

P. 118. *ἐπανιὼν οὕτως*] manu adscendens. Plin. Hist. nat. XXV. 13. *Semini et foliis* (cicutae) *refrigeratoria vis, sic et necati incipiunt algere ab extremitatibus*

χοιτό τε καὶ πήγνυτο. καὶ αὐτὸς ἥπτετο καὶ εἶπεν, ὅτι, ἐπειδὰν πρὸς τῇ καρδίᾳ γένηται αὐτῷ, τότε οἰχήσεται. ἤδη οὖν σχεδόν τι αὐτοῦ ἦν τὰ περὶ τὸ ἦτρον ψυχόμενα, καὶ ἐκκαλυψάμενος, ἐνεκεκάλυπτο γάρ, εἶπεν, ὃ δὴ τελευταῖον ἐφθέγξατο, Ὦ Κρίτων, ἔφη, τῷ Ἀσκληπιῷ ὀφείλομεν ἀλεκτρυόνα. ἀλλ' ἀπόδοτε καὶ μὴ ἀμελήσητε. Ἀλλὰ ταῦτα, ἔφη, ἔσται, ὁ Κρίτων· ἀλλ' ὅρα, εἴ τι ἄλλο λέγεις. Ταῦτα ἐρομένου αὐτοῦ οὐδὲν ἔτι ἀπεκρίνατο, ἀλλ' ὀλίγον χρόνον διαλιπὼν ἐκινήθη τε καὶ ὁ ἄνθρω-

P. 118. **πήγνυτο**] πηγνύοιτο Vind. Φ Ambr. Vind. 5 6 Ven. Π ex corr. et supra versum Bodl. In Tub. est πνίγοιτο. Post ἡμῖν Bodl. Vat. Par. C Ambr. αὐτοῖς inferciunt, quod ortum est eo, quod alii οὕτως post ἡμῖν collocant. Edidit tamen Herm. ἡμῖν αὐτοῖς.

γένηται] γένοιτο Coisl. Vat. Flor. 1, quod hic nemo amplectetur. Et in Vat. γένηται supra versum adscriptum est.

τὸ ἦτρον] Coisl. Ven. Δ Par. EGI ἦτορ.

ἔφη, ἔσται, ὁ Κρ.] Sic Coisl. Vat. Ven. ΞΠ Vind. ΥΦ Par. GI Ambr. Flor. d Zitt. Legebatur olim ἔσται, ἔφη, ὁ Κρ.

corporis. — Semine trito expressus (succus) *et sole densatus in pastillos, necat sanguinem spissando.* cf. etiam Aelian. Hist. An. IV. 23 κωνείου δ' ἄνθρωπος πιὼν κατὰ τὴν τοῦ αἵματος πῆξιν καὶ ψύξιν ἀποθνήσκει. De πήγνυτο optativo v. Buttmanni Gram. ampl. T. I. p. 519. Rost. §. 79 annot. I. 5. coll. annot. ad p. 77 B.

αὐτὸς ἥπτετο] Recte Heindorfius: „Pron. αὐτός oppositum ceteris qui aderant, quos ille tangere iusserat ἐπιδεικνύμενος ὅτι ψύχοιτό τε καὶ πήγνυτο." Perperam alii ipsum Socratem intellegunt. Illa ratione probata nec opus est coniectura Forsteri αὖθις corrigentis. De euphemismo τότε οἰχήσεται v. Bergler. ad Alciphr. I. 232. Soph. Electr. 1151. Eur. Phoen. 1744. Sic etiam ἀπέρχεσθαι, ἀπιέναι, ἀπογίγνεσθαι, de quo v. Suidas in ἀπεγένετο et ἀπογενέσθαι. cf. Pierson. Prolegg. ad Hierocl. p. 33. Et Latini quoque abire et abitio de morte. v. Pareus Lex. Lucr. in abire. Munker. ad Hygin. Fab. 109. Passerat. ad Propert. p. 214.

περὶ τὸ ἦτρον] Moeris: ἦτρον τὸν ὑπὸ τὸν ὀμφαλὸν τόπον Ἀττικῶς· ὑπογάστριον Ἑλληνικῶς. Timaeus: ἦτρον· ὁ μεταξὺ ὀμφαλοῦ τε καὶ αἰδοίου τόπος.

ἐνεκεκάλυπτο γάρ] ritu morientium. v. Xen. Cyr. VIII. 7, 28. Liv. IV. 12. VIII. 9, ubi Decii mors narratur. Suet. Caesar. c. 82.

τῷ Ἀσκλ. ὀφ.] Egregie haec! Solebant enim aegroti recuperata valetudine Aesculapio immolare gallum. Itaque Socrates indicare his verbis voluit se nunc demum solutis corporis vinculis veram salutem esse consecuturum. v. Havercamp. ad Tertullian. Apolog. p. 46. p. 380 sq.

εἴ τι ἄλλο λέγεις] si quid praeterea habeas, quod mihi mandes.

τὰ ὄμματα ἔστησεν] oculos fixerat, oculi eius obriguerant. v. Dorvill. ad Charit. p. 404.

ξυνέλαβε τ. στ.] compressit s. composuit os. Quod quidem maxime a propinquis et cognatis mortuorum factum esse constat, hic a Critone Socratis amico an-

πος ἐξεκάλυψεν αὐτόν, καὶ ὃς τὰ ὄμματα ἔστησεν· ἰδὼν δὲ ὁ Κρίτων ξυνέλαβε τὸ στόμα τε καὶ τοὺς ὀφθαλμούς.

Cap. LXVII. Ἥδε ἡ τελευτή, ὦ Ἐχέκρατες, τοῦ ἑταίρου ἡμῖν ἐγένετο, ἀνδρός, ὡς ἡμεῖς φαῖμεν ἄν, τῶν τότε,

Cap. LXVII. τῶν τότε] Desunt haec in Coisl. Idem deinde cum Vind. Φ φρονιμωτάτου τε καὶ δικ.

tiquissimo ac fidelissimo peractum esse narratur. Rem omnem docte dilucidarunt Kirchmann. De funeribus I. 6. p. 45 et Casaubon. ad Suet. Octav. 99.

Cap. LXVII. τῶν τότε, ὧν ἐπειράθημεν, ἀρίστου, καὶ ἄλλως φρ.] Hirschigius clausulam dialogi fuisse putat hanc: ἥδ' ἡ τελευτὴ — ἡμῖν ἐγένετο ceteris omnibus abiectis et funditus deletis. Nimirum ita vir doctus effecisse sibi videtur eandem illius simplicitatem, quae est propria Xenophontei Symposii, cuius ultima verba haec sunt: αὕτη τοῦ τότε συμποσίου ἡ κατάλυσις ἐγένετο. Sed quis est quin videat in symposii descriptione nullum amplius opus fuisse praeconium; aliter autem rem se habere, ubi narratum est de morte Socratis? Et quis sibi persuadeat postrema haec Phaedonis verba de nihilo orta esse, praesertim cum in omnibus libris constantissime servata sint? Nec vero quidquam in ipsis verbis deprehendas, quod adulterinam eorum originem arguat. Nam quod H. arbitratur istud ὡς ἡμεῖς φαῖμεν ἄν alienum esse ab usu loquendi, quandoquidem nec Phaedo alibi numero plurali utatur nec optativus locum suum recte teneat, quippe qui probabilia tantum indicet, neutrum nos movet, ut de scripturae sinceritate cum ipso dubitemus. Nam pluralem numerum ubi respicimus, loquitur Phaedo suorum familiarium omnium nomine graviter etiam ἡμεῖς addens. Optativum autem constat per Atticam urbanitatem etiam in certarum rerum asseveratione et confirmatione usurpari. Itaque istam quidem criticam damnatoriam mittamus. Exploremus potius, quomodo verba tractanda sint subtilius. Haeserunt vero in illis etiam summi viri, Dan. Wyttenbachius et L. F. Heindorfius. Nam ille quidem scribendum censet: τῶν πώποτε, hic autem totum locum sic refingit: ἀνδρός, ὡς ἡμεῖς φαῖμεν ἄν, πάντων, τότε ὡς ἐπειράθημεν, ἀρίστου καὶ ἄλλως φρονιμωτάτου collatis illis p. 116 C σὲ δ' ἐγὼ καὶ ἄλλως ἔγνωκα ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ γενναιότατον — καὶ δὴ νῦν καὶ εὖ οἶδ' ὅτι οὐκ ἐμοὶ χαλεπανεῖς. Quibus tamen mutationibus vereor, ut opus sit, dummodo omnia recte fuerint intellecta. Videtur autem sententia haec esse: viri nostro iudicio aequalium, quos quidem usu cognovimus, praestantissimi et aliter quoque (si ab aequalibus discesserimus nobis cognitis) sapientissimi et iustissimi. Etenim τῶν τότε sollemnis est formula in eiusmodi praeconiis. Her. I. 23 Ἀρίονα — κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον. Plat. Epist. VII. p. 324 E Σωκράτη — οὐκ ἂν αἰσχυνοίμην εἰπὼν δικαιότατον εἶναι τῶν τότε (den gerechtesten Mann seiner Zeit). Symp. p. 173 B ἐραστὴς ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τότε. Xen. Anab. II. 2, 20 κήρυκα ἄριστον τῶν τότε. Apte vero hic positum τότε, quod etiam de tempore non longe praeterito usurpari constat. v. ad Politic. p. 263 E. Phileb. p. 114 ed. Lips. 1820. Brunck. ad Arist. Lysistr. 1023. Nec vero ὧν ἐπειράθημεν quomodo accipiendum sit dubium videri potest. Xen. Anab. I. 9, 1 ὡς παρὰ πάντων ὁμολογεῖται τῶν Κύρου δοκούντων ἐν πείρᾳ γενέσθαι. Ibid. II. 6, 1 Κλέαρχος, ὁμολογου-

ὧν ἐπειράθημεν, ἀρίστου, καὶ ἄλλως φρονιμωτάτου καὶ δικαιοτάτου.

μένως ἐκ πάντων τῶν ἐμπείρως αὐτοῦ ἐχόντων δόξας γενέσθαι ἀνὴρ καὶ πολεμικὸς κ. τ. λ. Denique *καὶ ἄλλως* Hesychius s.v. *καὶ ἄλλως* recte interpretatur: *καὶ ἄνευ τούτων*, h. e. si ab his discesserimus, auch sonst, auch ohnehin. v. Legg. VI. p. 781 A. Itaque *καὶ ἄλλως φρ. κ. δ.* est: et aliter quoque, nec tantum inter ipsius aequales, quos nos novimus, sapientissimi et iustissimi. Egregia vero laus, unde facile intellegetur expressam in illo exstitisse veri sapientis imaginem.

PLATONIS

SYMPOSIUM.

RECENSUIT,

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS INSTRUXIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

EDITIO TERTIA MULTIS PARTIBUS AUCTIOR
ET EMENDATIOR.

GOTHÆ,
SUMTIBUS BERNH. HENNINGS.
MDCCCLII.

PROLEGOMENA

AD

SYMPOSIUM.

Symposium Platonis habendum esse in praestantissimis veteris eloquentiae et philosophiae quae aetatem tulerunt monumentis una est et consentiens vox hominum eruditissimorum. Nec profecto iniuria. Nam sive spectamus orationis elegantiam ac venustatem in eo enitentem, nemo certe erit, quin plurimum voluptatis percipiat ex facilitate, perspicuitate, urbanitate, festivitate, ironia denique illa, quae per totum librum regnat et per omnes eius partes ita diffusa est, ut in summa rerum varietate nihil ineptum sit, nihil frigidum, omnia habeant nativam quandam veneris atque gratiae delectationem; sive consideramus rerum in eo tractatarum delectum, ordinem atque expositionem, quid tandem suavius aut iucundius fingi potest personarum colloquentium actionisque varietate illa ac dispositione, quae tantam in hoc libro habet verisimilitudinem, ut non solum loquentium ingenia et mores ad ipsam vitae veritatem expressi videantur, sed etiam ea, quae dicuntur atque aguntur, tam eleganti iudicio inter se nexa sint et copulata, ut inter legendum tibi videaris comico alicui dramati interesse? sive denique argumenti, de quo disseritur, gravitatem atque dignitatem respicimus, quis est, quin eam maximam esse fateatur, quandoquidem disputatur de amore atque pulcro, cui Platonem do-

cuisse constat arctissimam cum vero atque bono intercedere necessitudinem? Sed quemadmodum de operis praestantia et virtutibus consentiunt omnes, qui quidem aliquo pulcri venustique sensu pollent, ita de argumento eius atque proposito hominum doctorum sententiae vehementer inter se discrepant. Quorum varia ac diversa iudicia quoniam partim infra loco opportuniore referentur, partim nuper exposita sunt a Susemihlio in Philologo Schneidewini Vol. VI. Fasc. II. p. 177 sqq., nolumus hic de mira ista ac prope incredibili opinionum dissensione explicare copiosius. Propositum enim nunc id unum est, ut ante omnia nostram ipsorum de re maxime controversa sententiam patefaciamus. Quod quidem ita facere animum induximus, ut primum summam dialogi paucis referamus, deinde vero de scripti fine et consilio exponamus. Quo facto etiam de aliis quibusdam rebus admonebimus ad eius rationes aestimandas et iudicandas, ut speramus, haud inutilibus futuris. Et in argumento quidem libri enarrando ducem sequemur Wyttenbachium, qui Bibl. Crit. Vol. I. P. I. p. 35 sqq. libri materiam eleganter in brevius contraxit, hoc tamen adhibito temperamento, ut, si quid a viro egregio praetermissum sit, quod mentione dignum videatur, id eius verbis interseramus vel adiiciamus. Est igitur libri summa haec.

Ducit Apollodorus, qui familiaribus omnia haec narrasse dicitur, initium narrationis ab Aristodemo, qui Socrati, praeter consuetudinem lauto calceatoque, obviam veniens eum interrogat, unde tam elegans repente exstiterit *). Ad Agathonem, inquit Socrates, profici-

---

*) Ita Wyttenbachius, obscurius paullo atque iusto brevius. Itaque iuvabit rem dilucidius enarravisse. Est igitur initium libri hoc. Apollodorus, fidelissimus Socratis amicus atque assectator (p. 173. D. E.), dum familiaribus suis narraturus est de convivio ab Agathone, iuvene poeta tragico, propter victoriam, quam prima fabula in certamen commissa reportaverat, quondam celebrato, cui quum multi alii, tum etiam Socrates et Alcibiades interfuerint, sese fatetur ad eam rem non imparatum vel inexercitatum accedere. Nam nuper demum ita accidisse, ut, quum e Phalero in urbem proficisceretur, a Glaucone, qui de illo convivio aliquid a Phoenice, Philippi filio, comperisset, eo nomine compellatus adeoque enixis rogatus precibus sit, ut omnem rem diligentius exponeret. Illum nimirum falso putavisse, semet ipsum quoque epulis illis olim interfuisse, adeoque ignoravisse, quod tamen in vulgus notum sit, Agathonem iam dudum relictis Athenis peregre morari ideoque fieri non po-

scor, invitatus ad convivium; nam heri, quum victoriae suae tragicae festum celebraret, nolui convivarum multitudini me immiscere; quare promisi ei hodie ad coenam, atque ita me ornavi, ut elegans ad elegantem

---

fuisse, ut ipse tum cum Socrate congrederetur, quippe cuius familiaritate nondum per integrum biennium utatur. Ex quo clarissime intelligitur Glauconem istum rerum tum Athenis gestarum minus fuisse curiosum. Atque idem videtur etiam a philosophia fuisse alienior, quandoquidem Apollodorus ei iocose vertit opprobrio, quod omnia alia malit quam philosophiae studium curare; de qua re v. p. 173. A. Addit deinde Apollodorus Agathonis convivium in ea incidisse tempora, quibus ipse adhuc fuerit puerulus, quandoquidem illud celebratum sit, quum Agatho prima tragoedia in certamen commissa victoriae praemium reportaverit. Ex quibus verbis apparet, quando convivium, de quo narratur, revera fuerit institutum, quippe quum memoriae prodiderit Athenaeus Lib. V. p. 217. C. ed. Casaub. et incertus Olympiadum scriptor ad Olymp. XC. 4. Agathonem primum in tragicarum fabularum commissione archonte Euphemo Olymp. XC. 4. in Lenaeis reportasse victoriam. Ex quo profecto sequitur, ut eodem tempore habitum sit convivium, de quo Plato in libro cognomine exposuit. Quamquam fidem Athenaei suspiciosior aliquis facile ideo in dubitationem vocaverit, quod grammaticus iste saeculi tertii post Chr. n. definire adeo ausus est, quot numero convivae epulis illis interfuerint. Putat enim affuisse convivas duodetriginta. At enim vero confisus ille hac re videtur auctoribus, qui usi essent fontibus antiquioribus. Accedit etiam consensio alterius chronologi, qui certe sua non videtur ex uno Athenaeo hausisse. Itaque in ea sumus sententia, ut Athenaei testimonio cum Fr. A. Wolfio aliisque confidendum esse arbitremur, praesertim quum illo tempore etiam omnes, qui convivio interfuisse finguntur, ne Alcibiade quidem excepto, Athenis versari potuerint. Iam vero tempus habiti colloquii facile apparet distinguendum esse ab eo tempore, quo Apollodorus de illo narravit familiaribus. Et hoc quidem ille sese affirmat fecisse bis, quandoquidem primum rem exposuerit Glauconi, paullo post autem eandem narraverit iis, qui apud Platonem ipsum audiunt verba facientem. Quod quando factum sit, item certius definiri potest. Meminit enim Apollodorus apud Platonem Socratis ita, ut hunc appareat tum adhuc in vivis fuisse. Nam cap. V. haec dicit: ἀφ' οὗ δ' ἐγὼ — Σωκράτει συνδιατρίβω, οὐδέπω τρία ἔτη ἐστίν. Ex quo sequitur, ut narratio hominis ante Olymp. XCV. 1. facta esse putanda sit, quo anno Socratem supplicio affectum esse constat. Itaque clarissime intelligitur Apollodorum quae narret intra Olymp. XC. 4. et Olymp. XCV. 1. retulisse putari oportere. Sed potest tempus narrationis etiam aliquanto constitui accuratius. Nam quum Apollodorus apud Platonem p. 173. A. sese fateatur, quo tempore Agathonis convivium celebratum sit, adhuc fuisse puerulum, sponte intelligitur eum postea demum, aliquanto factum adultiorem, rem cum familiaribus communicavisse, ut non multum falli videamur, si eum statuamus non ita multo

venirem; sed vin' tu mecum, quanquam non invitatus, ad eius coenam venire? Ego vero, inquit, ut tibi videtur. Igitur simul procedunt. Sed quum intraret aedes Aristodemus, solum se videt relictum; Socrates nusquam apparet; substiterat enim in via, qui eius erat mos, cogitationi intentus. Postea venit et ad Agathonem considit. Convivae coena peracta libant, paeanem canunt, ad potum se conferunt *).

Ibi Pausanias [interior ille scilicet Agathonis amicus; v. Symp. p. 193. B. coll. Protag. 315. D. E. Xen. Symp. VIII. 30.] eiusmodi sermonis initium iniecit, quo convivas moneret, ut viderent, qua ratione suavissime biberent: ego enim, inquit, potius ex hesterno potu requiem quam nova pocula quaero. Hoc consilium reliqui probant; convenit inter eos, ut doctis potius sermonibus quam vino peragatur convivium. Suscipit sermonem

---

ante obitum Socratis haec exposuisse. Atque hoc etiam ex eo fit verisimillimum, quod Agatho poeta ab eo dicitur nunc ipsum peregre versari, quem certum est Olymp. XCII. 3., quo anno Aristophanis Thesmophoriazusae acta est, usque Athenis commoratum esse. Iam vero Agatho Olymp. XCIV. extrema diem supremum obiit, id quod Ritschelius De Vita Agathonis argumentis probabilibus demonstravit. Itaque consentaneum est narrationem Apollodori in tempus inter Olymp. XCII. 3. et Olymp. XCIV. 4. interiectum incidisse. Quamquam eam propter illam quam paullo ante attulimus caussam verisimillimum est ad Olympiadis XCIV. exitum referendam esse. Scite igitur atque sollerter Plato rei narrationem in illud contulit tempus, quo Socrati vel maxime odium et invidia inde fuit conflata, quod quum alios iuvenes, tum inprimis Alcibiadem consuetudine sua corrupisset. Cuius rei ratio cognito demum planeque intellecto universi libri argumento penitus perspicietur. Atque indidem etiam intelligi poterit, cur ipsum convivium iam ante multum tempus habitum fingatur. Sed revertamur aliquando rursus ad ipsum Symposii exordium. Narrat igitur Apollodorus sese etiam illud a Glaucone interrogatum esse, unde rem accepisset. Cui se respondisse, notitiam illius acceptam referri Aristodemo; hunc enim illam sibi impertire potuisse utpote hominem Socratis studiosissimum (p. 173. B.), partem tamen narrationis etiam ipsi Socrati deberi a se de his rebus identidem interrogato. Quae quorsum spectent, nemini cuiquam dubium fore putamus. Valent enim ad augendam confirmandamque rerum verisimilitudinem, efficiuntque, ut credibiliora videantur tum reliqua omnia, tum inprimis ea, quae infra de Socrate et Alcibiade narrantur. Itaque Apollodorus sese ait de his rebus convivalibus ab Aristodemo acceptis iam tanto lubentius expositurum esse, quod nuper demum Glauconi de iisdem narraverit, atque eas ita narrat, ut omnia ad Aristodemum auctorem referat.

*) usque ad p. 176. A.

Eryximachus medicus, eumque rationibus ex arte sua depromtis confirmat, atque auctor [de sententia Phaedri] est reliquis, ut singuli deinceps oratione laudes Amoris celebrent. Dimittitur tibicina*).

Primus de Amore dicit Phaedrus [utpote primarius consilii auctor], eumque Hesiodo Parmenideque auctoribus deorum omnium antiquissimum esse ostendit, et multis ex veteri historia propositis exemplis probat eius divinam esse vim ad hominum animos ad omnem virtutem incitandos**) [quandoquidem amantium animis ingeneret honestam verecundiam, praestantissimarum virtutum parentem].

Secundus [post alios scilicet, quorum orationes Aristodemus transmisit silentio] est Pausanias, vir in primis ἐρωτικὸς et amator Agathonis. Hic reprehendit Phaedrum, quod simpliciter laudaverit Amorem, ac si unicus tantum esset Amor. Verum, inquit, ut duplex est Venus, altera coelestis, altera vulgaris, ita duplex est Amor, alter coelestis, vulgaris alter. Atque natura etiam humanarum actionum talis est, ut nulla in se ipsa sit vel turpis vel honesta. — Sed Athenienses et Lacedaemonii reliquas gentes quum aliarum legum sapientia vincunt, tum earum maxime, quae de Amore sunt. Nam apud Persas et Graecos, qui horum imperio subiecti sunt, turpis habetur puerorum amor, quod tyrannidi maxime est infestus. Apud Boeotos et Eleos contra impunita eius est licentia. Apud nos vero et Lacedaemonios leges eum nec permittunt simpliciter nec vetant, sed cautionibus et certa ratione circumscribunt. Itaque Amor, si ex mentis pulcritudine et virtutis studio suscipitur, laudatur; si vero ad corporis formam refertur, magna et amatoris et amati ignominia a legibus notatur***).

Proximus ei est Aristophanes; sed dicendi provincia, quae ordine ad eum venerat, quominus fungatur, prohibetur singultu, ex nimio cibo potuque vel alia caussa orto. Itaque ad proximum se convertit Eryximachum medicum, ab eoque postulat, ut vel a singultu ipsum liberet vel pro se dicendi provinciam suscipiat. Ego vero, inquit Eryximachus, utrumque faciam: nam et

*) usque ad p. 178. A.

**) p. 178. A — 180. C.

***) p. 180. C — 185. C.

nunc ego tuo tempore dicam, tu postea meo; et auctor tibi sum, ut spiritum aliquamdiu cohibeas vel fauces aqua perluas vel nares titillando sternuas, quo singultus tibi cesset. Orationem autem eiusmodi habet Eryximachus*).

Bene quidem mihi videtur, inquit, Pausanias duo Amoris genera fecisse, sed illud in eius oratione desidero, quod imperio Amoris solas mentes humanas subiecit. Eius vero vis tam late patet, ut omnem et animorum et corporum naturam complectatur. Quod quidem quum aliunde multis partibus, tum ex nostra medica arte deprehendisse mihi videor. Nam ut animi duplici amore trahuntur, coelesti et vulgari, ita et corpora nostra duplici voluptate ducuntur, altera sana, altera morbida: illam confirmat nostra ars, hanc expellit. Medicinae enim hoc est propositum, ut rerum sanarum cupidinem corpori inferat et res contrarias in concordiam redigat, repletionem et evacuationem, calorem et frigus, siccitatem et humiditatem. Idem est finis idemque officium aliarum artium, gymnasticae, agriculturae, musicae; idem religionis et divinationis, quibus deorum hominumque communio efficitur et continetur, et inter utrumque genus iustus amor conciliatur ac servatur**).

Hic quum finem fecisset, Aristophanes repositas dicendi partes suscipit, cuius tota oratio comica est et in ridiculo consumitur [quamquam ei hoc est propositum, quod sane grave est atque plenum severitatis, ut amorem ab nativo quodam indigentiae sensu repetendum esse statuat]. Antiquitus enim, inquit, alia, ac nunc est, hominum erat natura: nam et singuli homines non simplex habebant corpus, sed geminum, ex duobus corporibus concretum, et sexus erat triplex, marum mulierumque generi addito tertio ἀνδρογύνῳ, ex ambobus commixto. Forma igitur cuiusque hominis erat ista, ut duobus corporibus coniunctis dorsa extra verterentur, unum esset caput, eiusque vultus aversi duo; motus talis, ut non currerent, sed quattuor pedibus brachiisque volutarent se mira velocitate. Sed quum pro corporum robore magnos elatosque spiritus gererent, deosque ipsos aggrederentur, Iuppiter deorum concilium convocat, quaerit, quid agendum sit, utrum exstirpandi sint homines,

*) p. 185. C — E.

**) p. 186. A — 188. E.

an alia ratione puniendi et coercendi. Diis trepidantibus dubiisque, optima tandem sententia ipsi Iovi in mentem venit; dissecat homines singulos in duo corpora, quae formanda sanandaque Apollini tradit. Hic pellem, ut contractas crumenas, in ventrem colligat ad umbilicum, vultum etiam in hanc partem vertit, ut semper huius poenae monumentum in promtu haberent. Sed dissectis ita hominibus, quilibet alteram sui partem quaerebat, et complexi se invicem, aliarum omnium rerum obliti, neglectoque cibo et potu, passim emoriebantur. Et huic quoque calamitati Iuppiter subvenit; nam versis uniuscuiusque genitalibus membris in adversam partem effecit, ut non impliciti manerent, sed coitu semel facto satiati discederent ad reliqua vitae negotia. Verum remansit in hominum mentibus recuperandae veteris naturae stimulus, quo quisque agitur, ut vetus sui dimidium quaerat; quo invento verus exsistit amor, et ita vehemens, ut nullius, nec ipsius deorum, felicitatis conditione nos avelli ac dissociari patiamur, sed potius, si fieri possit, conglutinari et ex duobus in unum animum corpusque colliquescere velimus. Itaque ut quisque olim vel ex uno sexu vel ex duobus compositum habuit corpus, ita se nunc quoque ad alterius sexus hominem applicat exsistitque varium studium, moechorum moecharumque ex androgynis, tribadum ex mulieribus, paederastarum ex viris *).

Sequitur Agatho, qui in priorum orationibus acute id reprehendit, quod in operibus amoris, non in amore ipso consumtae essent. Itaque facultate poetica ipsius imaginem amoris informat. Non enim, inquit, ut Parmenides Hesiodusque cecinerunt, antiquissimus est deorum, sed iuvenis, mollis, tener, floridus, pravitatis deformitatisque inimicus, fortior omni vi atque potentia, deorum hominumque gubernator, ad omnes artes disciplinasque certissimus dux [adeoque singulari iustitia, temperantia, fortitudine, sapientia denique insignis, ut merito natura sua et pulcerrimus et optimus esse existimetur]. Atque hac oratione ita exsultavit iuvenis ingenium, ut omnes convivae eadem mentis concitatione abrepti plauderent et uno ore clamarent dignam eum et se ipso et deo habuisse orationem **).

---

*) p. 189. A — 193. D.

**) p. 193. E — 197. E.

Iam vices veniunt ad Socratem. Hic reliquorum orationes, quae nec ex firmo principio ductae nec ad certam rationem adstrictae erant, revocat ad dialecticum acumen, et solita εἰρωνείᾳ orditur. Video, inquit, quam stulte egerim, o viri, quum profiterer me quoque inter vos laudes Amoris celebraturum. Nam et Agathonis magniloquentia ita modo perculsus sum, ut, si fieri potuisset, aufugissem, quod post eum nihil dignum vestris auribus allaturum me sperarem, et ex aliorum orationibus intellexi me totius rationis laudandi esse ignarum. Hactenus enim in eo versatus sum errore, ut putarem laudatorem vera tantum debere expromere ex iisque pulcerrima eligere eleganterque pronuntiare; nunc vero cognovi laudando omnem bene dicendi, veritatis nullam habendam esse rationem. Sed si me vultis meo more dicentem audire, dicam, ut potero. Hoc vero a te, Phaedre, qui huius sermonis auctor es et praeses, peto, ut mihi Agathonem breviter quaedam interrogare liceat, ut, quum de principiis inter nos convenerit, totam inde meam disputationem ducam. Tuo quidem arbitratu, o Socrates, inquit Phaedrus. Atqui, mi Agatho, quum bene dispertiisti orationem tuam bifariam, ut primum diceres, qualis sit ipse Amor, deinde qualia eius sint opera, tum eam verbis ac sententiis magnifice exornasti. Tu igitur hoc mihi dicas, Amor sitne alicuius rei, an nullius. Hoc autem volo: quum omnes res vel per se ipsae intelligantur, vel ad alias referantur, ex quarum genere sit Amor? ut patrem v. c. dicimus esse filii vel filiae: et frater est ob eam caussam frater, quod fratrem vel sororem habet. Est Amor alicuius rei, o Socrates. Eam vero rem utrum cupit, necne? Cupit. Quod vero cupimus, illudne habemus, an non habemus? Non habemus, ut videtur. Ita non videri tantum, sed esse necesse est: nam quod quis possidet, illud non cupit; et si v. c. sanitatem corporis possideat, ea quidem ut in posterum perpetuo fruatur, potest cupere, nunc in praesentia non cupit, sed, sive velit sive nolit, eam possidet: Amorem vero esse pulcritudinis tu ipse, Agatho, oratione tua dixisti. Et recte quidem, o Socrates; nam ita se res habet. Sed Amor cum cupiat pulcritudinem, necesse est, eam non habeat? Ita sit. Pulcrum vero an non idem quoque bonum est? Est ita. Caret igitur pulcro bonoque Amor? Non contra te possum disputare, Socrates, sed ita se

res habeat, ut tu dicis. Contra veritatem non potes disputare, mi Agatho; nam contra Socratem quidem tibi facile est *).

Sed te iam dimittam et potius sermonem referam Diotimae, quo me, cum Amorem, ut tu, praedicarem et deorum maximum vocarem, redarguit. Neque enim Amor, ut aiebat Diotima, est pulcer et bonus, neque etiam turpis et malus, sed in medio quasi collocatus, ut inter scientiam et ignorationem interiecta est vera opinio, et inter sapientes et ignorantes est philosophus. Neque deus est, nam eorum est beatitudo, eaque posita est in possessione boni pulcrique, quae Amor, quia non habet, cupit; neque tamen homo est, sed ex daemonum est genere, quorum hoc est munus, ut nuntii interpretesque deorum sint apud homines, et repleto hoc spatio totum universum uno vinculo contineant. Inde omnis divinatio atque religio pendet; deus enim cum hominibus non ipse agit, nisi intercedente daemonum ministerio. Patre autem natus est Poro, matre Penia: unde factum, ut a matris indole haberet squalorem, duritiem, vigiliam ad ianuas, a patre audaciam, dolum, ingenium efficax. Sed in hominibus qui dicitur Amor, est ille omnino cupiditas beatitudinis omnibus innata. Quanquam Amoris nomen loquendi consuetudo temere ab universo genere avellit et ad unam formam adstrinxit: quod in aliis quoque rebus factum est; veluti poeta quum proprie sit omnis ille, qui efficit, tamen nomen adhaesit parvae parti ei, quae in metris et musica efficiendis versatur. Sic Amoris vis in angustius spatium redigitur et continetur studio pariendi et generandi pulcrum ex pulcro, tam quod ad animum, quam ad corpus. Nam ea est hominis natura, ut, quum ad iustam aetatem pervenerit, parere gestiat. Et corpore quidem hoc efficitur viri mulierisque coitu, in quo profecto divina quaedam inest vis, ut hominum genus propagatione immortale fiat, quum singuli sint mortales. Ac propter hanc ipsam coniugii divinitatem fit, ut pulcra corpora consectemur, quae deformibus propiorem habent cum divina natura coniunctionem. Ceterum ipse procreandae subolis stimulus ex illo proficiscitur principio, quod quilibet, quantum fieri potest,

*) p. 198. A — 201. C.

suam naturam augere et ultra huius vitae spatium proferre suique memoriam superesse cupit. Sed multo est divinior praestantiorque animorum amor et coniunctio, quo sapientia et reliquae virtutes [ad vitam civilem utiles] pariuntur, maxime a poetis et legislatoribus: qua quidem amatoria arte tu quoque aliquando initiari possis. Sed ad perfectam et supremam mysteriorum sanctitatem eniti difficile est. Quanquam quibus gradibus eo perveniatur, tibi exponam. Primus est naturae motus, qui nos ad corporum pulcritudinem sentiendam impellit et ad unum corpus applicat, ex quo virtutem et bonorum sermonum fructum procreare cupiamus. Mox uno gradu ascendimus, quum hunc amorem non amplius ad unum quoddam adstringimus, sed pulcris omnibus aeque tribuimus. Altior gradus est, quum iam solam animi pulcritudinem consectamur prae eaque corporis florem contemnimus: unde fit, ut studia, leges moresque eos cognoscere velimus, quibus iis, quos amamus, via ad sapientiam virtutemque aperiatur. Alius est gradus, quo scientiae et philosophiae venustatem percipimus et a singularium ad universalium rerum pulcritudinem convertimur. Hic si probe nos exercuerimus, lux nobis oborietur pulcritudinis verae, constantis, immutabilis, aeternae, simplicis et remotae ab omni corporea natura. Quo adspectu ut fruamur, operae pretium est omnes subire labores *).

Haec quum dixisset Socrates, aulae porta vehementer pulsatur, auditur tibicinae vox et comissatorum clamor. Iubet servos Agatho cognoscere, qui homines adsint, et si sint familiares, eos admittant, sin minus, ablegent. Ingruit derepente Alcibiades, ebrius, coronatus, turbat convivium: dicit se venisse, ut coronet Agathonem: assidet ad eum, neque tamen ei proximum Socratem conspicit. Quo animadverso, exterritus resilit, eum increpat, mox tamen coronat. Turbis paullum sopitis, Nimis, inquit, sobrii estis, amici, ac tristes: bibendum! affer, puer, magnam phialam. Reprehendit eum Eryximachus monetque ea lege eos bibere, ut singuli ad poculum laudes Amoris oratione celebrent. Alcibiades accipit conditionem dicendi, neque tamen de alio, vel homine vel deo, quam de Socrate dicere vult.

---

*) p. 201. D — 212. C.

Hunc igitur ita laudat, ut in ebrietate nil nisi verum pronuntiare eum appareat *).

Describit faciem eius et vultum, quem cum Silenis comparat. In eius ironia quanta sit sapientia et eloquentia, docet, patientiam et fortitudinem in militia laudat, immortalia de sui et aliorum iuvenum disciplina praedicat merita. Praeterea eius sanctitati in amore clarissimum dat testimonium, seque a Socrate non secus ac filium a patre amatum esse affirmat **).

Sodalibus eius oratione exhilaratis, mox alii superveniunt comissatores, turbis repletur convivium, potatur, reliqui paullatim vel domum discedunt vel ibi manentes somno sopiuntur. Agatho, Socrates et Aristophanes soli longam noctem usque ad solis ortum bibendo transigunt. Socrates disputat de poetica et demonstrat eiusdem esse poetae officium et tragoediam et comoediam scribere. Illi semisomni eum audiunt et tandem obdormiunt, primus Aristophanes, secundus Agatho. Socrates lautus cum Aristodemo in Lyceum se confert ibique toto die peracto sero domum abit dormitum ***).

Hoc igitur est libri argumentum leviter adumbratum, circumcisis multis venustatibus, quibus dialogus ad similitudinem vitae quotidianae et ipsius rerum veritatis conformatus est.

Sequitur, ut quaerendum sit de universi operis fine ac proposito, de quo usque ad hunc diem hominum doctorum iudicia vehementer discrepare iam antea significavimus. De qua re paucis haec iuvabit exposuisse.

Contuentes igitur animo ac veluti lustrantes eas orationes omnes, quas Plato de amore habitas fingit, nullam certe reperiemus, quae vel subtilius elaborata sit vel ipsius Platonis sententiam clarius patefaciat, quam quae a Socrate recitatur. Quocirca ex ea maxime probabile est illud cognosci posse et intelligi, quod scriptori in scribendo Symposio fuerit propositum. Hinc igitur

*) p. 212. C — 215. A.

**) p. 215. A — 222. A.

***) p. 222. B — 223. D.

ducentibus nobis quaestionis nostrae exordium sperare sane licet futurum esse, ut rei obscurae lux sua affundatur.

Quid igitur illud est, quod hac oratione a Socrate vel potius ab ipso Platone illustratur? Nimirum nihil aliud profecto hic agitur, quam ut ostendatur, quaenam vis et natura sit amoris philosophi et quomodo ad eum perveniatur. Nam primum quidem Socrates amoris naturam docet eam esse, quae semper ad aliud quid referatur, atque cerni in desiderio pulcri quum proprio animo suscipiendi, tum in aliorum animis procreandi. Quo facto panduntur quasi amoris mysteria ac docetur, qua ratione paullatim ad summum illius fastigium escendatur.

Etenim philosophia quum Platonis iudicio contineatur infinita quadam veritatis cognoscendae cupiditate atque studio sapientiae, philosophus a vulgaris amoris affectu considerando profectus eum mente informavit amorem, qui a rerum sub sensus subiectarum admiratione avocatus totus pertineret ad studium absolutae veritatis, pulcritudinis et bonitatis, qualis unice in ideis sive rebus divinis cerneretur. Quae quidem philosophandi ratio quantumvis a nostrorum consuetudine abhorreat, tamen Graecis mira accidere non potuit, apud quos si meminerimus qualis et quam late pervagatus fuerit amor masculorum, de quo post alios praeclare disputavit Iacobsius in libro: *Vermischte Schriften* P. II. p. 212 sqq., ac nosmet ipsi etiam in Prolegomenis ad Phaedrum et paucis infra explicabimus, facile intelligemus, qui fieri potuerit, ut Plato ab hoc amore profectus ad enthusiasmi philosophi imaginem adumbrandam illustrandamque accederet *). Quod ut ita facere posset, etiam ipsum nomen philosophiae effecit, in quo amoris et caritatis significatio continetur. Traduxit igitur philosophus amorem ab rerum hominumque, quos oculis cernimus, desiderio ad rerum divinarum studium, quarum speciem et formam immensa pulcri-

---

*) Praeclare Iacobsius l. c. p. 251: „*Jene Sitte enthält eben so, wie die Liebe zum andern Geschlechte, alle Elemente des Edelsten und des Nichtswürdigsten, der Tugend und des Lasters, des Besten und des Schlechtesten in sich, wie der aus dem Schoosse der Erde aufsteigende Nahrungssaft nach Beschaffenheit des Gefässes, welches ihn aufnimmt, hier eine edle Traube schwellt, dort ein verderbliches, Wahnsinn oder Tod bringendes Gift bereitet.*"

tudine nitentem multo ardentius etiam sui desiderium excitare iudicavit, quam pulcerrimam venustissimamque eorum, quos amemus, figuram, etiamsi in his quoque divinae pulcritudinis imaginem quandam elucere statuerit; v. Phaedr. p. 249. D. sq. 250. B_D. Habet igitur hic amor arctissimam sane coniunctionem cum ipsa philosophia, cuius quasi quoddam fastigium est atque culmen, siquidem hoc uno animus hominum et vera rerum cognitione imbuitur, et virtutis perfectae consummataeque incenditur amore, et per rerum divinarum contemplationem ad beatissimae tranquillitatis limpidissimaeque voluptatis fructum perducitur. Pertinet enim ad rerum coelestium meditationem atque admirationem, quae mentem a rerum sub sensus cadentium spectatione avocat avocatamque ad absolutae perfectaeque pulcritudinis contemplationem convertit, quo ipso id efficitur, ut sedata rerum terrestrium atque vanarum cupiditate unice in virtutis et sapientiae admiratione et cognitione conquiescat.

Quippe amor Platonis omnino quidem nihil aliud est quam infinitum illud animi mentisque desiderium, humano generi divinitus ingeneratum, quo homines, celsioris praesertim indolis, ad divinarum rerum veritatem, ineffabili pulcritudinis splendore radiantem, hoc est, ut nos interpretamur, animos sua ipsius maiestate atque dignitate mirum quantum oblectantem et delenientem, non modo cognoscendam atque amplexandam, sed etiam latius propagandam et cum hominibus spem sapientiae pro futuro facientibus, h. e. inprimis cum adolescentibus bonae indolis, communicandam nativo quodam impetu usque impelluntur ac veluti amatorio quodam ardore abripiuntur. Etenim quod fieri assolet in amore corporum, ut quum affectus amoris specie pulcritudinis in illis enitentis moveatur et excitetur, tum etiam generandi pariendique cupiditas exoriatur, idem philosophus vult etiam rerum divinarum amori proprium esse, quem primum quidem censet idearum pulcritudine tamquam fomite quodam accendi atque inflammari, deinde vero etiam id propositum habere, ut vim suam in animos aliorum transfundat in iisque tamquam sapientiae fetus atque partus efficiat. Quam quidem summi philosophi doctrinam magnopere cavendum est ne pro inani mentis somniantis deliramento habeamus; est enim profecto animi humani naturae plane consentanea. Et-

enim animus philosophantium, h. e. rerum ultra vitam terrestrem positarum meditationi indulgentium, ubi aliquando in se collectus est ac veluti congregatus, fieri sane ita solet, ut in ipso infinitus quidam sensus ac prope dixerim propriae naturae infinitio oriatur, unde efficitur, ut ad naturae in se absolutae planeque divinae veluti divinationem quandam atque praesensionem evehatur. Quo quidem ipsius statu atque habitu simul etiam ardor quidam accenditur amori haud absimilis, quo ad rerum divinarum atque adeo ipsius divini in se perfecti et absoluti, hoc est dei, infinitum quoddam traducitur desiderium et ad absolutae perfectaeque naturae contemplationem et admirationem ineffabili quadam cupiditate fertur et abripitur. Nimirum coeunt tum quasi in unum et inita societate animum veluti ultra semet ipsum evehunt atque extollunt, quam cum Tertulliano dicere licebit, mentis quasi quaedam sensualitas atque intellectualitas, eoque efficitur, ut interius sentiamus intercedere inter nos atque naturam mere intelligibilem ac per se absolutam arctiorem quandam necessitudinem, ita ut etiam id, quod per se verum, bonum et pulcrum est, mente animoque nostro tamquam augurari et intueri videamur planeque amplecti studeamus. Hunc igitur animi habitum, hunc illius quasi affectum Plato designavit, quum doctrinam de rerum divinarum vel idearum amore condidit; in quo certe ipsam naturam ducem atque magistram sequutus esse iis omnibus videri debebit, qui a sublimioris philosophiae studiis non sunt alieniores. Quae quidem sententia nostra quo magis intelligatur quibus caussis et rationibus nitatur, certe non inutile erit etiam Germanice explicavisse quae modo oratione Latina explicare conati sumus. Redit igitur summa eorum, quae exposuimus, fere huc: „*Der beim philosophischen Denken in sich gesenkte Geist ahnet bald ein höheres, übersinnliches Sein (Seiendes), und es verbindet sich dieses Ahnen selbst mit einem unendlichen, unbegrenzten Gefühle (oder Bewusstsein) des höhern Seelenlebens, zufolge dessen er des Verhältnisses des eigenen Seins zum höhern Sein inne wird. Dieser Zustand des Geistes tritt ein, wenn einerseits die erkennende Kraft desselben in ihrer obersten Sphäre oder höchsten Potenz über die Anschauung und das bloss verstandesmässige Denken hinausgeht und sich auf das Uebersinnliche, Unendliche*

und Göttliche richtet, um desselben unmittelbar inne zu werden, und andererseits auch das Gefühl sich zu dem Vermögen, als seiner höchsten Potenz, gestaltet, des Verhältnisses des eignen Seins zum höchsten Sein inne zu werden und den Zusammenhang desselben mit einem Ueberweltlichen innerlich unmittelbar zu vernehmen. Der daraus entspringende Zustand ist die philosophische Liebe, wovon die gewöhnliche Liebe nur ein Analogon ist. Diese höhere geistige Liebe zeigt sich nemlich einestheils in dem Ahnen und Sehnen und bewunderungsvollen Anschauen eines in beseligender Vollendung (absoluter Schönheit) dem Geiste sich darstellenden Seins und Lebens (s. d. Sophist. d. Plat.), und andererntheils in dem unendlichen Verlangen nach Vereinigung des eigenen Selbst oder Ich mit dem unendlichen Sein oder dem Göttlichen, wesshalb sie eben auch auf geistiges Erfassen (Erkenntniss) desselben gerichtet ist, so dass sich mit dem begeisternden Ahnen, Sehnen und jenem Gefühle, worauf der philosophische Trieb ruhet, auch das Bedürfniss der Dialektik als des Schlüssels aller höhern Erkenntniss und alles wahren Wissens als ein ebenfalls ursprüngliches (s. Phaedrus) von selbst verbindet. Diese wahre und echte Liebe des Philosophen (der Philosophie) nun gewährt dem Menschen die höchste Seligkeit, indem sie in ihm Endliches und Unendliches zur schönsten Harmonie gestaltet; und es ist demnach auch der Philosoph gleichzeitig eben so der vollkommene Musiker wie der vollkommene Erotiker." — — Sed postrema haec alio loco copiosius explicavisse iuvabit. Persequamur nunc institutum disputationis iter. Primum igitur ii, qui divino illo amore capti tenentur, plane defixi sunt in rerum divinarum contemplatione et admiratione, ut nihil sibi potius ducant, quam ut illis pro viribus potiantur. Quippe inest in illis utpote perfectis et absolutis summa pulcritudo, quae animos contemplantium mire capit, tenet, demulcet (v. Phaedrus cum Prolegg.). Verum enim vero neutiquam amor ille divinis his unis tantum finibus continetur, sed patet etiam aliquanto latius. Neque enim eo tantum refertur, ut divinae pulcritudinis ac veritatis amor in proprio animo nutriatur nutritusque idoneum accipiat pabulum, verum etiam illuc spectat, ut idem istud studium veritatis traducatur ad alios, quorum animi sapientiae capaces sint, eoque modo pulcrum ex pulcro generetur.

Nam est haec omnino, iudice Platone, amoris propria natura, ut non modo pulcrum appetat, verum etiam pulcrum ex pulcro generare gestiat. Quamobrem qui more philosophantium amant, ii non solum lubentissime suis ipsi animis sapientiae tamquam fetus suscipiunt (v. Phaedr. p. 249. C — 253. E. coll. De Rep. VI. p. 490. B.), verum etiam cupidissime id student, ut pulcram sapientiae prolem ex pulcris gignant et procreent, plane illis similes, qui pulcrum corpus amantes inde liberos cupiunt generare, qui nominis sui immortalitatem ad seram usque posteritatem servent atque propagent; de qua re v. Sympos. p. 204—209. D., ubi Diotima totum hunc locum copiosius persequitur, atque contendas etiam Phaedr. p. 250. A — 253. E. Quocirca amor divinus pertinet etiam ad vitam mortalem habetque eam vim, ut inter homines sapientiae studium incendatur et inflammetur, nutriatur et amplificetur, quo vita mortalium existat quam beatissima. Atque haec ipsa caussa est, cur qui eo incensi sunt, ii studiose anquirant et investigent adolescentes ad eam rem idoneos. Quos sicubi invenerunt, omni ope id agunt, ut ipsos quoque ad coelestis sapientiae amorem perducant et participes faciant eius felicitatis, quae ex illius studio in philosophiae amantes certissime redundat; de qua re classicus locus est Phaedr. p. 246—256. Et in hoc quidem utroque munere tam amplectendae et contemplandae quam propagandae et in ipsam vitam inducendae veritatis aeternae recte ac feliciter obeundo opus est dialectica, cuius facultas item animis humanis divinitus impertita est, sicuti quum alibi, tum inprimis Phaedr. p. 249. C. sqq. et Phileb. p. 16. C. docetur. Ea enim sicuti veritatis cognoscendae tamquam instrumentum suppeditat, cuius unius usu inextincto illi aeternae pulcritudinis desiderio subveniatur, ita etiam ad explicandas sapientiae copias patefaciendamque divini amoris vim plane est necessaria, quandoquidem ad disserendi, colloquendi, sermocinandi usum et consuetudinem unice requiritur. Est igitur illa ars plane amatoria, quippe quae amori in utroque genere tamquam obstetriciam praestet operam inprimisque id efficiat, ut sapientiae fetus et animis concipiantur et concepti quaerendo, disserendo, sermocinando feliciter in lucem educantur; v. Sympos. p. 208. E — 209. E. De Republ. VI. p. 490. B. Phaedr. p. 249. E. sqq., al. Quamobrem secundum Platonem verus phi-

losophus item est et perfectus dialecticus et vero etiam germanus ἐρωτικός, quippe cuius pectus usque concitetur acerrimo rerum divinarum intuendarum studio et amore et cuius consilia omnia perpetuo eo referantur, ut quo ipse tenetur sapientiae studio, idem etiam in aliorum animis excitetur. De quibus rebus omnibus quum in ipso Symposio, p. 201. 210. 212. al., tum alibi quoque, veluti De Rep. III. p. 403. B. C. VI. p. 414. 485. A. 490. A. sqq. IX. extr. X. p. 611. E., inprimisque Phaedr. p. 252. 279. A. divina disputatione explicatur.

De hoc igitur amore tota illa oratione exponitur, quam Socrates secum simulat a Diotima, femina sanctissima et divinorum mysteriorum admodum gnara, communicatam esse. Posteaquam enim docuit amorem contineri studio quodam ex pulcro pulcrum pariendi idque studium tam ad animum quam ad corpus pertinere, deinceps veluti quandam amandi disciplinam tradit atque subtiliter explicat, quibus quasi gradibus sensim ac pedetentim ad sublimem illum divinae absolutaeque pulcritudinis amorem perveniatur. Quo ipso ostendit philosophus bene se meminisse, nos esse homines natos, in terrestri commorantes domicilio; et quemadmodum in Philebo summum bonum cerni voluit in eo, ut voluptas sapientia temperaretur, ita hoc in libro divinae sapientiae et cognitionis fructum homini nato ita tantum obtingere posse censuit, si a rebus corporeis, in quibus divinarum rerum species expressa cerneretur, paullatim ad divinae pulcritudinis praestantiam intuendam procederet. Sapientissima autem praecepta sunt, quae de divino amore excitando, alendo, confirmando denique traduntur. Quoniam enim pulcritudinis species primum in individuis emicat, a quorum contemplatione omnis nostra scientia ducit originem, ante omnia hoc ait agendum esse, ut mentem animumque ad unum aliquod corpus applicemus eoque utamur sic, ut virtutis et sapientiae veluti semina quaedam spargamus. Quo ipso significatur, quid philosophus de vulgari illa cum adolescentulis familiaritate senserit. Nempe probavit eam ita demum, si ad virtutis et sapientiae incrementum conduceret. Praeterea vero illam praeparationis loco haberi voluit ad amorem eum, qui supra res terrestres evectus ad rerum divinarum contemplationem contenderet. Proximum igitur huic gra-

dum voluit esse hunc, ut non ad unum aliquod corpus animum adiiciamus, sed expetere discamus id pulcrum, quod pluribus rebus commune sit. Enimvero a multis vidit progrediendum ad unum esse, hoc est ad genus atque speciem in rebus singulis comprehensam. Prudentissime vero a corporea pulcritudine ordiendum censuit atque inde progrediendum ad animum. Nam animi certe pulcritudinem animadvertere longe est difficilius quam corporis. Itaque tertium gradum fecit eum, quo neglecta corporis forma solam animi pulcritudinem consectemur. Quam fere eandem rem Socrates etiam apud Xenophontem Symp. c. 8. explicat, ubi docet, quanto praestabilior sit amor puerorum ex mentis animique eorum admiratione oriundus, quam qui ex corporis forma et obscenis cupiditatibus originem habeat. Quemadmodum autem Plato in corporum amore ab individuis ad genera procedi voluit, ita in hac animorum admiratione ante omnia censuit ea cognoscenda esse, quae, quoniam incurrunt in oculos, ad intelligendum facillima sunt ideoque ad animi cultum adhiberi queunt commodissime. Posuit igitur iam eum animorum amorem, qui ad amasii sapientiam virtutemque augendam mores, leges et instituta considerat atque inde vitae sapienter regendae praecepta ducit. In quo manifestum est ob oculos ipsum habuisse discrimen illud, quod inter δόξαν et ἐπιστήμην itemque inter virtutem civilem atque philosopham statuit, de quo v. ann. ad Phaedon. p. 85. C. p. 68. C. Hoc ipso autem rursus multo est generosior et elatior ille, qui a rebus singularibus ad res universales earumque pulcritudinem convertitur. Harum enim observatione atque studio pervenitur ad scientiam et philosophiam, quae una est certissima pulcri doctrina. Quam qui in amando sequitur, is quartum iam gradum amoris obtinet proximeque abest a summo amoris fastigio et quasi culmine. Nam hoc qui est consequutus, is missis rebus humanis iam usque contemplatur pulcrum illud aeternum, quod non nascitur neque interit, non augetur nec imminuitur, supra omnem temporum locorumque vicissitudinem elatum, neque hominum opinionibus aut aliis rebus fortuitis continetur, verum per se sibique ipsi constat, ab omni corporis labe purum, sincerum, intemeratum. Ad illud igitur pulcrum perfectum amatorem adscendere et pervenire debere arbitratur. Si enim purum, sincerum, divinum

illud contemplatus fuerit pulcrum, tum vero eum censet non vana virtutis simulacra, sed ipsam virtutem generaturum eoque ipso deo gratum atque immortalem futurum esse.

En habes iam Platonicam amandi disciplinam paucis verbis descriptam, qua utique quinque illi amoris gradus distinguuntur, quos a recentioribus Platonicis plurimum celebratos esse constat; conf. etiam ipsum Platonem Phaedr. p. 249. A. sqq. p. 250. A—253. D. Legg. VIII. p. 837. B—E. De Rep. VI. p. 490. B. Quos quidem dum philosophus posuit subtiliterque discrevit, non modo qua via ad perfectissimum amorem perveniatur et qua in re is quaerendus sit, subtiliter demonstravit, verum etiam quid de variis amoris generibus iudicandum et quale cuique pretium statuendum sit, prudenter exploravit adeoque terrestris amor, qui ad pueros erudiendos et ad variam virtutem conformandos pertineat, qua ratione cum divinarum rerum studio cohaereat et quomodo ad eius dignitatem et excellentiam evehi possit, ut sapientiae fetus in animis gignantur, praeclare docuit. Itaque si in ullum Platonis locum, certe in hanc Socratis orationem conveniunt quae alicubi *) Muretus in laudem summi philosophi scripsit: „Tu, divine Plato", inquit, „tu, quomodo animi nostri a vitiorum sordibus purgari possint, ostendisti; tu, quemadmodum hominibus adhuc in terra versantibus coelestem quodammodo vitam vivere liceat, aperuisti; tu divina cum humanis, quantum quidem humano ingenio id perfici potuit, copulasti; tu ea tradidisti, quae nos, nos inquam ipsi, qui a deo per filium adoptati et coelesti doctrina imbuti sumus, a te dici potuisse miramur."

Iam vero explorata Platonis de amore sententia, in qua illustranda dubium non est quin positum sit summum consilium, quod philosophus in condendo hoc opere sequutus est, sequitur, ut quaerendum sit, qua ratione reliquae libri partes cum divino hoc loco cohaereant, ut totius operis unitas atque partium convenientia perspiciatur. Advertit autem animum ante

---

*) Oratt. V. P. II. p. 322. ed. Ruhnk.

reliquas orationes omnes Alcibiadis declamatio, quae quum ordine, quo collocata est, tum ipso etiam argumento, quod explicat, maxime est insignis. Itaque iam exquirere iuvat, quid inter hanc atque Socratis orationem intercedat necessitudinis. De qua re nolumus referre, quaenam virorum doctissimorum sententiae fuerint. Praestat vitatis ambagibus statim expromere, quid nos ipsi sentiamus. Putamus autem eam esse utriusque orationis coniunctionem, ut altera alteram pulcerrime illustret et utraque ad unam eandemque caussam referatur, ita quidem, ut concretum, quod dicunt, singulari artificio cum abstracto ac reale cum ideali consocietur. Etenim idem ille Socrates, qui modo philosophi amoris vim naturamque oratione sua pulcerrime illustravit, quum per totum librum, tum maxime hac Alcibiadis oratione tamquam perfectus amator, hoc est tamquam sapiens, cuius mens et animus ab omni humili cupiditate alienus et ad divinae sapientiae ac virtutis meditationem atque exercitationem conversus est, elegantissime describitur, ut illud ipsum, quod Diotimae oratione explicatur, ipsius exemplo et imagine expressum cernatur. Qua quidem in re admirabilis quaedam Platonis ars atque sollertia elucet, qui, dum divini amoris naturam patefacit et eius disciplinam quandam tradit, eadem opera magistri virtutem atque sanctitatem ad posteritatis memoriam consecravit. Sed nimirum philosophus in omnibus fere libris suis hoc sane usus est artificio, ut argumentorum ex philosophia depromtorum explicationem copulaverit cum earum rerum tractatione, quae ad ipsius aequales inprimisque ad Socratem pertinerent, hoc quidem moderamine, ut utriusque rei expositio eundem habeat finem et ad idem propositum redeat. Quod prorsus ita factum etiam in Symposio est, in quo et amor philosophi describitur et Socratis tamquam philosophi amatoris virtus nobilitatur, utriusque autem materiae tractatio tam arcto vinculo colligata est, ut utra sit potior magisque a Platone respectata, facile possis dubitare atque ambigere. Est autem operae pretium videre, quanta cum sapientia philosophus hanc philosophi amatoris imaginem adumbraverit, quod quidem prorsus ad ipsam rem accommodate fecisse existimandus est.

Etenim perfectus amator etsi ex Platonis mente item est perfectus philosophus, tamen prudentissime philo-

sophus non omnes virtutes, quae alias sapienti tribuuntur, nunc in Socrate suo laudavit, sed memoravit tantum eas, quae cum amoris natura arctiore quadam necessitudine continerentur, has ipsas vero ita illustravit, ut, quum ad perfecti erotici imaginem adumbrandam faciant, tamen quam fidelissime ipsius vitae veritati accommodate descriptae sint. Itaque ostendit Socratis fortitudinem, quae animum a mollitie alienum declarat; ostendit temperantiam et continentiam, quae animi argumentum est humilis abiectaeque voluptatis fructum generose adspernantis; ostendit denique sapientiae cupiditatem, qua mens a rerum terrenarum cogitatione perpetuo ad rerum coelestium contemplationem evehitur; iustitiae autem et cognatarum virtutum ideo nullam mentionem iniecit, quia cum amoris affectu minus cohaerere viderentur, quamquam Platonis iudicio qui sapientia, fortitudine et temperantia ornatus est, is ne iustitia quidem caret, quam constat ab eo pro absolutione quadam atque perfectione ceterarum virtutum omnium esse habitam. De qua re diximus in Prolegomm. ad Rempubl. p. XXXI sq. Atque haec tenentes, quorsum spectent quae passim variis Symposii locis de Socratis moribus et ingenio narrantur, nullo negotio perspiciemus. Nunc enim facile apparet, cur ille in principio libri dicatur, dum ad epulas iret, repente meditabundus in vicinae cuiusdam domus vestibulo substitisse; in aprico item est, cur extremo convivio solus maneat sobrius et vel fortissimos potatores, Agathonem et Aristophanem*), alacritate vincens haudquaquam obdormiscat; porro manifestum erit omnibus, quorsum referenda sint quae de arte viri amatoria aliisque eius virtutibus dicuntur; denique vix cuiquam poterit dubium videri, quorsum spectet longa illa atque copiosa Alcibiadis oratio, qua, quum ceteri convivae Amorem praedicavissent, repente unius Socratis laudes celebrantur. Nimirum haec omnia manifesto eo pertinent, ut virtutes amatoris philosophi in uno Socrate maxime expressas fuisse legentes edoceantur.

Sed missis ceteris locis, in quibus de Socratis ingenio et moribus agitur, dicamus de una Alcibiadis

*) Quid Aristophanes potando valuerit, perspicitur e verbis Eryximachi p. 176. B. C. Nec vero Agathonem hac in arte fuisse inexercitatum, suspicari licet ex versibus Aristophan. Rann. 83 sqq.

declamatione, quo facilius perspiciatur, quanta cum sollertia totum hoc argumentum a Platone tractatum sit.

Et primum quidem non sine idonea caussa ita institutum est, ut Alcibiades convivio paene peracto et vero etiam temulentus ingrediatur. Nam sobrium si Plato induxisset, multo minorem vim eius oratio habitura esset. Nunc vero ille nihil reverens iudicia hominum ipsius cum Socrate familiaritatem improbantium intima pectoris sensa proloquitur, ut neque reticere quidquam nec ullam rem fingere aut comminisci velle videatur. Quod autem ultimus omnium advenit atque eo ipso tempore, quo Socratis oratio modo absoluta est et ad finem perducta, prorsus divina arte hoc ita a Platone excogitatum esse existimo. Nam ita is, qui Diotimae orationem a Socrate enarratam non audivisset, tamen stupentibus ceteris convivis omnibus eam proponit Socratis imaginem, quae prorsus ad Diotimae sententiam expressa atque illustrata videatur. In quo quantum insit venustatis ac leporis, certe nemo erit, quin semel monitus protenus animadvertat. Sed quum vel scenicus apparatus in hac sermonis parte sit artificiosissime delectus et adornatus, tum ipsum argumentum orationis ab Alcibiade recitatae omnes habet elegantiae numeros. Depingitur enim Socratis forma atque species sic, ut omnia et ipsi rerum veritati accurate conveniant et ad scriptoris consilium prudentissime sint attemperata. Quorsum pertinet ante omnia illud, quod eum cum Silenis atque Satyris comparat atque plus in recessu habere docet, quam fronte promittat. Nam cum Satyris atque Silenis quum eum communem habere dicit iocandi ridendique consuetudinem, tum tantam ait esse orationum eius vim et gravitatem, ut nemo sit, quin iis vehementissime commoveatur, seque ipsum fatetur eius monitis, praeceptis, cohortationibus ita percelli solere, ut ipsum saepissime consiliorum suorum maxime poeniteat. Quibus verbis quis est quin eum depingi videat amatorem, qui et ipse sit sapientissimus et amasium suum orationis suae gravitate atque vi ad omnem virtutem et sapientiam perducere et possit et soleat? Nimirum inde certissime intelligitur Socratem ita Alcibiadis flagrasse amore, ut philosophiae ope pulcrum ex pulcro gignere perpetuo conatus sit. Manens autem deinde Alcibiades in eadem imagine, quam antea proposuisset, externa quidem specie ait eum videri lu-

bidinosum, sed intus in pectore tantam inclusam habere temperantiam, ut nullis umquam illecebris ad illicitum amorem pellici potuerit, idque se ipsum expertum dicit esse, quum forma sua Socratem putaret expugnatum esse velletque ipsi morem gerere, quo fieret sapientior; tum enim ab se continentiam eius atque temperantiam frustra fuisse tentatam. Quae cur ita ab Alcibiade narrentur, pulcre vidit Quintilianus VIII. 4, 23., cuius haec sunt verba: Nec mihi videtur in Symposio Plato, quum Alcibiadem confitentem de se, quid a Socrate pati voluerit, narrat, ut illum culparet, haec tradidisse, sed ut Socratis *invictam continentiam* ostenderet, quae corrumpi speciosissimi hominis tam obvia voluntate non posset. Quamquam Plato praeterea etiam maius quiddam spectavit. Informavit enim hoc loco eius amatoris imaginem, qui contemto corporis flore unice animi pulcritudinem admiratur, quam sapientis virtutem esse antea Diotimae oratione demonstratum esse vidimus; quin etiam eum descripsit sapientem, qui amasii animum ad mirabilem illam divinae pulcritudinis speciem contemplandam convertere conatur, sicuti apparet ex illis pag. 218. E. Itaque toto hoc loco egregie docetur Socratem usque pro viribus ad summum illud amoris philosophi fastigium contendisse atque illam ipsam in amando sublimitatem sequutum esse, quam in Diotimae oratione adumbratam legimus. Ab hac vero continentiae atque temperantiae in Socrate elucentis descriptione facilis sane atque percommoda est transitio ad praedicandam eius fortitudinem, quae eam ipsam ob caussam iam p. 219. D. una cum σωφροσύνῃ commemoratur. Enimvero qui iracundam animi partem sive τὸ θυμικὸν ita cohibet, regit ac moderatur, ut rationi opituletur eiusque praecepta strenue tutetur, is Platonis sententia fortis est atque magnanimus; de qua philosophi sententia in libris de optima civitate eleganter explicata disputavimus Prolegg. ad Remp. p. XXXI sqq. Quam quidem virtutem etiam perfecto amatori propriam esse oportere, id vero nemo negabit, qui per eam continentiae atque temperantiae quasi vim suam atque robur accedere reputaverit. Itaque prudentissime Alcibiades laudationem Socratis ita finit, ut copiose ornateque exponat, quanta ille semper fuerit in laboribus perferendis constantia, in tolerandis aerumnis patientia,

in adeundis periculis gravitate, denique in omnibus rebus gerendis fortitudine. Nec vero illum hoc eodem tempore narrat alienum fuisse a sublimium rerum meditatione, quandoquidem aliquando ad Potidaeam, quum in subtiliorem aliquam quaestionem incidisset, a summo mane usque ad solis ortum sub dio immotus eodem in loco steterit, donec quod quaesierat invenisset. Quo certe flagrantissimum sapientiae studium arguitur, quod ne tum quidem restingui potuerit, quum gravissimae corporis molestiae et aerumnae perferendae essent atque tolerandae.

Haec igitur sunt fere illa, in quibus exponendis atque illustrandis Alcibiadis versatur oratio. Laudat enim Socratem sapientiae, continentiae et fortitudinis nomine, sed laudat ita, ut laudes eius omnes, quamvis id non ubique statim appareat, ad amoris philosophi in viro conspicui praestantiam et virtutem referantur. Nam sapientia cernitur in eius sermonibus, quibus amasium solet ad omnem virtutem summamque sapientiam flectere et conformare; continentia posita est in eo, quod, etiamsi ad lubidinem explendam sollicitetur, tamen nihil nisi animi pulcritudinem intuetur atque eos, quibuscum conversatur, ad divinarum rerum pulcritudinem contemplandam amandamque instituit; denique fortitudo inde cognoscitur, quod valet magno corporis animique robore, quod quum eum ab omni mollitie alienum reddit, tum res externas in eius redigit potestatem, quo magis se rerum divinarum meditationi et virtutis studio liberrime dedat. Itaque amatoris perfecti imaginem tam plene cumulateque hic descriptam videmus, nihil ut reperiatur, quod ulla ex parte desiderari queat. Quamquam tenendum est, de quo iam antea monuimus, exhiberi Socratem nobis ad ipsam vitae veritatem descriptum, ut haudquaquam iam ideis potitus esse existimandus sit, sed tantum is videatur, qui studio sapientiae plane deditus sit idque vita et moribus palam faciat. Nam quominus eum talem fingi putemus, qui iam summa quaeque in philosophia assequutus sit, vel illud prohibet, quod Diotima quoque p. 210. A. dubitat, num iam perfectum atque summum gradum amatoriorum mysteriorum consequutus sit.

Atque his ita expositis mirari sane licebit eorum iudicium, qui haec omnia existimarunt ideo sic a Platone exposita esse, ut Socrates ab impuri amoris suspicione,

in quam apud aequales incidisset, iustis vindiciis liberaretur. Neque enim quisquam veterum scriptorum, quod nos quidem meminerimus, memoriae prodidit malos rumores de viri pudicitia Athenis, dum viveret aut paullo post, manavisse. Etenim Xenophon quidem Mem. I. 2, 1. quod commemorato altero accusationis capite: Σωκράτης νέους διέφθειρε, continuo ostendit Socratem omnino fuisse τῶν ἀφροδισίων ἐγκρατέστατον, id nihil probat. Multo minus autem auctoritatis habent quae posterioris aetatis scriptores tradiderunt. Nam quae habet Porphyrius apud Theodoretum Gr. Affect. Cur. Ser. 4. pr. et apud Cyrillum contra Iulian. p. 186. D., ea quum e male intellectis Platonis et Xenophontis locis ducta sint, nullius momenti sunt; nec quisquam huc revocabit iocos Luciani in Amoribus c. 24. T. II. p. 424. Sed veterum criminationes dudum prudenter refutavit Maximus Tyrius Diss. 25. 26. et 27. al. 9. 10. et 11., ut profecto supervacaneum, immo ineptum Platoni videri debuerit innocentiam et sanctitatem Socratis, a nullo umquam in controversiam vocatam, defendere velle eoque modo malas suspiciones excitare potius, quam easdem refellere. Ut igitur largiendum sit, quod certe non abhorret a verisimilitudine, Platonem id egisse, ut Socratem propter familiaritatem Alcibiadis, quam ei multi crimini vertissent, defenderet, tamen ea defensio ad aliud quid, nec vero ad impudicitiae crimen pertinet; tota autem haec oratio id habet propositum, ut philosophi amatoris imago ob oculos ponatur.

Atque ex his omnibus perspicuum fore arbitramur, quam arcte quae a Socrate et ab Alcibiade disputata sunt, inter ipsa cohaereant, ut profecto affirmare liceat, ista omnia arte prorsus singulari ita esse exposita, ut, quantumvis prima specie diversa esse videantur, tamen revera ad unum eundemque finem egregie conspirent.

Sequitur iam, ut de ceterorum quoque convivarum orationibus quid iudicari oporteat, exquirendum sit. Dubitatum est enim a Schleiermachero, Rückerto, Hommelio, aliis, eae quorsum spectent et quo modo cum universi operis argumento cohaereant. De qua re etsi ad hunc usque diem in varias partes disputatum est, tamen neminem quemquam novimus, qui quid rei sit plane perviderit. Certe nos nusquam reperisse me-

minimus, quod nobis omni ex parte probaretur. Nolumus vero iam recensendis iudicandisque variis sententiis et opinionibus de re admodum controversa prolatis bonum tempus consumere; quas si qui plenius cupiant cognoscere, ii legant eam, quam supra memoravimus, Susemihlii commentationem inde a p. 182. Iuvabit potius paucis exposuisse, quid nos ipsi de re gravissima sentiamus, atque iudicii nostri caussas et rationes ita asseruisse, ut cur ab aliorum rationibus discedendum statuamus, quam clarissime perspiciatur.

Videtur autem nobis omnino de illis orationibus ita esse statuendum, ut eas ad argumenti primarii explicationem et illustrationem non minus necessarias esse existimemus quam orationes Socratis atque Alcibiadis, de quibus modo explicavimus. Nam quum Platoni in scribendo Symposio hoc maxime propositum fuisse appareat, ut non solum vim et naturam divini amoris, qui philosophorum proprius esset, illustraret, sed etiam qua via et ratione ad illius laudem atque praestantiam perveniretur, luculente doceret atque ostenderet idque etiam illustri Socratis exemplo declararet ac patefaceret, fieri profecto non potuit aliter, quam ut etiam fundus quasi designaretur atque demonstraretur, unde iis esset proficiscendum, qui ad excelsum illud sapientiae fastigium escendere vellent. Quamobrem philosophus disputationem sollertissime ita instituit, ut divino illi amori veluti ex adverso eum amorem collocaverit, qui in quotidiana Graecorum vita regnabat atque sublimiori illi veluti ex altera parte respondere videbatur. Qui quidem amor certe non est alius, quam castus ille honestusque amor puerorum et adolescentium, a foeda lubidine seiunctus atque immunis, ideoque etiam legibus publicis permissus atque optimis quibusque ita probatus, ut in eo non exiguum virtutis quum reliquae, tum inprimis bellicae ac civilis praesidium et adiumentum positum esse iudicaverint. De qua quidem re peculiari disputatione in praefatione ad alteram Phaedri editionem explicabitur. Etenim hunc amorem, inter Graecos legitime usitatum communique more receptum, qui a foedae lubidinis usu, in quem sane item subinde potuit degenerare, probe distinguendus est, hunc igitur amorem, castum, honestum et virtutis studio alendo vel inprimis idoneum, Plato censuit non uno nomine cum divinae sapientiae amore philosophis proprio con-

iunctum esse, ut uterque tamquam ἀντίστροφος inter se mutuo quodam vinculo copulatus esse putari deberet. Nam primum quidem utriusque origo atque fons visus ipsi est in una maxime pulcritudine quaerendus esse. Quemadmodum enim ipsius sententia divinus amor excitatur ineffabili idearum pulcritudine, quae sese menti in divinarum rerum contemplatione versanti tamquam spectandam praebet, de quo philosophi placito supra explicatum est, ita etiam amor iste in vita communi usitatus ea pulcritudine, quae est quasi divinae pulcritudinis species in humana figura relucens, cietur atque accenditur; de qua sententia legendus est Phaedr. p. 249. D. 250. D. 251. E. Deinde Plato etiam finem statuit utrique amori quodammodo communem esse. Et divinum quidem amorem totum vidimus pertinere ad divinae sapientiae fructum et cognitionem. Quod similiter certe etiam de honesto puerorum amore ita iudicari oportet. Tantum abest enim, ut ille ad lubidinem explendam fuerit comparatus, ut omnis ad καλοκἀγαθίας studium pertinuerit, quod a Graecis inprimisque Atheniensibus quanti aestimatum sit, adeo notum est, ut de hac re exponere velle propemodum importunum videri possit. Quippe innatum est sane generi humano desiderium quoddam semet ipsum quasi altius paullatim educandi, ideoque ita fieri assolet, ut qui sunt aetate provectiores et prudentia atque sapientia excellentiores reliquos usque conentur ad maiorem humanitatis cultum perducere. Quod quidem desiderium etiam in communi vita Graecorum mirum quantum eluxit. Praeterea vero etiam tertium quiddam est, unde utriusque amoris cognatio et necessitudo perspiciatur. Pertinet enim uterque amor non ad feminas, sed ad mares inprimisque erectioris ingenii adolescentes. Quod quantumvis primo adspectu permirum videatur, tamen re accuratius cognita in ipsa eius natura positum esse nullo negotio intelligetur. Etenim primum quidem Platonicus ille amor, quem philosophus sapientium voluit esse proprium, cur non ad mulieres pertineat, caussae in promtu sunt. Nam philosophantem mulierem ecquis est quin miretur tamquam singulare quiddam? Est enim profecto muliebris ingenii ea indoles, quae ad philosophiae sublimitatem haudquaquam facta videatur, ut iure in miraculis numeretur, si qua mulier Diotimae instar ipsa philosophiae penetralia intraverit atque sa-

pientiae mysteria pandere instituerit. Quamobrem Plato amorem suum ad unos viros atque adolescentes retulit, ita quidem, ut alteri iuniorum magistri, alteri prudentiorum atque aetate provectiorum veluti discipuli haberentur. Qua in re exemplo esse potuit mos Pythagoreorum, qui semet ipsos mutua caritate prosequebantur et in omni vitae genere ad virtutem et sapientiam exhortabantur, ita quidem, ut aetate minores maioribus et aetate pariter atque intelligentia provectioribus obtemperarent atque morigerarentur. Quod si ita est, disciplina Platonis amatoria hac quoque in parte Pythagorici quiddam refert, quod sane etiam ideo memorabile est, quod libri isti amatorii, qui ad celsioris philosophiae rationes spectant, sine controversia illo demum tempore ab eo scripti sunt, quo Italia inferiore et Sicilia lustrata interioribus tamquam sacris rationis Pythagoricae initiatus fuit. Sed revertamur ad propositum. Pertinet igitur amor Platonis ad unos mares, quamquam ipse in Symposio Diotimae, celsioris atque sanctioris ingenii mulieri, singulares ob caussas, de quibus mox dicetur, illius interiorem tribuit notitiam. Eadem vero ratio est etiam honesti illius marium amoris, qui in Graecia pervulgatus fuit, sicuti in ipso Symposio p. 181. B—E. coll. 182—184. A. 185. B. ostenditur. Quod certe nemo mirabitur, qui rem omnem perpenderit diligentius. Nam primum quidem in Graecia vetere mulieres non ea fortuna et vivendi conditione usae sunt, ut ad vitae publicae communionem vel adspirarent vel adspirare possent, etiamsi concedendum sit hic et illic easdem fuisse liberiores, id quod de Spartanis memoriae proditum esse novimus. Quis igitur est, quin protenus videat, cur amor ille, qui ad virtutem civilem atque bellicam vel inprimis spectabat, non ad illas pertinuerit, sed potius ad adolescentes translatus sit? Deinde nec illud hac in caussa temere negligendum est, quod Graeci inter femineum amorem atque amorem masculum plurimum discriminis intercedere voluerunt. Nam illum quidem restrinxerunt ad unam maxime domesticam erga feminas caritatem, ita ut eum philosophi saepe ne dignum quidem amoris nomine iudicaverint, de qua re v. Plutarch. Amator. p. 750. C. ed. Franc. Hunc autem eum esse iudicaverunt, qui maxime valeret ad studium virtutis in animis eorum incendendum atque inflammandum, quorum aliquando esset civium

suorum saluti prospicere eamque omni ope sua iuvare atque sustentare. In quo manifesto hoc sequuti sunt, ut etiam ad virtutem iudicaverint opus esse animi quodam affectu amori haud absimili, quippe quo virtus et citius eliceretur et certius confirmaretur, quam centenis prudentiae ac sapientiae praeceptionibus animi ardorem saepe non excitantibus, sed opprimentibus, neque mentem impetu furoris et enthusiasmi extimulantibus et impellentibus. Quod quis est quin ultro fateatur eiusmodi esse, ut a prudenti virtutis disciplina neutiquam abhorrere existimandum sit? Sed praeter haec etiam aliud quid animadvertisse iuvabit, quod ad rem praesentem pertinere arbitramur. Est enim divinus humanusque amor, de quo loquimur, Platone iudice etiam mutua naturae suae contrarietate ita cognatus, ut alter usque ad alterum spectet atque referatur. Nam alter tamquam in coelo constitutus est versaturque in summo sapientiae fastigio vel expetendo vel admirando; alter in media vita communi viget atque eo valet, ut eius imbecillitati succurratur, quo possit sese erigere altius. Alter porro ad exploratae veritatis rationem refertur, quae semper sibi constat atque aeterna est, quam quidem Plato eximie appellat ἐπιστήμην; alter vero opinionis, τῆς δόξης, rationibus nititur, quandoquidem tamquam extrinsecus originem habet suam neque mentis in se collectae studio ac desiderio debetur. Alter denique etiam efficaciae suae nomine cum altero tamquam reciproca continetur necessitudine, quandoquidem divinus ille amor vitam mortalem divina luce sua quasi ornat et collustrat, efficitque, ut ea ex humilitate sua paullatim extolli et ad divinae sapientiae laudem propius adduci possit; humanus autem amor praebet quasi solum ac fundamentum, cui insistentes mortales queant ad illius amoris praestantiam felicius eluctari. Sed nolumus plura memorare, quae ad caussam praesentem facere videantur. Etenim vel ex iis, quae exposuimus, satis clare appariturum esse arbitramur, inter divinum Platonis amorem atque amorem adolescentium apud Graecos usitatum utique arctiorem quandam intercedere necessitudinem.

Atque hinc iam nullo negotio intellectum iri putamus, primarium Symposii argumentum profecto exegisse atque postulavisse, ut etiam amor vitae quotidianae non modo leviter adumbraretur, sed copiosius describeretur.

Quum enim philosophus docere voluerit, quanam via et ratione ad divini amoris excellentiam perveniri atque escendi queat, eamque rem etiam Socratis exemplo reddiderit illustriorem, non modo divini amoris vim rationemque debuit ob oculos ponere, sed etiam depingere amoris genus illi tamquam e regione positum et in maxima diversitate tamen item maxime affine et cognatum. Nam alioquin fieri certe nullo modo potuisset, ut doctrina ipsius amatoria in quo fundamento esset posita, plane intelligeretur recteque iudicaretur. Itaque prudentissimo consilio exhibuit etiam descriptionem terrestris illius amoris, de quo modo exposuimus. Id ipsum autem sollertissima opera ita iussit fieri, ut variae de eo argumento declamationes a variis oratoribus et convivis recitarentur. Quod quidem tanto sollertius ita factum esse liquet, quod totus iste amor non cum ἐπιστήμῃ cohaeret, sed pertinet unice ad opinionem, utpote in usu vitae et experientia positus, ut profecto magna sententiarum varietas, quae largam dicendi materiam praeberet, de ipso locum habere potuerit.

Et haec quidem quum iam certius explorata habeantur, quorsum orationes illae pertineant et quid iis omnino propositum sit, propemodum sponte apparet. Nihilominus autem operae pretium est considerare etiam diligentius, quo artificio philosophus in hoc argumento tractando usus sit. Pendet enim ex huius rei animadversione utique magnam certe partem rectum de iis iudicium.

Itaque primum quidem animadvertendum est orationum illarum omnium tam materiam quam formam variis perorantium ingeniis atque studiis accommodate delectam esse. Quamobrem aliter verba facit Phaedrus, quem ex dialogo cognomine novimus fuisse hominem mollem ac delicatulum eundemque Siculorum rhetorum inprimisque Tisiae et Lysiae disciplinae deditum (v. Phaedr. p. 227. A. coll. Symp. p. 176. D. Phaedr. p. 227. sqq. p. 273. A., al.); aliter dicit Pausanias, Prodici disciplinae addictus (v. Prot. p. 315. D.), amator Agathonis, ut est Protag. p. 315. D. E. et Symp. p. 193. C., vir inprimis ἐρωτικός, ut mirandum non sit eum varias amandi rationes inter varias Graecorum gentes regnantes accuratius novisse; aliter rursus disputat Eryximachus medicus, quem ex Protagor. p. 315. C. una cum Phaedro constat Hippiae sophistae fuisse asseclam;

aliter porro loquitur Aristophanes, poeta comicus, qui mori suo convenienter de re satis gravi iocolariter festiveque disserit, de quo infra disputabimus pluribus; aliter denique declamat Agatho, iuvenis poeta tragicus, homo mollis ac teneri animi, itemque orationis grandis, altisonae, calamistratae denique affectatione insignis, qui etiam ex Gorgiana disciplina orationis veneres repetebat, sicuti quum ex Aristoph. Rann. v. 25 sq. Thesmoph. v. 58., tum e Plat. Protag. p. 315. E. Sympos. p. 198. B. C. condiscimus. Itaque ad haec diligenter attendere opus est, quippe quibus neglectis neque disputationis argumentum neque compositionis ars atque ratio usquequaque perspici poterit. Sed praeterea etiam aliud quid observari oportet, quod fere eodem pertinet. Usus enim philosophus est hac opportunitate sic, ut, dum oratores variae eruditionis ac doctrinae variique studii et ingenii fecit dicentes, non modo omnino ostenderit, quanto intervallo vulgaris amandi ratio ac disciplina a divini amoris excellentia atque dignitate remota sit, sed etiam simul leniter cavillatus sit atque subsannaverit artes vel dicendi vel disserendi vel iudicandi, quibus illi utuntur, utpote in scholis rhetorum et sophistarum multum celebratas, adeoque vaniloquentiam omnium riserit et castigaverit. Quod etsi subinde tectius factum est, tamen ita factum esse liquet, ut non sine festivitate quadam atque lepore mores et opiniones aequalium corripiantur, atque simul ostendatur, quanto praestabilior sit dialectica illa ratio, qua mox Socrates in suo sermone utitur. Verum hoc dum ita dicimus, etiam tertium quiddam admonemur, quod in legendis iudicandisque orationibus illis diligenter tenendum est. Quum enim oratores illi omnes versentur in describendo vulgari amore, Socratico illi, vel potius Platonico, tamquam e regione collocato, iis etiam ita accidit, ut in disserendo vel argumentando multipliciter vacillent atque labantur. Quamobrem Plato scite venusteque rem sic instituit, ut non modo subinde vitia ab iis admissa notentur, sed etiam bene recteque disputandi praecepta veluti per occasionem interserantur. Quo quidem etsi legentes non plene perfecteque ad artem dialecticam instituuntur, tamen illud certe efficitur, ut quantum ei tribuendum sit, identidem admoneantur, quo facilius deinde Socraticae orationis praestantiam iudicare queant

et hoc quoque nomine tamquam praeparati ad eam audiendam accedant.

Haec igitur fere sunt, quae nostro quidem iudicio in legendis quinque prioribus orationibus inprimis teneri oporteat et unde de earum argumento pariter atque fine iudicium repetendum sit. Atque indidem etiam facile intelligas, de quo sane multum est dubitatum, quonam communi vinculo illae omnes inter se contineantur. Versantur enim, quantumvis id vario modo fiat, in describenda et adumbranda honesti erga adolescentes amoris natura, ita quidem, ut quum eius fines accuratius designentur, quibus vel a foeda lubidine vel etiam ab aliis amoris generibus discernatur, tum etiam ostendantur bona atque commoda, quae inde tam in privatam quam in publicam vitam redundare soleant. Quo ipso id efficitur, ut denique imaginem eius amoris, qui amori divinae sapientiae tamquam ex altera parte respondet et in maxima diversitate tamen item arctiorem quandam cum illo habet necessitudinem, varie ac multipliciter adumbratam ac propemodum expressam cernere videamur. Sed haec quo clarius etiam perspiciantur, videamus nunc ordine deinceps de orationibus singulis.

Primus igitur dicendi partes Phaedrus suscipit. Quod cur ita fiat, Plato ipse satis clare significavit p. 177. A. sqq., ubi ille narratur creberrime miratus adeoque conquestus esse propterea, quod nullaedum Amoris laudationes publicatae sint, atque auctor dicitur extitisse consilii, quod Eryximachus medicus Agathonis convivis impertiit, quoque permoti esse finguntur, ut singuli Amoris laudes in orbem eunte dicendi negotio praedicare instituerint. Nimirum caussam illius desiderii, quo hominis flagravit animus, cognoscimus ex Phaedro dialogo p. 242. A. B. 243. C. 258. E. 259. B. sqq., ubi sermonum vel audiendorum vel habendorum adeo cupidus fuisse dicitur, ut in tali occupatione summam vitae voluptatem ponendam esse arbitratus sit. Is igitur merito oratorum tamquam agmen ducit. Laudat vero Amorem non sine vana quadam doctrinae ex poetis et mythologis haustae iactatione tamquam numen divinum, quod quidem primum omnium antiquissimum ait esse, deinde item praedicat ut maximorum bonorum largitorem, quippe quum amantibus generosam quandam iniiciat verecundiam, quae eos ad laudabilia et honesta facinora et suscipienda et perpetranda impel-

lat. Videmus igitur, id quod probe tenendum est, eum haud sane alium in mente habere amorem, quam castum, honestum, denique optimis quibusque ita probatum, ut in eo maximum virtutis praesidium inesse crediderint*). At enim vero quantumvis homo Tisiae artem triverit atque etiam Lysiae eloquentiam studiose sectatus sit, de qua re vid. Phaedr. ll. cc., tamen de illo parum distincte loquitur. Nam ne discernit quidem varia amoris genera, quod certe eum facere oportebat, qui omnia atque singula in amore laudare animum induxisset. Quamobrem hic talem profecto rursus agnoscimus, qualem se in dialogo cognomine exhibet, ubi non modo Lysiae orationem amatoriam, licet dialectica virtute plane destitutam, summis extollit laudibus, verum etiam a Socrate multis verbis edocendus est, quid sit dialectica et quantum ea valeat ad emendandam perficiendamque artis rhetoricae rationem. Quocirca etiam in Symposio rhetorum illorum admirator ita loquens inducitur, ut tecte simul etiam familia eorum, cui addictus fuit, rideri videatur.

Sed satis de Phaedri oratione. Pergimus ad Pausaniam, cuius iam oratio praetermissis aliorum declamationibus narratur ab Aristodemo cum Apollodoro communicata esse. Proficiscitur is item ab Amore tamquam deo, sed eum distinguit duplicem, alterum πάνδημον, alterum coelestem s. οὐράνιον. Quod quidem ita facit non sine Phaedri reprehensione, qui utrumque confuderit atque ea laudaverit communiter, quae secundum genera sua discernenda fuerint. Disserit autem sic, ut unumquodque negotium, prouti aut honeste aut turpiter peragatur, ita etiam honestum aut turpe evadere censeat, licet per se neque turpe neque honestum esse existimandum sit (p. 181. A. sqq.). Quibus ita disputatis vulgarem amorem ait pertinere ad mulieres atque venustatem corporum, adeoque quasi forte fortuna opus suum peragere, ita ut, si qua sit eius laus atque virtus, ea tota ex fortuito pendeat (p. 181. B. C.). Aliam esse rationem coelestis amoris, qui cum amore muliebri nihil habeat commercii planeque liber et immunis sit a cupiditatis petulantia (ὕβρεως ἄμοιρος). Hunc vero qui colant, eos sectari unos adolescentes, quippe pru-

*) Gravissime igitur lapsi sunt, qui Phaedri oratione putarunt effrenatarum lubidinum patrocinium susceptum esse.

dentiae ac sapientiae facultate insignes, atque id unice studere, ut eorum mores et ingenia ad virtutem erudiantur vitata omni inhonestatis specie (p. 181. D. E.). His vero admodum subtiliter explicatis transit orator ad discernendas varias amandi rationes inter varias Graeciae gentes usitatas. Nam apud Boeotos et Eleos ait promiscuum regnare amorem nullumque discrimen eius constitutum esse, ut simpliciter permissus videatur; contra apud populos barbaris subiectos eum omnem simpliciter esse sublatum, ne qua sensus generosiores atque liberiores alantur, quippe qui tyrannidis imperio plurimum officiant, ut ibi res plane simplex sit et ad iudicandum facillima. Aliam autem rei rationem apud Athenienses et Lacedaemonios esse ait, apud quos consuetudo amorem nec simpliciter permittat nec omnino vetet, sed certis cautionibus circumscribat. Nempe rem utique ita se habere, ut amor honestus et laudabilis non ad lubidinem et ad corporis formam, sed ad mentis pulcritudinem ac studium virtutis referendus sit (p. 182. A—185. C.). Haec igitur est fere summa eorum, quae a Pausania oratione satis copiosa explicantur. Quae si perpendimus diligentius, facile apparet, opinor, eum discrimine duplicis amoris explicato honesti amoris fines utique constituere accuratius ab iisque amoris deterioris et ad lubidinem vergentis rationes plane seiungere. Itaque Pausanias sane et ipse describit amorem adolescentium, eumque castum, honestum et laudabilem, sicuti Phaedrus fecit, sed aliquanto in ea re versatur diligentius ac subtilius. Discernit enim atque segregat humilioris et nobilioris amoris tamquam ditionem, idque ea facit ratione, ut alterum improbet, alterum probet et ut unice laudabilem commendet. Itaque hunc oratorem patet id, quod Phaedrus indefinitum reliquerat, satis accurate definivisse adeoque omnis amoris honesti inter Graecos celebrati vim rationemque tam fideliter depinxisse, ut eius tamquam speciem et imaginem ad ipsius vitae veritatem expressam cernere videamur, praesertim quum etiam deterioris ac minus honesti amoris turpitudo ab eo seiuncta sit atque separata*). At enim vero licet oratio ipsius ad cogno-

---

*) Perperam et inique de oratione Pausaniae iudicant Astius De vita et scriptis Platon. p. 311. aliique, qui ei vertunt opprobrio, quod turpem lubidinem tecte quidem commendaverit et hone-

scendas communes amoris rationes plurimum conducat longeque sit utilissima, tamen vix erraveris, si eandem item habere dicas, quod singularis cuiusdam disciplinae speciem prae se ferat. Nam habet ea profecto nescio quid contorti et difficilis, captat subinde argutias, ducitur per longiores ambages, inprimis autem eo insignis est, quod versatur in rimandis atque discriminandis notionibus argutasque rerum distinctiones non paucas habet; conf. p. 182. A. D. 182. E. 183. A., ubi inter alia malus mos facilis intellectu et bonus mos intellectu difficilis inter se opponitur. Iam vero Pausaniam reperimus in Protagor. p. 315. D. in eorum esse numero, qui Prodicum sophistam sectantur. Ex quo sponte nascitur coniectura ipsius declamationem ita esse compositam, ut leniter traducantur ii, qui Prodici rationem sequuti vel in orationibus panegyricis subtilibus rerum ac verborum distinctionibus tantum tribuebant, ut eas audientibus vel legentibus subinde etiam nauseam afferrent atque taedium crearent. De Prodici laudationibus v. Symp. p. 177. B. εἰ δὲ βούλει αὖ σκέψασθαι τοὺς χρηστοὺς σοφιστάς, Ἡρακλέους μὲν καὶ ἄλλων ἐπαίνους καταλογάδην ξυγγράφειν, ὥσπερ ὁ βέλτιστος Πρόδικος, quod manifesto cum irrisione dictum est. De studio autem illius in vocum distinctione posito, cognato illo sane cum notionum atque rerum distinctionibus, quibus utitur Pausanias, praeter alia v. Protag. p. 341. D. Men. p. 75. E. Euthydem. p. 277. C. E., ubi conf. ann. Atque ad hanc difficilem, tortuosam et taedii plenam Pausaniae orationem fortasse spectat etiam, quod Aristophanes deinde narratur singultu fuisse prohibitus, quominus partes dicendi, quae iam ad ipsum pervenissent, in se susciperet. Quippe dicitur ille ὑπὸ πλησμονῆς ἢ ὑπ' ἄλλου τινὸς isto malo affectus esse. In quo latet, opinor, aculeus in Pausaniam. Significatur enim non obscure fieri item potuisse, ut taedium ex oratione illius conceptum comico molestiam creaverit.

Pergimus ad Eryximachi medici orationem. Is vero loquitur ut physicus. Extendit enim amoris vim ad

---

stum atque inhonestum amorem non certis discriminibus separaverit et seiunxerit; v. Rückert. in edit. Lips. 1829. p. 263. Hommel. Prolegg. p. XXIX. C. Fr. Hermann. Iudicc. Lectt. Marburg. a. 1834—1835. p. IX. et in Iudicc. Lectt. Marb. a. 1841. p. III.

omnem rerum universitatem. Itaque illud quidem plane probat, quod Eryximachus duplicem amorem distinxerit. Sed quod eum in unis mortalium animis adversus pulcros amanter affectis inesse voluerit, id vero recte ita iudicatum esse negat, quandoquidem amor et in pecudibus et in plantis et in tota rerum natura et in operibus, artibus atque doctrinis, immo etiam inter deos atque homines, quos conciliet, dominetur. Sed quantumvis ille amorem in campum eduxerit patentissimum, ut ne deorum quidem hominumque excluserit coniunctionem (p. 188. B. C. D.), tamen ipse quoque bonum tantum et laudabilem probat amorem, qui omnia quasi in concordiam redigat, discrepantiam omnem tollat, ideoque circa bonum unice versetur cum iustitia et temperantia, ita ut omnis generis afferat beatitatem amicitia tam inter se mutua quam cum diis comparata (p. 188. D.). Quamobrem doctissimus medicus de summa quidem re utique cum superioribus oratoribus consentit; nam ipse quoque bonum atque salutiferum amorem unice expetendum esse arbitratur. At enim vero etiamsi disputet longe eruditissime, tamen in uno certe peccat gravius. Disputat enim sic, ut formam amoris atque speciem, de qua explicandum fuit, permutet cum universo amoris genere, latissime sane illo patente. Quamobrem infra p. 205. B. C. D. a Socrate commonetur amoris nomen, etsi per se ampliorem habeat ambitum, tamen loquendi consuetudine ita iubente ad partem generis fere restringi solere, quod quidem ibi ita exponitur, ut simul ad Eryximachi sermonem respectari vix recte dubitaverimus. Nimirum Eryximachus quum tamquam medicus naturalis historiae atque vitae peritus amplam hanc dicendi materiam arripuisse videatur, tum tanto lubentius in hunc campum exspatiatus esse putari debet, quod id rationi ac disciplinae Hippiae Elei convenit, cuius ipsum familiarem fuisse ex Protag. p. 315. C. constat. Hippiam enim accepimus Socraticam disserendi subtilitatem minus curavisse, unice variae ac multiplicis doctrinae copiam et amplitudinem laudasse et ostentasse, de qua re in Praefatione ad utrumque Hippiam Platonis a nobis explicatum est. Quid igitur mirum, quod Eryximachus quoque doctrinae copias quam maximas explicare instituit et in earum ostentatione tam lucidum argumentandi ordinem quam subtiliorem distinctionem generis atque formae amoris prope-

modum neglexit? Itaque nobis quidem longe est verisimillimum oratione Eryximachi Hippiae rationem ac disciplinam oblique carpi et notari, quemadmodum etiam superiorinus orationibus simile quiddam fieri meminimus.

Sequitur ordine deinceps Aristophanis oratio. Quem quidem Plato non ut disciplinae alicuius assectatorem informavit, sed loquentem induxit ut comicum poetam facetum et ingeniosum. Quamobrem etiam perquam apte ita est institutum, ut Aristophanis oratio inter septem orationes, quae in Symposio habentur, medium locum teneat, quippe quae una valeat ad exhilarandos convivas, quum reliquae omnes serii argumenti sint. Is vero disputationem ex patentiore illo campo, in quem eam Eryximachus eduxerat, rursus revocat ad gyrum angustiorem, quandoquidem de vario amore, non in rerum natura, sed inter homines regnante disputat. Declarat vero primum, qui fiat, ut viri viros, feminae feminas, denique viri feminas ac vicissim ament, quandoquidem non modo homines diversi sexus, sed etiam homines eiusdem generis inter se amare soleant. Cuius rei caussas, si verum quaerimus, magis ridicule quam vere explicat, ut disputatio eius ad rem propositam illustrandam propemodum nihil conducere existimanda sit. Nisi forte comicus comice exornavit placitum Empedoclis, qui teste Aristotele De generat. animal. I. 18. statuebat semen animalium utrique sexui esse commune, ut non totum ab alterutro proficisci putare liceret, ideoque illud comparabat cum tessera hospitali, quam constat ab hospitibus in binas partes dissectam fuisse, ut uterque dimidium eius acciperet. Quamquam istud quidem in unum ἀνδρόγυνον Aristophanis genus convenit, in reliqua genera non convenit, ut profecto suspicio illa minime sit verisimilis. Sed utut hoc sese habet, nolumus enim rem decernere, illud quidem apertum est, comicum varii amoris ortum minus probabiliter declaravisse, ut hac in parte propemodum scurrae festivitate usus videatur. His vero non sine specioso facetiarum lepore expositis, caussam amoris in sensu naturalis indigentiae inesse contendit, quo ita fiat, ut sui quisque dimidii desiderio usque vehementissime commoveatur. Quae sententia infra a Socrate p. 205. D. E. ideo subsannatur et reprehenditur, quia alterum dimidium, quod desideretur, etiam mali quiddam esse possit. Neque profecto iniuria. Nimirum longe profecto prae-

stabilior est ipsius Socratis sententia, qui, etsi amorem item sensu indigentiae contineri statuit, tamen illum non ad alterum naturae propriae dimidium, sed potius omnino ad pulcrum referri arbitratur. Iam vero Aristophanes porro argumentatur amorem esse hominibus longe beneficentissimum maximeque salutarem, quippe qui humanae naturae quasi medicus sit efficiatque, ut ea tamquam in pristinam integritatem suam restituatur (p. 191. D. coll. p. 189. C. D.). Quod certe ita dictum est, ut orator neglecto turpis et honesti amoris discrimine quemvis amorem, meretricum, adulterorum, foedorum etiam paederastarum comprobare videatur. Nimirum hic quoque vacillat physica ista philosophia neque recto talo stat. Sed quantumvis haec maiore veritatis specie quam vere sint exposita, de masculo tamen amore comicus continuo (p. 191. E. 192. A—C.) ita disserit, ut unum illum honestum probet, quem etiam ceteri oratores probaverunt, eiusque beneficam vim et efficaciam quum ad reliquam virtutem, tum inprimis ad civilem et politicam agnoscat, et in colendo eo amore non voluptatis fructus, sed longe aliud quid expeti statuat, quod animus cupiat quidem, nec vero clare exprimere possit, sed divinet tantummodo et veluti praesagiat. Quippe contineri illum vult interiore quadam animorum coniunctione, quae unice id, quod bonum et honestum sit, propositum habeat. Omnino autem ita statuendum censet, ut amorem dei beneficio mortalibus concessum esse arbitretur, quo illi naturale mutui amoris desiderium explere possint (p. 193. B.—D.). — Haec igitur est fere summa eorum, quae prolata sunt ab Aristophane. Quae si consideramus attentius, primum quidem neminem praeteribit, de quo iam supra admonuimus, ipsum quoque amorem adolescentium ita memorare, ut non de lubidine explenda cogitet, sed longe generosius quiddam in eo informando ob oculos habeat, quam primo adspectu suspiceris. Nam quum de variis amoris generibus ubi disputat, sermo eius perquam sit ambiguus, tum quo loco ad amicitiam inter viros et adolescentes contractam aut contrahendam delatus est, continuo id agit, ut ei honestatis dignitatem asserere et vindicare haudquaquam dubitet. Verum enim vero quod ceteris oratoribus, qui hactenus in medium prodierunt, accidit, ut, quantumvis in praedicandis amoris laudibus studiosissime elaborarent, tamen in opi-

nionibus potius haererent, quam scientiam nomine suo dignam (ἐπιστήμην) attingerent, idem accidit etiam Aristophani. Quem Plato item informavit talem, ut, etiamsi urbanus, lepidus, denique facetus sit adeoque elegantissimo utatur sermone, qualem in eius fabulis regnare novimus, tamen et in dialecticis identidem labatur gravius neque ad scientiae vim ac sublimitatem ullo modo assurgat. Nimirum dicendum hic est quod nobis nunc videtur longe verisimillimum. Induxit enim Plato Aristophanem non tantum, ut haberet qui de amoris natura facete hilariterque exponeret, sed fecit hoc etiam eo consilio, ut leniter atque urbane iniuriam olim magistro a comico in Nubium fabula illatam ulcisceretur. De qua re nonnulla scite exposuit Ferdin. Delbrückius in commentatione De partibus, quas Aristophanes agat in Platonis Symposio, qua praelectionum in Universitate Fridericia Wilhelmia Rhenana per menses aestivos a. 1839. habendarum indici praefatus est. Quippe falsi omnino videntur iudicio suo viri docti, qui Platonem censuerunt poetae comico indignitatem illam, qua olim Socratem in Nubium fabula tractaverat, postea condonavisse, ut etiam cum eo nescio quam amicitiam et familiaritatem contraxerit. Quod eo est incredibilius, quo acerbius in Apologia Socratis p. 19. C. et p. 21. de Aristophanis calumniis conquestus est. Quid aliud enim illa verba continent, nisi apertam reprehensionem et castigationem Aristophanis propter iniuriam Socrati in Nubibus illatam? Nec tamen hominem dicacissimum, cuius ceteroquin ingenium atque artem admiraretur, aperte aggredi et ad iracundiam lacessere sustinuit. Immo aliam iniit iniuriae vindicandae viam et rationem, quae quum sua ipsius, tum etiam Socratis persona dignior videretur. Iussit quippe eum Agathonis convivio interesse ibique ea dicere, facere, audire denique, unde non modo intelligeretur, quantum ipse Socrati sapientiae laude concederet, verum etiam liquido appareret inania fuisse atque temeraria dicteria in Nubium fabula in hominem sapientissimum coniecta. Quod quidem tanto sollertius ita excogitavit, quod Agathonis convivium teste Athenaeo Olymp. XC. 4., hoc est septem fere annos post actas Nubes et septemdecim annos ante Socratis mortem, celebratum est, narratio autem Apollodori non ita multo ante Olymp. XCV. 1. habita fingitur. Itaque de

oratione, quam recitat, sic existimamus. Est illa omnino quidem perquam elegans, venusta et perspicua, itemque facetiarum lepore et dicacitatis urbanitate insigniter perfusa, quibus virtutibus omnes poetae fabulas splendere novimus; sed habet eadem, ut iam significavimus, etiam vitia haud exigua. Nam primum quidem tota haeret in physicis versaturque unice fere in caussis, quibus naturalis erga alios amoris affectus nitatur, comice ac iculariter illustrandis. Quamobrem existimare licet Aristophanem quoque a Platone inter eos habitum esse, qui non ultra vulgus superarent et quantum inter corporis atque animi amorem intersit, haudquaquam perspicerent, adeoque talem esse informatum, qui Socraticae sapientiae vim et amplitudinem mente animoque suo capere haudquaquam posset. Deinde oratio ipsius, quantumvis specie sua niteat, tamen acumine dialectico atque verae subtilitatis laude magnam certe partem plane destituta est. Nam figmentum quidem illud triplicis generis hominum trium primitivorum quis non videt speciosum potius et argutum esse quam ad rem propositam nova luce collustrandam idoneum? Neque varia amoris genera ab eo satis subtiliter distinguuntur, immo misere confunduntur; id quod tanto molestius accidit, quod iam superiores oratores ea de re non incommode dixissent. Nec vero illud facile excusaveris, quod ubi sermo devenit tandem ad sexus virilis amorem, hic protenus ad honestum spectare dicitur. Nempe etsi haec sententia Aristophani quoque probata est, quem novimus in fabulis suis saepissime turpem virorum lubidinem exagitavisse, tamen nunc quidem caussae et rationes, quibus ea nitatur, adeo non explicatae sunt, immo ne significatae quidem, ut propemodum mireris comicum post ea, quae antea exposuisset, iam derepente hanc talem sententiam proponere potuisse. At nimirum caret eius rei expositio omnino dialectica subtilitate, ut neutiquam mirandum sit eum hic quoque versatum esse licentius. Est igitur tota Aristophanis oratio, quamvis elocutionis ornatu et dictionis elegantia excellat, tamen ita comparata, ut auctorem ipsius a philosophiae studio mansisse alieniorem neque ad Socraticae sapientiae laudem adspirasse aut propius accessisse luculentissime testetur. Quod si ita est, haud sane temere coniicias, quae caussa Platonem impulerit, ut homini, quamvis quondam Socratis adversario, tamen

in eo opere locum concederet, quod laudibus atque gloriae viri sapientissimi destinatum esset. Nimirum urbane eleganterque legentibus voluit significare vel potius patefacere, quanto ille inferior Socrate fuisset, licet eum olim nefarie esset apud populi multitudinem calumniatus. Atque hoc ita recte statui etiam alia evincunt, quae in Symposio vel de Socrate vel de Aristophane exposita leguntur. Nam primum quidem comicus a Socrate pungitur sine dubio eo, quod hic omne eius studium circa Bacchum et Venerem versari dicit (p. 177. E.). Quod etsi ambigue dictum est, quandoquidem Bacchus praefuit etiam ludis scenicis atque Venus creberrime cum eo tamquam comes consociatur, tamen non caret certe virulentia quadam, quae fuit etiam sententia Fabricii Bibliothec. Gr. Vol. I. Libr. II. c. 21. p. 706., praesertim quum Aristophanes et pridie iam Agathonis epulis interfuerit et iuxta cum Agathone etiam altero die convivii inter ultimos potatores esse narretur, adeo ut potatione languidus denique obdormiscat (p. 228. D.), Socrate etiam tum alacri et ad disputandum promto atque parato. Porro etiam singultus ille Aristophanis, licet et ipse aliquid habeat ambiguitatis, siquidem, ut supra ostendimus, etiam ad taedium ex Pausaniae oratione conceptum referri potest, tamen, quia fortasse ὑπὸ πλησμονῆς, e ventris plenitudine, ortus esse iudicatur, non plane vacare videtur irrisione, quippe quo eius notetur intemperantia, id quod placuit etiam Aristidi Tom. II. p. 371. ed. Dind. Accedit huc, quod Socrates ipse p. 205. D. E. sententiam eius de amoris caussis explicatam satis aperte ab Diotima carpi et vellicari iubet, quodque Aristophanes narratur ad ista voluisse aliquid reponere, quod tamen deinde Alcibiade interveniente reticuerit. Porro in hac caussa praetermittendum silentio non est, quod fabulae Aristophanis a Socrate deinde opponitur mythus longe ingeniosior, vera ille sapientia plenus ac refertus. Qui quod facete urbaneque tribuitur Diotimae, mulieri divinioris sapientiae mysteriis initiatae, id aperte valet quum ad irridendos reliquos oratores, tum inprimis ad ludificandum Aristophanem; omnibus enim vel peregrina mulier longe sapientior fuisse fingitur. Nec vero illud subsannatione quadam carere censemus, quod extremo dialogo, plerisque convivis domum reversis vel vino et somno gravatis, Aristophanes, Agatho atque Socrates usque sermones

miscuisse narrantur de natura poeseos. Contendit nimirum Socrates tragicam et comicam poesin tam arcta inter se contineri necessitudine, ut poeta vere comicus item artis tragicae, poeta vere tragicus etiam artis comicae peritus esse debeat. Cui Agatho et Aristophanes ab initio quidem obloquuntur, quippe bene sentientes sese neutiquam in utroque genere excellere, mox vero ita assentiuntur, ut vel inviti confiteri coacti sint, sese veri poetae nomine indignos esse. Enimvero ita quum Aristophani plaga inferatur haud sane levis, tum ipse Socrates utroque poeta longe superior evadere videatur necesse est, in quo Alcibiades elegantissima oratione sua utramque facultatem et comici et severi coniunctam cerni clarissime demonstraverit. Sed istud ipsum nos admonet, ut etiam Alcibiadis orationem aliquantisper consideremus, quae sane ita comparata est, ut Socratis caussam adversus Aristophanem defendi facile appareat. De qua re inprimis acute exposuit Delbrückius l. l. p. VI sqq., quem hac in parte nostrae disputationis ducem habemus. Quippe finita Socratis oratione eo ipso tempore, quo comicus sese accinxit ad defendenda sua placita, subito intrat Alcibiades, vino gravatus, caput corona redimitus atque vittis, quibus detractis Agathonis tempora cingit; mox autem Socratem conspicatus, parte vittarum repetita, etiam admirabile illius caput redimit, qui dicendo omnes mortales superet. Edoctus deinde, quae res agatur, sese negat coram Socrate quemquam alium sive deum sive hominem laudaturum esse praeter hunc ipsum. Quo facto venia rei impetrata exorditur orationem suam, vere sese omnia dicturum esse graviter asseverans. Initium autem facit a laudanda Socratis deformitate, comparans eum cum Silenorum statuis, quae extrinsecus nihil habeant quod placeat, reclusae intus pulcerrima deorum simulacra ostendant. Quae pertinent sine dubio ad deformem Socratis faciem in Nubibus repraesentatam, qua ostentanda comici histrio spectantium cachinnos movisset. Sed haec ipsa Socratis cum Silenis similitudo deinde ita adumbratur, ut totius fere orationis fundamentum ea niti videatur. Iam vero Socrates in Nubibus etiam tamquam malarum tricarum sophisticarum atque turpitudinis et impudentiae magister informatur. Quid ad haec Alcibiades apud Platonem? Nimirum summis laudibus ille praedicat (p. 215. D. sqq. — 216. C.) admi-

rabilem vim sermonum divinorum, quos a Socrate audiverit. Hic unus, inquit, omnium est mortalium, cuius oratione ita moveor ac percellor, ut mei ipsius me saepe poeniteat. Hunc unum revereor; huic invitus obsequor atque pareo, ita ut eo praesente negare non audeam facienda esse omnia, quae ipse iusserit, licet, ubi ab eo discessi, rursus inani ambitioni deditus ad alia omnia abripiar. Quamobrem eum sedulo vito ac prope fugio; quum autem video, pudet me promissorum ipsi datorum turpiterque neglectorum. Quin etiam optem saepenumero, ut ille e vita decedat; et tamen scio me, si id acciderit, longe maximo dolore ac moerore affectum iri. Tum vero laudat etiam invictam Socratis continentiam et abstinentiam (p. 216. C — 219. E.), laudat item urbanissimam eius ironiam, qua sese nihil scire simulet atque etiam aliis hominibus perpetuo illudere videatur. Quod semet ipsum adolescentem olim expertum esse narrat, qui frustra eius continentiam pulcritudinis suae lenociniis tentaverit, ac potius ad philosophiam sermonibus eius conversus sit. Quibus verbis nemo est quin sponte videat confutari malas criminationes vel suspiciones, quibus iuvenes corrumpere ferebatur, quum tamen eos sanctissime ad virtutem colendam hortaretur et impelleret. Sed propius ad Nubium argumentum pertinent ea, quae inde a p. 220. C. de Socrate narrantur. Nam in Nubibus ille ridetur tamquam ineptus sophista, qui inanibus quaestionibus operam det, adeo ut etiam pulicum saltus metiatur. Quid vero idem agit in Symposio? Nimirum ibi inter media belli pericula atque labores in castris ad Potidaeam non modo invictam constantiam, moderationem et fortitudinem narratur retinuisse, sed etiam rebus gravissimis explorandis adeo fuisse intentus, ut aliquando divino quasi quodam furore correptus per diem et noctem immotus steterit, infixus sublimiorum rerum meditationi, atque solem orientem demum quum pie religioseque salutavisset, rursus discesserit. Quae postrema videntur ad refutandam criminationem illam pertinere, cuius mentio facta est in Apologia Socrat. p. 26. D., ubi Soli ac Lunae divinum honorem eripuisse arguitur. Et conferri cum istis Aristophanis dicteriis possunt etiam illa p. 221. D. E., ubi eius sermones, quamvis prima specie ridiculi videantur, tamen plane divini atque plenissimi sapientia iudicantur esse. Omnino vero Socrati sophistae,

qualem finxit Aristophanes, coelestia ac subterranea inani opera perscrutanti, in Symposio opponitur philosophus, qui primus, ut ait Cicero, philosophiam coegit de vita et moribus, rebus bonis et malis, quaerere devocatamque e coelo in urbibus collocavit et in domos etiam introduxit. Ceterum Aristophanis fabula etiam verbis disertis memoratur p. 221. A. B., ubi Socrates dicitur in fuga post pugnam ad Delium commissam utique superbum illum atque gravem servasse incessum, qui tangatur in Nubibus. Enimvero Alcibiade iudice incessus ille spectantibus non visus est deridiculus, sed certissimo argumento fuit in talis viri animo summam habitare fortitudinem, gravitatem atque constantiam. Denique ex Alcibiadis oratione etiam illud cognoscere et intelligere licet, qui tandem fieri potuerit, ut talis tantusque vir calumniae latus praeberet. Non obscure enim ille ostendit habuisse profecto Socratis omnem vivendi dicendique rationem mirum quiddam et insolens, quod fieri non possit quin absurdum et ineptum videatur cuique homini vulgari et a philosophia alieno. Atque talem Plato videtur etiam Aristophanem videri voluisse, quamquam eundem paullo ante nominavit inter amatores sapientiae. Quippe istud quidem non fecit ex animo, sed ironice vel benevolentiae captandae caussa. Certe quidem nulla usquam sincerae erga eum benevolentiae indicia et argumenta reperiuntur*).

Atque haec quidem omnia si vere aut saltem probabiliter disputata sunt, certe non amplius dubium erit aut controversum, quamnam personam Aristophanes in Symposio Platonico sustineat. Etenim agit ille sane partes poetae comici arguti, festivi, eloquentis, venusti. Sed tantum abest, ut ei interior quaedam tribuatur sapientia, sicut doctis quibusdam viris nuper visum est, ut alia omnia vera videantur. Nam licet puerorum et adolescentium amorem honestum tantum atque laudabilem probet, sicuti ceteri etiam oratores faciunt, tamen de universo amoris genere sententia eius admodum est lubrica et ambigua neque fere ultra physicam rationem

*) Tenendum omnino est nec Platonem in operibus suis quidquam prodidisse de Aristophane nec Aristophanem de Platone, unde de eorum necessitudine aliquid colligi liceat, ut alter alterum certe non ut amicum dilexisse videatur. Nam Thesmophoriazusae nihil ad Platonem.

assurgit; certe cum sublimitate sententiae Socraticae nullo modo potest conferri. In dialecticis autem adeo nihil proficit, ut eius argumentatio aliquoties sit cassa nuce inanior. Denique quemadmodum ceteri oratores utpote rationis sophisticae alumni tecte carpuntur atque irridentur, ita hic non solum ita loquens inducitur, ut Socraticae sapientiae neque vita et moribus neque intelligentia et cognitione ullo modo particeps videatur, sed etiam ut Socratis adversarius facete perstringatur atque confutetur, quippe qui ad laudes Socratis ab ebrio Alcibiade praedicatas omnino tacere cogatur. Quod quidem si vere ita statuitur, probabile est Aristophanem quo tempore Plato haec scripserit, etiam tum in vivis fuisse necdum mortuum. Quocirca non temere Saxius Onomast. I. p. 46 sqq. eius obitum ad Olymp. LXXXIX. 1. retulisse existimandus est.

Verum satis haec de Aristophane. Progredimur denique ad orationem Agathonis. Is vero amorem laudat ut poeta tragicus, cuius pectus recenti victoria, quam modo reportavit, adhuc concitatum insolentius est et maiore quodam spiritu poetico agitatum. Praedicat autem hic quoque amorem honestum et cum virtute coniunctum, qui nihil habeat communionis cum humilitate lubidinis. In quo negotio obeundo ab initio certe prudentissime versatur. Reprehendit enim superiores oratores, qui non tam deum ipsum laudaverint, quam homines propter bona felices praedicaverint, quae amori debeantur. In quo etsi quodammodo adversus illos iniquior est, qui partim eandem laudandi viam ingressi essent, tamen primus, quid rei sit, diserte eloquitur. Nimirum unam veram atque rectam laudandi rationem ait esse hanc, ut primum ostendatur, qualis quis ipse sit, ac deinde demum doceatur, quorum bonorum auctor sit habendus (p. 194. E. 195. A.). Itaque primum Amorem laudat ut omnium deorum et pulcerrimum et optimum, ideoque longe beatissimum. Nam pulcerrimum quidem esse censet ideo, quia natu minimus sit, senectutem usque fugiat et cum iuventute conversetur, quo nomine docte obloquitur Phaedro, qui eum tamquam antiquissimum praedicavisset. Cum iuventutis autem flore perpetuo hoc coniunctum esse arbitratur, quod sit etiam tenerrimus, mollissimus, florentissimus. De quo ita sermocinatur, ut eum animos tenerrimos occupare, molliter mentes intrare, floridum florida corpora

floridosque animos inhabitare poetice magis quam subtiliter ostendat (p. 195. D — 196. B.). His vero expositis deinde eum docere instituit etiam quattuor illis virtutibus, quas vulgo dicunt cardinales, insignem ideoque optimum esse (p. 196. B — 197. C.), quae et ipsa multipliciter exornantur, ut nec desit in iis quaedam luxuria ac festivitas, qualis sane iuvenem tragicum deceat. His omnibus autem denique subiunguntur communes dei laudes, quae, sicuti cum singulari mentis concitatione atque exultatione proferuntur, ita etiam manifesta prae se ferunt artis rhetoricae ornamenta maximeque antithetis et isocolis studiose quaesitis et cumulate acervatis insignes sunt (p. 197. C — E.). Itaque Agathonis oratio refert nescio quid tragici coloris sophisticae artis pigmentis obducti. Postremam autem eius partem apertum est ita esse comparatam, ut unde fucus ille oratorius ductus sit, nemo quisquam ambigat. Habet enim sermo manifesta Gorgianae eloquentiae signa et argumenta, id quod Socrates etiam verbis clarissimis prodit p. 198. C., qui sese lepidissime audiendis istis ait Gorgiae esse commonefactum. Et conferas etiam de Gorgiae dicendi artificiis Plat. Gorg. p. 448. C. 467. B. et Cicer. Orat. 25., ubi ratio eius vel describitur vel imitando expressa est. Itaque Agatho manifesto notatur atque carpitur tamquam tragicus ex Gorgiae schola profectus, cuius oratio, iam alioquin grandisona, tumida et inani arte calamistrata, etiam sophisticum colorem traxerit. Et habet ea profecto pro vera sententiarum magnitudine vanum tumorem, pro acumine putidum argutiarum frigus, pro copia divitiisque inertem quandam atque iuvenilem luxuriam, pro nativa numerorum suavitate et elegantia inanem lusum, quo paria paribus relata, similiter conclusa eodemque pacto cadentia accumulantur, denique pro veris virtutibus dictionis et eloquutionis vitia illis affinia. At nimirum hanc dicendi rationem Agathoni propriam fuisse discimus etiam ex Aristoph. Thesmophor. v. 39 sq. 60., ubi v. Kuster. et Bergler., vers. 107 sq. v. 198., ubi conf. ann. Fritsch., Aeliano Varr. Hist. XIV. 13., ubi v. Kuhn., et Philostrato Vit. Soph. I. p. 497. ed. Olear. Quamobrem non est dubium huius quoque orationem esse tamquam ad vivum expressam planeque ad similitudinem dictionis, qua alias utebatur, comparatam. Verum enim vero quum eum manifestum sit ita loquentem in-

ductum esse, ut vitia, quibus eius oratio laborat, lepide festiveque carpantur, adeoque omnis amoris laus, quam praedicat, mere poetica atque vana et inanis sit, tamen quod de reliquis oratoribus adhuc dicere licuit, idem de ipso quoque dicendum est. Loquitur enim de amore sic, ut, quamvis ad interiorem vim et naturam eius aperiendam ac declarandam nihil prope conferat, tamen foedae lubidinis cogitationem procul arceat atque unum castum purumque amorem in mente habere iudicandus sit. Praeterea vero etiam, sicuti antea vidimus, ab initio orationis suae profert praeceptum dialecticum, quod ad argumenti tractationem perquam conducibile est. Quod enim censet in omni laudatione ita esse versandum, ut primum indicetur, qualis sit is, qui laudetur, deinde autem ostendatur, quaenam dotes aut virtutes ei tribuendae sint, id tam prudenter animadversum est, ut ipse Socrates eam rationem deinde non modo assensione sua comprobet, sed etiam in orando per omnia sequatur planeque suam faciat. Quamobrem haec praeceptio dialectica eam habet vim, ut quasi per eam instituti ac praeparati ad Socratis orationem accedamus.

Sed satis haec de quinque orationibus prioribus. Quibus continuo subiungere placet quae Socrates in orationis suae prooemio exponit. Nimirum quemadmodum iste in Apologia Platonica ita loquens inducitur, ut genere dicendi iudiciali spreto ac neglecto potius subtiliter disserendi consuetudinem usurpet in foro non usitatam, ita in Symposio quoque, misso genere dicendi panegyrico, quo ceteri usi sunt, protenus rem dialectice pervestigare atque exquirere instituit. Quod non temere ita factum esse quis est quin sibi facile persuadeat? Enimvero isto quidem pacto dialectica veri investigandi ratio, quam unam Plato iuxta cum Socrate idoneam ad philosophandum esse censuit, opponitur continuae orationi, qua quum rhetores, tum sophistae utebantur, adeoque significatur, de quo quum alibi, tum inprimis in Gorgia atque Phaedro disputatur, veram artem dicendi dialectices praesidio et adiumento haudquaquam carere posse. Sed videamus, quidnam illud sit, quod Socrates auditis illis orationibus in medium proferat.

Finita igitur Agathonis oratione ille faceta cum irrisione inde a p. 198. A. perstringit superiores amoris

laudatores, initio facto a postremo oratore. Verusne vates fui, inquit, quum dicerem me ultimo loco dicentem inprimis ab Agathone in magnam consilii inopiam coniectum iri? Nimirum is certe tam pulcram et copiosam habuit orationem, ut non habiturus videar quod dicam melius. Licet enim cetera, quae dixit, minus fuerint admirabilia, tamen postrema, quae protulit, adeo me perculerunt, ut paene prae metu ac pudore aufugerem, praesertim quum Gorgianum caput mihi obtendere videretur. Intellexi igitur temere me promisisse, me et ipsum vobiscum laudare velle amorem, quoniam essem artis amatoriae peritus. Quippe putaveram equidem vera esse dicenda de quaque re, quae celebranda esset, et hoc debere tamquam fundamentum laudationi subiectum esse, ex his ipsis vero eligi oportere pulcerrima electaque quam aptissime componi. Nunc vero apparuit non in hoc contineri pulcram rei cuiusque laudationem, sed potius in eo cerni, ut ei quam maxima et praestantissima attribuantur, sive vera sint sive falsa. Nimirum propositum iam sane hoc videtur omnibus esse, ut amorem quisque videatur quidem laudare, sed non revera laudet: unde vos id studuistis, ut ille praestantissima quaeque sibi propria videretur habere, iis scilicet, qui nullam ipsius intelligentiam habeant. Huius vero laudandi artis fateor me plane imperitum esse. Itaque date mihi hoc, ut vestra ratione derelicta meo iam more dicam, ne forte vobis debeam ludibrium. Vera enim de eo praedicabo sine omni verborum ac sententiarum ornatu. Quamobrem sinite me ante omnia Agathonem pauca quaedam interrogare atque rem paullisper disceptare disserendo, quandoquidem aliter dicere non possum. Quibus praemissis deinceps inde a p. 199. C. usque ad p. 201. C. subtiliter docet amorem semper ad aliquid referri neque absolute per se cogitari posse. Quo concesso Agathonem continuo eo redigit, ut etiam largiatur amorem iis, ad quae referatur, penitus carere, quippe quae appetat et concupiscat. Quum vero Agatho ipse dixisset amorem esse omnium pulcrorum effectorem, protenus inde colligit, Agathone quidem non reluctante, id, ad quod amor referatur, nihil aliud esse quam pulcrum eumque pulcro carere ideoque nec ipsum pulcrum dici posse. Ex quo deinde porro concludit, ad pulcrum quoniam bonum quoque pertineat, amorem etiam bonis carere ideoque

ipsa appetere. His vero ita disputatis postquam fundamentum iecit eius sententiae, quam deinceps defendit, quaque ita statuit, ut amorem censeat infinito quodam appetitu pulcri et boni contentum esse, continuo praeeunte Diotima Mantineensi inde a p. 201. D. docere instituit, quis et qualis sit amor et quae efficiat. Enimvero ista ratione quum non sine irrisione orationem mulieris opponat superioribus virorum orationibus, tum etiam elegantissime significat agi iam de re maxime excelsa, sublimi, sancta, divina, quam una mens divinioris sapientiae tamquam sacris initiata capere et intelligere queat. Quamquam Plato hoc invento suo videtur etiam aliud quid spectavisse. Voluit enim, nisi fallor, tamquam tecte significare, doctrinam istam amatoriam, quam Socratem fecit Diotima duce explicantem, altiorem esse utique et reconditiorem, quam quae Socraticae rationi accepta referretur, atque totam pertinere ad philosophiam sublimiorem. Verum istud quidem verbo significasse satis erit; revertimur tandem ad id, quod nobis propositum est, ut aliquando quaestionem de universi Symposii fine et consilio susceptam profligemus et ad exitum perducamus.

Videmur autem nunc perlustratis quinque orationum priorum argumentis satis demonstravisse, verum esse quod statuimus in superioribus, spectare has orationes omnes primum non aliorsum nisi huc, ut quasi imago et pictura quaedam proponatur amoris masculi, qui inter Graecos quum ipse per se honestus putabatur, tum etiam ad alendum virtutis studium non mediocre videbatur afferre auxilium. Omnes enim oratores hunc unum spectant, hunc unum illustrant, hunc unum laudant. Quamquam id faciunt sic, ut alius eum alia ex parte spectet et contempletur. Nam Phaedrus illum omnino et generatim laudat opibus poeticis et mythologicis usus. Pausanias autem sublata, quam ille reliquerat, obscuritate et ambiguitate, eum definit accuratius; distinguit enim amorem vulgarem et coelestem, quorum tamen alterum tantum laude dignum esse ostendit, id quod ita facit, ut simul varias amandi rationes inter Graecas gentes usitatas fideliter describat. Itaque procul dubio huius potissimum oratione id efficitur, ut mos ille amandi qualis revera fuerit, accuratius cognoscamus clariusque perspiciamus. Iam vero Eryximachus amoris ambitum ostendit etiam latius patere, quippe quum totam rerum universitatem perva-

getur; qua quidem oratione id, quod in vita hominum cernitur, haud absurde comparatur cum communi lege naturae universae, ut illi tamquam nova quaedam lux affundatur. Revocat tamen proximus orator, Aristophanes, disputationem, sicut fuit consentaneum, rursus ad unam naturam humanam, atque lepida fabula enarranda hilariter et ridicule amorem humanum ex naturali quodam sexualis indigentiae sensu repetit, ut tota fere ratio eius physica videatur. Quo facto denique Agatho, comico poetae ordine succedens, eius amoris, quem etiam Phaedrus et Pausanias intellexerant, laudes tragice quidem, sed admixto item inani sophisticae et rhetoricae fuco celebrat. Itaque omnes ac singuli, ut diximus, in eo elaborant, ut amoris probi et honesti virtutes atque bona in illustriore luce collocent. Ex quo apparet Platonem his orationibus vulgarem amorem eumque castum atque probum adumbrari voluisse, qui divino illi tamquam ex altera parte ita esset oppositus, ut, quum illi videretur contrarius, tamen item cum eo interiore quadam contineretur coniunctione ac necessitudine. De qua quidem utriusque contrarietate ac necessitudine videmur iam in superioribus satis exposuisse, ut hoc loco de ea nihil addendum sit.

At enim vero etiamsi hoc illis orationibus sine dubio propositum sit, tantum tamen abest, ut res in disceptationem vocata dilucide explicetur aut ad liquidum perducatur, ut legentibus eius tamquam species tantum et veluti umbra exhibeatur. Nam unusquisque dicentium particulam tantum veri, subinde etiam miris argutiis obfuscatam, in medium affert. Quamobrem Socrates orationis suae principio illos omnes facete deludit. Nimirum versatur amor iste, qui depingitur, unice in opinione (δόξῃ) neque attingit absolutae veritatis scientiam (ἐπιστήμην). Quam ob rem tanta regnat inter dicentes de eo iudiciorum varietas tantaque sententiarum fluctuatio, ut alii aliter de eo statuant neque quisquam de eius vi et natura certum expromat iudicium.

Accedit vero ad haec, quod qui verba faciunt nec ullo modo tenent artem illam, quae una valet ad cognoscendam veritatem plurimum. Ea vero est dialectica. Quae quum omnino veri et boni indagatrix sit certissima, tum etiam, ut iam supra significavimus, ars est vere amatoria, quandoquidem immenso illi aeternae pulcritudinis desiderio, quo animus amantis phi-

losophi usque flagrat et inflammatus est, tamquam succurrit efficitque hoc, ut ei aliquando satisfieri queat. Etenim philosophia quum secundum Platonem non sit certarum quarundam rerum explorata scientia, sed uno studio sapientiae contineatur, de qua re v. Phaedr. p. 276. A. sqq. 278. D. Symp. p. 204. A. sqq. Phaedon. p. 64. A. sqq. Gorg. p. 482. A. sqq. De Rep. II. p. 375. E. sqq. V. p. 475. D. sqq. 485. B., facile intelligitur ad illam omnino haec duo requiri, primum quidem naturalem quendam animi motum atque appetitum et quasi furorem, quo usque ad cognitionis et scientiae studium auferamur perpetuoque divinae veritatis desiderio repleamur, deinde etiam artem, qua efficiatur, ut ad earum rerum cognitionem aliquam pervenire liceat, quarum cognoscendarum atque contemplandarum cupiditate animus pro nativa indole sua captus tenetur. Et illum quidem animi appetitum philosophus amorem nuncupavit, de quo dictum est antea; artem autem ei tamquam suppetias ferentem dixit dialecticam, quam quidem et ipsam voluit hominibus divinitus et quasi sortito obtigisse, sicuti ex Phaedr. p. 249. C. sqq. et Phileb. p. 16. C. intelligitur. Huius vero munus non in alia re magis cernitur, quam in eo, ut aditum ad aeternae veritatis campum veluti aperiat atque menti infinito illius desiderio occupatae eoque laboranti tamquam instrumentum illius cognoscendae suppeditet (v. praeter alia Phaedr. p. 249. B. Phaedon. p. 75. B. usque ad 76. E. De Rep. VII. p. 531. D. sqq. 534. C. Phil. p. 57. E. sqq.). Unde philosophi, qui in aeterna veritate cognoscenda atque exploranda unice occupati sunt, merito habentur dialectici (Soph. p. 253. E. Phaedon. p. 65. A. 67. B. De Rep. V. p. 475. B. 476. B. 477. A. 479. A. VII. p. 521. C. 534. C. al.). Quamquam non minus illius officium hoc est, quod in disserendo, quaerendo, sermocinando versatur. Quo quidem nomine quantopere ipsa amatoriae disciplinae inserviat, quum iam supra explicatum sit, hoc loco denuo explicare supervacaneum arbitramur. Hanc igitur artem unus tenet Socrates; ceteri oratores eadem prorsus carent ideoque etiam veri amoris vim naturamque minime assequuntur, immo ne illius quidem amoris rationes, qui in ipsa vita communi versatur, commode laudare sciunt. Nimirum poetica pariter atque rhetorica Platonis iudicio a verae scientiae laude est alienissima, sicuti quum alibi, tum

inprimis in Gorgia atque Phaedro ostenditur; conf. Phaedr. p. 248. D. E., ubi in ordine vitarum vita poetarum sexto et vita sophistarum octavo loco collocatur; Apol. p. 22. C. Ion. p. 533. D. sqq. De Rep. VII. p. 531. E. 534. B. Phaedon. p. 76. B. Quamobrem nec illarum ope effici potest, ut vis et natura istius amoris penitus recludatur; immo vix illud efficitur, ut externa quaedam rei disceptatae species et imago adumbretur.

Atque haec quidem omnia qui diligenter animadverterint, ii certe iam non amplius dubitabunt, quorsum tecta illa irrisio rhetorum ac poetarum, de qua in lustrandis singulorum orationibus identidem monuimus, denique referatur. Quemadmodum enim divinus amor humano ex adverso positus est, ita etiam dialecticam vero germanoque philosopho propriam apparet oppositam esse rhetoricae atque poeticae, quippe quae cum ipsa scientia (ἐπιστήμη) nihil habeant necessitudinis atque ad unam solam opinionis levitatem et inconstantiam pertineant.

Sed his ita expositis iuvabit tandem summatim declaravisse, quidnam summum illud atque ultimum videatur esse, quod universo Symposii operi sit propositum. De qua re paucissimis absolvere licebit.

Itaque omnino quidem Platoni in condendo hoc opere illud fuit propositum, ut ostenderet ac demonstraret, quibus quasi gradibus ab amore illo honesto propagandae virtutis et sapientiae caussa in vita communi celebrato paullatim ad divinarum rerum amorem, hoc est ad veram philosophiam, escenderetur*). Hoc autem consilium suum elegantissime atque singulari ingenii sollertia ita exsequutus est, ut non solum divinum et vulgarem amorem inter se opposuerit, imagine utriusque pleniore et illustriore exhibita, eaque ratione ostenderit, tum quantum alter alteri antestaret, tum etiam qua uterque inter se necessitudine contineretur, verum etiam dialecticam cum rhetorica et poesi composuerit, utpote iuxta cum diviniore amore ad philosophandi rationem unice necessariam, eaque opportunitate usus oblique significaverit nec rhetores nec sophistas nec poetas eos esse, qui aut quid esset studium sapientiae intelligere

---

*) De eadem re olim haec scripsimus: „*Nichts geringeres hatte Platon vor Augen, als zu zeigen, wie bei dem wahren Weisen die irdische Liebe sich zur himmlischen verkläre.*"

aut quaerendi disserendique ratione sua rerum vim naturamque exquirere et salva veritate in illustriore luce collocare ullo modo possent. Quo quidem modo callide et veluti per transennas etiam illud significavit, quod ut intelligeretur sane plurimum ipsius debuit interesse, qua via et ratione vita communis altius ad philosophiae dignitatem evehi et extolli posset. Nam amore illo legitimo et communi more recepto paullatim ad altiorem sapientiae amorem educto itemque rhetorica et poesi ad dialecticae rationem composita apertum est etiam universam vitam, tam publicam quam privatam, iudicio eius emendari, perfici et propius ad philosophiae dignitatem et excellentiam educi. Quamquam philosophus in Symposio quidem de unis maxime amoris rationibus egit, alteram sententiae partem obiter tantum et secundaria opera attigit, accuratius iam in Phaedro illustratam illam. Iam vero haec omnia praeclaro artificio etiam ita adornavit ac tractavit, ut una eademque opera etiam Socratem tamquam sapientis in ipsa vita constituti egregiam imaginem proposuerit eumque simul etiam ab criminationibus adversariorum, inprimis Aristophanis, urbanissime vindicaverit. Nam finxit profecto eum philosophum amatorem, qui, etiamsi non maxima quaeque assequutus esset, quae ad perfecti amoris laudem requirerentur, tamen summa ope ad maxima quaeque contenderet praestantissimisque virtutibus ad obtinendam perfecti amatoris laudem necessariis ornatus esset. Aristophanem autem una cum eo ita iussit Agathonis convivio interesse, ut et ipse videretur admirabili sapiente inferior et tacitus egregias illius laudes suis ipse auribus audire ac percipere cogeretur.

En habes nostram de Symposii argumento atque fine sententiam, qua quidem explicanda si id consequuti simus, ut saltem aliquid ad iuvandam divini operis intelligentiam contulisse existimemur, ex animo laetabimur; sin aliter, certe nos boni consilii conscientia consolabitur, quippe qui unice id spectaverimus, ut libro etiamnunc saepius lecto quam intellecto pro viribus novae lucis aliquid affunderemus.

Neque tamen inutile erit, opinor, etiam potiora iudicia aliorum cognovisse, qui recentiore aetate de Platonici consilii ratione et compositione disputaverunt, si forte fieri possit, ut inde etiam melius quid repetatur, quod ad operis artem ac rationem rectius iudicandam aesti-

mandamque valeat. Nolumus enim penitus ignorari aliorum hoc in genere merita. Quamquam nobis hoc dabitur, ut subinde breviter addamus caussas, cur aliter atque illi sentiamus.

Viguit igitur recentiore tempore aliquamdiu ea opinio, ut Plato in scribendo hoc opere id egisse putaretur, ut vanae de Socratis erga ingenuos adolescentes, inprimisque Alcibiadem, amore criminationes impugnarentur, atque doceretur amorem illum non fuisse turpem et illicitum, sed honestum atque legibus convenientem. Quam quidem sententiam praeter Diderotum in Diction. Encyclop. s. v. *Composition* tutati sunt maxime Fr. Aug. Wolfius Prolegg. ad Sympos. p. 38 sq. et Henr. Ludovic. Hartmann. Prolus. De proposito Symposii Platonis. Gubenae, 1797. 4., qui summam libri una potissimum Alcibiadis oratione contineri censuerunt. Quae ratio cur improbabilis sit, propemodum sponte apparet. Nam primum, ut alio loco ostendimus, de istis criminationibus nihil fere innotuit. Deinde hoc si Platoni in elaborando convivio fuisset propositum, multae operis partes forent supervacaneae. Itaque merito nunc sententia virorum doctissimorum reiecta est. His vero proxime successit Fr. Schleiermacherus, qui tamen et ipse censuit in Socratis tamquam sapientis laude quaerendum esse primarium scriptionis argumentum ideoque etiam Alcibiadis orationi plurimum tribuendum esse arbitratur. Quippe statuit vir egregius Symposium et Phaedonem arctissima necessitudine coniunctum esse cum Sophista et Politico. Quocirca putat in Symposio et Phaedone illam exhiberi sapientis imaginem, quam Plato in principio Sophistae a se illustratum iri promiserit. De qua re Tom. II. Part. II. Praefat. ad Symp. p. 369 sqq. ita scripsit: „*Für den, der die Sache auf eine freiere Weise betrachtet, ist jene Trilogie nur schöner und herrlicher vollendet gemeinschaftlich durch unser Gespräch, das Gastmahl, und durch das nächstfolgende, den Phaedon, in welchen beiden zusammengenommen Platon uns ein Bild des Philosophen darstellt in der Person des Sokrates, und zwar zeigt er ihn im Phaedon, wie er im Tode erscheint, in unserem Gastmahl aber wird derselbe, wie er gelebt, verherrlicht durch jene Lobrede des Alkibiades, welche doch offenbar der Gipfel und die Krone des ganzen*

Gesprächs ist, und uns den Sokrates darstellt in dem unermüdlichen Eifer der Betrachtung und in der freudigen Mittheilung, in der Verachtung der Gefahr und in der Herrschaft über die äusseren Dinge, in der Reinheit aller seiner Verbindungen und in seiner innern Göttlichkeit unter dem leichten und fröhlichen Schein, kurz in der vollendeten Tüchtigkeit des Leibes und der Seele und also des ganzen Lebens." Haec igitur ille de ultimo operis consilio atque fine. Si vero quaeritur de declamationibus illis amatoriis a prioribus quinque oratoribus recitatis, censet illas vir egregius ad Lysidem referendas esse, quem dialogum ipse Phaedro appendicis loco subiunctum voluit. Nam quae in Lyside enumerentur et coarguantur amicitiarum caussae, eas ait hic omnes commemorari ac denuo recenseri. Quippe Phaedrum ita dicentem induci, ut caussam amoris censeat inesse in appetitione boni; Pausaniam ita verba facere, ut eandem illam quaerat in similitudine; Eryximachum illam ponere in dissimilitudine et habitu contrario; denique Aristophanem suam sententiam non in medium proferre, sed comice ridere eos, qui amorem eo referri censuissent, ut coniunctio cum eo, quod esset cuiusque proprium, efficeretur. Haec igitur Schleiermacherus. Qui quae addidit praeterea ad sententiam suam vel exornandam vel confirmandam, ea, ne prolixior evadat nostra narratio, silentio praetermisisse consultum duximus. Praestat, opinor, paucis significasse, cur a viri summi sententia discedendum esse statuerimus. Etenim primum quidem de amatoriis illis orationibus aliter plane atque ille existimamus, quas nec cum Lyside dialogo ullo modo cohaerere nobis persuasum est. Deinde Symposio ut concedamus aliquid necessitudinis cum Phaedone intercedere, quamquam hanc ipsam necessitudinem perquam exiguam esse contendimus, tamen idem illud una cum Phaedone referri ad Sophistam et Politicum plane est incredibile. Nam Politici et Sophistae argumentum a Symposio et Phaedone mirum quantum abhorret, ut nec qui ibi promittitur sapiens is sit, qui secundum Schleiermacherum in Phaedone et Symposio informatus est, sed potius dialecticus, qualis in Parmenide exhibetur. Denique ne illud quidem nobis videtur vere iudicatum esse, quo uno maxime Schleiermacheri ratio nititur, omnem Symposii summam postremo eo redire, ut imago atque species

perfecti philosophi, qui in ipsa vita versetur, legentibus ante oculos poni existimanda sit. Etiamsi enim philosophia Platonis iudicio cernitur in perpetuo studio sapientiae atque acerrima redintegrandae idearum cognitionis cupiditate, adeoque hanc vim habet, ut qui ei deditus sit, is et aeternae rationis praeceptis usque obtemperet et se virtutis ac sapientiae amore beatum esse sentiat, tamen nec Alcibiadis oratione eiusmodi sapientis imaginem informari meminimus, quae potius in vero germanoque Socrate depingendo versari existimanda est, nec omnino in Symposio id unum agi putamus, ut philosophi isto modo informati species depingatur. Quamobrem aliquanto certe probabiliora videntur, quae breviter quidem, sed perquam acute scripsit Fr. Astius De vita et scriptis Platon. p. 309. Symposii summam eo denique redire arbitratus, ut verus germanusque amor tamquam viva et immortalis philosophia describatur, quae referatur ad aeternam divinamque pulcritudinem atque verae virtutis laudem propositam habeat (*die echte Liebe als die unsterbliche Philosophie darzustellen, deren Zweck wahrhafte Tugendbildung und deren Gegenstand die unvergängliche überirdische Schönheit ist*). Nempe spectant profecto omnia in Symposio denique ad divinarum rerum amorem eiusque studium informandum atque depingendum. Neque tamen Astius illo effato suo complexus est omnia, quae ad iudicium de toto opere prudenter regendum necessario respicienda sunt; neque etiam ullo modo declaravit, quamnam putaret inter orationem Socratis et Alcibiadis intercedere necessitudinem aut qualem statueret quinque priorum orationum cum reliquo opere nexum et cohaerentiam. Quamquam eum iure suspicari licet cum Schleiermachero plurimum tribuisse orationi Alcibiadis, quum iis, quae supra retulimus, paullo post subiunxerit haec: „*Im Symposion wird der vollendete Mensch selbst geschildert als Erotiker und Weiser.*" Sed transiisse iuvabit ad aliorum quoque virorum doctorum iudicia, quorum auctoritas in hac caussa non temere negligenda est. Etenim a Schleiermacheri ratione magnam certe partem pendet etiam L. I. Rückertus, quamvis in aliis ab eo recedat longissime. Is enim in edit. Conviv. Plat. p. 218 sqq. Platonem censet in Symposio sub persona Socratis proposuisse imaginem philosophi omni virtute

cumulati, hoc est tam vitae ad veritatis regulam compositae honestate quam veri perscrutandi studio ac sollertia insignis; amatorias vero orationes omnes non tam eo pertinere vult, ut exponatur de amore, quam potius eo, ut recte inquirendi via demonstretur (v. praeter alia p. 324 sqq. l. l.); nam Phaedri oratione explodi Tisiam eiusque disciplinam (p. 259 sqq.); Pausaniam loquentem induci, quo Protagoras vel Hippias vel Xenophon carpatur (p. 265.); sub Eryximachi persona latere Hippiam Eleum (p. 270.); Aristophanem agere Prodici partes in rimandis verborum discriminibus studiose versati (p. 280.); Agathonis oratione notari Gorgiae perversitatem (p. 284.); denique ne Socratis quidem orationem ad explicandam Platonis de amore sententiam pertinere, sed unice eo spectare, ut disputatione ab eo instituta, quae superioribus orationibus opposita sit, tamquam illustri exemplo demonstretur, recta et vera quaerendi ratio qualis esse debeat (p. 304 sqq.). Haec igitur Rückertus, quae si sciscitaris, ecqui nobis placeant, quid respondeamus, utique in promtu habemus. Nam quum plurima in iis insint, quae a veritatis rationibus ideo abhorrere videntur, quia potius mero arbitratu posita atque conficta quam ex limpidis doctrinae fontibus hausta sunt, tum inprimis illud perquam mirum accidit, quod, Rückertum si audimus, quum Plato loquentes ab initio usque ad exitum libri de amore disputare iusserit, tamen postremo omnis fere disputatio non ad hunc ipsum, sed ad alia omnia spectare existimanda est. Quod quis est qui sibi persuadeat vel tantillum habere verisimilitudinis? Accedit huc, quod viri sagacissimi ratione probata vix perspicitur, quomodo totius operis partes apte inter ipsas cohaereant, ut ei profecto omnis vere artificiosae compositionis laus eripienda videatur. Verum enim vero quum merito ingeniosam Rückerti audaciam mirari liceat, tamen non defuit, qui ipsum hoc quidem nomine etiam vincere et superare conniteretur. Est is A. Hommelius, qui in Prolegomm. ad eam quam fecit editionem Symposii, amplis illam commentariis instructam, de operis totius arte et compositione fusius disseruit. Quippe putat Hommelius Phaedri oratione mythologiam, Pausaniae politicen, Eryximachi scientiam, Aristophanis artem repraesentari; quibus quidem rebus quoniam universa generis humani vita absolvatur, du-

bitari vix posse arbitratur, quin Plato istis orationibus miseram vitae conditionem designare voluerit, quam ipse iudicaverit vero certoque carere fundamento; his autem orationibus subiectam esse ait orationem Socraticam, qua infirmum illud ac lubricum vitae fundamentum fulciatur, emendetur et corroboretur; ea enim luculente doceri, homines amoris ope, quem ipse humani generis indolem interpretatur, ad sapientiam esse adducendos; denique postremo loco orationem Alcibiadis exhiberi statuit, quo lectores edoceantur, qualis sit et qua fruatur vitae felicitate, cuius vita vi erotica tamquam fundamento nitatur et qui non aliam quam eroticarum rerum scientiam profiteatur (v. p. XXXIII. XLIII. XLV. l. c.). Quae qui vel leviter consideraverit, is certe protenus animadvertet attribui Platoni falsissima, ex novitia sapientia assumta, de quibus philosophus nec somniaverit. Iam vero missis ceteris, quorum scripta nobis non in manus venerunt, Rötschero, Schweglero, aliis, de quibus breviter retulit Susemihl. in Schneidewini Philologo Vol. VI. a. 1851. Fasc. II. p. 177 sqq., memorasse adhuc iuvabit, quid vir πλατωνικώτατος, Car. Frid. Hermannus, de Platonici operis fine atque consilio censuerit. Is enim in libro, qui inscriptus est: *Geschichte und System der Platonischen Philosophie*, Vol. I. p. 521 sqq. item de hac re disputavit copiosius. Convenit autem illi, si quid iudicare possumus, nobiscum de eo, quod inter orationem Socratis atque Alcibiadis eandem fere statuit intercedere rationem ac necessitudinem, quam nos intercedere dudum videmur docuisse in altera Symposii nostri editione Praef. p. 15 sqq. (v. p. 524 sqq.). Nec vero de reliquis ille multum a nobis dissentit, quamquam nec ea, quae scripsit de prioribus orationibus amatoriis, quibus censet legentes pedetentim ac paullatim ad orationem Socraticam praeparari et ad eius intelligentiam veluti propius perduci, nec illa, quae uberius de Symposii cum Phaedro necessitudine disputavit, omni ex parte cum nostra sententia concordant. Etenim instituta Phaedri et Symposii comparatione in Phaedro quidem doceri arbitratur, amorem, qui percipitur sensibus, vulgarem homini esse turpem atque noxium eundemque animum humi defigere ac deprimere, ideoque eum, qui non amet, longe praeferendum esse amanti, qui inhonesto amori indulgeat, licet alioquin amor celsum quiddam atque generosum sit;

in Convivio contra id agi censet, ut amorem ostendatur ex nativo indigentiae et inopiae sensu animis humanis ingenerato prodire eumque sensum pertinere aequaliter ad tres animi partes in Phaedro descriptas, ita ut denique ad ipsam pulcri perfecti speciem et imaginem perducamur, in qua intuenda atque contemplanda amor philosophi contineatur (p. 522 sqq.). Nos vero quemadmodum de argumento utriusque dialogi multo aliter existimamus, ita etiam de coniunctione et nexu, quo alterum opus contineatur cum altero, sic statuimus, ut nostrum ea de re iudicium ab illius sententia seiungendum statuamus.

Habet vero Symposium cum Phaedro arctissimam necessitudinem et cognationem, quae vel ex eo intelligitur, quod non solum in utroque opere doctrinae amatoriae Platonis tamquam propria sedes constituta est, sed etiam in Symposio p. 182. A. manifesto respicitur ad Lysianam orationem in Phaedro recitatam. Quin etiam verissime affirmare licet, Symposium non posse intelligi nisi ab iis, qui Phaedrum quoque accurate pertractaverint, ac vicissim Phaedri lectionem necessario cum lectione Symposii coniungendam esse. Quamobrem certe non inutile erit paucis significavisse, quidnam tandem sit, in quo ista cognatio utriusque operis contineatur. Quamquam ea de re breviter tantum explicabimus, quandoquidem angustiae huius libelli tantae amplitudinis disputationem haudquaquam capiunt.

Itaque primum quidem animadversione dignum est, quod in utroque opere id potissimum agitur, ut divini amoris vis et natura aperiatur et quanta sit eius maiestas atque dignitas, grandi oratione declaretur. Quod certe vel solum sufficit ad demonstrandam utriusque libri necessitudinem arctissimam, quandoquidem in hoc ipso sine dubio primaria pars argumenti, in quo illi illustrando versantur, quaerenda est. Nam gravissime profecto errarunt qui in Phaedro disputationem putarunt unice spectare ad arguendam rhetorices vanitatem, ita ut orationes quae declamantur amatoriae pro exemplis eloquentiae habendae sint. Qua opinione nihil esse perversius in Prolegomenis ad alteram Phaedri editionem demonstrare constituimus. Iam vero tam in Symposio quam in Phaedro etiam divinarum rerum amori philosophis proprio tamquam e regione collocatur amor masculus isque castus, probus, honestus, qui

licitus et communi more receptus erat. Quod quidem ita fit, ut non modo ostendatur, quanam hic cum illo cognatione contineatur, verum etiam appareat, quantum inter utrumque discriminis intercedat. Quamquam id aliter peragitur in Phaedro, aliter in Symposio. Nam in Phaedro quidem simpliciter opponitur amor adolescentium inter Graecos pro honesto probatus divino illi amori, quo pectus philosophi calere iudicatur; in Symposio autem res ita instituitur, ut vulgaris amoris, hoc est eius, qui vulgo regnabat, variae tamquam species ostendantur adeoque varii ac multiplices gradus designentur, quibus paullatim altius ad divini amoris laudem atque virtutem escendi possit, quod quidem ita in Diotimae oratione fieri meminimus. Sed hoc ipsum eiusmodi est, ut etiam tertium quiddam admoneamur, in quo Symposii et Phaedri cernitur necessitudo non exigua. Nam utrique operi etiam hoc commune est, quod quaenam sit utriusque amoris mutua inter se coniunctio ostenditur et quamnam amor divinus ad mortalem vitam vim habeat, vel significatur et ostenditur vel etiam subtilius explicatur. Etenim in Phaedro quidem divini amoris rationes ab ultimis repetuntur initiis atque caussis, ut ille quasi in coelo spectetur et quomodo desuper in terram deveniat, doceatur; in Symposio contra amandi quaedam ars ac disciplina traditur, siquidem ibi, proposita divini amoris imagine atque exhibita amoris masculi varia ac multiplici descriptione, explicatur, qua via et ratione paullatim procedendum sit, usque dum denique ad plenum, integrum et intaminatum perfecti amoris fructum perveniatur in beatissima rerum divinarum spectatione et contemplatione repositum. Quae quis est quin ultro largiatur tam egregie inter ipsa convenire, ut coniuncta demum utriusque libri disputatione amatoria doctrina consummari et absolvi videatur? Nimirum quum in Phaedro brevissime tantum significetur, quibus studiis animus veluti praeparetur et instituatur ad divinum amorem suscipiendum atque nutriendum, tum hoc ipsum argumentum in Symposio omnium uberrime illustratur. Ad haec porro accedit etiam aliud quid. Est enim utriusque operis ea ratio atque conformatio, ut celso illi ac perfecto sapientiae amori comes ac socia addita sit dialectica, cui ex adverso collocatur ars ista oratoria atque sophistica, quae quum sapientiae speciem prae se ferat haudqua-

quam levem et exiguam, tamen nec rerum notiones exquirit subtilius, nec absolutae veritatis cognitionem ullo modo assequitur, quippe haerens usque ac subsistens in vulgarium opinionum et rerum ad vitae usum pertinentium vel animadversione vel commentatione. Quemadmodum enim in Phaedro oratio Lysiae et prior oratio Socratica, quae ad illius similitudinem comparata est, opponitur alteri orationi Socratis, quae perfecti amoris vim aperit ac declarat, adeoque parte libri altera instituitur comparatio inter dialecticam et rhetoricam, unde quantum illa huic antecellat, appareat, ita in Symposio orationes priores quodammodo contrariae sunt orationibus Socratis et Alcibiadis, quarum altera exhibet amoris perfecti perfectam imaginem, altera eandem ostentat in Socrate tamquam vivo expressam ac velut relucentem. Quippe illae orationes omnes in amoris externa specie rimanda versantur, neglecta subtilitate dialectica; divini amoris vim naturamque, quam Socratis oratio exhibet, haudquaquam assequuntur. Idem vero etiam in Phaedro fieri meminimus, in quo libro quae priorem tenent locum, iis certe item declaratur, quanto inferior sit sophistice et rhetorice arte dialectica nomine suo digna. Quamquam in Phaedro rhetorices reprehensio acrior est et apertior maximamque paene totius sermonis partem sibi vindicat, in Symposio contra tectior est atque lenior, ut subinde urbanae cavillationis leporem vix sentias. Nimirum caussa huius rei posita in eo est, quod in Phaedro dialectica pariter atque divinae sapientiae amor tamquam philosophiae principia in illustriore luce collocantur, ita quidem, ut alteri amor vulgaris, alteri vulgaris rhetorica ex adverso ponatur, in Symposio autem unus maxime amor illustratur ac dialecticae et sophisticae veluti obiter tantum ratio ducitur. Sed de Phaedro suo tempore uberius explicabimus in Prolegomenis alteri libri editioni praemittendis, quibus demum evulgatis perspicuum fiet, quorsum haec nostra sententia referenda sit. Videmur autem vel his satis patefecisse, quanta inter Phaedrum et Symposium intercedat coniunctio et necessitudo. Alterum enim opus altero veluti consummatur atque absolvitur, ut ambo paene unum corpus conficere existimari debeant. Quamobrem ea nec multum diverso tempore scripta esse credibile est, praesertim quum Sympos. p. 182. A. aperte ad Phaedrum respiciatur.

Et de tempore quidem, quo Symposium scriptum esse credibile sit, haec exposuisse non erit supervacaneum.

Perspicuum est ex loco p. 193. A. librum litteris exaratum esse post Olymp. 98, 4., quo anno Mantineam dirutam fuisse ex Thucyd. V. 29. Xenoph. Hell. V. 2. Aristot. Pol. II. 1. Diodor. XV. 5. intelligitur. Dubitari tamen potest, quoto anno post illud urbis excidium liber consignari coeptus sit. Et Schleiermacherus quidem Opp. Platonn. Vol. II. P. II. p. 382., quoniam Mantinea Olymp. 102, 3. teste Xenoph. Hell. VI. 5, 4., ubi v. Schneider., et Diodor. XV. 12. sit restituta, fieri posse censet, ut Symposium illo ipso tempore scriptum sit, quippe quo item rei memoria fuerit recentissima. Itaque hoc tantum probabile esse ait, confectum librum esse inter Olymp. 98, 4. et Olymp. 102, 3. Sed acute vidit Rückertus, quum Mantinea restitueretur, propiorem esse debuisse in unum redeuntium cogitationem quam olim disiectorum memoriam, quod ab Aristophanis oratione abhorreat. Quocirca libri scriptionem ante Olymp. 102. factam esse pro explorato habemus. Nec vero necesse est statuere, eam ideo multo post Olymp. 98, 4. esse susceptam, quia Aristophanes rei tristissimae per risum et ludibrium iniiciat mentionem. Audias enim Xenophontem Hellen. V. 2, 7. καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἤχθοντο, ὅτι τὰς μὲν ὑπαρχούσας οἰκίας ἔδει καθαιρεῖν, ἄλλας δὲ οἰκοδομεῖν· ἐπεὶ δὲ οἱ ἔχοντες τὰς οὐσίας ἐγγύτερον μὲν ᾤκουν τῶν χωρίων, ὄντων αὐτοῖς περὶ τὰς κώμας, ἀριστοκρατίᾳ δ' ἐχρῶντο, ἀπηλλαγμένοι δ' ἦσαν τῶν βαρέων δημαγωγῶν, ἥδοντο τοῖς πεπραγμένοις.

At enim ingentis anachronismi hic Platonem reum agunt, qui, quum Agathonis victoria in Olymp. 90, 4. incidat, quo tempore convivium habitum fingitur*), tamen Aristophanem ea fecerit memorantem, quae circiter triginta duobus annis post acciderint. Quod crimen ut leniretur, non defuerunt qui ita succurrerent philosopho, ut locum illum ab eo in secunda operis recensione interpositum esse iudicarent, id quod placuit praeter alios Hartmanno in Beckii Commentar. Societ. philolog. Lips. Vol. I. P. I. p. 167. At primum quidem ita non minor difficultas, si qua est, remanet, quam si totum Symposium uno tenore perscriptum existimetur,

*) V. Athenaeus V. p. 216. E.

siquidem secundae alicuius recensionis vestigia per totum opus nulla usquam extant, ut ne ista quidem verba per eam invecta videri possint. Deinde, id quod caput rei est, Plato nec aliis in libris anachronismi usu abstinuit, in eaque re etiam certas quasdam rationes sequutus est pro singulorum locorum rationibus diligenter observandas et investigandas. Videmur autem in annotatione ad p. 193. A. demonstravisse, temporum istam confusionem nec per se inelegantem esse et fortasse eam ipsam ob caussam a Platone quaesitam, ut temporis, quo scriptum Symposium esset, aliqua significatio fieret. Quod quanti nobis quidem certe aestimandum sit, vix est quod moneamus.

Sed satis de his. Sequitur ut etiam aliquid monendum sit de originibus doctrinae illius amatoriae, quam a Platone conditam et inprimis in Phaedro et Symposio explicatam esse vidimus. Valebit enim etiam huius rei animadversio, si quid video, non parum ad Symposii argumentum rectius intelligendum atque melius iudicandum.

Praeivit vero Platoni hac in re viam manifesto Socrates, quamquam ipsi verisimiliter coniicere licet simul etiam amorem Pythagoreorum ob oculos versatum esse. Etenim Socrates quum soleret in animis hominum disserendo et percontando excitare veri rectique scientiam atque rerum notiones natura quasi involutas elicere et explicare, quo facilius hoc suo officio atque munere fungeretur, sectatus inprimis est adolescentes ingenii bonitate praestantes, de quibus pro futuro bene sperari posse videretur. Quamobrem ille sese simulabat eorum esse amatorem atque artem profitebatur amatoriam, licet alias constanter negaret sese ullius rei scientiam tenere. De qua re v. Xenoph. Mem. IV. 1, 2. πολλάκις γὰρ ἔφη μὲν ἄν τινος ἐρᾶν, φανερὸς δ' ἦν οὐ τῶν τὰ σώματα πρὸς ὥραν, ἀλλὰ τῶν τὰς ψυχὰς πρὸς ἀρετὴν εὖ πεφυκότων ἐφιέμενος. Memor. II. 6, 28. Ibid. I. 3, 14. Oecon. VI. 14—16. Sympos. III. 3. VIII. 2. 15. 25. Platon. Symp. p. 177. D. 193. E. 198. D. 201. D. 217. B. sqq. Lysid. p. 204. Phaedr. p. 227. C. Charm. in., Prot. p. 309. A. Maxim. Tyr. Diss. XXIV. p. 452 sqq. XXV. p. 3 sqq. XXVI. p. 15 sqq. XXVII. p. 32 sqq. ed. Lips. Atque eodem pertinet quodammodo illud, quod sese subinde dictitabat artis obstetriciae gnarum esse, de qua ipsius professione v. Plat. Theaet. p. 149.

A. sqq. et p. 150. B. C. ibique annot. Nimirum festiva ille urbanaque usus ironia his dictis significavit, quod quorsum pertineret, non omnes assequuti sunt, sese et ipsum amore sapientiae esse repletum et eandem quam maxime cupere in adolescentium animis generare vel etiam quaerendo, percontando, sermocinando tamquam partum aliquem inde elicere. Quem quidem viri sapientissimi amorem luculente descripsit Plato in Alcibiade primo p. 131. C. sqq., quem libellum qui nuper spurium ac subditicium esse iudicaverunt, ii in fraudem eo inducti sunt, quod Platonis Socratici scripta non ab aliis discreverunt, quae maturiori philosophi aetati accepta referuntur. Ita igitur Socrates. Atque hinc profectus Plato rem aliquanto provexit altius. Retulit enim ille Socraticam amoris professionem non tantum ad animi virtutem aut mentis notiones, quas spectabat ipsius magister, sed traduxit illam continuo ad studium rerum divinarum, quod in cognoscendis atque intuendis ideis contineretur. Quippe huic qui deditus ita esset, ut totus versaretur in veritatis aeternae contemplatione atque alios quoque ad eam perducere conaretur, eum demum perfectum censuit philosophum, atque eundem etiam perfectum amatorem esse iudicavit, de qua sententia v. De Republ. III. p. 402. A. sqq. p. 403. A. B. C. VI. p. 490. A. B. C. et Phaedonem locis plurimis. Et Socraticam quidem rationem expressit Xenophon in Symposio; Platonicam, ut diximus, in uno maxime Phaedro ac Symposio expositam habemus, ut facile hinc cognoscere et intelligere liceat, quantum discriminis inter utriusque scriptoris Convivia intercedere existimandum sit. Atque huius ipsius rei commemoratio tamquam sponte nos denique ad illud deducit, quod in hisce Prolegomenis nostris ultimo loco attingere constituimus.

Dicendum enim adhuc paucis est de ratione, quae inter Platonicum et Xenophonteum Symposium intercedat. Vetus est autem et inde ab Athenaei atque Gellii aetate ad nostram usque memoriam propagata opinio, certa in his operibus extare mutuae simultatis documenta, quae utriusque scriptoris animos disiunxerit*). Quae opinio quid habeat verisimilitudinis vel

*) V. Athen. IX. p. 400. D. Diogen. Laert. III. 34. Gell. N. A. XIV. 3.

etiam improbabilitatis, etsi a multis disputatum est*), tamen hoc loco commemoranda videtur, non quo nos rem multum disceptatam ad liquidum perducere posse existimemus, sed ut nostram de ea sententiam ne consulto reticuisse videamur. Ut igitur quid rei sit accurate cognoscatur, ante omnia quae utriusque Symposii ratio sit, breviter indicandum videtur. Nam perspecto utriusque operis consilio caussae diversitatis in eo conspicuae facilius sane detegentur, certiusque erit iudicium, utrum malignitatis cuiusdam et invidiae vestigia appareant, qua nobilissimi Socratis discipuli flagraverint, an frustra de iis sit somniatum. Est autem nostro iudicio de utriusque operis argumento et consilio sic statuendum. Xenophon Socratem nobis exhibuit talem, qualis in ipsa vita et in familiarium atque convivarum hilaritate fuisse videretur, induxitque eum de amore ea loquentem, quae revera ipsi placuissent; Plato autem amoris philosophi praestantiam ac dignitatem adumbravit atque monstravit viam, qua ad illam perveniretur, eaque in re Socratis exemplo usus est sic, ut ipsius imagine virtus hominis divine prorsus amantis ideoque summa sapientia, moderatione ac temperantia ornati expressa cerneretur. Quae si tenemus, Xenophontem profecto facile intelligemus Symposium suum aliter adornare debuisse atque Platonem, nullumque ex hac diversitate mutuae invidiae aut obtrectationis argumentum peti posse, nisi alia eius indicia reperiantur. Accedit huc, quod utrique convivium quoddam, praesentia Socratis celebre factum, alteri Calliae, alteri Agathonis, caussam et opportunitatem scribendi praebuisse videtur, ut hinc quoque dissensionis rationes nullo negotio repetere liceat. Videamus igitur, quid tandem sit, unde viri docti alterum Symposium oppositum esse alteri coniectaverint. Itaque primum aiunt**) in Symposio Platonis tibicinas eiectas, apud Xenophontem contra easdem una cum scurris

*) V. Cornarius Praefat. ad Interpretat. Symposii Plat. et Xenoph. p. 13 sqq. Menag. ad Diog. L. II. 57. III. 34. Muret. Varr. Lectt. V. 14. Voss. Hist. Gr. I. p. 24. Hindenburg. Animadverss. in Xen. Mem. III. 6. Tennemann. Histor. phil. T. I. p. 24. et inprimis A. Böckh. De simultate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur. Berolin. 1811. 4. C. Fr. Hermann. Indicc. Lectt. Academ. Marburgens. per semestre hibernum ann. 1834—1835. habendarum. Marb. ex offic. Elwertiana.

**) Athen. XI. p. 505. E. Cornarius l. c. 14.

introductas esse. Quasi vero apud Platonem, ubi statim ab initio operis docti de amore sermones habentur, iis nullus locus concedi potuerit, nec eaedem per rei naturam debuerint placere Xenophonti, qui convivii hilaritatem suavitatemque omnem describere constituisset*). At vero, inquiunt**), quod Xenophon maiorum poculorum usum reiicit, Plato autem Socratem suum informat talem, qui fortiter usque ad diluculum e psyctere bibit, estne hoc eiusmodi, ut alterum scriptorem suspicari liceat alteri suam rationem cum aliqua simultate opposuisse? Nimirum Plato Socratis invictam continentiam animique fortitudinem ostensurus eum extremo convivio ita facit bibentem, ut, licet compotationi indulgeat, tamen praeter ceteros omnes maneat sobrius et veri philosophi tueatur dignitatem; Xenophon autem eum iussit in eo versari convivio, quod a vulgari more et consuetudine non recederet, ut profecto quidquid convivarum intemperantiam argueret, id totum tollere et removere debuerit***). Paullo plus ponderis habere videntur argumenta mutuae simultatis a Cornario in medium allata. Is enim, dum statuit Xenophontem eum fuisse, qui librum suum Platonico scripto utpote prius in lucem emisso opposuerit, haec scribit†): „Sed non in his tantum, quae ex aemulatione quadam Platonis Symposio prius edito contraria scripsit, sed etiam in his, quae velut aliunde sumta citat, Xenophon a Platone dissentire deprehenditur. Quale et hoc est, quod Socrates apud ipsum Pausaniae apologiam pro his, qui in intemperantia simul volutantur, adducens, in qua dixerit ille, quod etiam exercitus fortissimus esset, qui ex amatis et amatoribus constaret, et dictum hoc primum veluti falsissimum refellit et mox testimonia ab illo de Thebanis et Eleis producta reiicit. Quod autem non hanc Pausaniae opinionem eo loco reprobare voluerit, cuius scriptum etiam Athenaei saeculo ignotum fuit, et qui etiam apud nullum alium quam Platonem de amatoribus et amatis loquens inducitur, sed ipsum Platonem per hoc notare instituerit, ex eo clarum fit, quod ea Pausaniae verba apud Platonem haben-

*) Idem de hac re visum est Böckhio l. c. p. 8 sqq.

**) Athen. l. c. Cornarius l. c. p. 28 sqq.

***) Ita Böckhius quoque censuit p. 18.

†) P. 42 sq.

tur non quidem in Pausaniae attributa oratione, sed in ea, quam Phaedro adscripsit, ut vel sic, ne Platonem reprehendere ab omnibus deprehenderetur, Xenophon aliquatenus caverit, vel aliter scriptum Platonis Symposium habuisse iudicandus sit, id quod ego cum Athenaeo sentire malim, quam haec ex toto a Xenophonte conficta esse cum eodem Athenaeo asserere, quum in Phaedri quidem oratione palam habeantur, sed testimonia tamen de Thebanis sive Boeotis atque Eleis adducta in ipsa Pausaniae oratione legantur." Haec igitur Cornarius. Locus Xenophontis est Symp. VIII. 32. καίτοι Παυσανίας δέ, ὁ Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐραστής, ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασίᾳ συγκυλινδουμένων εἴρηκεν, ὡς καὶ στράτευμα ἀλκιμώτατον ἂν γένοιτο ἐκ παιδικῶν τε καὶ ἐραστῶν· τούτους γὰρ ἂν ἔφη οἴεσθαι μάλιστα αἰδεῖσθαι ἀλλήλους ἀπολείπειν· θαυμαστὰ λέγων, εἴ γε οἱ ψόγου τε ἀφροντιστεῖν καὶ ἀναισχυντεῖν πρὸς ἀλλήλους ἐθιζόμενοι, οὗτοι μάλιστα αἰσχύνονται αἰσχρόν τι ποιεῖν. καὶ μαρτύρια δὲ ἐπήγετο, ὡς ταῦτα ἐγνωκότες εἶεν καὶ Θηβαῖοι καὶ Ἠλεῖοι. συγκαθεύδοντας γοῦν αὐτοῖς ὅμως παρατάττεσθαι ἔφη τὰ παιδικὰ εἰς τὸν ἀγῶνα, οὐδὲν τοῦτο σημεῖον λέγων ὅμοιον· ἐκείνοις μὲν γὰρ ταῦτα νόμιμα, ἡμῖν δ' ἐπονείδιστα. Quibus verbis carpi dicuntur quae Plato Phaedro attribuit p. 178. E. et Pausaniae Platonici verba p. 182. A. Sed primum quidem mirabile est, quod, quae a Platone Phaedro adscripta sunt, ea ab Xenophonte Pausaniae sunt tributa: unde Cornarius cum Athenaeo V. p. 216. E. coniecit Xenophontem Platonis Symposium aliter scriptum habuisse. Deinde quae Pausanias de Boeotis et Eleis dicitur narravisse, eorum apud Platonem nec vola nec vestigium extat, apud quem Pausanias hoc tantum dicit, differre circa amorem civitatum mores, adeoque improbat Eleorum ac Thebanorum instituta, quatenus vergant ad lubidinem. Ex quibus consequens est, ut Xenophon ad Platonis Symposium omnino non respexerit, quod miror praeteriisse Car. Fr. Hermannum*), qui Xenophontem censet memoria lapsum Pausaniae tribuisse quae a Platone Phaedro essent adscripta. Verum iam dudum Boeckhius vidit. Iam si quaeris, quorsum Xenophon respexerit, non possum equidem Friderico Thierschio accedere libellum aliquem amatorium Pausaniae extitisse existimanti, unde et

*) L. c. p. VII.

Xenophon quae de Pausania dicit hauserit, et Plato nonnulla sumserit, quamquam is quaedam indidem repetita pro arbitrio ad Phaedrum retulerit*). Cui opinioni quid officiat, alio loco exposuimus. Multo probabilior Boeckhii est sententia, qui Xenophontem arbitratur ob oculos habuisse quae Pausanias alio tempore ad masculum amorem defendendum in medium attulisset**). Recte igitur scriptor Socratem iussit uti tempore praeterito, quo superior aliquis sermo significaretur: de quo loquendi usu explicavimus ad Critonem p. 45. C. 47. B. C. Quod autem Plato et Xenophon in multis, quae de Pausania referunt, consentiunt amicissime, uterque virum ad ipsam vitae veritatem studuit depingere ideoque eas sententias ei tribuit, quas ei placuisse aliunde constaret. Atque haec si probabiliter explicavimus, ne hoc quidem argumentum, quo ad demonstrandam Platonis et Xenophontis mutuam invidiam usi sunt, quidquam ponderis habere facile concedetur. Praeterea Cornarius Xenophontem in eo dicit Platoni adversatum esse, quod, quum apud hunc Achilles Patroclo sit amatus (παιδικά) atque Aeschylus Patroclum ab Achille amatum fuisse existimans refutetur, ille Achillem fecerit de Patroclo defuncto non ut amato quondam, sed ut amico vindictam sumentem. Quod quale sit, praeclare ostendit Boeckhius***). Nimirum Plato ipse Phaedrum ridicula narrantem induxit: quocirca Xenophon, si illius Symposium ob oculos habuisset, non Platonem, sed potius Phaedrum Platonicum fuisset reprehensurus. Et recte Apolog. Platon. p. 28. C. Patroclus amicus Achillis nominatur. Enimvero Phaedrus Platonicus quum hoc velit probare, deos amorem amati (τῶν παιδικῶν) longissime anteponere amori amantis (τοῦ ἐραστοῦ), argute fingit Achillem fuisse Patrocli παιδικὰ neque contra; Patroclum enim fuisse potius amatorem. Quod scilicet ille ita ponit, quo magis diserte amorem laudasse videatur. Attigit rem etiam Iacobsius in Scriptt. Miscell. Vol. III. p. 228 sqq. Denique Cornarius illud quoque argumentum invidiae et aemulationis ait esse, quod Platonicus Pausanias duas Veneres esse statuat, Uraniam

*) Spec. Symp. Plat. p. 7 sqq.

**) P. 15. l. c.

***) P. 16 sq. l. c. et in Leges ac Min. p. 183.

et Vulgivagam, Xenophonteus vero Socrates*) ea de re dubitet. At enim vero si vir doctus Xenophontem suum inspexisset diligentius, eum a Pausaniae Platonici sententia parum aut nihil recedere facile animadvertisset. De qua re quae prudenter sunt a Boeckhio**) disputata, ea poenitet hic referre, siquidem quid verum sit, vel levis utriusque loci comparatio unumquemque docebit. Itaque nulla adhuc deprehendimus mutuae invidiae vel obtrectationis indicia, qualia finxerunt qui inter Platonem et Xenophontem nescio quid inimicitiae intercessisse opinati sunt. Sed attulit nuper C. Fr. Hermannus gravius rei argumentum, quod sane aliquem possit commovere. Is enim Xenophontem contendit Socrati eandem fere tribuisse sententiam, quam apud Platonem exponat Pausanias, videlicet, ut de vera magistri mente certius constaret; sumsit enim vir doctus cum Cornario Platonem Xenophonte scripsisse priorem, quod nobis quidem minime persuasit. At vero quum Xenophon id in scribendo sequutus sit, ut qualis Socrates in conviviorum hilaritate fuisset et quid de amoris natura aut dignitate revera sensisset, palam faceret, profecto ei nullo modo potuit aliam tribuere sententiam, nisi eam ipsam, quam ipsi placuisse constaret. Quae quod ex parte convenit cum ratione Pausaniae apud Platonem explicata, id certe nihil habet, unde de mutua inter utrumque scriptorem invidia aut aemulatione coniecturam ducamus. Accedit, quod, si verum quaerimus, Pausaniae mens aliquantum a Socratis Xenophontei sententia recedit, de qua tamen re non est cur hoc loco explicatius dicamus. Apparet enim vel sic ne hanc quidem rem certum aemulationis istius indicium facere. Illud unum tamen admonuisse non videtur supervacaneum. Tribuit enim Plato, quae apud Xenophontem Socratis sunt, Pausaniae, vel quo Socratem inducere posset loquentem altiora, vel etiam quod ea Pausaniae viderentur per se convenientissima. Tantum abest enim, ut Pausaniae Platonici oratione lubidinis turpitudo defendatur, ut quidam falso statuerunt, ut ea amor probus et honestus adversus vulgaris amoris humilitatem vindicetur. Quippe refert ea simul Prodiceae sapientiae

---

*) Cap. 8. § 9.

**) P. 18 sq.

vestigia, quae etiam in Xenophonteo Symposio expressa extare probabiliter docuit Welckerus Nov. Mus. Rhen. V. I. p. 504 sqq. Verum ista quidem rei excusatione ne opus quidem est. Convenit enim Pausaniae Platonici sententia etiam Socrati planissime, quem satis constat docuisse, unam eandemque rem utique posse pro rerum et conditionum diversitate et malam et bonam existere. Sed quamquam invidiae et aemulationis vestigia nulla apparere videntur, tamen, si quis alterum scriptorem alterius librum ob oculos habuisse affirmet, nos quidem non multum reluctabimur. Multa enim in utriusque opere inveniuntur, quae, nisi alter alterum respexisset, vix potuisset fieri, ut ab ambobus commemorarentur. Itaque ego in ea sententia sum, ut utrumque Socratis speciem et imaginem suo more informasse existimem, alterutrum autem alterius librum sic ob oculos habuisse credam, ut nonnulla inde in suum opus transtulerit, sive id casu factum esse dicamus, siquidem ea ex recenti lectione in memoria haerere potuerunt, sive ideo sic institutum est, ut ab utroque in simili argumento elaboratum esse ab omnibus animadverteretur. Uter autem utrum respexerit, adhuc sub iudice lis est, neque videtur res ad hunc usque diem dubia et nuper quoque acerrimis controversiis agitata ita decerni posse, ut quid pro vero probandum sit, omni ex parte exploratum habeatur*).

---

*) Res nuper demum acrioribus studiis rursus in disceptationem vocata est. Nam C. Fr. Hermannus, quum in Indicibus Lectionum, Marburg. a. 1834—1835. 4. mai., ostendere conatus esset, Xenophontem ad Platonis Symposium respexisse ut prius editum, adversarius ei extitit A. I. F. Henrichsenius Flenopolitanus in dissertatione: De consilio et arte Convivii Xenophontei eiusque cum Platonico necessitudine. Flenopoli, 1840. 4., qui Xenophontem priorem scripsisse contendit, sed alterum scriptorem ab altero respectatum esse omnino negat. Cui respondit Hermannus in Indicibus Lectt. Marburg. aestiv. a. 1841., in quo libro pristinam sententiam suam defendit et clarius explicatam exhibuit, ita quidem, ut etiam certius demonstraverit, quod vix quisquam antea negavisset, alteri alterius librum sine dubio ob oculos versatum esse, adeoque suspicatus sit (p. VI.) Xenophontem fortasse contra ipsum Platonem magistri sui memoriam tueri voluisse, quem quum huic multa tribuisse existimaret, quae Socrates, qualis in vita sua fuit, numquam dicturus facturusve fuisse videretur, ipsum verisimile esse illius Convivio suum opposuisse, quo ostenderet, quomodo fictio comparata esse debuisset, si Plato vel maxime magistrum

Itaque his missis iam hoc unum adiiciamus, praeter Xenophontem atque Platonem multos alios extitisse antiquitatis philosophos, qui Symposia scriberent, ut vel suas de amore opiniones vel alia etiam placita sua illustrarent, quorum memoria quum ab aliis, tum a Plutarcho in Quaestionn. Convivalibus servata est. In quorum numero fuerunt, ut alios taceam, etiam Aristoteles et Speusippus, Platonis ex sorore nepos, de quibus vide Athen. XV. 16. Macrob. Saturn. VII. 3. Plutarch. Quaest. Convivall. in. Et horum quidem scripta eo magis dolendum est quod non tulerunt aetatem, quia sine dubio inde ad Platonici operis intelligentiam non parum utilitatis percepturi essemus. Verum quoniam quae semel perdita sunt, ea numquam possunt restitui, temporum iniuriam consolemur sic, ut quae bona nobis adhuc supersunt, iis sapienter perfruamur et ad caussam humanitatis iuvandam sustentandamque utamur.

CODICES.

Bodleianus s. Clarkianus. Coislin. (Γ), Vat. Δ (225.), quem contulit Bekkerus; aliam collationem subinde a Bekkeri indiciis discrepantem, quam fecerat Bastius, insigni humanitati Chr. Fel. Baehrii, viri eruditissimi, debemus. Ven. Ξ. Vind. Υ nobis olim num. 2. signatus. Vindob. 1. et 7. a Bastio in scriptione De Symposio Platon. adhibiti; Parisini DEFK (cod. K etiam Bipontini usi sunt). Ambr. r. Angel. u. w. Vatic. n. p. r. s. Ven. t. (postremus liber priorem tantum Symposii partem continet). Florentini a. b. c. i. n. Palatini Excerpta a Creuzero publici iuris facta. Praeterea Rückertus adhibuit Raudnitiensem librum et Zittaviensem, qui quoniam admirabiliter cum Vindobon. Υ et Ven. Ξ consentiunt, a nobis raro sunt commemorati.

---

inter pocula de amore disserentem fingere voluisset. Neque tamen hac defensione acquievit Henrichsen., qui in Epistola critica ad Car. Frid. Hermannum de consilio Convivii Xenophontei, Sleswici a. 1844. edita, singulis quibusdam pristinae sententiae partibus mutatis rationem suam omnino quidem vindicare studuit. Sed non concessit illi postea Hermannus, uti ipse professus est in disputatione De Convivii Xenophontei temporibus P. I. p. 4. Gott. ed. 1844.

EDITIONES SYMPOSII.

Platonis dialogi duo, Philebus et Symposium, Graece, e recensione Henrici Stephani, varietate lectionis animadversionibusque criticis illustrati ab Io. Frid. Fischero. Lipsiae, 1776. 8.

Platons Gastmahl, hin und wieder verbessert und mit kritischen und erklärenden Anmerkungen herausgegeben von Fr. Aug. Wolf. Leipzig, 1782. 8. et iterum emendatius curante anonymo ed. 1828.

Platonis Symposium et Alcibiades I., recensuit Fr. Astius. Landishuti, 1809. 8. Idem vir doctus edidit: *Platons Phaedrus und Gastmahl, übersetzt, erläutert und verbessert von Fr. Ast. Jena,* 1817. 8.

Platonis Symposium, ad optimorum librorum fidem edidit et adiectis Wyttenbachii animadversionibus annotatione instruxit P. A. Reynders. Groning., 1825. 8.

Platonis Convivium, recensuit et illustravit L. I. Rückert. Lipsiae, 1829. 8.

Platonis Convivium, recensuit, emendavit, illustravit Alex. Hommel. Lips., 1834. 8.

Praeterea hic nominandi sunt hi libri: *Kritischer Versuch über den Text des Platonischen Gastmahls nebst einer beurtheilenden Anzeige aus den drei Handschriften der k. k. Hofbibliothek zu Wien von Fr. Jac. Bast. Leipzig,* 1794. 8. min.

Fr. Thierschii Specim. edit. Symposii Platon. Gotting., 1808. 4.

Ph. Gu. van Heusde, Specimen crit. in Platon. Lugd. Bat., 1803.

Eiusdem Initia Philosoph. Platon. V. I. P. I., ubi agitur de amore Platonis.

H. Th. Rötscher: *Das Platonische Gastmahl dargestellt als ein philosophisches Kunstwerk. Bromberg,* 1832. 4.

A. Schwegler: *Ueber die Composition des Platon. Symposions. Tübingen,* 1843. 8. Conf. *Jahns Neue Jahrbücher* etc. Vol. XLI. a. 1844. p. 357 sqq.

Fr. Susemihl.: *Ueber die Composition des Platon. Gastmahls,* quae commentatio inserta est Philologo Schneidewini Vol. VI. p. 177. a. 1851.

CORRIGENDA.

Prolegg. p. XLIII. v. 4. lege superioribus pro superiorinus.
Ibid. p. XLVI. v. 11. lege saperent pro superarent.
Comment. p. 105. v. 8. lege caderent pro caperent.

PLATONIS

SYMPOSIUM.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ. ΕΤΑΙΡΟΣ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ. ΓΛΑΥΚΩΝ. ΑΡΙΣΤΟΔΗΜΟΣ. ΣΩΚΡΑΤΗΣ. ΑΓΑΘΩΝ. ΦΑΙΔΡΟΣ. ΠΑΥΣΑΝΙΑΣ. ΕΡΥΞΙΜΑΧΟΣ. ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΗΣ. ΔΙΟΤΙΜΑ. ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ.

Cap. I. *Δοκῶ μοι περὶ ὧν πυνθάνεσθε οὐκ* 172
ἀμελέτητος εἶναι. καὶ γὰρ ἐτύγχανον πρῴην εἰς ἄστυ

P. 172. *περὶ ὧν πυνθάνεσθε οὐκ ἀμελ.*] Quod olim post *πυνθάνεσθε* addebatur *νῦν*, id codd. omnes omittunt praeter Par. E. Vat. n. Flor. n, nec expressit Ficinus. Ad sententiam illud non est necessarium, imo otiosum et alieno loco collocatum, sive cum Schleiermachero ad *πυνθάνεσθε* sive cum aliis ad *οὐκ ἀμελέτητος εἶναι* trahatur. Dein Steph. *πρῴην* omisit, errore, opinor. Cod. Bodl. *πρώιην*, ut assolet. Vulgo *πρώην*.

P. 172. *Δοκῶ μοι περὶ ὧν π.*] Triplex de Agathonis convivio distinguenda narratio est. Primum enim res ab Aristodemo, qui ipse illi interfuerat, Apollodoro et Phoenici erat exposita; v. p. 173. B. Deinde Glauco quum de ea per Phoenicem aliquid inaudivisset, precibus adierat Apollodorum, ut sibi eam accuratius plenjusque narraret. Quocirca hic, qui eandem postea etiam ab ipso Socrate accepisset, faciendum putaverat, ut illius precibus concederet. Nunc idem Apollodorus, iterum ab amicis rogatus, ut rei memoriam instauret, rursus id est acturus, ut quid convivae apud Agathonem egerint dixerintve, diligenter exponat. Quocirca se ad rei narrationem non imparatum ait accedere, ut qui eam haud ita pri-

οἴκοθεν ἀνιὼν Φαληρόθεν. τῶν οὖν γνωρίμων τις ὄπισθεν κατιδών με πόῤῥωθεν ἐκάλεσε καὶ παίζων

ὄπισθεν κατιδών] Coisl., ut solet, ὄπισθε, quae est perpetua in codd. mss. variatio, v. infra p. 191. B. 213. A. et quae notavit Schneider. ad Remp. II. p. 363. D. Nec tamen hic sine ceterorum librorum consensu cum Bekkero scribam ὄπισθε, v. Lobeck. ad Phrynich. p. 284. Buttm. Gr. ampl. §. 264. §. 116. 1.

Ὦ Φαληρεύς, ἔφη, οὗτος Ἀπ.] ὦ pro vulg. ὁ habent

dem cum Glaucone communicaverit. Et prior quidem Apollodori narratio in ea incidit tempora, quibus Socrates adhuc in vivis erat, sicuti clarissime apparet ex p. 172 C. Posterior autem haec, quia non magno temporis intervallo a superiore distare dicitur, certe non est post obitum Socratis instituta, id quod etiam intelligitur e verbis p. 173. D: καὶ δοκεῖς μοι ἀτεχνῶς πάντας ἀθλίους ἡγεῖσθαι πλὴν Σωκράτους κ. τ. λ. Itaque Apollodorus quum Socrate atque Agathone adhuc viventibus ista omnia narrans inducatur, probabile est quartum fere aut tertium Olymp. 94. annum narrationis esse tempus. Difficilior paullo quaestio est de loco, ubi Apollodorus fingatur convivarum sermones retulisse. Et Hommelio quidem si credimus, factum hoc est inter viam inde a portu Phalereo usque ad urbem. Enimvero Apollodorus ipse narrat sese Glauconi totam rem exposuisse, quum aliquando ex Phalero in urbem proficisceretur. Itaque vir doctus censet hominem nunc eandem rem narraturum etiam viam illam repetiisse. Id quod colligit ex p. 173. C., ubi veterem lectionem ταῦτα χρὴ ποιεῖν servandam censet, ita quidem, ut ταῦτα ad viae iterationem referatur. At primum quidem per se non est verisimile Apollodorum fingi inter eundum omnes istas orationes ita recitavisse, sicuti apud Platonem perscriptae leguntur, praesertim quum eas compluribus familiaribus retulerit. Neque ille Glauconi videtur eas antea integras exposuisse, sicuti colligere licet e verbis p. 173. B: οὕτω δὴ ἰόντες ἅμα τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ἐποιούμεθα. Deinde ille ipse locus, quo Hommelius sententiam suam confirmare studuit, ob sequentia, καὶ γὰρ ἔγωγε κ. τ. λ., necessario corrigendus est. Verissime enim viri docti emendarunt ταῦτα, ut pronomen numeri pluralis de una re accipiatur referaturque ad praegressum ὑμῖν διηγήσασθαι, qui usus loquendi sicuti scribas non raro fefellit, ita apud Platonem longe est frequentissimus. Nam hac demum emendatione admissa omnia recte inter se cohaerent. Itaque statuendum est potius Apollodorum omnia in conventu quodam amicorum narrantem induci, in quo de orationibus in Agathonis convivio habitis erat rogatus. Principium dialogi ioculari imitatione expressit Alexis apud Athenaeum XIII. p. 562. A. = T. III. p. 1250 sq. ed. Dindorf. Πορευομένῳ δ' ἐκ Πειραιῶς ὑπὸ τῶν κακῶν Καὶ τῆς ἀπορίας φιλοσοφεῖν κατῆλθέ μοι. Καί μοι δοκοῦσιν ἀγνοεῖν οἱ ζωγράφοι Τὸν Ἔρωτα, συντομώτατον δ' εἰπεῖν, ὅσοι Τοῦ δαίμονος τούτου ποιοῦσιν εἰκόνας κ. τ. λ., ubi quod hi versiculi non e Symposio, sed ex Phaedro

ἅμα τῇ κλήσει, Ὦ Φαληρεύς, ἔφη, οὗτος Ἀπολλόδωρος, οὐ περιμένεις; Κἀγὼ ἐπιστὰς περιέμεινα.

Bodl. Coisl. Vat. Δ. Par. DEFK. Ambr Ang. u. w. Vat. n. p. r. s. Ven. t. Flor. a. b. c. i. Vind. 1. 7. Igitur restitui. Φαληρεῦ Par. EF. Vat. s., sed v. ann.

οὐ περιμένεις] Sic codd. praeter unum solum Flor. n. omnes, uti videtur. Stephan. οὐ περιμενεῖς. Quod nostra annotatione inspecta nemo, opinor, putabit necessarium. Reduxit tamen Hermannus vel invitis codicibus.

dicuntur esse depromti, quid exinde de utriusque libri necessitudine et coniunctione colligere liceat, in praefatione ad Phaedrum significavimus. Ob oculos etiam habuit scriptor Charidemi Lucianei T. III. p. 618. ed. Reitz.

ἀνιὼν Φαληρόθεν] De Phalero, quod fuit navale Atheniensium, ab ipsa urbe circiter viginti stadia distans, v. Meursius de Popul. Att. p. 805 et in Piraeo c. 10. coll. Pausan. VIII. 10. Itaque Apollodorus quum ibi habitaret, dicitur οἴκοθεν adscendisse εἰς ἄστυ, h. e. Athenas.

τῶν οὖν γνωρίμων τις] Glauconem vocat mox p. 172. E.

Ὦ Φαληρεύς, ἔφη, οὗτος Ἀπολλόδωρος] Heus tu, qui es Phalereus Apollodorus. Nominativus enim in compellando usurpatur, sicubi alterum non subiective, ut ita dicam, sed obiective potius spectatum alloquimur, de qua re v. ad Hipp. mai. p. 281 in. Sic infra p. 213. B: Σωκράτης οὗτος ἐλλοχῶν — ἐνταῦθα κατέκεισο. Prot. p. 193. D: Ἱπποκράτης, ἔφην, οὗτος, μή τι νεώτερον ἀπαγγέλλεις; Nihil vero insolentiae habet, quod cum eiusmodi nominativo ὦ consociatur, veluti apud Eurip. Suppl. v. 277: ὦ φίλος, ὦ δοκιμώτατος Ἑλλάδι. Aristoph. Nubb. 1169: ὦ φίλος, ὦ φίλος. Cuiusmodi exempla plura suppeditabunt Koenius ad Gregor. Corinth. p. 117. Boeckh. ad Pind. Nott. critt. p. 441. Longe frequentissimum autem est ὦ οὗτος, ut apud Sophocl. Aiac. 89: ὦ οὗτος Αἴας. Quod igitur simpliciter dici potuit ὦ οὗτος Ἀπολλόδωρος, id nunc enuntiatur sic: ὦ Φαληρεὺς οὗτος Ἀπολλόδωρος. Ex quo apparet iocum in uno isto Φαληρεὺς esse quaerendum. Fallitur enim Hommelius mirifice, qui et ἀπολλόδωρος scripsit, praefixo articulo, et eo nomine hominis opportunitatem, ut ait, designari statuit. Nimirum nec articulus hic ferendus est, nec profecto intelligitur, quomodo per nomen Apollodori significari queat is, qui alteri opportune obvius factus est. Sed illud ipsum Φαληρεὺς quid ioci lususque per pronuntiationem efficere potuerit, valde incertum est. Mitto Sydenhami rationem utpote nimis longe arcessitam, aliorum expositurus sententias. Wolfius igitur in sono, quo ille vocem pronuntiaverit, festivitatem aliquam inesse statuit; sed qualis tandem ea festivitas sit, id vero non demonstravit. Schützius lusum contineri censet in imitatione formulae in iudiciis et concionibus usitatae, qua nomini proprio pagi sive τοῦ δήμου mentio adiiciebatur. Et sane similis est lusus Gorg. p. 495. D. conf. Thucyd. VII, 10: πα-

Καὶ ὅς, Ἀπολλόδωρε, ἔφη, καὶ μὴν καὶ ἔναγχός σε ἐζήτουν βουλόμενος διαπυθέσθαι τὴν Ἀγάθωνος
B ξυνουσίαν καὶ Σωκράτους καὶ Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν ἄλλων τῶν τότε ἐν τῷ συνδείπνῳ παραγενομένων περὶ τῶν ἐρωτικῶν λόγων, τίνες ἦσαν. ἄλλος γάρ τίς μοι διηγεῖτο ἀκηκοὼς Φοίνικος τοῦ Φιλίππου,

καὶ μὴν καὶ ἔναγχος] Alterum καί, quod vulgo aberat, additum e Bodl. Vat. Δ. Par. DK. Ambr. Angel. u. w. Flor. a. b. c. i. Vindob. 1. 7. Vat. n. p. r. Ven. t.

B. ἐν τῷ συνδείπνῳ] Bekk. ex uno Vat. Δ. dedit δείπνῳ. Coisl. Par. EF. Ang. Vat. n. s. Ven. t. Vind. 1. Flor. a b. c. i. et ed. Bas. 2. συνδειπνεῖν, quod firmat receptam lectionem. De voc. σύνδειπνον v. Athenaeus VIII. p. 565. B. C. coll. VI. 7. Perizon. ad Aelian. V. H. II. 18. et intpp. ad Fragm. Sophocl. T. II. p. 20. ed. Oxon.

πρόσθεν ὀνομάζων καὶ φύλην κ. τ. λ. Sed ita vereor ut scribendum fuerit: ὦ οὗτος Ἀπολλόδωρος ὁ Φαληρεύς. Ingeniosa est Astii coniectura, qui Glauconem censet nomen Φαληρεὺς similiter atque φαλαρὶς s. φαληρὶς pronuntiasse atque eo modo risisse Apollodori calvitium. Est enim φαλαρὶς avis aquatica, quam nunc cum Linnaeo fulicam (das weisse Wasserhuhn) appellant, quam quidem a candido calvitio nomen suum accepisse ferunt. Sed ea sententia non probata est Hommelio, qui potius incessum Apollodori notari putat. Hunc enim videri mores Socratis studiose imitatum esse ideoque pariter atque illum graviter superbeque inambulasse. Iam vero Socrates quemadmodum ob incessum τοῦ βρένθου, quo nomine item avis aquatilis denotetur, vulgo dictus sit βρενθύεσθαι, veluti infra p. 221. B., ita nunc Apollodorum a Glaucone per lusum quendam pronuntiationis Φαληρίδα nominatum esse. Ac fateor hanc viri docti sententiam mihi eximie placere. Nam primum quidem ita habemus iocum haudquaquam ab ipsa re alienum, siquidem per eum Apollodorus statim ab initio tanquam fidelissimus Socratis discipulus et familiaris depingitur. Deinde iam aptissime subiungitur, οὐ περιμένεις; perinde ac si Germanice dixeris: He da, Herr von Stelzenheim! warten Sie doch! Unum tamen est quod scrupulum iniiciat. Neque enim βρένθος idem est quod φαληρίς. Quocirca vide an potius ad paludosam Phaleri regionem alludatur. Xenoph. Oecon. XIX, 6: ὑγρὰ δὲ (ἡ γῆ) ἡ ἐν τῷ Φαληρικῷ ἕλει. Quanquam fieri potest, ut simul hominis incessus significetur. Sed haec utut se habent, id quidem manifestum putamus, in uno isto Φαληρεὺς iocum quaerendum esse. Pro vulgato οὐ περιμενεῖς; ex codd. revocavimus οὐ περιμένεις; Etenim futurum est vehementius et cum impatientia quadam vel etiam indignatione imperantis; praesens modeste cohortantis aut lenius postulantis. Futurum legitur infra p. 175. A. p. 201. E. multisque aliis exemplis illustratum est a Mat-

ἔφη δὲ καὶ σὲ εἰδέναι. ἀλλὰ γὰρ οὐδὲν εἶχε σαφὲς λέγειν. σὺ οὖν μοι διήγησαι· δικαιότατος γὰρ εἶ τοὺς τοῦ ἑταίρου λόγους ἀπαγγέλλειν. πρότερον δέ μοι, ἦ δ' ὅς, εἰπέ, σὺ αὐτὸς παρεγένου τῇ συνουσίᾳ ταύτῃ ἢ οὔ; Κἀγὼ εἶπον, ὅτι Παντάπασιν ἔοικέ C σοι οὐδὲν διηγεῖσθαι σαφὲς ὁ διηγούμενος, εἰ νεωστὶ

ἄλλος γάρ τίς μοι διηγεῖτο] τις om. Par. DK. Vat. p. διηγεῖται Vind. 2. et om. Ang. w.
τοῦ ἑταίρου λόγους] ἑτέρου Ang. w.
C. ἔοικέ σοι οὐδὲν δ.] οὐθὲν Bodl. Vat Δ. Ven. Ξ. alii. Dein Ambr. ὁ διηγησάμενος. Pro vulg. ἡγῇ hic ἡγεῖ tenent Par. D. Ven. t. et testibus Bastio et Gaisfordo etiam Bodl. et Vat. Δ. conf. ad p. 174. D. Omnino hanc formam Platoni ubique reddendam esse in Praef. ad Plat. Tauchnitz. formae quat. p. X. sq. disputavimus. Laudat h. l. Athenaeus V. 57., ubi pro καὶ ἐμὲ est κἀμέ, et pro vulg. ἔγωγε δή, ἐγὼ γάρ. Istud ἔγωγε δή Bekkethiaeo Gr. T. II. p. 941 sq Praesens, quod longe rarius ponitur, nuper ad Lysid. p. 203. B. exemplis firmavimus. Quibus lustratis nemo de veritate lectionis a codd. suppeditatae recte dubitaverit.

καὶ μὴν καὶ ἔναγχος] Alterum καὶ in vett. editt. neglectum arctissime cohaeret cum ἔναγχος. Protagor. p. 315. D: καὶ μήν μοι καὶ πρῴην ἰδόντι καλὸς ἐφαίνετο. Hippias Mai. p. 296. A: καὶ ναὶ μὰ Δία, — καὶ ἔναγχος αὐτόθι εὐδοκίμησα διεξιών. Et sic saepe καὶ νῦν, καὶ τότε, καὶ πρῴην, alia similia reperiuntur, in quibus cavendum est, ne καὶ abundare existimetur. Καὶ μὴν autem habet vim confirmandi. Germanice dixeris: wahrhaftig auch neulich schon suchte ich dich, sc. sicuti nunc tecum colloqui cupio. De voc. ἔναγχος vid. Valckenar. ad Phoeniss. v. 204. Hermann. ad Lucian. De Hist. Conscr. p. 98.

τὴν Ἀγάθωνος ξυν.] Agatho quum teste Athenaeo V. p. 217. Olymp. XC. ann. 4. in Lenaeis praemium victoriae reportasset, pro more veterum honorem, qui ipsi obtigisset, celebravit duorum dierum convivio. Et altero quidem die ad epulas venisse a Platone narrantur Socrates, Aristophanes, poeta comicus, Phaedrus, Eryximachus, Pausanias, alii; multa nocte demum accessisse etiam Alcibiades. Ceterum v. Wolf. Prolegg. p. XLIV sqq. et Prinsterer in Prosopographia Platon. p. 166 sqq.

B. δικαιότατος γὰρ εἶ] h. e. te enim maxime decet amici, h. e. Socratis, magistri tui, sermones referre. Non erat igitur, quod Cornarius corrigeret τούτους τοὺς λόγους τῷ ἑταίρῳ. Fallitur etiam Hommelius verba sic interpretans: Convenit enim tibi inprimis, qui Socratis, amici tui, sermones referas.

ἔοικέ σοι οὐδὲν διηγεῖσθαι] videtur tibi nihil narrasse. Notandus est hic usus infinitivi pro imperfecto positi. Infra p. 175. C: μετὰ ταῦτα ἔφη σφᾶς μὲν δειπνεῖν, τὸν δὲ Σωκράτη οὐκ εἰσιέναι, dicebat se quidem coenas-

ἡγῇ τὴν συνουσίαν γεγονέναι ταύτην, ἣν ἐρωτᾷς, ὥςτε κἀμὲ παραγενέσθαι. Ἔγωγε δή. Πόθεν, ἦν δ' ἐγώ, ὦ Γλαύκων; οὐκ οἶσθ', ὅτι πολλῶν ἐτῶν Ἀγάθων ἐνθάδε οὐκ ἐπιδεδήμηκεν; ἀφ' οὗ δ' ἐγὼ Σωκράτει συνδιατρίβω καὶ ἐπιμελὲς πεποίημαι ἑκάστης ἡμέρας εἰδέναι ὅ τι ἂν λέγῃ ἢ πράττῃ, οὐδέπω
173 τρία ἔτη ἐστίν. πρὸ τοῦ δὲ περιτρέχων ὅπῃ τύχοιμι

rus perhibet in solis Par. E. Amb. Ang. u. w. et vett. editt. scritum reperiri. Quod cave credideris. Nam nec e Florentinis nostris ulla enotata lectionis discrepantia est, nec Bastius et Gaisfordus in Bodl. et Vat. Δ. quidquam repererunt, quod a vulgata scriptura recedat. Itaque noli cum editore Berolinensi Ἐγὼ δὴ probare.

πρὸ τοῦ δὲ περιτρ.] V. προτοῦ, quod e Vat. Δ. Flor. a. b. c. i. n. mutatum. Bekk. tamen e suis nihil notavit.

P. 173 ὅπῃ τύχοιμι] ὅποι Par. DK. Vat. p. Vind. 7.

se, Socratem vero non introivisse. Ibid. A: ἔφη ἀπονίζειν τὸν παῖδα. P. 176. A: ἔφη — σπονδάς τε σφᾶς ποιήσασθαι καὶ ᾄσαντας τὸν θεὸν καὶ τἆλλα νομιζόμενα τρέπεσθαι πρὸς τὸν πότον, ex quo loco, quid aoristus atque praesens tempus significatione sua differant, facile cognoscas. Ibid. τὸν οὖν Παυσανίαν ἔφη λόγου τοιούτου τινὸς κατάρχειν. P. 178. A: πρῶτον μὲν γὰρ — ἔφη Φαῖδρον — λέγειν. Cratyl. p. 397. C. Gorg. p. 489. C., ubi Coraes ἐδόκεις ἐνδείκνυσθαι malebat, conf. Matthiae Gr. §. 499.

C. Πόθεν — ὦ Γλαύκων;] Distinguendus hic est a Glaucone illo, Platonis fratre, qui in libris de Republica commemoratur. Commemoratur etiam Charmid. p. 154. A. De eius gente v. Proclus ad Tim. p. 25 Schol. Plat. p. 201. ed. Ruhnk. et nostra ad Charmid. p. 84. Hominem fuisse a philosophiae studio alienum docent quae deinde dicuntur: πρὸ τοῦ δὲ περιτρέχων — οὐχ ἧττον ἢ σὺ νυνί, οἰόμενος δεῖν πάντα μᾶλλον πράττειν ἢ φιλοσοφεῖν. Ceterum πόθεν ita dicitur, ut habeat vim negandi, v. Gorg. p. 471. D. Hipp. mai. p. 285. D. Menex. p. 235. C. Aristoph. Ran. v. 968. Ecclesiaz. v. 330. 1021.

ἐνθάδε οὐκ ἐπιδεδήμηκεν;] Agatho enim, quum esset homo mollis ac delicatus, dicitur in Macedoniam aliquamdiu profectus esse ad opipara Archelai tyranni convivia concelebranda, v. Schol. ad Aristoph. Ran. v. 85. Quod quidem non post Olymp. 93, 1. factum videri probabiliter disputavit Ritschl. De Agathonis vita p. 19 sqq. Ad hanc peregrinationem hoc loco respici veri non dissimile est. — ἐπιμελὲς πεποίημαι, ich lasse es meine Sorge sein.

P. 173. ὅπῃ τύχοιμι] Ne quis ὅποι praeferendum censeat, quod in aliquot libris scriptum exstat, apte comparavit Astius Phaedon. p. 113. B: ὅπῃ ἂν τύχωσι τῆς γῆς. Nimirum sententia haec est: temere, ubicunque casus ferebat oberrans. Ad τύχοιμι repetas περιτρέχων.

καὶ οἰόμενός τι ποιεῖν ἀθλιώτερος ἦ ὁτουοῦν, οὐχ ἧττον ἢ σὺ νυνί, οἰόμενος δεῖν πάντα μᾶλλον πράττειν ἢ φιλοσοφεῖν. Καὶ ὅς, Μὴ σκῶπτ', ἔφη, ἀλλ' εἰπέ μοι, πότε ἐγένετο ἡ συνουσία αὕτη; Κἀγὼ εἶπον, ὅτι Παίδων ὄντων ἡμῶν ἔτι, ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ ἐνίκησεν Ἀγάθων, τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ τὰ

ἀθλιώτερος ἦ ὁτουοῦν] V. ἦν. In Par. E. Ang. w. Vat. n. r. Ven. t. Flor. b. i. scriptum est ἦ, quo confirmatur scriptura Bodleiani, Angel. et pr. Coisl. Vat. Δ. ἦ, quam formam constat in Platone saepe obliteratam esse. v. Schneideri Praefat. ad Remp. p. XLIV sqq. Dein νυνὶ pro vulg. νῦν restitutum auctoritate Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ang. w.

Παίδων ὄντων ἡμῶν] V. ἡμῶν ὄντων, invitis Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Par. D. Ambr. Ang. w. Vat. p. r. Ven. t.

τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ] ἢ om. Bodl. Vat. Δ. Vind. 2. Par. DK Vat. p. et pr. Ven. Ξ. v. explicatt.

παίδων ὄντων ἡμῶν] Non sine causa haec dicuntur. Nam Agatho iam Olymp. 90, 4. reportaverat victoriam. Significatur igitur Apollodorum diu post convivium Agathonis sermones convivarum referre. Si igitur coniectura nostra de narrationis tempore supra proposita vera est, iam bene multi effluxerant anni.

ὅτε τῇ πρώτῃ τραγῳδίᾳ] Ad haec Rückertus: „Non integra trilogia, sed prima e tribus fabula.“ Id miror Hommelio quoque placuisse. Nam etsi licebat singulas fabulas in certamen deferre, tamen eae ita comparatae debebant esse, ut in se essent absolutae, non ad trilogiam aliquam pertinerent, v. Boeckh De tragicis p. 106 sqq. Cogitandum potius est de fabula, quam Agatho omnium primam in certamen commiserat.

τῇ ὑστεραίᾳ ἢ ᾗ τὰ ἐπινίκ.] Criton. p. 44. A: τῇ ὑστεραίᾳ — ἢ ᾗ ἂν ἔλθῃ τὸ πλοῖον, ubi v. annot. Quod codd. meliores ἢ omittunt, eodem modo peccatum est Lys. de bonis Aristoph. § 22: τῇ δὲ προτεραίᾳ, ᾗ ἀνήγετο. Demosth. Macart. §. 62: ἐκφέρειν δὲ τὸν ἀποθανόντα τῇ ὑστεραίᾳ, ᾗ ἂν προθῶνται. Antiphon De choreuta §. 37: τῇ ὑστεραίᾳ, ᾗ ὁ παῖς ἐθάπτετο. Nam τῇ ὑστεραίᾳ ᾗ significaret diem posteriorem esse eundem, quo factum sit illud, quod in altero membro indicatur, i. e. postridie, quo die. Quod certe patet longe aliud quid esse quam quod talibus in locis ad sententiam requiritur. Quocirca nollem C. Fr. Hermannus edidisset quod utique soloecum est. Nam quod Demosth. Mid. §. 119. scriptum legitur: τῇ μὲν προτεραίᾳ, ὅτε ταῦτ' ἔλεγε, id facile apparet non debuisse cum iis locis comparari, in quibus ᾗ pronomen relativum infertur. Rectissime enim dicitur: pridie, h. e. die ante, quum haec diceret. Neque quidquam offensionis habet Plat. Phaed. p. 112. D: καταντικρὺ ᾗ εἰσρεῖ, h. e. καταντικρὺ ταύτῃ, ᾗ εἰσρεῖ. Iam vero de reliquis Lysiae, Demosthenis et Antiphontis locis, quae memoravi-

ἐπινίκια ἔθυεν αὐτός τε καὶ οἱ χορευταί. Πάνυ, ἔφη, ἄρα πάλαι, ὡς ἔοικεν. ἀλλὰ τίς σοι διηγεῖτο; ἢ αὐτὸς Σωκράτης; Οὐ μὰ τὸν Δία, ἦν δ' ἐγώ.
B ἀλλ' ὅςπερ Φοίνικι· Ἀριστόδημος ἦν τις, Κυδαθηναιεύς, σμικρός, ἀνυπόδητος ἀεί· παραγεγόνει δ' ἐν τῇ συνουσίᾳ Σωκράτους ἐραστὴς ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τότε, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ. οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ Σωκράτη γε ἔνια ἤδη ἀνηρόμην ὧν ἐκείνου ἤκουσα,

ἢ αὐτὸς Σωκρ.] ἡ Vat. Δ. male.

B. Κυδαθηναιεύς] V. Κυδαθηνεύς, vitiose. Errorem primus correxit Fischerus consentientibus codicibus fere omnibus. Dein ἀνυπόδετος Ven. Ξ. Vind. 2. Pro vulg. αἰεὶ Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Zitt. ἀεί, quod recepi. De codicum discrepantia conf. Schneider ad Remp. I. p. 96. et 246. Certam sedem habet ἀεὶ infra p. 203. C. D. E. al., conf. Bast. ad Gregor. Corinth. p. 346. Poppo Prolegg. ad Thucyd. p. 415. παρεγεγόνει Ven. Ξ. Ambr. Ang. w. Vat. r.

οὐ μέντοι ἀλλὰ καὶ Σωκράτη] καὶ om. Coisl. Par. EF. Angel. n. Vat. s. Ven. t. Flor. a. b. c. i.

mus, ita statuendum putamus, ut aut ἢ ante ἦ excidisse existimandum sit, aut pro ἦ reponendum ἤ, quod ita dicitur, ut pronomen ἦ intelligendum relinquatur, ut in talibus fit. Phileb. p. 35. A: ἐπιθυμεῖ τῶν ἐναντίων ἢ πάσχει, h. e. ἢ ἃ πάσχει. Euthyphron. p. 12. A: λέγω γὰρ δὴ τὸ ἐναντίον ἢ ὁ ποιητὴς ἐποίησεν. Phaedr. p. 275. A: δι' εὔνοιαν τοὐναντίον εἶπες ἢ δύναται. De Rep. I. p. 334. E. Et scripserunt nuper editores Thucyd. I. 60: τεσσαρακοστῇ ἡμέρᾳ ὕστερον ἢ Ποτίδαια ἀπέστη, ubi item libri plerique ἦ. Apud Lysiam vero l. c. codd. etiam plurimi ἢ ἀνήγετο suppeditant. Ad quam normam iam etiam reliqua loca facili negotio emendabis, nisi forte praestabilius sit ἢ ante ἦ interponere, quam rationem, etiam certissimis confirmatam exemplis, suadet Taylor. Lectt. Lysiac. Cap. I. p. 66. Sed hoc quidem ut in medio relinquendum sit, illud tamen in aprico esse arbitramur, falsum esse et loquendi consuetudini contrarium quod h. l. Bodl. et qui cum eo faciunt libri memoriae tradiderunt. Quam ob rem alteram lectionem, quae linguae legibus convenit, tenendam arbitramur, usque dum Bodleiani lectio quomodo emendanda sit, evidenter fuerit demonstratum. Vitiosam enim dictionem Platonis orationi obtrudere noluimus.

καὶ οἱ χορευταί] h. e. qui chorum efficiebant. Etenim Agatho χορηγοῦ munus quum suscepisset, suis sumtibus chorum comparaverat, instruxerat, ornaverat, v. Wolf ad Demosthen. or. adv. Leptin. Prolegg. p. 89. commentar. p. 236. et p. 247. Thiersch. Introd. in Pindar. p. 104 sqq. Reportata igitur victoria saltatores τὰ ἐπινίκια eius concelebrabant, ut par erat.

ἢ αὐτὸς Σωκρ.] h. e. sed quid quaero? haud dubie

καί μοι ὡμολόγει καθάπερ ἐκεῖνος διηγεῖτο. Τί οὖν, ἔφη, οὐ διηγήσω μοι; πάντως ἡ ὁδὸς ἡ εἰς ἄστυ ἐπιτηδεία πορευομένοις καὶ λέγειν καὶ ἀκούειν. Οὕτω δὴ ἰόντες ἅμα τοὺς λόγους περὶ αὐτῶν ἐποιούμεθα, ὥστε, ὅπερ ἀρχόμενος εἶπον, οὐκ ἀμελετήτως ἔχω. C
εἰ οὖν δεῖ καὶ ὑμῖν διηγήσασθαι, ταῦτα χρὴ ποιεῖν. καὶ γὰρ ἔγωγε καὶ ἄλλως, ὅταν μέν τινας περὶ φιλοσοφίας λόγους ἢ αὐτὸς ποιῶμαι ἢ ἄλλων ἀκούω,

οὐ διηγήσω μοι;] Sic Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. E. Angel. u. Vat. a. n. s. Ven. t. Flor. a. b. c. i., ut emendavit Heindorf. ad Charm. p. 70. Vulg. *διηγῇ σύ μοι;* Vind. 1. 7. Par. K. D. Ambr. Angel. w. Vat. p. r. *διηγήσῃ μοι.*

πάντως ἡ ὁδός] Sic Par. DK. Vat. p., ut edidit Bekker. Ceteri libri *πάντως δὲ ἡ ὁδός*, vel *πάντως δὲ ὁδός*, quod dedit Rückertus. Mihi asyndeton, quod facile potuit a criticis mutari, huic loco unice convenire videtur. Exempla infra apposuimus.

C. *ταῦτα χρὴ ποιεῖν*] Vulg. *ταὐτὰ* correxit Sydenhamus addicentibus Coisl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Angel. w. Vat. p. Frustra Hommelius vulg. defendit.

Socrates. v. ad Protag. in. Non est quod *ἦ* cum Astio corrigas.

B. *Ἀριστόδημος ἦν τις*] *Κυδαθήναιον* fuit nomen pagi Attici. Stephan. Byzant. *Κυδαθήναιον· δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς· ὁ δημότης Κυδαθηναιεύς*, cf. Harpocration s. v. *Κυδαθηναιεύς*. et Meursius de popul. Attic. p. 741. Quod autem Aristodemus semper erat *ἀνυπόδητος*, videtur hac in re Socratem imitatus esse, quem maxime diligebat et comitabatur assidue. v. Phaedr. p. 229. A. Apud Xenophontem Mem. I, 4, 2., ubi itidem vocatur *μικρός*, ita loquens introducitur, ut deos colendos esse neget. Ceterum de *ἀνυποδησίᾳ* philosophorum, imprimisque Socratis, v. intpp. ad Aristoph. Nubb. v. 103. 362. et Ernesti ad Xenoph. Mem. I. 6, 2. Bergler. ad Alciphr. 1, 27.

Τί οὖν — οὐ διηγήσω μοι;] Haec interrogatio alacritatem quandam animi et aviditatem sciendi indicat, fere ut Latinorum: Quin tu mihi — narras? v. Heindorf., ad Charmid. §. 5. et quae annotavi ad Menon. p. 92. D: *τί δὲ αὐτῷ οὐ σὺ ἔφρασας;* et ad Phileb. p. 54. B. Protagor. p. 310. E. Menex. p. 236. C. Lysid. p. 211. D. al. Corrupit locum Hommelius distinguendo: *Τί οὖν; ἔφη· οὐ διηγήσω;* Pertinet enim *τί οὖν* ad *οὐ διηγήσω*. Deinde quod post *πάντως* deest coniunctio, v. Politic. p. 268. E: *ἀλλὰ δὴ τῷ μύθῳ πρόσεχε τὸν νοῦν ὥσπερ οἱ παῖδες· πάντως οὐ πολλὰ ἐκφεύγεις παιδίας ἔτη.* Theaetet. p. 143. A: *ἀλλὰ τί κωλύει νῦν ἡμᾶς διελθεῖν; πάντως ἔγωγε καὶ ἀναπαύσασθαι δέομαι*, ubi v. Heindorf. coll. Astio ad Legg. p. 10. Aristoph. Vesp. v. 770: *πάντως γε κἀκεῖ ταῦτ' ἔδρας ἑκάστοτε.* Est autem *πάντως* nostrum jedenfalls, habetque vim asseverandi.

χωρὶς τοῦ οἴεσθαι ὠφελεῖσθαι ὑπερφυῶς ὡς χαίρω· ὅταν δὲ ἄλλους τινάς, ἄλλως τε καὶ τοὺς ὑμετέρους τοὺς τῶν πλουσίων καὶ χρηματιστικῶν, αὐτός τε ἄχθομαι ὑμᾶς τε τοὺς ἑταίρους ἐλεῶ, ὅτι οἴεσθέ τι ποι-
D εῖν οὐδὲν ποιοῦντες. καὶ ἴσως αὖ ὑμεῖς ἐμὲ ἡγεῖσθε κακοδαίμονα εἶναι, καὶ οἴομαι ὑμᾶς ἀληθῆ οἴεσθαι· ἐγὼ μέντοι ὑμᾶς οὐκ οἴομαι, ἀλλ' εὖ οἶδα.

Cap. II. *ΕΤΑΙ.* Ἀεὶ ὅμοιος εἶ, ὦ Ἀπολλό-

ὑπερφυῶς ὡς χαίρω] ὡς om. Par. DK. Vat. p.
καὶ χρηματιστικῶν] V. χρηματιστῶν, quod Ven. Ξ. Flor. n. tenent. Hoc vero loco quia non foeneratorum natio, sed omnino homines lucri cupidi intelliguntur, unice verum est quod inde a Fischero editores omnes receperunt. Id iam Bas. 2. praebet. Dein Angel. w. et pr. Ven. Ξ. τοὺς ἑτέρους ἐλεῶ.
D. ὑμεῖς ἐμὲ ἡγεῖσθε] Hunc verborum ordinem tuentur Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ang. u. w. Vat. u. p. Ven t. Flor. b. i. Palat. Vulgo ἡγεῖσθε ἐμέ. Bodl. Vat. Δ. et pauci alii ἡγεῖσθαι.

χωρὶς τοῦ οἴεσθαι ὠφελεῖσθαι] h. e. praeterquam quod puto me inde percipere aliquid utilitatis, vid. ad Apolog. Socrat. c. XXIV. in. et Criton. c. III. Sic ἄνευ positum Demosthen. De Coron. p. 255. 19. Reisk. eodemque modo explicandum Soph. Antig. 4: ἄτης ἄτερ, h. e. si a calamitate discesseris. De proximis cf. Phaedon. p. 66. A: ὑπερφυῶς — ὡς ἀληθῆ λέγεις. Gorg. p. 496. C: ἀλλ' ὑπερφυῶς ὡς ὁμολογῶ, ubi vett. editt. ὡς omittunt. Theaet. p. 155. C: ὑπερφυῶς θαυμάζω, ubi Schol. habet ὑπερφυῶς ὡς θαυμάζω, addicentibus libris melioribus. — ἀλλ' εὖ οἶδα, sc. ὅτι κακοδαίμονές ἐστε.

D. Ἀεὶ ὅμοιος εἶ] semper tibi similis es, semper tibi hac in re constas: nam sic ὅμοιος usurpari solet. Charmid. p. 170. A: ἀλλ' ἐγὼ κινδυνεύω ἀεὶ ὅμοιος εἶναι. De Rep. IX. p. 585. C. Phaedr. p. 271. A. al.

D. τὸ μανικὸς καλεῖσθαι] Quod plurimi codices scriptum habent μαλακός, id, quoniam μανικὸς reliquis verbis repugnare visum est, manifesto originem duxit ex male sedula criticorum correctione. Sed verum esse μανικὸς vel ipsius Apollodori docet responsio, ὅτι οὕτω διανοούμενος καὶ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ περὶ ὑμῶν μαίνομαι καὶ παραπαίω. Quis sit μανικός, optime declarant loci Apolog. Socrat. p. 21. A. et Charmid. p. 153. B. Nam Chaerephon, qui in Charmide appellatur μανικός, in Apologia dicitur fuisse σφοδρὸς ἐφ' ὅ τι ὁρμήσειεν. Eandem notionem vocabuli cognoscimus ex Politic. p. 302. B: ὀξύτερα μὲν αὐτὰ γιγνόμενα τοῦ καιροῦ καὶ θάττω καὶ σκληρότερα φαινόμενα ὑβριστικὰ καὶ μανικὰ λέγοντες, τὰ δὲ βραδύτερα καὶ μαλακώτερα δειλὰ καὶ βλακικά. Sophist. p. 242. A. Athen. X. p. 435. B. = T. II. p. 964. ed. Dind. Φίλιππος ἦν τὰ μὲν φύσει μανικὸς καὶ προπετὴς ἐπὶ τῶν κινδύνων, τα

δωρε· ἀεὶ γὰρ σαυτόν τε κακηγορεῖς καὶ τοὺς ἄλλους, καὶ δοκεῖς μοι ἀτεχνῶς πάντας ἀθλίους ἡγεῖσθαι πλὴν Σωκράτους ἀπὸ σαυτοῦ ἀρξάμενος. καὶ ὁπόθεν ποτὲ ταύτην τὴν ἐπωνυμίαν ἔλαβες, τὸ μανικὸς καλεῖσθαι, οὐκ οἶδα ἔγωγε· ἐν μὲν γὰρ τοῖς λόγοις ἀεὶ τοιοῦτος εἶ· σαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγριαίνεις πλὴν Σωκράτους. ΑΠΟΛ. Ὦ φίλτατε, καὶ δῆλόν E
γε δή, ὅτι οὕτω διανοούμενος καὶ περὶ ἐμαυτοῦ καὶ

Ἀεὶ ὅμοιος εἶ] αἰεὶ bis Vat. Δ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Angel. w. Ven. t. Dein κατηγορεῖς Vind. 2. Par. DK. Ante δοκεῖς Par. F. καὶ om.

τὸ μανικὸς καλεῖσθαι] μαλακὸς Bodl. Coisl. Vat. Δ. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ang. w. Vat. n. p. Flor. a. b. c. i. errore manifesto, quem tamen Rückertus defendit. Etiam Ven. Ξ. Par. EF. Ambr. Ang. u. Vat. r. Ven. t. eam scripturam habent superscripta tamen vera lectione. Vat. s. corr. μανιακός, v. ann. Pro οὐκ οἶδα Bastius coni εὖ οἶδα.

σαυτῷ τε καὶ τ. ἀ.] σεαυτῷ Ven. Ξ. Vind. 2.

δὲ διὰ μέθην. Est igitur μανικός der Enthusiast; der Schwärmer. Itaque Apollodorus videtur μανικὸς appellatus esse, quia et in Socrate venerando laudandoque nimius erat et vero etiam in aliis rebus iusto vehementior. Quocirca ille et in laudando et in vituperando modum solebat excedere, ut solent istiusmodi homines affectuum suorum impotentes in utramque abripi partem. Quae si tenemus, totius loci sensus haudquaquam obscurus erit. Est enim hic sententiarum nexus et cohaerentia: „Semper tibi in eo constas, quod et tui et ceterorum hominum omnium te poenitet, uno excepto Socrate. Ignoro quidem, unde tandem furiosi nomen acceperis; sed haud scio, an illud ex hac ipsa re originem duxerit; nam in sermonibus quidem semper is es, ut et tibimet ipsi et ceteris omnibus praeter Socratem succenseas.“ Etenim ante verba: ἐν μὲν γὰρ τοῖς λόγοις ἀεὶ τοιοῦτος εἶ, facile intellexeris δοκεῖς δὲ λαβεῖν αὐτόθεν, aut simile quiddam. Solent enim ante γὰρ non raro omitti quae ex ipsa orationis serie facile possunt suppleri. Nec quenquam iam morabitur μὲν istud ἀνανταπόδοτον, si quidem altera pars sententiae frequentissimo usu reticetur. Denique verba τοιοῦτος εἶ explicantur iis, quae continuo adiiciuntur: σαυτῷ τε καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγρ. πλ. Σ. Itaque Glauco urbana irrisione cognominis illius causam ex eo repetit, quod Apollodorus semper et de se et de aliis morosius iudicare soleat, quum unum Socratem beatum habere et praedicare consueverit. Ita ego iam olim locum interpretatus sum, et fateor me ne nunc quidem a pristina sententia ulla in parte decedere.

E. καὶ δῆλόν γε δή, ὅτι — παραπαίω] Ironice concedit Apollodorus hanc ipsam esse videri cognominis istius causam et rationem. Nam ironiae indicium facit δή, scilicet, vide-

περὶ ὑμῶν μαίνομαι καὶ παραπαίω. ΕΤΑΙ. *Οὐκ ἄξιον περὶ τούτων, Ἀπολλόδωρε, νῦν ἐρίζειν· ἀλλ' ὅπερ ἐδεόμεθά σου, μὴ ἄλλως ποιήσῃς, ἀλλὰ διήγησαι, τίνες ἦσαν οἱ λόγοι.* ΑΠΟΛ. *Ἦσαν τοίνυν ἐκεῖνοι τοιοίδε τινές. μᾶλλον δ' ἐξ ἀρχῆς ὑμῖν, ὡς*
174 *ἐκεῖνος διηγεῖτο, καὶ ἐγὼ πειράσομαι διηγήσασθαι.*

Ἔφη γάρ οἱ Σωκράτη ἐντυχεῖν λελουμένον τε καὶ τὰς βλαύτας ὑποδεδεμένον, ἃ ἐκεῖνος ὀλιγάκις ἐποίει, καὶ ἐρέσθαι αὐτόν, ὅποι ἴοι οὕτω καλὸς γεγενημέ-

E. *περὶ τούτων, Ἀπολλόδωρε*] *ὦ* vulgo ante *Ἀπολλόδωρε* intrusum om. Bodl. Coisl. Vat. *Δ*. Ven. *Ξ*. Vind. 2. Par. DK. Vat. p. t. Non raro autem illud in compellatione cum admonitione coniuncta omitti solere docebunt quae scripsimus ad Euthydem.

P. 174. *καὶ ἐρέσθαι αὐτόν*] V. *ἔρεσθαι*, quod Bekk. e Vat. *Δ*. Ven. *Ξ*. Vind. 2. emendavit. Dein *ὅπῃ* Coisl. Ambr. Vat. r. Pro *εἰς Ἀγάθωνος* Ven. *Ξ*. Vind. *ὡς Ἀγάθωνος* et *εἰς τήμερον* Ven. *Ξ*. *εἰς τὴν σήμερον*. Coisl. *παρὰ τὸν καλόν*, interposito articulo.

licet. Optime Scheiermacherus: „O Liebster, so ist es ia klar, wenn ich so denke von mir und euch, dass ich toll bin und von Sinnen." Quam irrisionem sentiens amicus respondet: *Οὐκ ἄξιον περὶ τούτων νῦν ἐρίζειν.* Itaque fallitur Hommelius post *παραπαίω* signo interrogandi opus esse ratus.

τοιοίδε τινές] fere huiusmodi. vid. Xenoph. Mem. I. 1, 1.

μᾶλλον δ'] etiam hic est corrigentis, ut saepissime alibi. Ceterum cf. Phaedon. p. 59. C: *ἐγώ σοι ἐξ ἀρχῆς πάντα πειράσομαι διηγήσασθαι.* Euthydem. p. 272. E: *καὶ σοι πειράσομαι ἐξ ἀρχῆς πάντα διηγήσασθαι.*

P. 174. *αὐτὸν διέφυγον*] ei feliciter aufugi.

ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην] Pessime Hommelius aliique: hoc igitur ornatu ornavi me, quod ab ipsa sententiarum serie alienum est. Imo *ταῦτα* est accusativus obiecti remotioris, qui indicat id, ad quod actio *τοῦ καλλωπίζεσθαι* pertineat. Quocirca explicari recte potest per *διὰ ταῦτα*, quanquam non est existimandum *διὰ* a Graecis per ellipsin reticeri. Protagor. p. 310. E: *αὐτὰ ταῦτα νῦν ἥκω παρὰ σέ, ἵνα ὑπὲρ ἐμοῦ διαλεχθῇς αὐτῷ.* Legg. IX. p. 873. A. Xenoph. Symp. IV. 55. et 25. Aristoph. Pac. v. 414: *ταῦτ' ἄρα πάλαι — παρεκλεπτέτην.* Avv. 120: *ταῦτ' οὖν ἱκέται νὼ πρός σε δεῦρ' ἀφίγμεθα.* conf. Gregor. Corinth. de Attic. dial. §. 6: *ταῦτ' ἄρα Ἀττικός ἀντὶ τοῦ διὰ ταῦτα.* Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 676. Matthiae Gr. §. 467. 14. p. 873. De coniunctivo *ἴω* praecedente praeterito tempore post particulam finalem

νος. καὶ τὸν εἰπεῖν, ὅτι Ἐπὶ δεῖπνον εἰς Ἀγάθωνος. χθὲς γὰρ αὐτὸν διέφυγον τοῖς ἐπινικίοις φοβηθεὶς τὸν ὄχλον, ὡμολόγησα δ' εἰς τήμερον παρέσεσθαι. ταῦτα δὴ ἐκαλλωπισάμην, ἵνα καλὸς παρὰ καλὸν ἴω. ἀλλὰ σύ, ἦ δ' ὅς, [Ἀριστόδημε,] πῶς ἔχεις πρὸς τὸ ἐθέλειν ἂν ἰέναι ἄκλητος ἐπὶ δεῖπνον; Κἀγώ, B ἔφη, εἶπον, ὅτι Οὕτως, ὅπως ἂν σὺ κελεύῃς. Ἕπου τοίνυν, ἔφη, ἵνα καὶ τὴν παροιμίαν διαφθείρωμεν μεταβάλλοντες, ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασιν

ἦ δ' ὅς, Ἀριστόδημε, πῶς ἔχεις] Vocabulum Ἀριστόδημε in omnibus fere codd. deest. Igitur uncis inclusimus tanquam natum ex glossemate.

B. ἐθέλειν ἂν ἰέναι] Libri ἀνιέναι. Correxerunt Stephanus, Astius, Bekkerus. Fuit tamen qui vulgatam eo defenderet, quod e Phalero in urbem escenderint. Id vero Glauco et Apollodorus fecerant; de Aristodemo et Socrate nihil tale narratur.

διαφθείρωμεν μεταβάλλοντες] Restitui quod est in Bodl. Vat. Δ. Aug. w. Vind. 2. Editt. omnes praeter Hommel. μεταβαλόντες. Ven. Ξ. Par. F. μεταβαλλόντες, pravo accentu. Dein Vat. Δ. ἴᾶσιν.

posita v. Rost. Gramm §. 122. 9. ann. 4. Subtilissime rem explicuit Hermann. de emendanda ratione Gr. Gr. p. 208 sqq.

B. πρὸς τὸ ἐθέλειν ἂν ἰέναι] Pertinet ἂν ad infinitivum ἐθέλειν, ut sensus hic sit: πῶς ἔχεις; ἐθέλοις ἂν ἰέναι ἄκλητος ἐπὶ δεῖπνον; Quod est in codd ἀνιέναι, id ferri non potest ideo, quia absurdum esset locum convivii tanquam editiorem significari.

ὡς ἄρα καὶ ἀγαθῶν ἐπὶ δ.] Versiculus, ad quem respicitur, hic est: αὐτόματοι δ' ἀγαθοὶ δειλῶν ἐπὶ δαῖτας ἴασι, v. Schol. Platon. p. 43. ed. Ruhnk. et Athen. Deipnos IV. 27. Sensum proverbii hunc esse patet: bono et honesto viro non opus est excusatione, quando αὐτόματος, h. e. non invitatus, venit ad δειλῶν, h. e. minus bonorum, convivia: his enim eius praesentia non potest non grata esse et iucunda. Hoc igitur proverbium, inquit, διαφθείρωμεν μεταβάλλοντες, mutatione corrumpamus, quod quomodo ab eo fiat, nemini obscurum esse potest. Nam pro δειλῶν ad Agathonis nomen simul alludens dixit ἀγαθῶν. Hanc autem mutationem satis festive excusat exemplo Homeri, qui adeo omnem proverbii rationem perverterit, dum Menelaum, hominem ignavum, finxerit sua sponte neque invitatum ad fortissimi fratris epulas venientem. Respicitur ad Iliad. β'. v. 408: αὐτόματος δέ οἱ ἦλθε βοὴν ἀγαθὸς Μενέλαος. Ceterum Menelaus vocatur μαλθακὸς αἰχμητής Iliad. ρ. v 588., verum non ab ipso poeta, sed ab Apolline, Graecis inimico. Quae nuper Hommelius de his verbis disputavit, ea fateor, quatenus nova sunt, mihi haudquaquam probari.

αὐτόματοι ἀγαθοί. Ὅμηρος μὲν γὰρ κινδυνεύει οὐ μόνον διαφθεῖραι, ἀλλὰ καὶ ὑβρίσαι εἰς ταύτην τὴν παροιμίαν. ποιήσας γὰρ τὸν Ἀγαμέμνονα διαφερόν-
C τως ἀγαθὸν ἄνδρα τὰ πολεμικά, τὸν δὲ Μενέλεων μαλθακὸν αἰχμητήν, θυσίαν ποιουμένου καὶ ἑστιῶντος τοῦ Ἀγαμέμνονος ἄκλητον ἐποίησεν ἐλθόντα τὸν Μενέλεων ἐπὶ τὴν θοίνην, χείρω ὄντα ἐπὶ τὴν τοῦ ἀμείνονος. Ταῦτ᾽ ἀκούσας εἰπεῖν ἔφη, Ἴσως μέντοι κινδυνεύσω καὶ ἐγὼ οὐχ ὡς σὺ λέγεις, ὦ Σώκρατες, ἀλλὰ καθ᾽ Ὅμηρον φαῦλος ὢν ἐπὶ σοφοῦ ἀνδρὸς ἰέναι
D θοίνην ἄκλητος. ἆρ᾽ οὖν ἄγων μέ τι ἀπολογήσει;

C. οὐχ ὡς σὺ λέγεις] ὃ σὺ λ. Par. DK. Vat. p.
D. ἆρ᾽ οὖν ἄγων μέ τι ἀπ.] Creuzerus ad Plotin. p. 318. coni. ἀγαγών, sed v. ann. Ipse vir egregius sententiam suam retractavit in Annalibus Liter. Vindobonenss. N. 56. p. 135. anni 1831. ἄγων est wenn du mich mitbringst. Exempla dedi ad Charmid. p. 153. C. Astius coni. Ἆρ᾽ οὖν ἄγων με τί ἀπ. Sed duplex interrogatio ab h. l. aliena est. Pro ἀπολογήσῃ Bodl. Vat, Δ. (ut Bastius notavit) Ang. w. Ven. t. ἀπολογήσει, quae forma dubium non est quin Platoni ubique reddenda sit. In hoc quidem libro nullus est locus, in quo non aliquot codd. terminationem in ει conservaverint, v. p. 172. C. 175. A. 194. B. 207. C. 212. A. 218. C. E. 219. A. 220. E.

D. ἆρ᾽ οὖν ἄγων μέ τι ἀπολογήσει] Ἀπολογεῖσθαί τι est aliquid pro se afferre defendendi causa. Phaedon. p. 69. D: ταῦτ᾽ οὖν ἐγὼ — ἀπολογοῦμαι, haec igitur pro me affero. Apolog. p. 34. B: ἃ μὲν ἐγὼ ἔχοιμ᾽ ἂν ἀπολογεῖσθαι, σχεδόν ἐστι ταῦτα. Itaque verba in hunc modum accipienda sunt: num igitur me adducens poteris pro te aliquam afferre defensionem?, quo scilicet veniam impetres, quod me ultro ad convivium adduxeris. Secus locum interpretatus est Hommelius, mirifice etiam in eo errans, quod τι, indefinitum pronomen, pro ἄλλο τι positum iudicavit. Ceterum καλεῖν ut Lat. vocare est invitare. Unde ἄκλητος, invocatus, intelligitur non invitatus. Moris autem fuisse et apud Graecos et apud Romanos, ut qui benigne invitati essent, etiam alios, non vocatos, secum adducerent, quos dixerunt umbras, cognoscas ex Horat. Sat. II. 8, 22. Epist. I. 5, 28. ubi v. intpp. et Plutarch. Sympos. VII. 6, qui quaerit, unde οἱ ὑπὸ τῶν κεκλημένων ἐπὶ τὸ δεῖπνον ἀγόμενοι nomen illud acceperint.

Σύν τε δύ᾽, ἔφη, ἐρχ.] Alludit ad Iliad. X. v. 224: Σύν τε δύ᾽ ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν, Ὅππως κέρδος ἔῃ, quo usus est etiam in Protagor. p. 348. Eundem versum recitat Cicero ad Divv. IX. 7. ad Attic. IX. 6. Ὁ πρὸ τοῦ i. e. ἕτερος πρὸ ἑτέρου. Sunt autem verba Diomedis, qui Nestori se

ὡς ἐγὼ μὲν οὐχ ὁμολογήσω ἄκλητος ἥκειν, ἀλλ' ὑπὸ σοῦ κεκλημένος. Σύν τε δύ', ἔφη, ἐρχομένω πρὸ ὁ τοῦ βουλευσόμεθα ὅ τι ἐροῦμεν. ἀλλ' ἴωμεν.

Τοιαῦτ' ἄττα σφᾶς ἔφη διαλεχθέντας ἰέναι. τὸν οὖν Σωκράτη ἑαυτῷ πως προσέχοντα τὸν νοῦν κατὰ τὴν ὁδὸν πορεύεσθαι ὑπολειπόμενον καὶ, περιμένοντος οὗ, κελεύειν προϊέναι εἰς τὸ πρόσθεν. ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ τῇ Ἀγάθωνος, ἀνεῳγμένην καταλαμβάνειν τὴν θύραν, καί τι ἔφη αὐτόθι γελοῖον παθεῖν. οἷ μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα ἔνδοθεν ἀπαντήσαντα ἄγειν οὗ κατέκειντο οἱ ἄλλοι, καὶ κα- E

ὡς ἐγὼ μὲν οὐχ ὁμ.] Sic Bodl. Vat. Δ. Par. DEFK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. s. Ven. t. Flor. a. b. c. i. Legebatur olim. ὡς ἔγωγε οὐχ' ὁμ.

ἔφη, ἐρχομένω] ἐρχομένω, ἔφη, Ven. Ξ. Vind. 2.

πρὸ ὁ τοῦ βουλ.] Libri πρὸ ὁδοῦ. Emendavit Fischerus. Dein Bodl. Vat. Δ. Par. DK. alii vitiose ἀλλ' ἐῶμεν.

ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι] Steph. coni. ἐγένετο. male.

E. γελοῖον παθεῖν] γελοῖόν τι παθεῖν Angel. n.

οἷ μὲν γὰρ εὐθύς] Vett. editt. τὸν μὲν γὰρ εὐθύς. Sed οἷ vel οἱ Bodl. Coisl. Vat. Δ. Vind. 2. Ang. u. w. Vat. a. c. n. Ven. t. Flor. a. b. c. i. et. pr. Par. D. ἐμοὶ Vind. 7. Par. K. Vat.

paratum esse ostendit in castra hostium ire, ita tamen, ut alium haberet comitem. Itaque Socrates hoc dicit: una euntes videbimus, quid dicendum sit; alter alterum consilio adiuvabit; quod unus excogitare et reperire non poterit, id reperiet alter. Ferri non potest lectio vulgata πρὸ ὁδοῦ, quam formulam neque cum Zeunio ad Viger. p. 117. interpretari licet in promtu, facile; neque cum Wyttenbach. Bibl. Crit. I. t. p. 47. progrediendo, utiliter, neque cum Bernhardyo Syntax. p. 231. inter viam; quod etiamsi per aetatis Platonicae usum fieri liceret, tamen langueret mirifice. Ipsa sententia autem postulat, ut πρὸ ὁ τοῦ adiiciatur. Itaque nec πρὸ ὁ τοῦ eiiciendum, quanquam Hermogenes περὶ ἰδεῶν II. p. 406. ed. Laurent. hunc locum ita scriptum affert, ut πρὸ ὁ τοῦ desideretur.

ἐπειδὴ δὲ γενέσθαι] De infinitivo post ἐπειδὴ in obliqua oratione posito vid. de Republ. X. p. 617. D: σφᾶς οὖν, ἐπειδὴ ἀφικέσθαι, εὐθὺς δεῖν ἰέναι. Ibid. p. 614. A: ἐπειδὴ οὗ ἐκβῆναι τὴν ψυχήν. Ibid. p. 619. C. Eadem ratio est verborum proximorum: εὐθὺς δ' οὖν ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα. v. ad Phaedon. p. 72. A. cap. XVI. extr. Ceterum de ellipsi verbi ξυνέβη, unde infinitivus pendeat, nemo hodie cum Wolfio cogitabit.

E. οἷ μὲν γὰρ εὐθὺς παῖδά τινα] Casus pronominis more fere constanti proximo

ταλαμβάνειν ἤδη μέλλοντας δειπνεῖν. εὐθὺς δ' οὖν ὡς ἰδεῖν τὸν Ἀγάθωνα, Ὦ, φάναι, Ἀριστόδημε, εἰς καλὸν ἥκεις· ὅπως συνδειπνήσεις· εἰ δ' ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἦλθες, εἰςαῦθις ἀναβαλοῦ, ὡς καὶ χθὲς ζητῶν σε, ἵνα καλέσαιμι, οὐχ οἷός τ' ἦ ἰδεῖν. ἀλλὰ Σωκράτη ἡμῖν πῶς οὐκ ἄγεις; Καὶ ἐγώ, ἔφη, μεταστρεφόμενος οὐδαμοῦ ὁρῶ Σωκράτη ἑπόμενον. εἶπον οὖν, ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ Σωκράτους ἥκοιμι,

p. et corr. D. Receptam lectionem confirmat Photius, qui in voc. οἷ hunc locum exscripsit. conf. Porson. ad Med. v. 734.

εὐθὺς δ' οὖν] οὖν om. Par. DK. Vat. p.; in Bas. 1. 2. Flor. n. δ' abest, quod tamen recte praecedenti μὲν respondet. Dein Bodl. pro ὦ, φάναι, habet ὧν φάναι, quae manifesta est grammatici alicuius correctio.

ὅπως συνδειπνήσεις] Sic unus Flor. n. probante etiam Bekkero. Ceteri omnes συνδειπνήσῃς.

οὐχ οἷός τ' ἦ ἰδεῖν] V. ἦν, quod e Ven. t. et pr. Coisl.

participio est accommodatus, de quo genere loquendi monuimus ad Gorg. p. 492. B. Lachet. p. 187. A. Legg. III. p. 689. A. Legg. IX. p. 856. E. Phaedr. p. 240. C. Hinc Arist. Avv. 45. ὅποι paratam habet defensionem. conf. Krüger. ad Dionys. Historiogr. p. 119. Huius constructionis non memores librarii atque critici pronomen οἷ non uno modo corruperunt. Ad καταλαμβάνειν patet subiectum esse Aristodemum, quae quidem personae variatio adeo crebra est, ut exemplorum testimonio haudquaquam indigeat.

εἰς καλὸν ἥκεις] h. e. opportune, ut Menon p. 90. A: εἰς καλὸν ἡμῖν αὐτὸς ὅτε παρεκαθίζετο. Hipp. Mai. p. 286. E: εἰς καλὸν ἥκεις. Ibid. 286. C. Euthydem. p. 275: ἥκετον εἰς κάλλιστον, i. e. opportunissime. Theag. p. 122. A. Xenoph. Symp. I. 4. Deinde vulg. ὅπως συνδειπνήσῃς mutavi, non quo coniunctivum aoristi primi soloecum putaverim, quae fuit grammaticorum quorundam opinio; sed quod futurum rei ipsi magis accommodatum esse videbatur. Nam in invitandi formulis Graeci post ὅπως inferunt futurum tempus, nunquam coniunctivum aoristi. Hipp. Mai. p. 286. B: ἀλλ' ὅπως παρέσει καὶ αὐτὸς καὶ ἄλλους ἄξεις. Aristoph. Avv. 131: πρὸς Διὸς τοὐλυμπίου, ὅπως παρέσει μοι καὶ σὺ καὶ τὰ παιδία λουσάμενα πρῴ· μέλλω γὰρ ἑστιᾶν γάμους. Nec vero post εἰς καλὸν ἥκεις comma, sed pleniorem interpunctionem ponendam iudicavimus, quo oratio efficeretur alacrior et vividior. Nam ita ὅπως συνδειπνήσεις non ex praegressis pendet, sed per se seorsum est accipiendum. Germanice dixeris: Ach lieber Aristodem, recht gelegen erscheinst du; dass du mir ja mitspeisest. In qua oratione etiam asyndeton est elegantissimum. Ineptum foret, si Agatho diceret: *opportune venisti, ut nobiscum coenes*, quae verba liquet nullam certe continere Aristodemi invitationem. Quanquam Hermanno visum est multo elegantius, si ὅπως συν-

κληθεὶς ὑπ' ἐκείνου δεῦρ' ἐπὶ δεῖπνον. Καλῶς γ',
ἔφη, ποιῶν σύ· ἀλλὰ ποῦ ἔστιν οὗτος; Ὄπισθεν
ἐμοῦ ἄρτι εἰςῄει· ἀλλὰ θαυμάζω καὶ αὐτός, ποῦ ἂν 175
εἴη. Οὐ σκέψει, ἔφη, παῖ, φάναι τὸν Ἀγάθωνα,
καὶ εἰςάξεις Σωκράτη; σὺ δ', ἦ δ' ὅς, Ἀριστόδημε,
παρ' Ἐρυξίμαχον κατακλίνου.

Cap. III. Καὶ ἓ μὲν ἔφη ἀπονίζειν τὸν παῖδα, ἵνα κατακέοιτο· ἄλλον δέ τινα τῶν παίδων ἥκειν ἀγ-

mutatum. Omittunt vocem Bodl. Vat. Δ Vind. 2. Ang. w. Vat. a. c. n. Flor. a. b. c. i.

δεῦρ' ἐπὶ δεῖπνον] ἐπὶ τὸ δεῖπνον Par. F. sed v. p. 175. B.

καλῶς γ', ἔφη, ποιῶν] γ' om. Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. 7. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Nec tamen ausus sum voculam expungere, quae in hac responsionis forma paene est legitima.

P. 175. ἓ μὲν ἔφη ἀπονίζειν] Sic emendavit lectionem vulgatam καὶ ἐμὲ ἔφη ἀπ. Bastius Specim. Crit. p. 10. Frustra Fischerus locum per anacoluthiam explicare conatus est. Dein δειπνήσῃς scribatur, quippe quod ex εἰς καλὸν pendeat. Quasi vero urbanius et elegantius sit dicere: Sie sind recht gelegen gekommen, um mitzuspeisen. Ad proxima: εἰςαῦθις ἀναβαλοῦ, contendas Lucian. Pseudol. extr. τὰ λοιπὰ εἰςαῦθις ἀναβαλώμεθα. Plat. Euthyd. p. 275 A: εἰςαῦθις ἀποθέσθαι. Xenoph. Symp. II. 6: εἰςαῦθις ἀποθώμεθα. — πῶς οὐκ ἄγεις, qui fit, ut non adducas; v. ad Criton. in. Fuit autem Aristodemus homo Socratis amantissimus, ut miretur Agatho, quod solus sine Socrate venerit.

ὅτι καὶ αὐτὸς μετὰ Σ.] me et ipsum cum Socrate venisse, *sicuti cuperet*: dass ich ja eben mit dem Socrates gekommen wäre. Prave haec intellexit Hommelius, qui etiam in eo errat, quod paullo ante distinxit: καὶ ἐγώ, ἔφη μεταστρεφόμενος, — οὐδαμοῦ ὁρῶ Σωκρ., quod ipse interpretatur: und ich, sagte er sich umdrehend, — sehe nirgends den Socrates mir folgen. Finxit igitur vir doctus Aristodemum Apollodoro haec ita narrantem, ut, quasi res nunc ipsum agatur, corpus circumagat. Quod quam sit a Platonis elegantia alienum, vix est quod moneamus.

Καλῶς γ', ἔφη, ποιῶν σύ] Charmid. p. 156. A: καλῶς γε σύ, ἦν δ' ἐγώ, ποιῶν. Ibid. p. 162. E: καλῶς γε σὺ τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, ποιῶν. Hipp. Mai. init. καλῶς γε σὺ — νομίζων. Lachet. p. 192. B: ὀρθῶς γε σὺ λέγων. Theaet. p. 181. D: ὀρθῶς γε λέγων. Lysid. p. 204. A: καλῶς γ', ἦν δ' ἐγώ, ποιοῦντες, ubi γὲ ex codd. restituit Bekkerus, cf. Heindorf. ad Charmid. p. 64. nostra ad Remp. V. p. 474. A. et Wyttenbach. Epistol. Critic. p. 26 sq. Dorvill. ad Charit. p. 296 sq. ed. Lips.

P. 175. καὶ ἓ μὲν ἔφη ἀπονίζειν τ. π.] Atque puerum dicebat ipsum abluisse, ut accumberet. De infinitivo praesentis v. ad cap. I. — τὸν παῖδα, cuius hoc erat officium.

γέλλοντα, ὅτι Σωκράτης οὗτος ἀναχωρήσας ἐν τῷ τῶν γειτόνων προθύρῳ ἕστηκε, κἀμοῦ καλοῦντος οὐκ ἐθέλει εἰσιέναι. Ἄτοπόν γ', ἔφη, λέγεις· οὔκουν
B καλεῖς αὐτὸν καὶ μὴ ἀφήσεις; Καὶ ὃς ἔφη εἰπεῖν,

vett. ἵνα που κατακέοιτο. Sed που om. cum Bodl. et Vat. Δ. codices plurimi. Unde ortum sit που, intelligitur ex scriptura librorum Ven. Ξ. Par. EF. Vat. s. Flor. a ἵνα (ὅπου supra scriptum).

κἀμοῦ καλοῦντος] Bodl. Vat. Δ. Vind. 1. 2. 7. Par. DK Ang. w. Vat. p. et pr. Ven. t. καὶ οὗ καλοῦντος, quod dederunt Bekk. et Turicenses. Bas. 2. Flor. a. b. c. i. Coisl. Ven. Ξ. Ang. n. alii καὶ σοῦ καλοῦντος. Sed unice vera est vulgata scriptura. Sunt enim haec servi ista renunciantis verba; quod qui non perspicerent, pronomen temere mutaverunt. Fuit tamen qui hanc non rectam, sed obliquam orationem esse contenderet ideoque καὶ οὗ tueretur. Sed neglexit ille et indicativum et pronomen οὗτος.

οὔκουν καλεῖς] Sic Bodl. Coisl. Vat. Δ. Par. DK. Ambr. Ang. u. w. Vat. a. c. n. Flor. a. b. c. o. Vulgo κάλει. Futurum cum οὐκ coniunctum habet vim imperativi; v. ad c. 1. Pro so-

uti consuevisse, ut et rem sive notionem abstractam significaret, et deorum vim naturamque complecteretur; cuius generis exempla infra consignavi ad p. 196. D. De Parmenide etiam Aristot. Metaph. I. 4: *καὶ γὰρ οὗτος (ὁ Παρμενίδης) κατασκευάζων τὴν τοῦ παντὸς γένεσιν, πρώτιστον μέν, φησίν, Ἔρωτα θεῶν μητίσατο πάντων*, quo loco item *γένεσιν* putamus ut apud Platonem dici. Pro *γενέσει* Plutarch. Amat. p. 756. F. vulgarem sequutus rationem posuit *Ἀφροδίτην*. Scripsit enim haec: *διὸ Παρμενίδης μὲν ἀποφαίνει τὸν Ἔρωτα τῶν Ἀφροδίτης ἔργων πρεσβύτατον, ἐν τῇ κοσμογραφίᾳ γράφων· πρώτιστον μὲν Ἔρωτα κ. τ. λ.*, quem locum debemus Brandisio Commentat. Eleatt. p. 127. Hinc lucem accipit Simplic. ad Aristot. Phys. p. 9. Parmenidem narrans habuisse *θεῶν αἰτίαν δαίμονα ἐν μέσῳ πάντων, ἣ πάντα κυβερνᾷ.* Ne vero mireris *γένεσιν* de vi genitrice dictum, ita iam Homer. Iliad. ξ 201: *Ὠκεανόν τε, θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν*, quo versu Plato utitur etiam Theaet. p. 152. D. E. 160. D. 179. E. et Cratyl. p. 402. B. Hinc Hesychius: *γένεσιν πατέρα ἢ μητέρα.* Ceterum post *τὴν Γένεσιν λέγει* ne quis *ὅτι* excidisse putet, quod certe Platonis loquendi consuetudo requirere videatur. eandem orationis formam habes Phaedon. p. 94. D: *οὗ λέγει τὸν Ὀδυσσέα στῆθος δὲ πλήξας κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ*, ubi v. ann. Nimirum hic quoque *τὴν γένεσιν λέγει* idem est quod *περὶ τῆς γενέσεως λέγει.* — De Acusilao disputavit Sturzius ad calcem libri de Pherecydis Fragmentis p. 215 sq. Ad hunc locum facit Clemens Alex. VI. p. 629. A: *τὰ Ἡσιόδου μετήλλαξαν εἰς πεζὸν λόγον καὶ ὡς ἴδια ἐξήνεγκαν Εὔμηλός τε καὶ Ἀκουσίλαος.* Iactat igitur orator doctrinam suam.

C. *οὕτω πολλαχόθεν ὁμ.*] Pessime Hommelius: auf diese Weise wird von so vielen andern zugestanden etc. Nam ita scriptum esse oportebat: *οὕτω πολλαχόθεν ἄλλοθεν ὁμ.* Nunc orator testimoniorum allatorum vim rhetorice amplificans hoc dicit: adeo multis conceditur Amorem esse antiquissimum.

Πρεσβύτατος δὲ ὢν] Bastius Specim. crit. p. 15. quum participium causae indicium facere existimavisset, cur Amor etiam pro summorum auctore

ἐστιν. οὐ γὰρ ἔγωγ' ἔχω εἰπεῖν, ὅ τι μεῖζόν ἐστιν
ἀγαθὸν εὐθὺς νέῳ ὄντι ἢ ἐραστὴς χρηστὸς καὶ ἐρα-
στῇ παιδικά. ὃ γὰρ χρὴ ἀνθρώποις ἡγεῖσθαι παν-
τὸς τοῦ βίου τοῖς μέλλουσι καλῶς βιώσεσθαι, τοῦτο
οὔτε ξυγγένεια οἵα τε ἐμποιεῖν οὕτω καλῶς οὔτε τι-
D μαὶ οὔτε πλοῦτος οὔτ' ἄλλο οὐδὲν ὡς ἔρως. λέγω
δὲ δὴ τί τοῦτο; τὴν ἐπὶ μὲν τοῖς αἰσχροῖς αἰσχύνην,
ἐπὶ δὲ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν· οὐ γάρ ἐστιν ἄνευ
τούτων οὔτε πόλιν οὔτε ἰδιώτην μεγάλα καὶ καλὰ
ἔργα ἐξεργάζεσθαι. φημὶ τοίνυν ἐγὼ ἄνδρα ὅστις ἐρᾷ,

οὔτε ξυγγένεια] Wyttenb. Epist. crit. p. 9. legendum censuit οὔτε εὐγένεια. Vat. Δ. habet συγκένεια.

οὕτω καλῶς] Par. K. Vat. p. οὔτε κάλλος. Unde Iacobsius in priore editione nostra elegantissime coniecit: οὕτω, οὔτε κάλλος οὔτε τιμαὶ κ. τ. λ. Idem proposuerat Reynders, qui tamen οὕτω ante ἐμποιεῖν sine librorum consensu inferciri volebat. Nec tamen in tanta praestantissimorum codicum consensione quidquam loco movendum duxi, praesertim quum pulcritudinis mentio ideo non sit necessaria, quia additur οὔτ' ἄλλο οὐδέν, imo etiam consulto omissa videatur, quia pulcritudo cum amore arctissima sane con-

bonorum habendus esset, legendum censuit: πρὸς δὲ τούτῳ τῶν μεγ. ἀγ. Sed recte iudicavit Astius esse hanc oratoriam quandam transitionem, quae argumentationis speciem prae se ferat more sophistarum studiose quaesitam.

καὶ ἐραστῇ παιδικά] sc. μέγα ἀγαθόν ἐστιν. Addit enim haec non amplius habens rationem inchoatae constructionis. Qua orationis conversione offensus Hommelius corrigendum censet: ἢ ἐραστὴς χρηστός, καὶ ἐραστῇ, ἢ παιδικά, verbis εὐθὺς νέῳ ὄντι post ὅ τι μεῖζόν ἐστιν ἀγαθὸν transpositis. Quae profecto nimia est corrigendi audacia.

ὃ γὰρ χρὴ ἀνθρ. κ. τ. λ.] h. e. ὃ γὰρ χρὴ τοῖς ἀνθρώποις ὥσπερ ἡγεμόνα εἶναι παντὸς τοῦ βίου.

τοῦτο οὔτε ξυγγένεια] Intelligitur ξυγγένεια affinitas et cognatio hominum nobilium et honoratorum, quorum cogitatione quis ab humili ac turpi sentiendi agendique ratione deterreri queat. Apte contulit Astius de Rep. VI. p. 491. C: κάλλος καὶ πλοῦτος καὶ ἰσχὺς σώματος καὶ ξυγγένεια ἐῤῥωμένη ἐν πόλει καὶ πάντα τὰ τούτων οἰκεῖα.

D. λέγω δὲ δὴ τί τοῦτο;] De interrogationibus mediae orationi sic saepe apud Platonem interpositis v. ad Apolog. Socrat. p. 40. B. et ad Criton. p. 46. C. Menon. p. 97. E: πρὸς τί οὖν δὴ λέγω ταῦτα; πρὸς τὰς δόξας ἀληθεῖς κ. τ. λ. Gorg. p. 457. E: τοῦ δὴ ἕνεκα λέγω ταῦτα; ὅτι νῦν ἐμοὶ δοκεῖς κ. τ. λ. Plura dabit Heusdius Specim. crit. p. 87. Heindorf. ad Gorg. §. 18. ad Phaedr. p. 250. D. Ast. ad Legg. p. 29. Explicanda autem haec sunt hoc

εἴ τι αἰσχρὸν ποιῶν κατάδηλος γίγνοιτο ἢ πάσχων ὑπό του, δι᾽ ἀνανδρίαν μὴ ἀμυνόμενος, οὔτ᾽ ἂν ὑπὸ πατρὸς ὀφθέντα οὕτως ἀλγῆσαι οὔτε ὑπὸ ἑταίρων οὔτε ὑπ᾽ ἄλλου οὐδενός, ὡς ὑπὸ παιδικῶν. ταὐ- E
τὸν δὲ τοῦτο καὶ τὸν ἐρώμενον ὁρῶμεν ὅτι διαφερόντως τοὺς ἐραστὰς αἰσχύνεται, ὅταν ὀφθῇ ἐν αἰσχρῷ τινι ὤν. εἰ οὖν μηχανή τις γένοιτο, ὥστε πόλιν γενέσθαι ἢ στρατόπεδον ἐραστῶν τε καὶ παιδικῶν, οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἄμεινον οἰκήσειαν τὴν ἑαυτῶν ἢ ἀπεχόμενοι πάντων τῶν αἰσχρῶν καὶ φιλοτι-

tinetur cognatione, ut huic recte honores et opes opponantur, minus eleganter pulcritudo e regione collocetur.

D. λέγω δὲ δὴ τί τοῦτο] δὲ om. Par. DFK. Vat. p. Bastius malebat δή τι τοῦτο, ut est in Vind. 1. 2. 7. Par. K.; non opus mutatione.

ἔργα ἐξεργάζεσθαι] ἐργάζεσθαι Par. DK. Vat. p. et Creuz.

E. ὡς ὑπὸ παιδικῶν] Pro ὡς Par. DK. Vat. p. ἤ.

καὶ φιλοτιμούμενοι πρὸς ἀλλ.] Astius coni. καὶ ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτ., uti in superioribus scriptum ἐπὶ τοῖς καλοῖς φιλοτιμίαν. Nec tamen hic opus est isto additamento.

modo: τί δὲ δὴ τοῦτό ἐστιν, ὃ λέγω;

πάσχων ὑπό του — μὴ ἀμυνόμενος] Nam viri fortis esse putabatur iniuriam acceptam ulcisci et punire, v. ad Criton. p. 49. C. huius edit. annotata.

E. ταὐτὸν δὲ τοῦτο καὶ τ.] In his ταὐτὸν τοῦτο absolute positum est. cf. Phileb. p. 37. D: μῶν οὐκ ὀρθὴν μὲν δόξαν ἐροῦμεν, ἂν ὀρθότητα ἴσχῃ, ταὐτὸν δὲ ἡδονήν; ubi ταὐτὸν δέ absolute accipiendum, pariterque voluptatem. Cratyl. p. 404. E: ταὐτὸν δὲ καὶ περὶ τὸν Ἀπόλλω. Protagor. p. 344. D: καὶ γεωργὸν χαλεπὴ ὥρα ἐπελθοῦσα ἀμήχανον ἂν θείη καὶ ἰατρὸν ταὐτὰ ταῦτα. Menon. p. 90. D: οὐκοῦν καὶ περὶ αὐλήσεως καὶ τῶν ἄλλων ταὐτὰ ταῦτα πολλὴ ἄνοιά ἐστιν, βουλομένους κ. τ. κ. Politic. p. 308. E. De Rep. X. p. 605. B. VII. p. 535. D., ubi v. ann., Demosth. Midian. p. 526. extr. ed. Reisk. ἐπειθ᾽ ὁ πληγεὶς ἐκεῖνος ὑπὸ τοῦ Πολυζήλου ταὐτὸ τοῦτο ἰδίᾳ διαλυσάμενος — οὐδ᾽ εἰσήγαγε τὸν Πολύζηλον. Loquendi genus cum alibi, tum hoc loco viros doctos fefellit. Ἐν αἰσχρῷ τινι εἶναι est in re turpi versari.

οἰκήσειαν τὴν ἑαυτῶν] Intell. πόλιν. Quanquam etiam voc. στρατόπεδον cogitatione iterandum est. Ceterum cave οἰκεῖν cum οἰκίζειν confundas, quod nupero huius libri interpreti accidisse video, aut ἄμεινον cum Hommelio delendum putes. Nam pro eo, quod sic poterat dici: optime eorum administrabitur civitas, sic potius loquitur: non erit qua ratione melius suam gerant rempublicam quam turpibus rebus omnibus abstinentes etc. repetita su-

179 μούμενοι πρὸς ἀλλήλους. καὶ μαχόμενοί γ' ἂν μετ' ἀλλήλων οἱ τοιοῦτοι νικῷεν ἂν ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἀνθρώπους. ἐρῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παιδικῶν ὀφθῆναι ἢ λιπὼν τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλὼν ἧττον ἂν δήπου δέξαιτο ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων, καὶ πρὸ τούτου τεθνάναι ἂν πολλάκις ἕλοιτο. καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ ἢ μὴ βοηθῆσαι κιν-

P. 179. *μετ' ἀλλήλων οἱ τοιοῦτοι*] Hunc ordinem et optimi et plurimi libri servarunt. Vett. editt. *οἱ τοιοῦτοι μετ' ἀλλήλων*.

καὶ πρὸ τούτου — ἕλοιτο] Multiplici ratione haec verba a viris doctis sollicitata sunt. Astius, quoniam ea quorsum referantur non habeant, aliquid addendum censuit. Alii ea cum sequentibus connecti voluerunt. Heusdius teste Ekkero in Specim. inaug. in Protagorae apud Platonem fabulam de Prometheo p. 113. et Init. philos. Plat. T. I. p. 109 sq. priore *καὶ* abiecto locum hunc in modum refingendum statuit: *ἐρῶν γὰρ ἀνὴρ ὑπὸ παι-*

periore sententia; quod post comparativum et *ἢ* ita fieri solere docebunt annot. ad Gorg. p. 500. C. coll. Matthiae Gr. p. 846. Itaque nec Rückerti probamus sententiam *ἢ* delendum putantis.

P. 179. *ὀλίγοι ὄντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντας ἀνθρ.*] h. e. propemodum omnes homines. Nam *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, quod Hommelius perperam ad *ὀλίγους* refert, arcte connectendum cum *πάντας ἀνθρώπους*. Usum formulae ad Remp. I. p. 341. B. Phaed. 78. E. Gorg. p. 450. B. al. attigimus. De oratoria verborum oppositione cf. Menexen. p. 241. A: *κατὰ γῆν οἷοί τε ἀμύνεσθαι τοὺς βαρβάρους ὀλίγοι πολλούς*, ut alia taceamus. Ceterum scriptor in mente habere potuit *ἱερὸν λόχον* Thebanorum, de quo v. Perizon. ad Aelian. V. Hist. III. 9. et Davis. ad Maxim. Tyr. XXIV. 2 p. 587., si scriptum est Symposium Olymp. CII.

ἢ λιπὼν τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλών] Nam *λειποταξία* turpissima habebatur. Lex Attica, cuius meminit Lysias Or. *κατὰ Φίλωνος δοκιμασίας*. T. V. p 887. ed. Reisk. et Demosthen. adv. Neaer. T. II. p. 1353. „*τὸν λιπόντα τὴν τάξιν ἀπέχεσθαι ἀγορᾶς μήτε στεφανοῦσθαι μήτ' εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ.*" Nec minor erat infamia eorum, qui arma turpiter abiecissent: de qua re fuse disputavit Klotz. ad Tyrt. 1. 10 27. cf. de Republ. V. p. 468 B. Legg. XII p. 945. Aristot. de morib. V. 3. — *καὶ πρὸ τούτου*, sc. *πρὸ τοῦ ὀφθῆναι ὑπὸ παιδικῶν*. De formula loquendi *τεθνάναι πολλάκις* v. ad Apolog. Socr. c. XVII. p. 30. C.

καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε — κινδυνεύοντι] Verissime Astius ad Translat. German. p 279. „Der Text ist unverderbt; *καὶ μὴν — γε* ist, wie weiter unten p. 202. B, *ja auch*, d. h. in diesem Zusammenhange, *vollends*, und die abgebrochene Rede, die mit einem allgemeinen Satze

κινδυνεύοντι οὐδεὶς οὕτω κακός, ὅντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως ἔνθεον ποιήσειε πρὸς ἀρετήν, ὥσθ' ὅμοιον εἶναι τῷ ἀρίστῳ φύσει. καὶ ἀτεχνῶς, ὃ ἔφη Ὅμηρος, μένος ἐμπνεῦσαι ἐνίοις τῶν ἡρώων τὸν θεόν, τοῦτο ὁ Ἔρως τοῖς ἐρῶσι παρέχει γιγνόμενον παρ' αὐτοῦ. B

Cap. VII. *Καὶ μὴν ὑπεραποθνήσκειν γε μόνοι*

δικῶν ὀφθῆναι ἢ λιπὼν τάξιν ἢ ὅπλα ἀποβαλὼν ἧττον ἂν δήπου δέξαιτο ἢ ὑπὸ πάντων τῶν ἄλλων· καὶ μὴν ἐγκαταλιπεῖν γε τὰ παιδικὰ ἢ μὴ βοηθῆσαι κινδυνεύοντι, πρὸ τούτου τεθνάναι ἂν πολλάκις ἕλοιτο. Verum librorum scripturam sanissimam esse et prorsus incorruptam nobis plane persuasum est. Ceterum Vat. n. *κινδυνεύουσιν.*

B. *τοῦτο ὁ Ἔρως τοῖς ἐρῶσι*] *τοῦτο δὲ Ἔρως* Ald. Bas. 1. et Flor. n. Frustra Orellius ad Isocrat. de antidos. p. 325. inserendum censuit *πᾶσι.*

endet (*οὐδεὶς οὕτω κακός κ. τ. λ.*), charakterisirt treffend den Phaedros als leidenschaftlichen Erotiker, den der Gedanke, dass der Liebhaber den Geliebten verlassen und ihm in der Gefahr nicht beistehen sollte, empört und fast ausser sich setzt." Minus recte Wolfius ad *ἐγκαταλιπεῖν τὰ παιδικὰ* e superioribus intelligendum censebat *ἕλοιτ' ἄν.* Nempe orator dicturus erat fere: *οὐδεὶς οὕτω κακός, ὅςτις οὐκ ἂν αἴσχιστον νομίζοι.* Sed dicendi fervore abreptus alia infert deinceps. — *κινδυνεύοντι*, sc. amasio. Nam *τὰ παιδικὰ* etiam hoc loco de uno amasio intelligendum est, unde recte subiicitur numerus singularis. Plura de hac re dixi ad Phaedrum p. 240. A.

ὅντινα οὐκ ἂν αὐτὸς ὁ Ἔρως] Languere olim visum est istud *αὐτὸς* et mutandum in *οὕτως*, hoc sensu: Nemo adeo malus est, quem Amor non possit tanto incendere virtutis studio, ut vel optimo nihil cedat. Iacobsius tamen censet vi sua non carere *αὐτός*, si opposita existimes praecepta virtutis, leges, educationem et quae praeterea ad virtutem adducere possint. Aliter Rückertus vulgatum defendit, explicans: ipse Amor, i. e. hoc ipsum, quod amat, etiamsi sit alioquin ignavus. Cui Hommelius quoque assensus est. Fateor neutram explicationem mihi omni ex parte satisfacere. Ego enim locum sic intelligo: ipse Amor per se solus, sine illo pudoris et aemulationis sensu, antea memorato.

B. *μένος ἐμπνεῦσαι*] „Ut Iliad. X. v. 482: *τῷ δ'* (Diomedi) *ἔμπνευσε μένος γλαυκῶπις Ἀθήνη.* et XV. 262: *ὣς εἰπὼν* (Apollo) *ἔμπνευσε μένος μέγα ποιμένι λαῶν* (Hectori)." *Fischerus.* Ceterum Orellius ad Isocrat. *περὶ ἀντιδ.* p. 325. propterea quod *ἐνίοις* praecedit, scribendum putabat *τοῖς ἐρῶσι πᾶσι παρέχει.* Sed quum *τοῖς ἐρῶσι* cum vi et gravitate

ἐθέλουσιν οἱ ἐρῶντες, οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες. τούτου δὲ καὶ ἡ Πελίου θυγάτηρ Ἄλκηστις ἱκανὴν μαρτυρίαν παρέχεται ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἐθελήσασα μόνη ὑπὲρ τοῦ αὑτῆς ἀνδρὸς ἀποθανεῖν, ὄντων αὐτῷ πατρός τε
C καὶ μητρός· οὓς ἐκείνη τοσοῦτον ὑπερεβάλετο τῇ φιλίᾳ διὰ τὸν ἔρωτα, ὥςτε ἀποδεῖξαι αὐτοὺς ἀλλοτρί-

οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες, ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες] Articulum αἱ vulgo desideratum e Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. 7. Par. DK. Aug. w. Vat. p. cum Bekkero restituimus. Stephanus scribendum suspicabatur: οὐ μόνον οἱ ἄνδρες. Sed et οὐ μόνον ὅτι recte se habet, et articulus hic non incommode omittitur; ante γυναῖκες autem idem infertur propter oppositionis vim et gravitatem.

ὑπερ τοῦδε τοῦ λόγου] Haec verba tanquam glossema deleri voluerunt Wolfius et Astius, sed Winckelm. Praef. ad Plat. Diall. Spurios p. XI. ed. min. ὑπὲρ τοῦδε exterminari iubet. Et iam Stephanus istud ὑπὲρ τοῦδε expungendum, τοῦ λόγου autem post τούτου δὲ ponendum censuerat. Wyttenbach. ad Sel. Princip. Hist. p. 360. corr. παρέχεται τοῦ λόγου, i. e. τοῦ λελεγμένου. Heindorf. ad Protagor. p. 471. interpretatur: ut huic opponatur isti ἐνίοις τῶν ἡρώων, non opus esse putamus, ut πᾶσι addatur.

οὐ μόνον ὅτι ἄνδρες —] De οὐχ ὅτι, i. e. οὐ λέγω ὅτι, v. Schaefer. ad Lambert. Bos. Ellips. p. 775 sq. Matthiae §. 624. 3. c. Neque offendit μόνον in hac formula. Nam sententia haec est: οὐ λέγω μόνον ὅτι ἄνδρες (sc. τοῦτο ποιοῦσιν), ἀλλὰ καὶ αἱ γυναῖκες. Xenoph. Mem. II. 9, 8: οὐχ ὅτι μόνος ὁ Κρίτων ἐν ἡσυχίᾳ ἦν, ἀλλὰ καὶ οἱ φίλοι αὐτοῦ. Alium locum comparavit Astius: Aristotel. Polit. VII. 11. p. 292. ed. Schneid. οὐχ ὅτι τείχη μόνον περιβλητέον, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐπιμελητέον, ὅπως κ. τ. λ.

τούτου δὲ — ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου] τούτου referendum ad proxime praegressa, ἀλλὰ καὶ γυναῖκας ἐθ. ὑπεραπ. Sed ὑπερ τοῦδε τοῦ λόγου pertinet ad omnem sententiam de amantibus expositam. Itaque Germanice dicas: Hiervon giebt des Pelias Tochter ein Zeugniss zu Gunsten meiner Behauptung.

Ἄλκηστις ἱκανὴν μ.] Seneca ad Helv. c. 17: nobilitatur carminibus omnium, quae se pro coniuge vicariam dedit. Res satis nota ex mythographis. Deinde verba εἰς τοὺς Ἕλληνας, quae vulgo perperam ad sequentia trahuntur, retulimus ad μαρτυρίαν παρέχεται. Neque vero εἰς pro ἐν dictum putari debet, sed proprie significat transitionem ad aliquem atque valet ad Graecos, coram Graecis. Menex. p. 239. A: πολλὰ δὴ καὶ καλὰ ἔργα ἀπεφήνατο εἰς πάντας ἀνθρώπους. Protagor. p. 312. A: σὺ δὲ — οὐκ ἂν αἰσχύνοιο εἰς τοὺς Ἕλληνας αὐτὸν σοφιστὴν παρέχων; ubi Heindorfius apte hunc locum compa-

ους ὄντας τῷ υἱεῖ καὶ ὀνόματι μόνον προςήκοντας. καὶ τοῦτ' ἐργασαμένη τὸ ἔργον οὕτω καλὸν ἔδοξεν ἐργάσασθαι οὐ μόνον ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ θεοῖς, ὥςτε πολλῶν πολλὰ καὶ καλὰ ἐργασαμένων εὐαριθμήτοις δή τισιν ἔδοσαν τοῦτο γέρας οἱ θεοί, ἐξ Ἅιδου ἀνεῖναι πάλιν τὴν ψυχήν, ἀλλὰ τὴν ἐκείνης ἀνεῖσαν ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ· οὕτω καὶ θεοὶ τὴν περὶ τὸν D

dicto fidem faciam. Bastius Spec. Crit. p. 106. verba ὑπὲρ τοῦδε τοῦ λόγου post εἰς τοὺς Ἕλληνας collocanda censet, ut ὑπὲρ sit ἕνεκα. Sed sinceram esse librorum scripturam docebit interpretatio nostra.

C. καλὰ ἐργασαμένων] V. εἰργασμένων, quod praeter Par. E. etiam Vat. Δ. tuetur.

ἔδοσαν τοῦτο γέρας] τοῦτο τὸ γέρας Par. DK. Vind. 7., sed v. ann.

ἀλλὰ τὴν ἐκείνης ἀν.] Sic Bodl. Coisl. Vat. Δ. Par. DE FK. Ambr. Ang. w. Vat. n. p. r. Ven. t. Vind. 1. 2. 7. Flor. a. b. c. i. Legebatur olim ἀλλὰ καὶ τὴν ἐκ.

ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ] τὸ ἔργον Par. DK. Vat. p. Vind. 7. Darmst., v. ann.

ravit. Ibid. p. 349. A: εἰς πάντας τοὺς Ἕλληνας (σαυτὸν) σοφιστὴν ἐπονομάσας. Legg. p. 951. C. Gorg. p. 526. B: ἐλλόγιμος γέγονε καὶ εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας Ἀριστείδης. Menexen. p. 239. A. Tim. p. 25. B. Eurip. Orest. 21: ἐπίσημον εἰς Ἕλληνας. — ἐθελήσασα μόνη. Eurip. Alcest. v. 15: πάντας δ' ἐλέγξας καὶ διεξελθὼν φίλους, πατέρα γεραιάν θ' ἥ σφ' ἔτικτε μητέρα, οὐχ εὗρε πλὴν γυναικός, ἥτις ἤθελε θανεῖν πρὸ κείνου.

C. ὥςτε ἀποδεῖξαι αὐτοὺς ἀλλοτρίους] ut ostenderet illos a filio esse alienos et nomine tantum cognatos, h. e. efficeret, ut illi viderentur tantum esse cognati, facta comparatione eius amoris, quem ipsa illi probavisset, et cognatorum, qui noluissent pro eo mori. Phaedon. p. 72. C: τελευτῶντα λῆρον τὸν Ἐνδυμίωνα ἀποδείξειε καὶ οὐδαμοῦ ἂν φαίνοιτο, ubi v. Wyttenbach. et quae ipsi nuper adiecimus.

εὐαριθμήτοις δή τισιν ἔδοσαν] facile numerabilibus, h. e. perpaucis. Apolog. Socrat. p. 40. E: τὸν μέγαν βασιλέα εὐαριθμήτους ἂν εὑρεῖν, ubi v. annot. De isto δή τισιν v. Politic. p. 306. B: ὡς ἔστον κατὰ δή τινα τρόπον — ἔχοντε. Legg. I. p. 630. B: ἐκτὸς δή τινων. De Republ. VI. p. 498. A. VII. p. 521. C. Phaedon. p. 108. C., ubi v. annot. Plura dabit Boissonad. ad Philostr. Her. p. 299. Hartung De Part. Graecis. T. I. p. 278. Deinde τοῦτο est subiectum, γέρας praedicatum, ut non necessarium sit scribere cum Wolfio τοῦτο τὸ γέρας, v. ad Apolog. Socr. p. 18. A. et p. 24. B. Pergere autem sic debebat orator: τὴν δ' ἐκείνης ἀνεῖσαν ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ.

ἔρωτα σπουδήν τε καὶ ἀρετὴν μάλιστα τιμῶσιν. Ὀρφέα δὲ τὸν Οἰάγρου ἀτελῆ ἀπέπεμψαν ἐξ Ἅιδου, φάσμα δείξαντες τῆς γυναικὸς ἐφ' ἣν ἧκεν, αὐτὴν δὲ οὐ δόντες, ὅτι μαλθακίζεσθαι ἐδόκει ἅτε ὢν κιθαρῳδός, καὶ οὐ τολμᾶν ἕνεκα τοῦ ἔρωτος ἀποθνήσκειν, ὥςπερ Ἄλκηστις, ἀλλὰ διαμηχανᾶσθαι ζῶν εἰςιέναι εἰς Ἅιδου. τοιγάρτοι διὰ ταῦτα δίκην αὐτῷ ἐπέθε-

D. φάσμα δείξαντες] φάντασμα Coisl. Par. EF. Ambr. Ang. u. Vat. n. r. s. Ven. t. Vind. 1. Flor. a. b. c. i. Darmst., quod ex interpretatione fluxit.

ἐφ' ἣν ἧκεν] Vett. editt. ἐφ' ἣν ἑκὼν ἧκεν. Sed ἑκὼν et languet mirifice et codicum plurimorum optimorumque auctoritate destitutum est.

ἀλλὰ διαμηχανᾶσθαι] διαμηχανάσασθαι Par. DK. Ambr. Ang. p. 1. Dein ζῶν ἰέναι Coisl. Ambr. Vat. n. r. Ang u. Darmst.

Sed gravius beneficii et honoris magnitudinem significaturus dicit ἀλλὰ τ. ἐκ. Nimirum pondus huic sententiae addunt verba ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ, ut tota verborum comprehensio possit explicari sic: Hoc facinus eius diis adeo probatum est, ut quum non nisi paucis quibusdam ex inferis redire concesserint, huic non solum tribuerint hoc beneficium, sed cum admiratione tantae animi magnitudinis concesserint. Fallitur enim Hommel. ἀνιέναι legendum ratus; qua certe coniectura abstinuisset, si ordinem et collocationem verborum ἀγασθέντες τῷ ἔργῳ considerasset paullo diligentius. Ceterum Ruhnken. ad Tim. p. 9. verissime observavit hunc unum esse Platonis locum, in quo ἄγασθαι cum dativo casu constructum legatur. Nihil tamen mutandum, v. Xenoph. Cyrop. II. 4, 9. VI. 4, 9. al. coll. Pierson. ad Moer p. 1 sq. Matth. Gr. §. 390. Bernhardy Synt. 104.

D. Ὀρφέα δὲ τ. Οἰάγρ.] Etiam in hac narratione de Orpheo quaedam insunt a vulgari fabula discrepantia, quae Phaedrus aut ipse pro consilii sui ratione immutavit aut repetiit ab iis, qui rem ita memoriae tradiderant, ut facile omnia possent accommodari praesenti disputationi. — ἀτελῆ, i. e. re infecta, ἄπρακτον, οὐδὲν διαπράξαντα.

ἀλλὰ διαμηχανᾶσθαι ζῶν εἰςιέναι] sed omnibus machinis adhibitis perficere conatus esse, ut vivus in Orcum ingrederetur. Mira Rückerti ad h. l. annotatio est ita scribentis: „Non videbatur hoc facere, sed fecit Orpheus; ut parum recte hoc expressum sit.“ Enimvero nihil offensionis habet δοκεῖν, quo iudicium et sententia de rebus vel hominibus non raro denotatur, ut Phaed. p. 113. D. 114. B. al. Mirabiliora etiam Hommelius de verbo εἰςιέναι annotavit, pro quo proprie ait descendendi verbum κατιέναι desiderari. Quasi vero non de ingressu in Orci regnum, sed de descensu Orphei agatur.

σαν, καὶ ἐποίησαν τὸν θάνατον αὐτοῦ ὑπὸ γυναικῶν γενέσθαι, οὐχ ὥςπερ Ἀχιλλέα τὸν τῆς Θέτιδος E
υἱὸν ἐτίμησαν καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψαν, ὅτι πεπυσμένος παρὰ τῆς μητρός, ὡς ἀποθανοῖτο ἀποκτείνας Ἕκτορα, μὴ ἀποκτείνας δὲ τοῦτον οἴκαδ' ἐλθὼν γηραιὸς τελευτήσοι, ἐτόλμησεν ἑλέσθαι βοηθήσας τῷ ἐραστῇ Πατρόκλῳ καὶ τιμωρήσας οὐ μόνον 180

Alii pauci *ζῆν ἰέναι.*

E. *ὡς ἀποθανοῖτο*] Codd. vel *ἀποθάνοιτο* vel *ἀποθάνοι.* Pauci iique deteriores *ἀποθανοῖτο*, quod unice verum.

μὴ ἀποκτείνας δὲ τοῦτον] Sic Vat. *Δ*. Ven. *Ξ* Vind. 2. Par. D K. Angel. w. Vat. p. cum. Bas. 2. Vulgo *μὴ ποιήσας δὲ τοῦτο.* Recepta lectio propter vim oppositionis magis est oratoria ideoque Phaedri ingenio melius accommodata. Dein Vat. *Δ*. Ven. *Ξ*. Par. D. *οἴκαδε δ' ἐλθών.*

E. *οὐχ ὥςπερ Ἀχιλλέα* —] Notabis breviloquentiam pro *ἀλλ' οὐκ ἐτίμησαν αὐτὸν ὥςπερ Ἀχιλλέα, ὃν καὶ εἰς μακάρων νήσους ἀπέπεμψαν, ὅτι κ. τ. λ.* Graecae dictionis vim et elegantiam ex his locis percipient tirones. Infra p. 189. C: *ἐμοὶ δοκοῦσιν ἄνθρωποι — θυσίας ἂν ποιεῖν μεγίστας, οὐχ ὥςπερ νῦν τούτων οὐδὲν γίγνεται περὶ αὐτόν.* Gorg. p. 522. A: *τοὺς νεωτάτους ὑμῶν διαφθείρει τέμνων τε καὶ κάων —. οὐχ ὥςπερ ἐγὼ πολλὰ καὶ ἡδέα καὶ παντοδαπὰ εὐώχουν ὑμᾶς*, ubi v. Heindorf. Protagor. p. 341. A: *ἄπειρος εἶναι φαίνει, οὐχ ὥςπερ ἐγὼ ἔμπειρος διὰ τὸ μαθητὴς εἶναι κ. τ. λ.*, ubi interpres doctissimus comparavit Aristoph. Equitt. v. 784: *οὐ φροντίζει σκληρῶς σε καθήμενον οὕτως, οὐχ ὥςπερ ἐγὼ ῥαψάμενός σοι τουτὶ φέρω.* Intelligitur ex his, opinor, satis perspicue haec omnia *οὐχ ὥςπερ — ἀπέπεμψαν* uno tenore esse legenda neque interpunctione separanda, ut factum est in editt. veteribus. — Achillem in insulis beatorum collocarunt multi, v. quos ad h. l. laudavit Astius. Et quis non meminit Scolii illius in Harmodium et Aristogitonem: *φίλταθ' Ἁρμόδι', οὔ τί που τέθνηκας, Νήσοις ἐν μακάρων σέ φασιν εἶναι, Ἵνα περ ποδώκης Ἀχιλεὺς Τυδείδη τέ φασιν Διομηδέα*, v. Ilgen. Scol. p. 47. De insulis beatorum v. Gorg. p. 523. A. Menexen. p. 235. D. Gataker. ad Antonin. X, §. 8. p. 295.

ὅτι πεπυσμένος παρὰ τ. μ.] Vide Iliad. *σ'.* v. 94 sqq. *ι'.* 410 sqq. et Apolog. Socrat. p. 28. C: *μὴ ἀποκτείνας δὲ τοῦτον — τελευτήσοι.* conf. Heyne Obss. T. VII. p. 426 sqq. Oratoriam hanc esse locorum Homericorum interpretationem, qui ipsum Homerum inspexerint, facile intelligent. Nam apud Homerum Iliad. XVIII. 94. Thetis hoc tantum vaticinatur, futurum esse, ut Achilles paullo post Hectorem moriatur; et Iliad. IX. 414 sqq. Achilles ipse ait se ad grandem perventurum senectutem, si bello relicto domum revertatur. Eodem modo Homerum interpretatus est Aeschines c. Timarch. c. 59. ed. Bremi.

ὑπεραποθανεῖν, ἀλλὰ καὶ ἐπαποθανεῖν τετελευτηκότι. ὅθεν δὴ καὶ ὑπεραγασθέντες οἱ θεοὶ διαφερόντως αὐτὸν ἐτίμησαν, ὅτι τὸν ἐραστὴν οὕτω περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο. Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ φάσκων Ἀχιλλέα Πατρόκλου ἐρᾶν, ὃς ἦν καλλίων οὐ μόνον Πατρόκλου, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡρώων ἁπάντων, καὶ ἔτι ἀγένειος, ἔπειτα νεώτερος πολύ, ὥς φησιν Ὅμηρος. ἀλλὰ γὰρ τῷ ὄντι μάλιστα μὲν ταύτην τὴν ἀρετὴν οἱ θεοὶ τι-
B μῶσι τὴν περὶ τὸν ἔρωτα, μᾶλλον μέντοι θαυμάζουσι καὶ ἄγανται καὶ εὖ ποιοῦσιν, ὅταν ὁ ἐρώμενος τὸν ἐραστὴν ἀγαπᾷ ἢ ὅταν ὁ ἐραστὴς τὰ παιδικά.

P. 180. ἀλλὰ καὶ τῶν ἡρώων ἁπάντων] V. ἀλλ' ἄρα καὶ τ., quod e Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p. mutatum. Cod. Darmst. Creuz., cuius excerpta hic desinunt, πολὺ post νεώτερος om.

B. Οὕτω δὴ ἔγωγε φ.] Sic codd. fere omnes praeter Par. EF. Ang. u. Vat. s. Legebatur οὕτω δὴ καὶ ἔγωγε φ.

P. 180. Αἰσχύλος δὲ φλυαρεῖ — ὥς φησιν Ὅμηρος] Haec verba, de quibus etiam Politian. Obss. I. 45. et Buhle ad Arist. Rhetor. 913. disputarunt, Valckenar. ad Eurip. Fragm. p. 13. et ad Callimach. Fragm. p. 218. ab aliena manu interposita iudicavit, eique assentiuntur Wolfius et alii. Sed recte eorum patrocinium susceperunt Bastius Specim. Crit. p. 108. Heynius ad Hom. Il. XI. v. 786. Astius ad h. l. Boeckh. De simultate etc. p. 17. et nuper etiam Schleiermacherus, qui olim ea condemnaverat. Quum enim Phaedrus Homeri maxime esset studiosus, id quod ex dialogo eius nomine inscripto novimus; egregie eum Plato facit ita disputantem, ut patrem poeseos, qui Patroclum natu maiorem finxit (Iliad. XI. 787.) ideoque eum pro Achillis amatore habuisse videri potuit, magnis laudibus ornet, Aeschylum autem ceterosque poetas tragicos, qui Achillem fecerant amatorem Patrocli, vehementer reprehendat. Quum autem illa, quam poetae tragici celebrassent, sententia in populo illis temporibus regnare coepisset, necessarium hoc additamentum Phaedro videri debuit, quo insolitam de Patroclo Achillis amatore sententiam audientibus comprobaret. Accedit quod, his verbis omissis, deinde non ἀλλὰ γὰρ, sed καὶ γὰρ dici debuit. Ceterum de amore Achillis et Patrocli laudant Fabricium ad Sext. Empir. Pyrrhon. Hypot. III. 24. et intpp. ad Lucian. Erot. §. 54. ac de Achillis formositate Iliad. II. 673. Dorvill. ad Chariton. p. 15.

B. τῆς Ἀλκήστιδος μᾶλλον] Nam Alcestis propter amorem, quo in maritum flagrabat, mortem ultro subiit: Achilles autem propter amorem, quo Patroclus eum amplectebatur — erat enim ὁ ἐρώμενος, s. amasius Patrocli ex Phaedri sententia — morti se obtulit.

θειότερον γὰρ ἐραστὴς παιδικῶν· ἔνθεος γάρ ἐστι. διὰ ταῦτα καὶ τὸν Ἀχιλλέα τῆς Ἀλκήστιδος μᾶλλον ἐτίμησαν εἰς μακάρων νήσους ἀποπέμψαντες. Οὕτω δὴ ἔγωγέ φημι Ἔρωτα θεῶν καὶ πρεσβύτατον καὶ τιμιώτατον καὶ κυριώτατον εἶναι εἰς ἀρετῆς καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν ἀνθρώποις καὶ ζῶσι καὶ τελευτήσασιν.

Cap. VIII. Φαῖδρον μὲν τοιοῦτόν τινα λόγον ἔφη εἰπεῖν, μετὰ δὲ Φαῖδρον ἄλλους τινὰς εἶναι, ὧν οὐ πάνυ διεμνημόνευεν· οὓς παρεὶς τὸν Παυσανίου λόγον διηγεῖτο. εἰπεῖν δ' αὐτὸν, ὅτι Οὐ καλῶς μοι C

καὶ πρεσβύτατον] Hic καὶ addunt Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Deinde καὶ κυριώτερον cum Ald. et Bas. 1. habent Coisl. Par. EF. Ang. u. Vat. n. s. Ven. t. Flor. a. b. c. i. n.

καὶ τελευτήσασιν] τετελευτήκασι Vat. Δ. Ang. w.

Locum recte interpretantur Schneiderus ad Xenophon. Symp. p. 215. et Astius; iniuria sollicitarunt Wolfius, Bastius, Schützius.

τὸν Παυσανίου λόγον] De Pausania in Prolegg. et ad p. 176. A. dictum est. v. Perizon. ad Aelian. Varr. Hist. II. 21. Apud Xenophontem Sympos. c. VIII. §. 32. Socrates de eo haec narrat: καίτοι Παυσανίας γε, ὁ Ἀγάθωνος τοῦ ποιητοῦ ἐραστής, ἀπολογούμενος ὑπὲρ τῶν ἀκρασίᾳ συγκυλινδουμένων, εἴρηκεν, ὡς καὶ στράτευμα ἀλκιμώτατον ἂν γένοιτο ἐκ παιδικῶν τε καὶ ἐραστῶν, quam sententiam vidimus antea Phaedro a Platone tributam esse. Collegerunt autem ex illo loco Xenophontis Thierschius Specim. de Plat. Sympos. p. 7. aliique Pausaniam composuisse scriptionem eroticam, in qua puerorum cum viris consuetudinem defenderit, ad eumque librum Xenophontem et Platonem respexisse, quo magis hominis ingenium, mores, et opiniones ad ipsam veritatem describerent. Et huius quidem orationis argumentum censuerunt etiam nunc a Pausania tractari, tectius id quidem et obscurius, sed ita tamen, ut intelligeretur eum pueris veniam dare amatoribus suis morigerandi, si quidem illi sese hac re virtutis propriae incrementa capturos esse arbitrarentur. Sed quamvis ingeniosa sit haec suspicio; tamen, quominus eam pro vera probemus, multa impediunt. Quod enim non paucae in Platonis Symposio reperiuntur sententiae, quae apud Xenophontem Pausaniae tribuuntur; inde non efficitur, ut scriptionem aliquam Pausaniae amatoriam exstitisse putare debeamus, siquidem non solum a Platone, sed etiam a Xenophonte Pausaniae tributa sunt ea, quae eius ingenio et moribus digna viderentur. In qua re si hic c. VIII. §. 34. ita versatus est, ut Platonem p. 182. B.

δοκεῖ, ὦ Φαῖδρε, προβεβλῆσθαι ἡμῖν ὁ λόγος τὸ ἁπλῶς οὕτως παρηγγέλθαι ἐγκωμιάζειν Ἔρωτα. εἰ μὲν γὰρ εἷς ἦν ὁ Ἔρως, καλῶς ἂν εἶχε· νῦν δέ — οὐ γάρ ἐστιν εἷς. μὴ ὄντος δὲ ἑνὸς ὀρθότερόν ἐστι
D πρότερον προῤῥηθῆναι, ὁποῖον δεῖ ἐπαινεῖν. ἐγὼ οὖν πειράσομαι τοῦτο ἐπανορθώσασθαι, πρῶτον μὲν Ἔρω-

D. ὁποῖον δεῖ ἐπαινεῖν] Herm. in Teubn. de suo refinxit ὁπότερον. Factum nollem. Nam duplicis Amoris distinctio deinceps demum affertur.

D. Ἀφροδίτη. μιᾶς μὲν οὖν οὔσης] Vett. editt. Ἀφροδίτη. ταύτης δὲ μιᾶς μὲν οὔσης. Quod dedimus, id acceptum referimus Bodl. Par. D. Ambr. Ang. w. n. Flor. a. c. i. Vat. d. ŕ. Ven. t. et, quod magni momenti est, etiam Vat. Δ., quem Bastius diserte annotavit ita scriptum habere. Praeterea ταύτης δὲ om.

aliquatenus haberet consentientem; utriusque scriptoris consensus inde videtur explicari posse, quod Pausaniam constabat fortasse Eleorum, Thebanorum aliorumque populorum hoc in genere instituta cognita habere. Quod autem nos in eam deducit opinionem, ut non putemus ad librum a Pausania scriptum respici, illud est maxime, quod quae a Xenophonte tribuuntur Pausaniae, ea magnam partem a Platone Phaedro adscripta esse videmus cf. Xenoph. VIII. 32. Platon. p. 178. E. Xenoph. VIII. § 32. Plat. p. 179. A. Xenoph. VIII. 34. 35. Quid quod Pausaniae apud Platonem sententia eadem fere est, quae Socrati apud Xenophontem tribuitur? Quid igitur? num verisimile est Platonem, si ad scriptionem aliquam Pausaniae respexiset, commissurum fuisse, ut eius decreta et Phaedro tribueret, praesertim quum illum ipsum convivio interesse iusserit? An Xenophontem putabimus Pausaniae sententiam Socrati suo tribuisse? Nimia, fateor, haec foret fingendi licentia, ne quid gravius dicam. Accedit quod ex illo loco Xenophontis non potest colligi probabili ratione Pausaniam scriptionem eroticam in vulgus emisisse. conf. Groen van Prinsterer. Prosopogr. p. 206. Audiendus igitur Athenaeus, qui V 56. praefracte negat scriptionem eiusmodi a Pausania esse compositam.

τὸ ἁπλῶς οὕτως — Ἔρωτα] Haec per epexegesin addita sunt, ut praegressum προβεβλῆσθαι ὁ λόγος accuratius explicetur hoc sensu: quatenus sic simpliciter etc. Itaque ea cum Rückerto accusativo casu accipienda putamus. Non probanda est Hommelii ratio, qui ea per exclamationem posita esse censuit.

νῦν δέ — οὐ γάρ] Vide annot. ad Apolog. Socrat c. XXVIII.

D. Πάντες γὰρ ἴσμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ Ἔρ. Ἀφρ.] Argumentatur hunc in modum: Venerem constat perpetuo uti socio et sectatore Amore. (Neque enim muliebris gratia et venustas masculo amore caret.) Iam una si esset Venus, etiam unus Amor esset. Quando autem duae sunt Veneres, etiam duo Amores sint necesse est. Certum est autem duas Veneres reperiri. Altera certe quidem,

τα φράσαι ὃν δεῖ ἐπαινεῖν, ἔπειτα ἐπαινέσαι ἀξίως τοῦ θεοῦ. Πάντες γὰρ ἴσμεν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ Ἔρωτος Ἀφροδίτη. μιᾶς μὲν οὖν οὔσης, εἷς ἂν ἦν Ἔρως· ἐπεὶ δὲ δὴ δύο ἐστόν, δύο ἀνάγκη καὶ Ἔρωτε εἶναι. πῶς δ' οὐ δύο τὼ θεά; ἡ μέν γέ που πρεσβυτέρα καὶ ἀμήτωρ, Οὐρανοῦ θυγάτηρ, ἣν δὴ καὶ

Coisl. Par. EFK. Vat. n. s. Flor. b. et Stob. Eclogg. Phys. p. 23. Bekkerus οὖν omisit, in ceteris nobiscum consentiens. Dein ἦν ὁ Ἔρως Par. K. Vat. p. εἷς ἂν οὖν Ἔρως Flor. n.

ἐπεὶ δὲ δὴ δύο] δὲ restitutum e Bodl. Vat. Δ. Vind. 1. 2. Ang. w. Vat. r. Palat.

δύο τὼ θεά] V. τὰ θεά, praeter fidem codicum. Dein Coisl. Par. DK. Vat. p. ἡ μὲν γάρ που.

ut opinor, est coelestis, altera vulgaris. Ex quo consequitur, ut etiam duplicem esse Amorem statuendum sit. Simplicissimam hanc acutarum conclusiuncularum seriem mireris profecto viris doctis tantum attulisse molestiae, ut ad violentas correctiones confugiendum putarint. Graserus enim Adversar. p. 25 sqq. scribendum esse contendit: ὅτι οὐκ ἔστιν ἄνευ Ἔρωτος Ἀφροδίτη. Ἀφροδίτης δὲ μιᾶς μὲν οὔσης κ. τ. λ. Quae mutatio sicuti audaciae nomine displicere debet, ita nec ullo modo est necessaria. Non probabilior ratio Rückerti est, qui legendum proposuit: Ἀφροδίτη, ἧς μιᾶς μὲν οὔσης κ. τ. λ. Quasi vero ad μιᾶς μὲν οὖν οὔσης non facillime et rectissime intelligatur αὐτῆς. v. Ast. ad Phaedr. p. 431. Opp. Plat. T. X. Deinde ne quis scribendum opinetur ἡ μὲν γάρ που πρ., audias Buttmannum ad Demosthen. Midian. p. 46: „Quum quis, inquit, uno argumento vel exemplo aliquid probat, potest hoc ut sufficiens afferre: quod fit particula γάρ; potest etiam significare plura quidem posse desiderari, sed hoc unum satis grave esse: quod fit addito γέ, certe, saltem.“ Infra p. 215. C: ὁ μέν γε δι' ὀργάνων ἐκήλει κ. τ. λ. Plura id genus ad Politic. p. 257. C. memoravimus. De Venere Urania atque Vulgivaga, quae etiam vulgari iudicio videntur seiunctae esse atque diverso cultu ornatae, siquidem diversa iis oblata sunt sacrificia (v. Lucian. Diall. Meretr. VII. in. Encom. Demosth. c. 13. Pausan. IX. 16, 2. Soph. Oed. Col. v. 101. ibique Schol.) secundum Platonis sententiam disputarunt Apuleius Apolog. p. 281. ed. Oudend. Plotin. Enn. III. Lib. V. c. 2. p. 158. E. Io. Lydus de mensibus p. 89 sq. Alios laudavit Astius ad h. l. Conferas etiam Xenoph. Symp. 8, 2. ibique Bornemann. Creuzer. Symbol. I. 729. 733. Quod autem illa dicitur ἀμήτωρ, pro magna deorum laude haberi solere, quod alterutro parente careant, docte demonstravit Wesselingius Observv. II. 10. p. 177 sqq. De Venere Vulgivaga ex Iove et Dione nata v. intpp. ad Cicer. de Nat. Deor. III. 23. Creuzer. in Melett. I. p 27. Elmenhorst. ad Apulei. p. 328 sqq. et quos laudat Bach. ad Xenoph. Sym-

οὐρανίαν ἐπονομάζομεν· ἡ δὲ νεωτέρα Διὸς καὶ Διώ-
E νης, ἣν δὴ πάνδημον καλοῦμεν· ἀναγκαῖον δὴ καὶ Ἔρωτα τὸν μὲν τῇ ἑτέρᾳ συνεργὸν πάνδημον ὀρθῶς καλεῖσθαι, τὸν δὲ οὐράνιον. ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ πάντας θεούς. ἃ δ' οὖν ἑκάτερος εἴληχε πειρατέον εἰπεῖν. πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδ' ἔχει· αὐτὴ ἐφ' ἑαυ-
181 τῆς πραττομένη οὔτε καλὴ οὔτε αἰσχρά. οἷον ὃ νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἢ πίνειν ἢ ᾄδειν ἢ διαλέγεσθαι, οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καθ' αὐτὸ καλὸν οὐδέν, ἀλλ' ἐν τῇ πράξει, ὡς ἂν πραχθῇ, τοιοῦτο ἀπέβη· καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς καλὸν γίγνεται, μὴ

E. *ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ — πειρατέον εἰπεῖν*] Bastius coni. ἐπαινεῖν μὲν οὖν οὐ δεῖ πάντας θεούς· ἃ δ' οὖν ἑκ. Orellius ad Isocr. p. 326. l. c. verba ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ π. θεοὺς ex glossemate orta putat.

P. 181. *ἐφ' ἑαυτῆς πραττομένη*] Participium πραττομένη om. Proclus Comm. ad Alcib. I. P. I p. 215. Creuz., nec expresserunt Gellius N. A. XVII. 20. et Ficinus. Delendum censuit Astius; iniuria.

αὐτὸ καθ' αὐτὸ καλὸν οὐδέν] καθ' αὐτὸ om. Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. d. p. r. et pr. Ambr. Ven. t. Nolui expungere, quum ad perspicuitatem orationis ali-

pos. VIII. 19. Ceterum vix est quod moneam totum hoc argumentum a Pausania ita tractari, ut fabulas de Amore et Venere pro consilio suo mutaverit eique accommodaverit.

καὶ Ἔρωτα] Duo Amores quod distinguuntur, non abhorret hoc ab opinione vulgari. v. Lucian. Amor. §. 37. Plut. Erot. Vol. IX. p. 62. ed. Reisk. Et Socrates quoque apud Xenoph. Conv. VIII. 10. rem non improbat.

E. *ἐπαινεῖν μὲν οὖν δεῖ πάντας — εἰπεῖν*] Nolumus narrare varias hominum doctorum de his verbis opiniones, ex quibus ne una quidem nobis probatur. Satius erit loci sententiam declarasse, quae haec est: Laudare omnes deos oportet; verumtamen quae uterque Amor propria habeat, id explicandum est. Discernendus est enim Amor vulgaris ab Amore coelesti, ut ne alterius laudes temere in alterum transferantur. Particulas δ' οὖν ita positas videbis infra p. 193. C. Theaet. p. 197. B. al. v. Hartung. Part. II. p. 13.

αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς πραττομένη] Participium πραττομένη h. e. dum vel quatenus fit, s. peragitur, hic ponitur, quo magis emergat vis adverbiorum in proximis: ὡς ἂν πραχθῇ καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς. Hoc autem vult dicere: non ipsam actionem et per se spectatam esse vel honestam vel turpem, sed modum et rationem, qua quidque fiat, ei honestatis vel turpitudinis notam afferre, itaque

ὀρθῶς δὲ αἰσχρόν. οὕτω δὴ καὶ τὸ ἐρᾶν καὶ ὁ Ἔρως οὐ πᾶς ἐστι καλὸς οὐδὲ ἄξιος ἐγκωμιάζεσθαι, ἀλλ' ὁ καλῶς προτρέπων ἐρᾶν.

Cap. IX. Ὁ μὲν οὖν τῆς πανδήμου Ἀφροδίτης ὡς ἀληθῶς πάνδημός ἐστι καὶ ἐξεργάζεται ὅ τι ἂν B τύχῃ· καὶ οὗτός ἐστιν, ὃν οἱ φαῦλοι τῶν ἀνθρώπων ἐρῶσιν. ἐρῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι πρῶτον μὲν οὐχ ἧττον γυναικῶν ἢ παίδων, ἔπειτα ὧν καὶ ἐρῶσι, τῶν σωμάτων μᾶλλον ἢ τῶν ψυχῶν, ἔπειτα ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητοτάτων, πρὸς τὸ διαπράξασθαι μόνον βλέποντες, ἀμελοῦντες δὲ τοῦ καλῶς ἢ μή. ὅθεν δὴ

quantum valeat et ex p. 183. D. plurimum habeat defensionis. Hermann. tamen ut importunum interpretamentum expunxit; uncis circumscripserunt Turicenses. De glossemate importuno non assentior. Immo auctor recensionis, quam codd. illi referunt, verba videtur importunius delevisse, ne scilicet post ἐφ' ἑαυτοῦ iam male videretur καθ' αὑτὸ illatum esse. Flor. a. b. c. i. αὐτὸ καθ' αὑτὸ τὸ καλόν.

B. ὅ τι ἂν τύχῃ] V. soloece τύχοι, invitis codd. fere omnibus.

δύνωνται ἀνοητοτάτων] Par. K. Vat. p. Vind. 1. 7. ἀνοητάτως, quod coniecit Schützius.

αὐτὸ καθ' αὑτὸ est per se spectata, nec iam habita ratione modi, quo peragatur. Mox οἷον ἀπέβη est qualis evadit. Mira enim de hac loquutione somniat Hommelius, qui de proverbio nescio quo cogitavit.

B. ἐξεργάζεται ὅ τι ἂν τύχῃ] Intell. ἐξεργαζόμενος. Sic mox B: ξυμβαίνει αὐτοῖς ὅ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράττειν. Crito p. 45. D: ὅ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράξουσιν. Protagor. p. 353. A. Aristoph. Rann. v. 955: οὐκ ἐλήρουν ὅ τι τύχοιμι. — οὐχ ἧττον γυναικῶν. De mulierum contemtu apud Graecos, inprimis apud Athenienses, v. Meiners vermischte philosophische Schriften. T. I. p. 80. sqq.

ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητοτάτων] Quam insipientissimos amare dicuntur, quoniam hi se amatoribus tradunt facilius. Quocirca talis amator in Phaedro p. 239. A — C. dicitur amatum ab iis omnibus avocare et retinere, quorum usu possit evadere sapientior. Hanc loci sententiam qui non perspicerent, scripserunt ἀνοητάτως, h. e. impurissime; v. ad Aristoph. Nubb. v. 416. Quod etsi per se non displicet, sicuti olim placuit, tamen quum postea melioris naturae amator dicatur τὸ νοῦν ἔχον μᾶλλον ἀγαπᾶν nec prius amare pueros ἢ ἐπειδὰν ἤδη ἄρχωνται νοῦν ἴσχειν, quid hic verum sit, vix dubitare licebit. Istud διαπράξασθαι de re venerea intelligendum est, ut Phaedr. p. 234. A. 256. C. Xenoph. Symp. IV. 18. Plutarch. Alcib. p. 210. E. al. Ad

ξυμβαίνει αὐτοῖς, ὅ τι ἂν τύχωσι, τοῦτο πράττειν, ὁμοίως μὲν ἀγαθόν, ὁμοίως δὲ τοὐναντίον. ἔστι γὰρ
C καὶ ἀπὸ τῆς θεοῦ νεωτέρας τε οὔσης πολὺ ἢ τῆς ἑτέρας, καὶ μετεχούσης ἐν τῇ γενέσει καὶ θήλεος καὶ ἄῤῥενος. ὁ δὲ τῆς οὐρανίας πρῶτον μὲν οὐ μετεχούσης θήλεος, ἀλλ' ἄῤῥενος μόνον — καὶ ἔστιν οὗτος ὁ τῶν παίδων ἔρως — ἔπειτα πρεσβυτέρας, ὕβρεως ἀμοίρου. ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν τρέπονται οἱ ἐκ τούτου τοῦ ἔρωτος ἔπιπνοι, τὸ φύσει ἐῤῥωμενέστερον καὶ νοῦν μᾶλλον ἔχον ἀγαπῶντες. καί τις ἂν γνοίη καὶ

C. ἐκ τούτου τοῦ ἔρωτος] Articulum vulgo omissum suppeditarunt codd. tantum non omnes.

D. ἀλλ' ἐπειδὰν ἤδη ἄρχωνται] Bekkerus de Stephani coniectura edidit ἀλλ' ἢ ἐπειδάν.

τοῦ καλῶς ἢ μὴ rursus intelligas διαπράξασθαι. v. ad Phaedon. p. 114. B.

ἔστι γὰρ καὶ ἀπὸ τῆς θεοῦ] Intell. ὁ πάνδημος Ἔρως. Deinde πολὺ referas ad νεωτέρας: in qua verborum collocatione ne offendas, conferas Alcibiad. II. p. 143. D: ἀλλὰ μᾶλλον πολύ. Legg. VII. p. 818. B: εὐηθέστατός ἐστι μακρῷ. Politic. p. 275. C: ὁμοίους τε εἶναι μᾶλλον πολὺ τὰς φύσεις. ubi vulgo legebatur πολὺ μᾶλλον. Ibid. p. 288. A: ἀλλὰ μᾶλλον πολὺ τεκτονικῆς. Gorg. p. 488. E. Phileb. p. 19. A. Supra p. 180. A: ἔπειτα νεώτερος πολύ, ubi cod. Darmstadt. πολὺ perperam omittit. Phaedon. p. 90. A: τοὺς χρηστοὺς καὶ πονηροὺς σφόδρα, ubi v. annot. edit. 3. Nimirum postponitur πολὺ ideo, quia νεωτέρας vi et gravitate sua eminet.

C. καὶ ἔστιν οὗτος ὁ τῶν παίδων ἔρως] Inserviunt haec verba illustrandis postremis ἀλλ' ἄῤῥενος μόνον. Iniuria igitur ea pro inepto glossemate habuerunt Wolfius, Schuetzius, Astius. Neque scrupulum inicit, quod Pausanias deinceps rem uberius illustrat verbis: ὅθεν δὴ ἐπὶ τὸ ἄῤῥεν τρέπονται κ. τ. λ. — ὕβρεως ἀμοίρου. In hoc asyndeto nil est quod habeat offensionem, ut non assentiamur Astio, qui ὕβρεώς τ' ἀμοίρου scribendum censet. Multo minus autem probamus quod Orellius ad Isocrat. de Antidos. p. 326. legendum proposuit, ὕβρεως ἄμοιρος. v. ad Phaedon. p. 110. D. ed. rec. Remp. II. p. 350. D. Dicitur autem Venus Urania libera et immunis esse a petulantia et libidine illa, quae Veneri Vulgivagae propria sit. Ceterum post πρῶτον μὲν intell. ἐστίν, quod Rückerti gratia monemus in verborum structura sine causa haerentis.

D. οὐ γὰρ ἐρῶσι παίδων, ἀλλ' ἐπειδὰν ἤδη] Non assentior Stephano ἢ post ἀλλ' inserendum putanti. Nam sententia haec est: non enim amant pueros (tanquam pueros), sed amant eos, quum iam sapere incipiunt. Quocirca οὐκ ἐρῶσι ὡς ἂν δύνωνται ἀνοητοτάτων, quod in vulgares istos ama-

ἐν αὐτῇ τῇ παιδεραστίᾳ τοὺς εἰλικρινῶς ὑπὸ τούτου τοῦ ἔρωτος ὡρμημένους. οὐ γὰρ ἐρῶσι παίδων, ἀλλ' D ἐπειδὰν ἤδη ἄρχωνται νοῦν ἴσχειν· τοῦτο δὲ πλησιάζει τῷ γενειάσκειν. παρεσκευασμένοι γάρ, οἶμαι, εἰσὶν οἱ ἐντεῦθεν ἀρχόμενοι ἐρᾶν ὡς τὸν βίον ἅπαντα ξυνεσόμενοι καὶ κοινῇ συμβιωσόμενοι, ἀλλ' οὐκ ἐξαπατήσαντες ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες ὡς νέον καταγελάσαντες οἰχήσεσθαι ἐπ' ἄλλον ἀποτρέχοντες. χρῆν δὲ καὶ νόμον εἶναι μὴ ἐρᾶν παίδων, ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο· τὸ γὰρ τῶν παίδων E

E. σπουδὴ ἀνηλίσκετο] ἀναλίσκοιτο Par. DK. Vat. p. Vind. 7. male. Pro παίδων Marklandus ad Lysiam p. 43. ed. Reisk. T. V. παῖδας legendum proposuit. Frustra.

tores cadere antea ostendit Pausanias. Ita παῖδες in verbis μὴ ἐρᾶν παίδων, ἵνα μὴ κ. τ. λ. sunt pueri adhuc imprudentes et immaturi. — τῷ γενειάσκειν, nam pubertas est ἥβη χαριεστάτη, ut ait Homer. Od. X, 279.

ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες] Sententia haec est: nam qui inde ab hoc tempore amare incipiunt, ii se ita comparaverunt, ut velint per totam vitam cum amasio suo versari, non quum eum, quippe quem deprehenderint iuvenem, imperitum et imprudentem, fefellerint ac deceperint, cum risu et contemtu ad alium aufugere. Participiorum cumulatio effecit, ut locus non recte intelligeretur. Tenendum igitur verba ἐν ἀφροσύνῃ λαβόντες ὡς νέον arcte cohaerere cum praecedenti οὐκ ἐξαπατήσαντες eique explicando et illustrando inservire, eademque ratione ἐπ' ἄλλον ἀποτρέχοντες connectendum esse cum verbis καταγελάσαντες οἰχήσεσθαι v. ad Euthyphron. p. 27. et ad Criton. p. 50. A. Ceterum transiit scriptor a participio ὡς — ξυνεσόμενοι κ. κ. συμβιωσόμενοι ad infinitivum: quae constructio nihil habet insolentiae. v. Charmid. p. 164. D. Politic. p. 303. C. Legg. I. p. 626. A. De Rep. II. p. 383. A. ibique ann.

ἵνα μὴ εἰς ἄδ. — ἀνηλίσκετο] Indicat accidere solere, ut plurimum studii frustra consumatur in amore adolescentium, ideoque utitur imperfecto. vid. Hermann. ad Viger. p. 806. Rost. §. 122. 12. Itaque ἀνηλίσκετο retinuimus. Protagor. p. 317. B: ἀλλά σε ἐχρῆν ἡμῖν συγχωρεῖν τὸν ἀμφότερα δυνάμενον, ἵνα μηδεὶς αὐτοὺς διέφθειρεν. Crit. p. 44. D. Menon. p. 89. B. Sed plurima hujus constructionis exempla collegerunt Valcken. Diatr. p. 149. et Monck. ad Hippol. v. 643. Mox de verbis οἷ τελευτᾷ v. Lobeck. ad Phryn. p. 43. et Pflugk. ad Eurip. Hecub. 419. Fallitur autem Hommelius κακίας ἢ ἀρετῆς scribendum ratus; de quo verbo monuisse satis erit. Germanice dicas: was Tugend und Laster betrifft.

τέλος ἄδηλον οἷ τελευτᾷ κακίας καὶ ἀρετῆς ψυχῆς τε πέρι καὶ σώματος. οἱ μὲν οὖν ἀγαθοὶ τὸν νόμον τοῦτον αὐτοὶ αὑτοῖς ἑκόντες τίθενται, χρῆν δὲ καὶ τούτους τοὺς πανδήμους ἐραστὰς προσαναγκάζειν τὸ τοιοῦτον, ὥςπερ καὶ τῶν ἐλευθέρων γυναικῶν προσαναγκά-
182 ζομεν αὐτοὺς καθ' ὅσον δυνάμεθα μὴ ἐρᾶν. οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ καὶ τὸ ὄνειδος πεποιηκότες, ὥςτε τινὰς τολμᾶν λέγειν, ὡς αἰσχρὸν χαρίζεσθαι ἐρασταῖς. λέγουσι δὲ εἰς τούτους ἀποβλέποντες, ὁρῶντες αὐτῶν τὴν ἀκαιρίαν καὶ ἀδικίαν· ἐπεὶ οὐ δήπου κοσμίως γε καὶ νομίμως ὁτιοῦν [πρᾶγμα] πραττόμενον ψόγον ἂν δικαίως

χρῆν δὲ καὶ τούτους] Sic Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Vulgo χρή. Dein τῶν τοιούτων Ven. Ξ. Vind. 1. 2. cum Bas. 2. quod non debebat Wolfius amplecti.

P. 182. ὥςτε τινὰς τολμᾶν] Sic Bodl. Coisl. Vat. D. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. n. V. Ven. t. Flor. a. b. c. i. Vulgo erat τινά, quod defendit Prinsterer Prosopogr. Plat. p. 113.

οὐ δήπου κοσμίως γε] V. τε, invitis Bodl. Coisl. Vat. Δ. Par. EF. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. r. s. Ven. t. Flor. a. b. c. i.

E. τούτους τοὺς πανδήμους ἐραστάς] Etiam hoc loco οὗτος cum contemtu dictum est. Criton. p. 45. A: οὐχ ὁρᾷς τούτους τοὺς συκοφάντας ὡς εὐτελεῖς. ubi v. annot. Constructionem verbi ἀναγκάζειν et προςαναγκάζειν cum duplici accusativo ne mireris, cf. infra c. XXXIX. ταῦτα δὴ ἀναγκαζομένους αὐτούς. Plura dabunt Heindorf. ad Phaedr. p. 235. et Matthiae §. 419. Etiam Latine dicitur aliquis aliquid cogi, de quo v. Gronov. ad Liv. IV. 26.

τὸ τοιοῦτον, ὥςπερ —] Exspectabas: οἷόνπερ ἐστὶ τοῦτο, ὅτι καὶ τῶν ἐλευθέρων γ. π. μὴ ἐρᾶν. Sed nihil mutandum. v. ad Phaedon. p. 86. A.

P. 182. χαρίζεσθαι ἐρασταῖς] Timaeus: χαρίζεσθαι· ἰδίως ἐπὶ ἀφροδισίων. v. Ruhnken. p. 195. Prorsus eodem mode Latini utuntur obsequendi verbo. Opponitur ἀχαριστεῖν c. XII. v. Lennep. ad Phalar. p. 17.

ἐπεὶ οὐ δήπου κοσμίως γε] De particulis οὐ δήπου — γε v. ad Apolog. Socrat c. V. in. Minus bona vulgata lectio est.

B. ὁ δ' ἐνθάδε — ποικίλος] h. e. difficilis ad intelligendum propterea, quod quasi varietate sua deludit. Quod cum laude dictum est. Significat enim Athenienses et Lacedaemonios amorem nec vetare simpliciter nec permittere, sed certa ratione circumscribere, quum alii eum vel plane tollant vel sine cautione permittant. Verba capite extremo ab ipso Pausania explicantur sic: ἐνθάδε δὲ πολὺ τούτων κάλλιον νενομοθέτηται καί, ὅπερ εἶπον, οὐ ῥᾴδιον κατανοῆσαι. Phileb. p. 53. E: λέγε σαφέστε-

φέροι. Καὶ δὴ καὶ ὁ περὶ τὸν ἔρωτα νόμος ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πόλεσι νοῆσαι ῥάδιος· ἁπλῶς γὰρ ὥρισται· ὁ δ' ἐνθάδε καὶ ἐν Λακεδαίμονι ποικίλος. B
ἐν Ἤλιδι μὲν γὰρ καὶ ἐν Βοιωτοῖς καὶ οὗ μὴ σοφοὶ λέγειν ἁπλῶς νενομοθέτηται καλὸν τὸ χαρίζεσθαι ἐρασταῖς, καὶ οὐκ ἄν τις εἴποι οὔτε νέος οὔτε παλαιὸς ὡς αἰσχρόν, ἵνα, οἶμαι, μὴ πράγματ' ἔχωσι λόγῳ πειρώμενοι πείθειν τοὺς νέους, ἅτε ἀδύνατοι λέγειν. τῆς δὲ Ἰωνίας καὶ ἄλλοθι πολλαχοῦ αἰσχρὸν νενόμισται, ὅσοι ὑπὸ βαρβάροις οἰκοῦσι. τοῖς γὰρ βαρβάροις διὰ τὰς τυραννίδας αἰσχρὸν τοῦτό γε, καὶ

conf. ad Euthyphron. p. 84. Dein πρᾶγμα post ὁτιοῦν illatum om. Bodl. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. r. t. delevit Herm.

καὶ ὁ ἐν Λακεδαίμονι] Hic articulum omittunt Bodl. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. r. et pr. Vat. Δ. Ven. t. Eiecerunt etiam Turicenss. Winckelmanno καὶ ἐν Λακεδαίμονι delenda videbantur coll. p. 182. D. 183. C.D. 184. A.B.

B. αἰσχρὸν τοῦτό γε] Bas. 1. 2. Flor. n. τουτί γε. Herm. de suo dedit: τοῦτό τε καὶ ἥ γε φ. ν. ex. c.

ρον — ὅ τι λέγεις. Socr. οὐδὲν ποικίλον. Tim. p. 59. C. Gorg. d. 491. D. Ceterum ὁ ante ἐν Λακεδαίμονι non repetitum, quia utraque lex uni generi subiecta esse dicitur.

ἐν Ἤλιδι μὲν γὰρ κ. —] Paullo aliter Pausanias apud Xenophontem Sympos. VIII. §. 32 — 35. De moribus Lacedaemoniorum, qui hic commemorantur, v. Xenoph. Resp. Laced. II. 13. 14. Plutarch. Laced. Inst. p. 237. B. Aelian. V. H. III. 10. 12. Plutarch. in Lycurg. p. 200. sq. ed. Reisk. De Thebanis v. Aelian. V. H. XIII. 5. Athenaeus XIII. 2. Davis. ad Max. Tyr. XXIV. p. 455. XXVI. p. 27. De Eleis v. Xenoph. Symp. VIII. 35. de Republ. Lac. l. c. Aelian. l. c. coll. Davis. l. c. Plura laudarunt Wolfius et Astius ad h. l.

τῆς δὲ Ἰωνίας —] Hoc vult dicere: apud Iones vero aliosque populos, qui Persis subiecti sunt, plerumque turpe habetur etc. Stephanus legendum putabat τῆς δὲ Ἰωνίας πολλαχοῦ καὶ ἄλλοθι αἰσχρ. ν. Thiersch. Specim. Crit. p. 45. malebat τῇ δὲ Ἰωνίᾳ. Astius τῆς in τοῖς mutandum censebat. Rückertus post νενόμισται inseri vult καὶ, vel μάλιστα δέ. Locus, si quid video, est longe sincerissimus. Nam genitivus τῆς Ἰωνίας pendet ex πολλαχοῦ. Plat. Politic. p. 290. E: πολλαχοῦ τῶν Ἑλλήνων. Aristoph. Avv. 1689: πανταχοῦ τῆς Ἀττικῆς. conf. Matthiae Gr. §. 377. Post τῆς Ἰωνίας vero additur καὶ ἄλλοθι h. e. καὶ ἄλλων τῶν χωρῶν. Denique κατὰ σύνεσιν subiungitur ὅσοι — οἰκοῦσι, perinde ac si praecessisset: τῶν δὲ Ἰώνων καὶ ἄλλων πολλαχοῦ; in quo non haerendum.

C ἥ γε φιλοσοφία καὶ ἡ φιλογυμναστία. οὐ γάρ, οἶμαι,
συμφέρει τοῖς ἄρχουσι φρονήματα μεγάλα ἐγγίγνεσθαι
τῶν ἀρχομένων, οὐδὲ φιλίας ἰσχυρὰς καὶ κοινωνίας,
ὃ δὴ μάλιστα φιλεῖ τά τε ἄλλα πάντα καὶ ὁ ἔρως
ἐμποιεῖν. ἔργῳ δὲ τοῦτο ἔμαθον καὶ οἱ ἐνθάδε τύ-
ραννοι· ὁ γὰρ Ἀριστογείτονος ἔρως καὶ ἡ Ἁρμοδίου
φιλία βέβαιος γενομένη κατέλυσεν αὐτῶν τὴν ἀρχήν.
οὕτως οὗ μὲν αἰσχρὸν ἐτέθη χαρίζεσθαι ἐρασταῖς, κα-
κίᾳ τῶν θεμένων κεῖται, τῶν μὲν ἀρχόντων πλεονε-
D ξίᾳ, τῶν δὲ ἀρχομένων ἀνανδρίᾳ· οὗ δὲ καλὸν ἁπλῶς
ἐνομίσθη, διὰ τὴν τῶν θεμένων τῆς ψυχῆς ἀργίαν.

C. *ἐγγίγνεσθαι τῶν ἀρχομένων*] *τοῖς ἀρχομένοις* Bas. 2. Ven. Ξ. et supra versum Vind. 2.

καὶ ἡ Ἁρμοδίου φιλία] V. *ἡ* aberat, praeter fidem codicum.

D. *ἐνθάδε δὲ πολύ*] *δὲ* propter finalem praegressi voc. sylla-

καὶ ἥ γε φιλοσοφία καὶ ἡ φιλ.] Nam puerorum amor, ut bene observat Reyndersius, ut plurimum in philosophorum scholis et gymnasiis oriebatur. v. Cicer. Tuscul. IV. 33. et Plat. Legg. I. 636. B. Praeterea conf. Demosth. Philipp. I. p. 51: *ὥςπερ οἱ Βάρβαροι πυκτεύουσιν.* Ceterum post *τοῦτό γε*, istud quidem h. e. *παιδεραστία*, recte dein subiicitur: *καὶ ἥ γε φ. κ. τ. λ.* i. e. atque adeo philosophia et gymnastices studium. Locus est sincerissimus.

Nam *ἐκτυποῦν* intelligendum est de *προςτύποις* s. crustis, quae nunc vocantur Basreliefs. Istiusmodi autem figurae videntur nares dissectas habere. Quare additur *διαπεπρισμένοι κατὰ τὰς ῥῖνας*, pro quo Ruhnkenius ex Gloss. Tim. p. 175. restitui volebat *δίχα πεπρισμένοι*. Quod iure improbavit Fischerus, quia *διαπεπρισμένοι* sit exquisitius, quam ut a librariis profectum videri possit. Audias C. Ottfr. Müllerum ad librum sic inscriptum: Voelkels Archaeolog. Nachlass p. 100. haec commentantem: „Hier ist ganz deutlich von niedrigen Reliefs die Rede, mit denen die Grabcippen, wie man sie noch heut zu Tage häufig in der Nähe des Kerameikos bei Athen ausgräbt, versehen sind, in welchen Reliefs wohl selten eine Gestalt anders als im Profil, also gleichsam halbirt und durch die Nase mitten durchgeschnitten zu sehen ist. Inservit vero istud *διαπεπρισμένοι κατὰ τὰς ῥῖνας* illustrandis verbis praecedentibus: *ἔχοντες ὥςπερ*, i. e. *ἔχοντες οὕτως, ὥςπερ οἱ ἐν τ. στ.* Huic autem rursus additur *ὥςπερ λίσπαι γεγονότες*, i. e. tanquam tali in medio dissecti. *Λίσπαι* enim interprete scholiasta ad h. l. et Suida sunt *οἱ διαπεπρισμένοι ἀστράγαλοι*. Quod quid significet, intelligitur e scholiis Eurip. ad Med. v. 610: *οἱ ἐπιξενούμενοί τισιν ἀστράγαλον κατατέμνοντες θάτερον μὲν αὐτοὶ κατεῖχον μέρος, θάτερον δὲ κατελίμπανον τοῖς ὑποδεξαμένοις, ἵνα, εἰ δέοι πάλιν αὐτοὺς ἢ τοὺς ἐκείνων ἐπιξενοῦσθαι πρὸς ἀλλήλους, ἐπαγόμενοι τὸ ἥμισυ ἀστρα-*

τὸ γένος εὔδαιμον γένοιτο, εἰ ἐκτελέσαιμεν τὸν ἔρωτα καὶ τῶν παιδικῶν τῶν αὑτοῦ ἕκαστος τύχοι εἰς τὴν ἀρχαίαν ἀπελθὼν φύσιν. εἰ δὲ τοῦτο ἄριστον, ἀναγκαῖον καὶ τῶν νῦν παρόντων τὸ τούτου ἐγγυτάτω ἄριστον εἶναι. τοῦτο δ' ἐστὶ παιδικῶν τυχεῖν κατὰ νοῦν αὐτῷ πεφυκότων. οὗ δὴ τὸν αἴτιον θεὸν ὑμνοῦντες δικαίως ἂν ὑμνοῖμεν Ἔρωτα, ὃς ἔν τε τῷ παρόντι ἡμᾶς πλεῖστα ὀνίνησιν εἰς τὸ οἰκεῖον ἄγων, D καὶ εἰς τὸ ἔπειτα ἐλπίδας μεγίστας παρέχεται, ἡμῶν παρεχομένων πρὸς θεοὺς εὐσέβειαν, καταστήσας ἡμᾶς εἰς τὴν ἀρχαίαν φύσιν καὶ ἰασάμενος μακαρίους καὶ εὐδαίμονας ποιῆσαι.

Cap. XVII. Οὗτος, ἔφη, ὦ Ἐρυξίμαχε, ὁ ἐμὸς

servavit Rückertus. Sed metathesis pronominis ita ad τὸν λόγον referendi hic non excusanda.

C. τὴν φύσιν ἄῤῥενες] Bastius coni. ἄῤῥενος. Orellius ad Isocrat. de antidos. l. c. ἄῤῥενος ἑνὸς malebat. Dein Par. K. Vat. n. p. κατὰ πάντων.

τούτου ἐγγυτάτω] τοῦτον Bodl. Vat. Δ. τούτῳ Vat. r.

D. ὃς ἔν τε τῷ παρόντι] τε om. Bodl. Vat. Δ. καὶ ἐν τῷ παρόντι habent Ven. Ξ. Vind. 2.

γάλιον ἀνανεοῖντο τὴν ξενίαν. Εὔβουλος Ξούθῳ· τί ποτ' ἐστὶν ἅπαντα διαπεπρισμένα ἡμίσεως, ἀκριβῶς περ εἰς τὰ σύμβολα. οὕτως Ἑλλάδιος. Itaque male Ruhnkenius l. c. talos in medio incisos interpretatur.

B. τοῖς παιδικοῖς τοῖς ἡμετέροις αὐτῶν] Frustra Bastius legendum coniecit τοῖς ἡμιτόμοις αὐτῶν. De genitivo αὐτῶν post pronomen possessivum illato v. infra v. 194. A. Apolog. Socrat. p. 22. A. coll. Matthiae §. 466. 1.

ὀλίγοι ποιοῦσι] ut sc. amatos reperiant. Nam δρᾶν et ποιεῖν pro quovis alio verbo ex antegressis repetendo ponitur. v. ad Phaedr. 268. B. Phil. p. 20. A. al.

κωμῳδῶν τὸν λόγον] h. e ridens, ad ridiculum traducens, v. ad Apol. Socr. p. 31. D. Ruhnk. ad Tim. p. 171.

C. ἀμφότεροι τὴν φύσιν ἄῤῥενες] h. e. ἄῤῥενος ἑνός, quod tamen nolim cum Orellio ad Isocrat. l. c. p. 330. ab ipso Platone scriptum putare.

κατὰ νοῦν αὐτῷ] Dativum cum κατὰ νοῦν iunctum illustravimus ad Tim. p. 17. C. Phaedr. p. 97. D. De αὐτῷ s. αὑτῷ ad indefinitum subiectum τινά, quod infinitivo τυχεῖν continetur, relato diximus ad Gorg. 469. C. 520. E.

D. ἐλπίδας μ. παρέχεται — ἰασάμενος μακαρίους κ. εὐδ. ποιῆσαι] Constructionis rationem repetes ex iis, quae monuit Matthiae §. 549. 5. p. 1077. Videlicet ἐλπίδας παρέχεται idem est quod ait, pollicetur. De infinitivo aoristi v. ad Phileb. p. 204. sq. Remp. II. c. 10. extr. Elmslei. ad Med. 750.

λόγος ἐστὶ περὶ Ἔρωτος, ἀλλοῖος ἢ ὁ σός. ὥςπερ
οὖν ἐδεήθην σου, μὴ κωμῳδήσῃς αὐτόν, ἵνα καὶ τῶν
E λοιπῶν ἀκούσωμεν, τί ἕκαστος ἐρεῖ, μᾶλλον δὲ τί
ἑκάτερος· Ἀγάθων γὰρ καὶ Σωκράτης λοιποί.
Ἀλλὰ πείσομαί σοι, ἔφη φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον·
καὶ γάρ μοι ὁ λόγος ἡδέως ἐῤῥήθη. καὶ εἰ μὴ ξυνή-
δειν Σωκράτει τε καὶ Ἀγάθωνι δεινοῖς οὖσι περὶ τὰ
ἐρωτικά, πάνυ ἂν ἐφοβούμην, μὴ ἀπορήσωσι λόγων
διὰ τὸ πολλὰ καὶ παντοδαπὰ εἰρῆσθαι· νῦν δὲ ὅμως
194 θαῤῥῶ. Τὸν οὖν Σωκράτη εἰπεῖν, Καλῶς γὰρ αὐ-
τὸς ἠγώνισαι, ὦ Ἐρυξίμαχε. εἰ δὲ γένοιο οὗ νῦν ἐγώ
εἰμι, μᾶλλον δὲ ἴσως οὗ ἔσομαι, ἐπειδὰν καὶ Ἀγά-
θων εἴπῃ, εὖ καὶ μάλ' ἂν φοβοῖο καὶ ἐν παντὶ

E. *ἡδέως ἐῤῥήθη*] V. *ἐῤῥέθη*. Illud praebuerunt Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Flor. a. c. et a pr. m. Vat. p., a sec. m. Par. E. Vat. s. Ven. t. r. Lobeck. ad Phryn. p. 447. Buttm. Gr. ampl. T. II. p. 121.

μὴ ἀπορήσωσι λόγων] *ἀπορήσω* Bodl. Vat. Δ. Par. DK. Vat. p. Ven. t. Mox unus Vind. 2. *Σωκράτην*. v. ad p. 189. A.

P. 194. *Φαρμάττειν βούλει*] *φράττειν* Vat Δ. Ang. w. et deinde *φοβηθῶ*. Rursus mox soli Vind. 2. Ambr. Vat. r. *Σωκράτην*.

τὴν σὴν ἀνδρείαν] V. *ἀνδρίαν*, quod ex Ang. w. et Flor. b. i. mutavi.

ὥςπερ οὖν ἐδεήθην σου] Vide c. XIII. p. 189. B.

E. *εἰ μὴ ξυνήδειν — δεινοῖς οὖσι*] Rariore usu *συνειδέναι τινί τι* ponitur hic pro aliquid de aliquo scire. Isocrat. Archidam. p. 229: *συνειδότες Ἀθηναίοις ἐκλιποῦσι τὴν χώραν ὑπὲρ τῆς τῶν ἄλλων — ἐλευθερίας*. Id. Areopagit. p. 257: *σύνοιδά τε τοῖς πλείστοις αὐτῶν ἥκιστα χαίρουσιν*. Phaedon. p. 92. D: *ἐγὼ δὲ τοῖς — λόγοις ξύνοιδα οὖσιν ἀλαζόσιν*, ubi v. annot. Protag. p. 348. B. Xenoph. Symp. IV. 62. De coniunctivo *ἀπορήσωσι* v. Rost Gr. §. 122. II. 9. 4. p. 624 sq. ed. 4.

P. 194. *Καλῶς γὰρ αὐτός ἠγώνισαι*] Intelligi e superioribus potest: *σὺ μὲν δύνασαι θαῤῥεῖν*, v. ad Apolog. Socrat. p. 41. A. Deinde *εὖ καὶ μάλα* plenius dictum pro vulgari *εὖ μάλα*, v. ad Euthyphron. p. 22. — *ἐν παντὶ εἶναι*, in summa consilii inopia versari. Euthydem. p. 300. C: *ἐν παντὶ ἐγενόμην ὑπὸ ἀπορίας*. Plenius De Rep. IX. p. 505. C: *ἐν παντὶ κακοῦ εἴη*, de quo v. Wyttenbach. ad Plutarch. de Sera Num. Vind. p. 127.

Φαρμάττειν βούλει με] Cogitandum est de fascinatione, de qua v. ad Phaedon. c. XLIV. p. 95. B. — *τὸ θέατρον*, h. e. convivas, sicut Legg. II. 659. A. III. 700. E: *τὸ θέατρον* sunt spectatores. [*θέατρον εὔνουν* auditores narrationis vocat Plutarch. T. II. p. 575. F. Vid. Wyttenbach. ad Eunap. p. 229. F. I.] Eundem usum voc. notavit Wyttenb. Biblioth. Crit. XII. p. 79.

εἴης, ὥςπερ ἐγὼ νῦν. Φαρμάττειν βούλει με, ὦ Σώκρατες, εἰπεῖν τὸν Ἀγάθωνα, ἵνα θορυβηθῶ διὰ τὸ οἴεσθαι τὸ θέατρον προςδοκίαν μεγάλην ἔχειν, ὡς εὖ ἐροῦντος ἐμοῦ. Ἐπιλήσμων μέντ' ἂν εἴην, ὦ Ἀγάθων, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, εἰ ἰδὼν τὴν σὴν ἀνδρείαν καὶ μεγαλοφροσύνην ἀναβαίνοντος ἐπὶ τὸν B ὀκρίβαντα μετὰ τῶν ὑποκριτῶν καὶ βλέψαντος ἐναντία τοσούτῳ θεάτρῳ, μέλλοντος ἐπιδείξεσθαι σαυτοῦ λόγους, καὶ οὐδ' ὁπωςτιοῦν ἐκπλαγέντος, νῦν οἰηθείην σε θορυβηθήσεσθαι ἕνεκα ἡμῶν ὀλίγων ἀνθρώπων. Τί δαί, ὦ Σώκρατες, τὸν Ἀγάθωνα φάναι, οὐ δήπου με οὕτω θεάτρου μεστὸν ἡγεῖ, ὥςτε καὶ ἀγνοεῖν, ὅτι νοῦν ἔχοντι ὀλίγοι ἔμφρονες πολ-

B. *ἐναντία τοσούτῳ θεάτρῳ*] Vett. editt. *ἐναντίον τοσούτου θεάτρου*, invitis codd. omnibus uno Ven. Ξ. excepto. Dein vulgo erat *ἐπιδείξασθαι*, sed Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. 7. Par. DK. Ang. w. Vat. w. s. futurum obtulerunt.

Τί δαί, ὦ Σ.] *δέ* Bodl. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Vat. p. r. s. Ang. w., quod Turicenss receperunt. Sed habet haec interrogatio quandam affectus significationem, ut *δαί* unice verum sit, v. ad Phileb. p. 6. Euthyphr. p. 21 sq. Phaedr. p. 227. B. Mox *ἡγεῖ* pro *ἡγῇ* Bodl. Vat. Δ., quos Bekkerus neglexit, et Ang. w.

B. *τὴν σὴν ἀνδρείαν — ἀναβαίνοντος*] De hac structura sermonis monui supra ad p. 193. B. conf. Matthiae Gr. §. 466. 1., ubi hic ipse locus laudatur. — Photius: *ὀκρίβας· τὸ λογεῖον, ἐφ' ᾧ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο. καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος Συμποσίῳ κέχρηται τῷ ὀνόματι.* Hesychius T. II. p. 676: *βέλτιον φάναι τὸ λογεῖον, ἐφ' οὗ ἵσταντο οἱ τραγῳδοὶ ἢ οἱ ὑποκριταὶ ἐκ μετεώρου καὶ ἔλεγον.* Timaeus p. 190: *ὀκρίβας· πῆγμα τὸ ἐν τῷ θεάτρῳ τιθέμενον, ἐφ' οὗ ἵσταντο οἱ τὰ δημόσια λέγοντες. θυμέλη γὰρ οὐδέπω ἦν*, ubi v. Ruhnken.

οὐ δήπου με οὕτω — φοβερώτεροι] Non video causam, cur Stephanus *οὔ τί που* scribendum iudicaverit aut interrogationi nullum omnino locum concedendum putaverit. Quanquam haec rectius sane tollitur. Germanice ita dixeris: du glaubst doch nicht etwa, dass etc. Euthyphron. in. *οὐ γὰρ δήπου καὶ σοὶ δίκη τις οὖσα τυγχάνει*, quanquam ibi pro *δήπου* libri meliores *που* exhibent. Plura dabit Elmslei. ad Aristophan. Acharn. v. 122, qui tamen non satis accurate distinguit inter *οὐ δήπου* et *οὔ τί που*. Videlicet *οὐ δήπου* est suspicantis: *οὔ τί που* autem mirantis et indignantis, ut Theaet. p. 146. A. de Republ. II. p. 362. D. Itaque Aristoph. Ran. 526. legendum: *τί δ' ἔστιν; οὔ τί πού μ' ἀφελέσθαι διανοεῖ ἃ ἔδωκας αὐτός;* quod video iam ab aliis pro vulg. *οὐ δήπου* editum esse. — *θεάτρου μεστὸν εἶναι*, h. e. theatri applausu inflatum esse et superbire. Paullo aliter Ari-

C λῶν ἀφρόνων φοβερώτεροι. Οὐ μέντ' ἂν καλῶς ποιοίην, φάναι τὸν Σωκράτη, ὦ Ἀγάθων, περὶ σοῦ τι ἐγὼ ἄγροικον δοξάζων· ἀλλ' εὖ οἶδα, ὅτι, εἴ τισιν ἐντύχοις, οὓς ἡγοῖο σοφούς, μᾶλλον ἂν αὐτῶν φροντίζοις ἢ τῶν πολλῶν. ἀλλὰ μὴ οὐχ οὗτοι ἡμεῖς ὦμεν· ἡμεῖς μὲν γὰρ καὶ ἐκεῖ παρῆμεν καὶ ἦμεν τῶν πολλῶν. εἰ δὲ ἄλλοις ἐντύχοις σοφοῖς, τάχ' ἂν αἰσχύνοιο
D αὐτούς, εἴ τι ἴσως οἴοιο αἰσχρὸν ὂν ποιεῖν. ἢ πῶς λέγεις; Ἀληθῆ λέγεις, φάναι. Τοὺς δὲ πολλοὺς οὐκ ἂν αἰσχύνοιο, εἴ τι οἴοιο αἰσχρὸν ποιεῖν; Καὶ τὸν Φαῖδρον ἔφη ὑπολαβόντα εἰπεῖν, Ὦ φίλε Ἀγάθων, ἐὰν ἀποκρίνῃ Σωκράτει, οὐδὲν ἔτι διοίσει αὐτῷ ὁπηοῦν τῶν ἐνθάδε ὁτιοῦν γίγνεσθαι, ἐὰν μόνον ἔχῃ ὅτῳ διαλέγηται, ἄλλως τε καὶ καλῷ. ἐγὼ δὲ ἡδέως μὲν ἀκούω Σωκράτους διαλεγομένου, ἀναγκαῖον δέ

C. *φάναι τὸν Σωκράτη*] τὸν Σωκράτη om. codices Bekkeri omnes et de Florent. b. d. i. Eiecit Rückertus. Sed retinendum videtur propter oppositum nomen Agathonis.

ἄγροικον δοξάζων] V. ἀγροῖκον, adversante Vat. Δ. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Grammatici ἀγροῖκον volunt esse qui ruri habitet; ἄγροικον autem, qui rusticis moribus sit, v. Ruhnk. ad Tim. 2. 24.

D. *οἴοιο αἰσχρὸν ὂν ποιεῖν*] Non est cur ὂν cum Astio delendum putes, siquidem sententia haec est: si quid facere te putes, quum tamen turpe sit, sc. facere.

staenetus I. 19: θαρσαλέως ἐχρῆτο τῇ τέχνῃ ἅτε λοιπὸν θεάτρου μεστὴ γεγονυῖα, v. Abresch. Lectt. p. 117. et quae ad eum locum notavit Boissonad. p. 491. Manifesta imitatione Themistius Orat. XXXVI. p. 311. B: οὐ δήπου με τὰ θέατρα οὕτως ἀγαπᾶν ἡγεῖσθε, ὥστε ἀγνοεῖν, ὅτι ὀλίγοι ἔμφρονες πολλῶν ἀφρόνων τῷ λέγοντι φοβερώτεροι.

D. *οὐδὲν ἔτι διοίσει αὐτῷ*] h. e. nihil iam ipsius intererit, quomodo quidque eorum, quae facere constituimus, peragatur, dummodo habeat quocum colloquatur. Coniunctivus διαλέγηται ne quem offendat, conf. Prot. p. 348. D: περιιὼν ζητεῖ, ὅτῳ ἐπιδείξηται καὶ μεθ' ὅτου βεβαιώσηται. Hipp. mai. 291. D: πρὸς γὰρ τοῦτο ἐάν τις ἔχῃ ὅ τι ἀντείπῃ. Ibid. 291. E: ὅταν γὰρ πρὸς ταῦτα ἔχῃ μὲν μηδέν, ὅ τι λέγῃ. Sophist. 264. A: ἔχεις ὅ τι προσείπῃς αὐτό. Euthydem. p. 287. E. 300. D. Cratyl. 426. D: οὐ γὰρ ἔχομεν τούτου βέλτιον, εἰς ὅ τι ἀνενέγκωμεν. Contra futurum certam sedem habet Phileb. 61. A: ἵνα, δευτερεῖα ὅτῳ δώσομεν ἔχωμεν. Sed cfr. ad Phaedon. p. 113. C. et infra ad p. 216. C.

ἀποδέξασθαι] accipere tanquam debitum. Eodem modo verbum ἀποδοῦναι capiendum infra p. 220. D. Politic. p.

μοι ἐπιμεληθῆναι τοῦ ἐγκωμίου τῷ Ἔρωτι καὶ ἀποδέξασθαι παρ' ἑνὸς ἑκάστου ὑμῶν τὸν λόγον. ἀποδοὺς οὖν ἑκάτερος τῷ θεῷ οὕτως ἤδη διαλεγέσθω. E
Ἀλλὰ καλῶς λέγεις, ὦ Φαῖδρε, φάναι τὸν Ἀγάθωνα, καὶ οὐδέν με κωλύει λέγειν· Σωκράτει γὰρ καὶ αὖθις ἔσται πολλάκις διαλέγεσθαι.

Cap. XVIII. Ἐγὼ δὲ δὴ βούλομαι πρῶτον μὲν εἰπεῖν, ὡς χρή με εἰπεῖν, ἔπειτα εἰπεῖν. δοκοῦσι γάρ μοι πάντες οἱ πρόσθεν εἰρηκότες οὐ τὸν θεὸν ἐγκωμιάζειν, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους εὐδαιμονίζειν τῶν ἀγαθῶν, ὧν ὁ θεὸς αὐτοῖς αἴτιος· ὁποῖος δέ τις αὐτὸς ὢν ταῦτα ἐδωρήσατο, οὐδεὶς εἴρηκεν. εἷς δὲ 195
τρόπος ὀρθὸς παντὸς ἐπαίνου περὶ παντός, λόγῳ διελθεῖν οἷος οἵων αἴτιος ὢν τυγχάνει περὶ οὗ ἂν ὁ λόγος ᾖ. οὕτω δὴ τὸν Ἔρωτα καὶ ἡμᾶς δίκαιον ἐπαι-

D. ὅτῳ διαλέγηται] διαλέγεται Vind. 2. Par. DK. ὑμῶν τὸν λόγον] τῶν λόγων a pr. m. Vat. Δ.

E. ὡς χρή με εἰπεῖν] ὡς Bodl. Coisl. Vat. Δ. Par. DEFK. Ang. u. w. Vat. n. p. r. s. Flor. a. b. c. i. Itaque quod editt. vett. habent ἦ, exiguam habet testimoniorum auctoritatem. Mira vero de discrimine vocularum ὡς et ἦ commentus est Hommelius, quae referre piget.

P. 195. οἷος οἵων αἴτιος] οἷος ὧν αἴτιος Bodl. Vat. Δ. Vind. 2. Par. K. Ang. w. Ambr. Vat. r. male. Baiter. inde effingi iubet οἷος ὅσων, coll. p. 198. E.; sed v. ann.

173. B: καλῶς καὶ καθαπερεὶ χρέως ἀπέδωκάς μοι τὸν λόγον. De Republ. p. 612. B. C: ἆρ' οὖν ἀποδώσετέ μοι ἃ ἐδανείσασθε ἐν τῷ λόγῳ; κ. τ. λ. De v. οὕτως post participium illato v. Phaedon. c. II.

E. καὶ αὖθις] etiam posthac.

Ἐγὼ δὲ δὴ βούλομαι] Accedimus ad orationem Agathonis, de cuius poeticis virtutibus supra dictum est. Verissime Prinsterer Prosopograph. Platon. p. 167. „Manifestum est, inquit, Platonem ingenium et dicendi genus (quo Agatho utebatur) ad veritatem mirabiliter expressisse. Plena est (haec oratio) vocum altisonarum, oppositionum, omninoque festivitatum, quae ex Gorgiae disciplina desumtae videantur, ut coniici licet ex p. 198. B. C., ubi Socrates ornatus redundantiam videlicet laudans addit: καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐχ ὁμοίως θαυμαστὰ κ. τ. λ.

P. 195. οἷος οἵων αἴτιος ὢν] Phaedr. 271. B: οἵα οὖσα ὑφ' οἵων λόγων δι' ἣν αἰτίαν πείθεται. De Rep. VIII. p. 569. A: οἷος οἷον θρέμμα γεννῶν ἠσπάζετο. Eurip. Alcest. 145: οἵας οἷος ὢν ἁμαρτάνεις. Sophocl. Trachin. 1047: οἵαις οἷος ὢν ἐλαύνεται. Antigon. 942. Electr. 751. Plura huius generis exempla collegerunt Wyttenbach.

νέσαι πρῶτον αὐτὸν οἷός ἐστιν, ἔπειτα τὰς δόσεις. Φημὶ οὖν ἐγὼ πάντων θεῶν εὐδαιμόνων ὄντων Ἔρωτα, εἰ θέμις καὶ ἀνεμέσητον εἰπεῖν, εὐδαιμονέστατον εἶναι αὐτῶν, κάλλιστον ὄντα καὶ ἄριστον. ἔστι δὲ κάλλιστος ὢν τοιόςδε. πρῶτον μὲν νεώτατος θεῶν,
B ὦ Φαῖδρε. μέγα δὲ τεκμήριον τῷ λόγῳ αὐτὸς παρέχεται φεύγων φυγῇ τὸ γῆρας, ταχὺ ὂν δῆλον ὅτι·

Φημὶ οὖν ἐγὼ π. θ.] Inde ab hoc loco Agathonis oratio descripta legitur apud Stob. Sermon. LXI. p. 396 sqq.

εὐδαιμονέστατον εἶναι αὐτῶν] *αὐτὸν* Stob. Trincav., quod non displicet Rückerto, mihi ex correctione ortum videtur.

B. *πέφυκεν Ἔρως μ.*] *Ἔρωτος* Bodl. Vat. *Δ*. Dein *οὐδ' ἐντὸς* Stobaeus. Libri Platonis omnes *οὐδ' ὄντος*. Tum Bodl. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. D K. Vat. p. *πλησιάζει*.

ἀεὶ ξύνεστί τε καὶ ἔστιν] Bastius in Specim. crit., ut tautologia vitaretur, scribendum putabat: *μετὰ δὲ νέων ξύνεστί τε*

ad Iulian. Caesar. p. 180. ed. Lips. et Monk. ad Eurip. Alcest. 145.

εὐδαιμονέστατον εἶναι αὐτῶν] Sic *αὐτός* saepe post nomen substantivum vel pronomen infertur. Infra p. 200. A: *πότερον ὁ Ἔρως ἐκείνου — ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ.* Charmid. p. 159. A. Legg. I. in. XII. p. 969. A. Rep. III. p. 395. D. IV. p. 439. Theaet. p. 155. D. E. Demosth. pro Rhod. p. 198. 12. Reisk. Olynth. III. 35, 4. Aristocr. p. 657, 19 — 22. p. 681, 6. Thucyd. IV. 93. Xenoph. Cyrop. I. 3, 15: *πειράσομαι τῷ πάππῳ, ἀγαθῶν ἱππέων κράτιστος ὢν ἱππεύς, συμμαχεῖν αὐτῷ.* Ibid. I, 4, 5. al.

κάλλιστον ὄντα καὶ ἄριστον] His verbis Agatho indicat breviter orationis suae argumentum. Itaque prima parte laudat dei pulcritudinem et formositatem; altera virtutes eius summis laudibus celebrat.

B. *φεύγων φυγῇ τὸ γῆρας*] h. e. summopere fugiens more fugientium, h. e. omni contentione, senectutem defugiens atque declinans. Lucian. adv. Indoct. §. 16: *φυγῇ φευκτέον ἀπὸ τῶν βιβλίων.* Liban. Decl. IV. p. 136: *τὰ ἐργαστήρια φυγῇ φεύγω.* Aristid. Orat. Plat. II. 153. T. II: *φυγῇ φευξούμεθα τὰ πράγματα.* Platon. Epinom. p. 974. B: *φυγῇ φεύγει, ὅταν τις πρός τινα φρόνησιν ἴῃ.* Nec abludit Hipp. mai. p. 292. A: *ἂν μὴ ἐκφύγω φεύγων.* Epist. VIII. p. 354. C: *ἔφυγον φυγῇ.* v. Ast. ad Epin. p. 586. Proxima *ταχὺ ὂν δῆλον ὅτι*, h. e. *δῆλον δὲ ὅτι ταχύ ἐστι τὸ γῆρας*, Heusdius Specim. Crit. p. 62. tanquam glossema delenda statuit. Sed neque Agathonis ingenio indigna sunt, neque commode abesse possunt propterea, quod additur *θᾶττον γοῦν τοῦ δέοντος ἡμῖν προςέρχεται.* Structurae rationem explanavit Buttmannus ad Criton. p. 106.

θᾶττον γοῦν τοῦ δέοντος ἡμῖν προςέρχεται. ὃ δὴ πέφυκεν Ἔρως μισεῖν καὶ οὐδ' ἐντὸς πολλοῦ πλησιάζειν. μετὰ δὲ νέων ἀεὶ ξύνεστί τε καὶ ἔστιν· ὁ γὰρ παλαιὸς λόγος εὖ ἔχει, ὡς ὅμοιον ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει. ἐγὼ δὲ Φαίδρῳ πολλὰ ἄλλα ὁμολογῶν τοῦτο οὐχ ὁμολογῶ, ὡς Ἔρως Κρόνου καὶ Ἰαπετοῦ ἀρχαιότερός ἐστιν, ἀλλά φημι νεώτατον αὐτὸν εἶναι θεῶν C καὶ ἀεὶ νέον, τὰ δὲ παλαιὰ πράγματα περὶ θεούς,

καὶ ἀεὶ ἔστιν. Quam sententiam ipse postea retractavit in Epist. ad Boisson. p. 175. Winckelmann. pro ἔστιν legi iubet ἕπεται. Hommelius interpretatur: ἀεὶ σύνεστί τε μετὰ νέων καὶ ἐστὶ νέος, quod non fert collocatio et ordo verborum. In priore scilicet verbo ξυν vi sua eminet, unde ἐστί iteratur: Mit der Iugend ist er *zusammen* und weilet bei ihr.

C. τὰ δὲ παλαιὰ πράγματα] γράμματα Bodl. Vat. Δ. Vind. 2 7. Par. D K. Ang. w. Vat. p. Dein Bodl. Vat. Δ., ut solent, Παρμενείδης, de qua scriptura dicam ad Parmenidem.

πέφυκεν Ἔρως μισεῖν] h. e. naturali quodam odio persequitur s. natura sua odit, v. Viger. p. 321.

οὐδ' ἐντὸς πολλοῦ πλ.] ac ne cominus quidem appropinquat, s. ne prope quidem accedit. Hoc ἐντὸς πολλοῦ idem est quod ἐντὸς πολλοῦ διαστήματος, quod interdum in similibus formulis additum reperiri docuerunt intpp. ad Lamb. Bos. de Ellips. p. 103 sq. Comparavit Astius Thucyd II. 77: ἐντὸς γὰρ πολλοῦ χωρίου τῆς πόλεως οὐκ ἦν πελάσαι. Vitiosum est quod vulgo legebatur ὄντος atque indignum patrocinio Dorvilli ad Charit. p. 254. Ceterum ad πλησιάζειν intelligas αὐτῷ, v. Matthiae §. 428. 2.

ἀεὶ ξύνεστί τε καὶ ἔστιν] Comparat Wyttenbach. ad Plutarch. de Ser. Num. Vind. p. 36., ubi huius loci facit mentionem, Plutarch. de Is. et Osir. p. 352. A: παρ' αὐτῇ καὶ μετ' αὐτῆς ὄντα καὶ συνόντα. conf. Dobree ad Arist. Plut. p. 117. ed. Lips. et ann. crit. De proverbio: ὅμοιος ὁμοίῳ ἀεὶ πελάζει, quod apud Platonem non uno loco commemoratur, comparamus versiculum, qui legitur Lysid. p. 214. A: αἰεί τοι τὸν ὅμοιον ἄγει θεὸς ὡς τὸν ὅμοιον. Cicero de Senect. 3: pares cum paribus veteri proverbio facillime congregantur.

ὡς Ἔρως Κρόνου —] Dixerat enim Phaedrus Amorem esse deorum longe antiquissimum. Quod quidem in risum vertens Agatho eum Crono et Iapeto vocat antiquiorem. Moeris p. 200: Ἰαπετός· ἀντὶ τοῦ γέρων. καὶ Τίθωνος καὶ Κρόνος ἐπὶ τῶν γερόντων, v. intpp. ad Aristoph. Plut. v. 589. et 994. Hemsterhus. ad Lucian. Dialog. Deor. II. 1. Erasmi Adagg. p. 110.

ἃ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης λέγουσιν, Ἀνάγκῃ καὶ οὐκ Ἔρωτι γεγονέναι, εἰ ἐκεῖνοι ἀληθῆ ἔλεγον· οὐ γὰρ ἂν ἐκτομαί, οὐδὲ δεσμοὶ ἀλλήλων ἐγίγνοντο καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ βίαια, εἰ Ἔρως ἐν αὐτοῖς ἦν, ἀλλὰ φιλία καὶ εἰρήνη, ὥςπερ νῦν, ἐξ οὗ Ἔρως τῶν θεῶν βασιλεύει. Νέος μὲν οὖν ἐστι, πρὸς δὲ τῷ νέῳ ἁπα-
D λός· ποιητοῦ δ' ἔστιν ἐνδεὴς οἷος ἦν Ὅμηρος, πρὸς τὸ ἐπιδεῖξαι θεοῦ ἁπαλότητα. Ὅμηρος γὰρ Ἄτην θεόν τέ φησιν εἶναι καὶ ἁπαλήν· τοὺς γοῦν πόδας αὐτῆς ἁπαλοὺς εἶναι, λέγων

τῆς μένθ' ἁπαλοὶ πόδες· οὐ γὰρ ἐπ' οὔδεος
πίλναται, ἀλλ' ἄρα ἥ γε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει.

κάλῷ οὖν δοκεῖ μοι τεκμηρίῳ τὴν ἁπαλότητα ἀποφαίνειν, ὅτι οὐκ ἐπὶ σκληροῦ βαίνει, ἀλλ' ἐπὶ
E μαλθακοῦ. τῷ αὐτῷ δὴ καὶ ἡμεῖς χρησώμεθα τεκμη-

D. οὐ γὰρ ἐπ' οὔδεος] Apud Homerum est οὔδει, quod ex libris Bekkeri soli Ambr. Vat. r. e nostris Flor. n. tuentur. Etiam Bas. 2. habet οὔδεος. Igitur nunc οὔδεος restitui. Nam quod Hommelius censet, οὔδει a criticis mutatum esse, ne utriusque versus terminatio eadem esset, id mihi quidem parum credibile videtur.

C. ἃ Ἡσίοδος καὶ Παρμενίδης] Nomen Parmenidis Astius comparatis locis Legg. III. p. 677. D. Pausan. VIII. 18. mutandum censet in Ἐπιμενίδης, propterea quod de theogonia Parmenidea nihil memoriae traditum est. Quid vero, si Parmenides in altera carminis parte, nunc deperdita, vulgi opiniones de diis eorumque rebus gestis exposuerit? Etiam Macrob. Somn. Scip. I. 2. extr.: Pythagoras ipse atque Empedocles, *Parmenides* quoque et Heraclitus de diis fabulati sunt. v. etiam Karsten. De Parmen. Reliquiis p. 20 sq. et p. 237. atque Brandis. Comment. Eleatt. p. 127 sqq. Accedit quod Agathonem apertum est respicere ad ea, quae supra Phaedrus p. 179. B. de Hesiodo et Parmenide exposuit. Unde etiam explicationem habet imperfectum, εἰ ἐκεῖνοι ἀληθῆ ἔλεγον, de quo Hommelius mira narrat.

Ἀνάγκῃ] Nam tanta fuit ex veterum sententia vis Necessitatis, ut ei non solum homines, sed etiam dii subiecti essent, v. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Del. v. 122.

οὐ γὰρ ἂν ἐκτομαί, οὐδὲ δ.] Euthyphr. c. IV: αὐτοὶ γὰρ οἱ ἄνθρωποι τυγχάνουσι νομίζοντες τὸν Δία τῶν θεῶν ἄριστον καὶ δικαιότατον, καὶ τοῦτον ὁμολογοῦσι τὸν αὑτοῦ πατέρα δῆσαι, ὅτι τοὺς υἱεῖς κατέπινεν οὐκ ἐν δίκῃ, κἀκεῖνόν γε αὖ τὸν αὑτοῦ πατέρα ἐκτεμεῖν δι' ἕτερα τοιαῦτα. v. Hesiod. Theogon. 173 sq.

πρὸς δὲ τῷ νέῳ] Structuram illustravi ad Remp. X. p. 610. E. Charmid. p. 169. B. Plura

ρίῳ περὶ Ἔρωτα, ὅτι ἁπαλός. οὐ γὰρ ἐπὶ γῆς βαίνει, οὐδ' ἐπὶ κρανίων, ἅ ἐστιν οὐ πάνυ μαλακά, ἀλλ' ἐν τοῖς μαλακωτάτοις τῶν ὄντων καὶ βαίνει καὶ οἰκεῖ. ἐν γὰρ ἤθεσι καὶ ψυχαῖς θεῶν καὶ ἀνθρώπων τὴν οἴκησιν ἵδρυται, καὶ οὐκ αὖ ἑξῆς ἐν πάσαις ταῖς ψυχαῖς, ἀλλ' ᾗτινι ἂν σκληρὸν ἦθος ἐχούσῃ ἐντύχῃ, ἀπέρχεται, ᾗ δ' ἂν μαλακόν, οἰκίζεται. ἁπτόμενον οὖν ἀεὶ καὶ ποσὶ καὶ πάντῃ ἐν μαλακωτάτοις τῶν μαλακωτάτων, ἁπαλώτατον ἀνάγκη εἶναι. Νεώτατος μὲν δή ἐστι καὶ ἁπαλώτατος· πρὸς δὲ τούτοις 196
ὑγρὸς τὸ εἶδος. οὐ γὰρ ἂν οἷός τ' ἦν πάντῃ περιπτύσσεσθαι, οὐδὲ διὰ πάσης ψυχῆς καὶ εἰσιὼν τὸ πρῶτον λανθάνειν καὶ ἐξιών, εἰ σκληρὸς ἦν. συμμέτρου δὲ καὶ ὑγρᾶς ἰδέας μέγα τεκμήριον ἡ εὐσχημοσύνη, ὃ δὴ διαφερόντως ἐκ πάντων ὁμολογουμένως

E. *καὶ ἡμεῖς χρησώμεθα τ.*] Sic Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. E F. Ang. u. w. Vat. n. s. Vulgo erat *χρησόμεθα*, quod Rückertus vel propter auctoritatem librorum non debebat defendere.

P. 196. *ὃ δὴ διαφερόντως*] Vett. editt. *ὃ δὴ καί*, quod soli Par. E. Vat. s. Flor. n. tueri videntur. Ceteri *καὶ* omittunt.

etiam suppeditabit Wyttenbach. ad Plut. Mor. T. II. p. 85. ed. Lips.

D. *Ὅμηρος γὰρ Ἄτην —*] V. Homer. Iliad. XIX. 92 sqq. Iniuria Orellius ad Isocr. p. 330. verba: *τοὺς γοῦν πόδας — κράατα βαίνει*, ab aliena manu interposita esse putabat. Quibus eiectis proxima non habitura essent quorsum referrentur. Neque ista versuum Homericorum recitatio indigna est Agathonis ingenio, quem iam antea vidimus inani quadam se iactare doctrinae ubertate atque elegantia. Quid quod haec *οὐ γὰρ ἐπὶ γῆς βαίνει, οὐδ' ἐπὶ κρανίων*, quae Agatho deinde de Amore dicit, deletis versiculis Homericis, ne intelligi quidem ullo modo possent?

ἐπὶ μαλθακοῦ] Dixit enim *κατ' ἀνδρῶν κράατα.*

E. *ἐν γὰρ ἤθεσι καὶ ψυχαῖς*] V. Valcken. ad Diatr. p. 157 sqq., ubi similia collecta.

καὶ ποσὶ καὶ πάντῃ] quum pedibus, tum omnino.

P. 196. *ὑγρὸς τὸ εἶδος*] Opponitur *ὑγρὸς* proximo *σκληρός*, ut facile intelligatur, quid hoc loco significet. Dicitur autem saepe de rebus lubricis, lentis, flexibilibus, mollibus, atque frequenter ad Amorem transfertur, v. Heynius ad Pindar. P. I. 17. Fischerus ad Anacreont. XXVIII. 21. Huschk. Analect. p. 205. Peerlcamp. ad Muson. p. 336. Iacobs ad Philostr. Imagg. p. 654. [Ad rem cf. Paul. Sil. in Anth. Pal. IX. 443., ubi inter alia de Amoris spiculo: *οἶστρος ὀλισθήεσσαν ἔχει φύσιν.* F. I.]

συμμέτρου δὲ καὶ ὑγρᾶς ἰδ.] Acute vidit Astius *σύμ-*

Ἔρως ἔχει· ἀσχημοσύνῃ γὰρ καὶ Ἔρωτι πρὸς ἀλλήλους ἀεὶ πόλεμος. χρόας δὲ κάλλος ἡ κατ' ἄνθη δίαιτα τοῦ θεοῦ σημαίνει· ἀνανθεῖ γὰρ καὶ ἀπην-
B *θηκότι καὶ σώματι καὶ ψυχῇ καὶ ἄλλῳ ὁτῳοῦν οὐκ ἐνίζει Ἔρως, οὗ δ' ἂν εὐανθής τε καὶ εὐώδης τόπος ᾖ, ἐνταῦθα καὶ ἵζει καὶ μένει.*

Cap. XIX. *Περὶ μὲν οὖν κάλλους τοῦ θεοῦ καὶ ταῦτα ἱκανά, καὶ ἔτι πολλὰ λείπεται, περὶ δὲ ἀρετῆς Ἔρωτος μετὰ ταῦτα λεκτέον. τὸ μὲν μέγιστον, ὅτι Ἔρως οὔτ' ἀδικεῖ οὔτ' ἀδικεῖται οὔθ' ὑπὸ θεοῦ οὔτε θεόν, οὔθ' ὑπ' ἀνθρώπου οὔτε ἄνθρωπον. οὔτε γὰρ αὐτὸς βίᾳ πάσχει, εἴ τι πάσχει· βία γὰρ Ἔρωτος οὐχ*
C *ἅπτεται· οὔτε ποιῶν ποιεῖ· πᾶς γὰρ ἑκὼν Ἔρωτι πᾶν ὑπηρετεῖ· ἃ δ' ἂν ἑκὼν ἑκόντι ὁμολογήσῃ, φα-*

B. *οὔτε ποιῶν ποιεῖ*] *οὔτε βίᾳ ποιῶν ποιεῖ* Bas. 2. Stob. Flor. n. Sed *βίᾳ* nec opus est et poni post *ποιῶν* debuit. In Par. DK, Vat. p. *ποιῶν* desideratur.

C. *ἃ δ' ἂν ἑκών*] Quod vett. editt. ante *ἑκών* interpositum habent *τις*, id solus Ven. Ξ. cum Flor. n. tuetur. Abest etiam a Stobaeo. Ortum est igitur ex glossemate, ut recte expunxerit Rückertus.

οἱ πόλεως βασιλῆς] V. *βασιλεῖς*. Sed Coisl. Ang. u. Vat. n. s. Par. EF. Flor. a. b. c. i. *βασιλικῆς*, unde sponte emergit *βασιλῆς*, quod est in Bodl. Vat. Δ. Ang. w Recte igitur Bekk. hanc

μετρὸν referendum esse ad *περιπτύσσεσθαι*. Amor enim, quia potest *πάντῃ περιπτύσσεσθαι*, recte *σύμμετρος* vocatur. Itaque ne hic quidem audiendus est Orellius, qui *σύμμετρος* legendum putabat. Aristaenet. I. I. p. 6. ed. Boiss. *οὕτω μέντοι σύμμετρα καὶ τρυφερὰ τῆς Λαΐδος τὰ μέλη, ὡς ὑγροφυῶς αὐτῆς λυγίζεσθαι τὰ ὀστᾶ τῷ περιπτυσσομένῳ* (sic Cod.) *δοκεῖν*, ubi huius loci non immemor fuit Boissonad. De pronomine *ὅ* ad *ἡ εὐσχημοσύνη* referendo v. ad Phileb. p. 28. A. Matthiae §. 439.

ἀνανθεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθ.] Aristaen. II. Ep. I. *ἀνανθεῖ γὰρ καὶ ἀπηνθηκότι σώματι οὐ πέφυκε προσιζάνειν ὁ Ἔρως, οὗ δ' ἂν εὐανθὲς τε καὶ εὐῶδες ᾖ, ἐνταῦθα καὶ ἐνιζάνει καὶ μένει.* Similiter Horat. Od. IV. 13, 6. Ille (Amor) virentis et doctae psallere Chiae pulcris excubat in genis, ubi v. Mitscherlich.

B. *περὶ δὲ ἀρετῆς κ. τ. λ.*] Laudat Agatho Amoris virtutes ita, ut eius iustitiam, temperantiam, fortitudinem, prudentiam ordine celebret; quae quidem virtutum cardinalium, quas vocant, recensio et ipsa habet nescio quid inanis ostentationis atque redolet ingenium hominis, qui praeter poesin etiam philosophorum sapientiam degustaverat, sed fortasse primis labris degustaverat. Observes praeterea, quam artificiose

σὶν οἱ πόλεως βασιλῆς νόμοι δίκαια εἶναι. πρὸς δὲ τῇ δικαιοσύνῃ σωφροσύνης πλείστης μετέχει. εἶναι γὰρ ὁμολογεῖται σωφροσύνη τὸ κρατεῖν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν, Ἔρωτος δὲ μηδεμίαν ἡδονὴν κρείττω εἶναι. εἰ δὲ ἥττους, κρατοῖντ' ἂν ὑπὸ Ἔρωτος, ὁ δὲ κρατοῖ. κρατῶν δὲ ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ὁ Ἔρως διαφερόντως ἂν σωφρονοῖ. καὶ μὴν εἴς γε ἀνδρείαν Ἔρωτι οὐδὲ Ἄρης ἀνθίσταται. οὐ γὰρ ἔχει Ἔρωτα Ἄρης, D ἀλλ' Ἔρως Ἄρη, Ἀφροδίτης, ὡς λόγος. κρείττων δὲ ὁ ἔχων τοῦ ἐχομένου. τοῦ δ' ἀνδρειοτάτου τῶν ἄλλων κρατῶν πάντων ἂν ἀνδρειότατος εἴη. Περὶ μὲν οὖν δικαιοσύνης καὶ σωφροσύνης καὶ ἀνδρείας τοῦ θεοῦ εἴρηται, περὶ δὲ σοφίας λείπεται· ὅσον οὖν δυνατόν, πειρατέον μὴ ἐλλείπειν. καὶ πρῶτον μέν,

formam revocavit, v. ad Remp. V. p. 473. D. Stobaeus τῶν πόλεων, quod Fischero et Astio non displicuit. Vind. 2. πόλεων.

κρατοῖντ' ἂν ὑπὸ Ἔρωτος] V. ὑπὸ τοῦ Ἔρ. Articulum om. Bodl. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DFK. Ambr. Ang. u. Vat. d. n. p. r. Flor. a. b. c. i. Dein pro vulg. ἀνδρίαν ex Stobaeo et cod. Vind. 1. revocavi ἀνδρείαν, quae forma ob posterioris aetatis consuetudinem a scribis obliterata est. Mox vero ἀνδρείας plures libri cum Stob. et ed. Ald. tueri videntur.

D. πάντων ἂν ἀνδρειότατος εἴη] ἂν deest in Bodl. Vat. Δ. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p.; male: nec melius Flor. n. πάντων γὰρ ἀνδρ.

Agatho verba composuerit, quam lepide paria paribus retulerit et, ut similiter caperent, elaboraverit. De formula καὶ ταῦτα ἱκανά, *vel* haec sufficiunt, v. ad Remp. VI. p. 506. D. Menex. 247. C. Dein vide, an corrigendum sit: κἂν εἰ ἔτι πολλὰ λείπεται.

C. οὔτε ποιῶν ποιεῖ] Non otiosum est ποιῶν quod respondet praecedenti: εἴ τι πάσχει, atque idem significat quod εἴ τι ποιεῖ. Ex qua re intelligitur, cur vett. quarundam editt. lectio οὔτε βίᾳ ποιῶν ποιεῖ spernenda fuerit.

φασὶν οἱ πόλεως βασιλῆς νόμοι] Alcidamas apud Aristotel. Rhetor. III. 3: τοὺς τῶν πόλεων βασιλεῖς νόμους, quem locum Bastius apte comparavit. Notum est illud Pindari Fragm. T. III. p. 76. ed. Heyn. νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων.

εἶναι γὰρ ὁμολογεῖται σωφροσύνη] Sic ipse Plato Phaedon. p. 68. C. de Republ. IV. p. 431. A. al. Deinde ad εἰ δὲ ἥττους ex praeced. μηδεμίαν ἡδονὴν intelligas αἱ ἡδοναί.

D. ἀλλ' Ἔρως Ἄρη, Ἀφροδίτης] Ad genitivum Ἀφροδίτης intelligas rursus nomen appellativum ἔρως. In qua ratione ne quis offendat, tenendum est Graecos pro eo, quo pollebant, vigore ingenii saepenumero a deorum commemoratione repente cogitatione deferri ad rem,

ἵν' αὖ καὶ ἐγὼ τὴν ἡμετέραν τέχνην τιμήσω, ὥςπερ
E Ἐρυξίμαχος τὴν ἑαυτοῦ, ποιητὴς ὁ θεὸς σοφὸς οὕ-
τως, ὥςτε καὶ ἄλλον ποιῆσαι· πᾶς γοῦν ποιητὴς γί-
γνεται, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν, οὗ ἂν Ἔρως ἅψη-
ται. ᾧ δὴ πρέπει ἡμᾶς μαρτυρίῳ χρῆσθαι, ὅτι ποι-
ητὴς ὁ Ἔρως ἀγαθὸς ἐν κεφαλαίῳ πᾶσαν ποίησιν
τὴν κατὰ μουσικήν· ἃ γάρ τις ἢ μὴ ἔχει ἢ μὴ οἶ-
δεν, οὔτ' ἂν ἑτέρῳ δοίη οὔτ' ἂν ἄλλον διδάξειε.
197 καὶ μὲν δὴ τήν γε τῶν ζώων ποίησιν πάντων τίς
ἐναντιώσεται μὴ οὐχὶ Ἔρωτος εἶναι σοφίαν, ᾗ γίγνε-
ταί τε καὶ φύεται πάντα τὰ ζῷα; ἀλλὰ τὴν τῶν
τεχνῶν δημιουργίαν οὐκ ἴσμεν, ὅτι οὗ μὲν ἂν ὁ

ἵν' αὖ καὶ ἐγώ] ἵν' om. Bodl. Vat. Δ. Vind. 2. errore.

E. τὴν ἑαυτοῦ] αὑτοῦ Vat. Δ. Aug. w. αὐτοῦ Bodl. Sed pleniorem formam propter oppositionis vim et gravitatem praeferendam putamus.

P. 197. B. καὶ Ζεὺς κυβερνήσεως θεῶν] κυβερνᾶν Bodl. Coisl Vat. Δ. Flor. EF. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. r. s. Flor. a. b. c. i. et Stob. κυβερνῶν Vat. d. κυβερνᾷ τὰ θεῶν Par. DK. Vat. p.

cuius illi sunt auctores vel praesides, v. infra p. 107. A. B. p. 199. E. p. 200. A. p. 201. A. E. 204 B. D. p. 207. A. Legg. VI. 773. D. E. Loquendi genus exemplis illustravit Monk. ad Eurip. Alcest. 50. et nuperrime Fritsch. Quaestion. Lucian. p. 4 sq. Respicit autem ad illam narrationem Odyss. θ', 266 sqq.

E. πᾶς γοῦν ποιητὴς γίγνεται κ. τ. λ.] Respicit iudice Valckenario Diatrib. p. 207. ad versus Stheneboeae Euripideae: ποιητὴν δ' ἄρα || Ἔρως διδάσκει, κἂν ἄμουσος ᾖ τὸ πρίν, de quibus v. T. IX Eurip. ed. Matth. p. 330 sq. Mox ne quid desideres, πᾶσαν ποίησιν τὴν κατὰ μουσικὴν arcte connectas cum ἀγαθός. Perperam enim in vett. editt. post ἀγαθὸς interpungitur. Addit vero τὴν κατὰ μουσικὴν propterea, quod deinde ποίησις et ποιητὴς latiore sensu de cuiusvis generis procreatione et generatione dicit. Itaque nunc de poesi, quae in carminibus pangendis cernitur, cogitari cupiens commemorat ποίησιν τὴν κατὰ μουσικήν. Secus locum accepit Hommelius, qui sibi videtur unus eum recte intellexisse. — ἐν κεφαλαίῳ, ut summatim dicam.

οὔτ' ἂν ἑτέρῳ δοίη οὔτ' ἂν ἄλλον δ.] Ne quis οὔτ' αὖ ἄλλον corrigat, vide ad Apolog. Socr. p. 31. E. Addimus Herodot. III. 21: εἰ γὰρ ἦν δίκαιος, οὔτ' ἂν ἐπεθύμησε χώρης ἄλλης ἢ τῆς ἑωϋτοῦ, οὔτ' ἂν ἐς δουλοσύνην ἀνθρώπους ἦγε. Soph. Ant. v. 69. 185. 682. 896. al.

P. 197. καὶ μὲν δὴ τήν γε τῶν ζώων] Qui fere ubique in isto καὶ μὲν δὴ haesit, Fischerus, is etiam hoc loco καὶ μὴν δὴ scribendum censuit. At vero καὶ μὲν δή — γε est porro etiam, quin etiam, neque usquam nisi in locis corruptis coniuncta reperias καὶ μὴν δή. Phaedon. p. 75. A: ἀλλὰ μὲν δὴ ἔκ γε τῶν αἰσθήσεων δεῖ ἐννοῆσαι. Politic. p. 287 D: καὶ μὲν

θεὸς οὗτος διδάσκαλος γένηται, ἐλλόγιμος καὶ φανὸς ἀπέβη, οὗ δ' ἂν Ἔρως μὴ ἐφάψηται, σκοτεινός; τοξικήν γε μὴν καὶ ἰατρικὴν καὶ μαντικὴν Ἀπόλλων ἀνεῦρεν, ἐπιθυμίας καὶ ἔρωτος ἡγεμονεύσαντος, ὥςτε καὶ οὗτος Ἔρωτος ἂν εἴη μαθητής, καὶ Μοῦσαι μου- B
σικῆς καὶ Ἥφαιστος χαλκείας καὶ Ἀθηνᾶ ἱστουργίας καὶ Ζεὺς κυβερνήσεως θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων· ὅθεν δὴ καὶ κατεσκευάσθη τῶν θεῶν τὰ πράγματα Ἔρωτος ἐγγενομένου, δῆλον ὅτι κάλλους· αἴσχει γὰρ οὐκ ἔπεστιν Ἔρως. πρὸ τοῦ δέ, ὥςπερ ἐν ἀρχῇ εἶπον, πολλὰ καὶ δεινὰ θεοῖς ἐγίγνετο, ὡς λέγεται, διὰ τὴν τῆς Ἀνάγκης βασιλείαν· ἐπειδὴ δ' ὁ θεὸς οὗτος

οὐκ ἔπεστιν Ἔρως] *ἔνεστιν* Ven. Ξ. Vind. 2. Vat. d. et marg. Bodl. *ἔστιν* Par. DK. Vat. p. *ἔστιν*. Vat Δ. Ang. w. *ἔϊν*. Bodl. quid habeat, non liquet. Bas. 2. *ἔνεσον*. Non veridissimilis est coniectura Porsoni Advers. p. 58. olim *ἔνι* scriptum fuisse suspicantis. Eam igitur nuper receperunt Turicenses. Astius coni. *αἴσχους γὰρ οὐκ ἔστιν*.

δὴ χαλεπὸν ἐπιχειροῦμεν δρᾶν. Legg. IV. 712. D. E. v. Hartung. De Particul. T. II. p. 401. De *μὴ οὐ* post *ἐναντιώσεται* illato v. Hermann. ad Viger. p. 811. intpp. ad Gregor. Corinth. p. 103. Matthiae §. 533. 1. Ceterum verba: *ᾗ γίγνεται — τὰ ζῶα*, continent epexegesin praecedentium: *Ἔρωτος σοφίαν*.

καὶ φανὸς ἀπέβη] De hoc usu aoristi v. ad cap. XIII. B. et Phaedon. 84. D. — Hesychius: *φανόν· φωτεινὸν καὶ λαμπρόν*. v. Dorvill. ad Charit. p. 565. ed. Lips.

τοξικήν γε μὴν κ.] In his *γε μὴν* est prorsus Latin. quidem certe, ut Parmenid. p. 153. A. al.

B. *καὶ Μοῦσαι μουσικῆς κ. τ. λ.*] Haec superioribus licentius adduntur sic, ut secundariae orationis membro: *ὥςτε καὶ οὗτος — εἴη μαθητής*, non primario, accommodata sint. Itaque ad nominativos e superioribus mente repetas *Ἔρωτος ἂν εἴησαν μαθηταί*, ita ut genitivi *μουσικῆς, χαλκείας*, item ex *μαθηταί* pendeant quod nunc duplici genitivo iunctum est, alteri personae, alteri rei. Aliter Astius constructionem verborum expedire studuit, qui nominativos refert ad *ἀνεῦρεν* et *μαθητὴς ἂν εἴη*, genitivos autem e verbis *ἐπιθυμίας καὶ ἔρωτος ἡγεμονεύσαντος*, nunc denuo mente intelligendis, suspensos esse arbitratur. Nostram rationem confirmat res ipsa. In proximis: *Ἔρωτος ἐγγενομένου, δῆλον ὅτι κάλλους*, istud *κάλλους* pendet ex *Ἔρωτος*, ita ut hoc nomen rursus et de deo amoris intelligendum sit et de amore ipso, utraque notione arctissime coniuncta et quasi in unum confusa. v. ad p. 196. D. Germanice haec reddas: indem ihnen Eros, nemlich Liebe zur Schönheit, einwohnte. Itaque Socrates infra p. 201. A:

C ἔφυ, ἐκ τοῦ ἐρᾶν τῶν καλῶν πάντ' ἀγαθὰ γέγονε καὶ θεοῖς καὶ ἀνθρώποις. Οὕτως ἐμοὶ δοκεῖ, ὦ Φαῖδρε, Ἔρως πρῶτος αὐτὸς ὢν κάλλιστος καὶ ἄριστος μετὰ τοῦτο τοῖς ἄλλοις ἄλλων τοιούτων αἴτιος εἶναι. ἐπέρχεται δέ μοί τι καὶ ἔμμετρον εἰπεῖν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ποιῶν

C. πρῶτος αὐτὸς ὢν κ.] Vind. 2. et Stob. πρῶτον, quod Wolfius, quia sequeretur μετὰ τοῦτο, recipiendum iudicavit. Sed recte alii sensum declararunt sic: quum *primus* ipse sit pulcherrimus. De πρῶτος αὐτὸς docte exposuit Fritschius ad Luciani Dialogg. deor. p. 44.

νηνεμίαν ἀνέμων] τ' ἀνέμων Stob. Ven. Ξ. Vind. 2. ἀνέμοις οἶμαι γάρ σε οὑτωσί πως εἰπεῖν, ὅτι τοῖς θεοῖς κατεσκευάσθη τὰ πράγματα δι' ἔρωτα καλῶν, αἰσχρῶν γὰρ οὐκ εἴη ἔρως.

C. ἐπέρχεται δέ μοί τι καὶ ἔμμ.] h. e. in mentem mihi venit. Germanice dixeris: mich wandelt an, v. Wyttenbach. ad Select. Princip Hist. p. 346. conf. infra p. 199. B. Cratyl. p. 428. C. De formula ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ποιῶν v. Bake ad Cleomed. Meteor. p. 415. Versiculos convertit Ficinus sic: qui pacem largitur hominibus, qui mari tranquillitatem, qui ventis requiem, cubile viventibus omniumque (somnumque?) securum. Itaque Dindorfius, quia quatuor libri Florentini habent νηκηδῆ, legendum censuit: νηνεμίαν ἀνέμοις, κοίτῃ θ' ὕπνον νηκηδῆ. Ingeniosa sane coniectura, quam veram putarem, nisi τε invitis codicibus Platonis in aliam sedem translatum esset. Nam νηκηδὴς etsi nusquam alibi usurpatum reperitur, tamen analogia similium verborum, veluti νηπαθής, satis defenditur, frustraque nuper exstitit qui vocis illius formam legibus linguae adversari clamaret. Si vera est lectio vulgata, ἐνὶ κήδει idem est quod τοῖς κηδομένοις, s. τοῖς ἐν κήδει οὖσιν. Quod nobis quidem nunc unice placet. Germanice dixeris: Schweigen der Stürme, ein ruhiges Lager und Schlaf *unter* Sorgen. Nec offendet quisquam in sententiae ratione parum diligenter expressa, qui meminerit Agathonem hos versiculos ludere a Platone iussum esse, ut sibi ipse quasi illuderet. Non displicet tamen coniectura Hommelii, legendum putantis ἐνὶ κήτει, quod Hesych. interpretatur στερήσει, ἐρημίᾳ. Idem acute observavit binorum fere nominum syllabas easdem habere consonas literas, in quo poetae lusus inest. Ceterum Creuzerus Annal. Vindobb. c. p. 141. Agathoni censet ob oculos versatos esse versus Homeri Odyss. μ', 168 sq., de quo tamen dubitamus.

D. τὰς τοιάςδε ξυνόδους] Haec δεικτικῶς dicta sunt: quale est hoc convivium nostrum. — φιλόδωρος εὐμενείας — δυςμενείας v. Matthiae § 339. De voc. ἄδωρος v. Bekker. Anecdot. I. p. 346. — θεατὸς σοφοῖς, spectatus sapientibus, h. e. gratus et iucundus. — ζηλωτὸς κ. τ. λ. invidendus iis, qui eius expertes sunt; tenendus illis, qui eius participes facti sunt. — χλιδή, mollities, deliciae, formatum

εἰρήνην μὲν ἐν ἀνθρώποις, πελάγει δὲ γαλήνην,
νηνεμίαν ἀνέμων, κοίτην ὕπνον τ' ἐνὶ κήδει.

οὗτος δὲ ἡμᾶς ἀλλοτριότητος μὲν κενοῖ, οἰκειότητος D δὲ πληροῖ, τὰς τοιάςδε ξυνόδους μετ' ἀλλήλων πάσας τιθεὶς ξυνιέναι, ἐν ἑορταῖς, ἐν χοροῖς, ἐν θυσίαις γιγνόμενος ἡγεμών· πραότητα μὲν πορίζων, ἀγριότητα

Par.DK. Vat.p. Vind.7. δ' ἀνέμοις Hermogenes p. 321. ed. Walz. Dein ὕπνον δ' Par.DK. Vat.p. Pro vulg τ' ἐνὶ κήδει Vat. Δ. τενικη δεῖ. Vat. s. τενικηδῆ. Coisl. τε κυδυμῆ Par EF. Ambr. Vat.n. Ang. u. τενηκηδῆ. Flor. a b.c.i. ὕπνον τε νηκηδῆ. Bastius legendum putabat ἐνὶ μήθει. Dindorfius meus codicum secutus vestigia reponebat: κοίτῃ θ' ὕπνον νηκηδῆ.

D. ἐν θυσίαις] Stobaeus: ἐν εὐθυμίαις.

est a verbo χλίω, calore solvo, mollio, deliciis frango. v. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 176. — ἐπιμελὴς ἀγαθῶν, ἀμελὴς κακῶν. Imitatus est haec Aristaenet. Epistol. I, 1: ἀμελὴς ἀκόμψων, ἐπιμελὴς εὐπρεπῶν. — De proximis verbis Schützius Lectt. Platon. Specim. 1. p. 4. sic disputavit: „Sententiarum inter se relatarum oppositionem turbatam esse nullo negotio perspicitur. Primum enim inter πόνῳ et λόγῳ prorsus nulla est relatio, quae inter φόβῳ et πόθῳ satis clara intercedit; deinde quorsum omnino hic ἐν λόγῳ pertineat, aut quam vim habeat, intelligi vix potest; denique quatuor illi nominativi κυβερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης καὶ σωτήρ quomodo ad quatuor dativos ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, ἐν πόθῳ, ἐν λόγῳ referantur, ut singula singulis ad sententiam respondeant, haud apparet. Itaque quum vix credibile sit Agathonis operam in concinnitate sententiarum assectanda positam extrema in parte claudicasse, librariorum culpa nonnulla hic turbata esse arbitramur. Ut paucis defungamur, ita nobis videtur Plato scripsisse: ἐν φόβῳ, ἐν πόθῳ, ἐν πόνῳ, ἐν μόγῳ, κυβερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης καὶ σωτὴρ ἄριστος. Iam primum totam imaginem e re nautica petitam esse existimamus. Nautis enim saepe timor naufragii, desiderium terrae, labor in difficultate navigandi, aerumna nauseantibus, fame periclitantibus, cum tempestatibus conflictantibus accidere solet. In timore igitur illo quid gubernatore, in desiderio quid socio itineris et comite (ἐπιβάτῃ), in labore quid auxiliatore (παραστάτῃ), in aerumna quid sospitatore (σωτῆρι) optabilius? Haec igitur officia unum Amorem omnia praestare amantibus docet Deinde hac unius literae mutatione uniusque vocabuli transpositione hoc efficitur, ut singula singulis ad amussim respondeant. Ut enim ἐν φόβῳ ad malorum, sic ἐν πόθῳ ad bonorum exspectationem refertur; ut πόνος molestiam in agendo, sic μόγος molestiam in patiendo designat; tandem κυβερνήτης ad φόβον, ἐπιβάτης ad πόθον (quis enim flagrantis desiderii sensum melius lenire possit, quam socius itineris, quicum colloquendo horas tardius euntes fallere possis?), παραστάτης ad πόνον, similitudine a remigantibus ducta, denique σωτὴρ ad μόγον aptissime refertur.“ Haec vir egregius magno acumine. Quae scio multis placitura esse, modo ne transposi-

δ' ἐξορίζων· φιλόδωρος εὐμενείας, ἄδωρος δυςμενείας· ἵλεως ἀγαθοῖς, θεατὸς σοφοῖς, ἀγαστὸς θεοῖς· ζηλωτὸς ἀμοίροις, κτητὸς εὐμοίροις· τρυφῆς, ἁβρότητος, χλιδῆς, χαρίτων, ἱμέρου, πόθου πατήρ· ἐπιμελὴς ἀγαθῶν, ἀμελὴς κακῶν· ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, ἐν
E πόθῳ, ἐν λόγῳ κυβερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης τε καὶ σωτὴρ ἄριστος, ξυμπάντων τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων κόσμος, ἡγεμὼν κάλλιστος καὶ ἄριστος, ᾧ χρὴ ἕπεσθαι πάντα ἄνδρα ἐφυμνοῦντα καλῶς, καλῆς ᾠδῆς μετέχοντα, ἣν ᾄδει θέλγων πάντων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων νόημα.

Οὗτος, ἔφη, ὁ παρ' ἐμοῦ λόγος, ὦ Φαῖδρε, τῷ θεῷ ἀνακείσθω, τὰ μὲν παιδιᾶς, τὰ δὲ σπουδῆς μετρίας, καθ' ὅσον ἐγὼ δύναμαι, μετέχων.

ἵλεως ἀγαθοῖς] Sic Stobaeus. Libri Platonis omnes ἀγαθός.

κτητὸς εὐμοίροις] ἐν μύροις Par. DK. Vat. p. Mox Bodl. Vat. Δ. χλήδης. Pro ἱμέρου Bodl. Par. DK. Ang. w. Vat. p. ἡμέρου, et pro ἀμελὴς Bodl. Vat. Δ. ἀνελής, Par. DK. Vat. p. ἀνεπιμελής.

ἐν λόγῳ κυβ.] Schützius coni. ἐν μόγῳ. Winckelm. Praef. ad Spur. Plat. Diall. p. XI. mavult ἐν νόσῳ.

E. ᾧ χρὴ ἕπεσθαι] Sic codd. praeter Par. E. et paucos alios unanimi consensu. Vett. editt. δεῖ pro χρὴ habent. Receptam lectionem confirmat etiam Stobaeus.

καλῆς ᾠδῆς] καλῆς om. Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 7. Par. DK. Ambr. Ang. u. w. Vat. d. n. r. Flor. a. b. c. i., nec expressit Ficinus. Itaque Astius coniectabat: τῆς ᾠδῆς μετέχοντα. Orellius vero ad Isocrat. de antid. p. 331. reponendum censebat: καὶ τῆς ᾠδῆς μετέχοντα. Mihi vulgata lectio unice vera videtur, et καλῆς ob καλῶς omissum. Accedit quod alterum sine altero debile est atque mancum.

tionis remedium vulneri sanando adhibuisset. Vulgatam tamen lectionem ingeniose defendit Astius. Nam verissime iudicat λόγον in hac depicta Agathonis oratione, in qua nil nisi merus verborum lusus cernatur, recte habere, adeoque posse in universum ad Agathonem, egregium scilicet illum et oratorem et poetam, referri, si quidem respiciatur ad notum illud ὁ μῦθος ἐσώθη, ὁ λόγος ἀπώλετο, al., quod frequenter apud Platonem usurpatur, ut de Republ. X. p. 621. B. Legg. I. p. 645. B. Theaet. p. 164. D. Phileb. p. 14. A. al. Conferre licebit etiam illa χειμάζεσθαι ἐν λόγῳ Lach. p. 194. et διανεῦσαι πλῆθος λόγων Parm. 137. B.

E. τῷ θεῷ ἀνακείσθω] Tanquam donarium. Nam ἀνακεῖσθαι dicitur de donariis (ἀναθήμασι) e parietibus templorum suspensis. — μετρίας, h. e. κοσμίας.

P. 198. ἀδεὲς πάλαι δέος δεδιέναι] Suid. T. I. p. 48:

Cap. XX. *Εἰπόντος δὲ τοῦ Ἀγάθωνος, πάντας* 198
ἔφη ὁ Ἀριστόδημος ἀναθορυβῆσαι τοὺς παρόντας, ὡς πρεπόντως τοῦ νεανίσκου εἰρηκότος καὶ αὑτῷ καὶ τῷ θεῷ. τὸν οὖν Σωκράτη εἰπεῖν βλέψαντα εἰς τὸν Ἐρυξίμαχον, Ἆρά σοι δοκῶ, φάναι, ὦ παῖ Ἀκουμενοῦ, ἀδεὲς πάλαι δέος δεδιέναι, ἀλλ' οὐ μαντικῶς, ἃ νῦν δὴ ἔλεγον, εἰπεῖν, ὅτι Ἀγάθων θαυμαστῶς ἐροῖ, ἐγὼ δ' ἀπορήσοιμι; Τὸ μὲν ἕτερον, φάναι τὸν Ἐρυξίμαχον, μαντικῶς μοι δοκεῖς εἰρηκέναι, ὅτι Ἀγάθων εὖ ἐρεῖ· τὸ δὲ σὲ ἀπορήσειν, οὐκ οἶμαι.
Καὶ πῶς, ὦ μακάριε, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, οὐ μέλ- B
λω ἀπορεῖν καὶ ἐγὼ καὶ ἄλλος ὁστισοῦν, μέλλων λέξειν μετὰ καλὸν οὕτω καὶ παντοδαπὸν λόγον ῥηθέντα; καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐχ ὁμοίως μὲν θαυμαστά· τὸ

P. 198. *ὦ παῖ Ἀκουμενοῦ*] *Ἀκουμένου* Coisl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Par. E. Ang. u. w. Vat. n. r. s. Flor. a. b. c. i., sed vid. ad Phaedr. in. et supra p. 176. A.

θαυμαστῶς ἐροῖ] V. *ἐρεῖ*, quod e Bodl. Coisl. Vat. Δ Ven. Ξ. Vind. 1.2.7. Par. DK. Ang. u. w. Flor. b. i. mutatum. Iisdem fere libris debetur quod deinde pro v. *ἀπορήσαιμι* dedimus *ἀπορήσοιμι*.

μοι δοκεῖς εἰρηκέναι] *μοι δοκεῖς* Vat. Δ. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Ante Bekker. legebatur *δοκεῖς μοι εἰρ.* Dein Bas. 2. *ἀπορήσειεν*.

B. *εἰπεῖν τὸν Σωκράτη*] Sic Coisl. Ven. Ξ. Par. DF. Ang. w. Vat. s. Flor. b. c. i. n. Vett. editt. *Σωκράτην*, quod iniuria tenuit Bekker. Mox Coisl. Paris. EF. Ang. u. Vat. n. r. s. Flor. a. b. c. i. *καὶ παντοδαπὸν οὕτω λόγον*.

οὐχ ὁμοίως μὲν θαυμ.] *μὲν* om. Bekker. cum Ven. Ξ. Vind. 2. Ego nunc servandum duxi. Habet enim defensionem ex eo paratam, quod *τὰ μὲν ἄλλα* accipi potest absolute pro et quod cetera quidem attinet; quo facto non inepte pergitur

ἀδεὲς δέδιας δέος λεγόμενόν τι ἔστιν ἐπὶ τῶν τὰ μὴ φοβερὰ φοβουμένων. — *πάλαι* nunc est antea. Nam etiam de breviore temporis intervallo vocem usurpari constat, v. ad Apolog. Socrat. p. 18. B. Respicitur autem ad cap. XVII. p. 194. A., quorsum referenda sunt verba *ἃ νῦν δὴ ἔλεγον*, i. e. *πρὸ ὀλίγου, ἀρτίως*. Dixi copiosius de vocularum *νῦν δὴ* usu ad Phileb. p 105 sqq., ubi quod scripsi: denique cum futuro compositum (*νῦν δὴ*) multo saepius significat *nunc igitur* quam *nunc cum maxime, iam nunc*: id nescio cur non intellexerit Bremius, qui annot. ad Aeschin. de fals. legat. p. 230. narraverit me omnino negasse *νῦν δὴ* cum futuro iunctum nunc cum maxime usquam significare.

B. *καὶ παντοδαπὸν*] Multiplicem vocat Agathonis orationem, quippe quae videatur omnia attigisse et percurrisse, quae ad laudem Amoris pertineant. Dein cohaerent *τὸ δὲ ἐπὶ*

δὲ ἐπὶ τελευτῆς τοῦ κάλλους τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων τίς οὐκ ἂν ἐξεπλάγη ἀκούων; ἐπεὶ ἔγωγε ἐνθυμούμενος, ὅτι αὐτὸς οὐχ οἷός τ' ἔσομαι οὐδ' ἐγ-
C γὺς τούτων οὐδὲν καλὸν εἰπεῖν, ὑπ' αἰσχύνης ὀλίγου ἀποδρὰς ᾠχόμην, εἴ πῃ εἶχον. καὶ γάρ με Γοργίου ὁ λόγος ἀνεμίμνησκεν, ὥςτε ἀτεχνῶς τὸ τοῦ Ὁμήρου ἐπεπόνθη· ἐφοβούμην, μή μοι τελευτῶν ὁ Ἀγάθων Γοργίου κεφαλὴν δεινοῦ λέγειν ἐν τῷ λόγῳ ἐπὶ τὸν ἐμὸν λόγον πέμψας αὐτόν με λίθον τῇ ἀφωνίᾳ ποι-

sic: οὐχ ὁμοίως μὲν θαυμαστά, particula μὲν denuo iterata. Ceterum inepte Hommelius haec interrogative dicta putat ideoque post θαυμαστὰ posuit notam interrogationis.

C. εἴ πῃ εἶχον] Sic Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 2.7. Par DK. Ambr. Ang. u.w. Vat. n.p.r. Flor. a.b.c.i. Vulgo εἴ ποι εἶχον.

Ὁμήρου ἐπεπόνθη] V. ἐπεπόνθειν Bodl. Vind. 2. ἐπεπόνθει, in quo procul dubio latet ἐπεπόνθη, quam formam a scribis haud raro obscuratam hic quoque praeeunte Bekkero rursus in lucem protraximus. Eustath. ad Odyss. p. 946 ed. Rom = T. II. p. 305. ed. Lips. παραδίδωσιν γὰρ Ἡρακλείδης, ὅτι Ἀττικοὶ τοὺς τοιούτους ὑπερσυντελικοὺς ἐν τῷ ἦτα μόνῳ περατοῦσιν, ἤδη λέγοντες καὶ ἐνενοήκη καὶ ἐπεποιήκη. καὶ οὕτω φησὶ Παναίτιος ἔχειν τὰς γραφὰς παρὰ Πλάτωνι. καὶ Θουκυδίδης δὲ κέχρηται τῷ τοιούτῳ Ἀττικῷ ἔθει. Ex quibus verbis clarum est codices Platonis olim hanc formam habuisse. Igitur ea a scribis aetatis suae consuetudine deceptis paullatim mutata temereque expulsa est. Iam vero utique improbamus eorum consilium, qui hoc similibusque testimoniis confisi protinus codicibus invitis ubique Atticam istam terminationem restitui iubent; sed iidem etiam eos reprehendimus, qui si-

τελευτῆς, quod autem exitum orationis tuae attinet. Nam τοῦ κάλλους pendet ex ἐξεπλάγη, de qua structura v. Matth. §. 368.

τῶν ὀνομάτων καὶ ῥημάτων] v. ad Apolog. Socrat. p. 17. B. Cratyl. p. 399. A. — τίς οὐκ ἂν ἐξεπλάγη, quis non haec audiens perculsus esset?

C. ὀλίγου ἀποδρὰς ᾠχόμην] Ne quis scribendum suspicetur: ὀλίγου ἀποδρὰς ἂν ᾠχόμην, sententia verborum haec est: ego prae pudore paene aufugeram, si qua potuissem. Nam aliud quid significat paene aufugissem. v. ad cap. XV. p. 190 C. Sic Theaet. p. 180 D: ὀλίγου δὲ ἐπελαθόμην. Euthydem. p. 279. D: ὀλίγου καταγέλαστοι ἐγενόμεθα. Menex p. 236 B: ὀλίγου πληγὰς ἔλαβον, ubi plura dedimus De formula οὐδὲ ἐγγὺς conf. infra p. 221. D. Demosth. de coron. p 229. ed. Reisk: οὐκ ἔνι ἐν τῇ πόλει δίκην ἀξίαν λαβεῖν οὐδ' ἐγγύς. Ibid. p. 258: ἀλλ' οὐκ ἐποίουν τοῦτο οὐδ' ἐγγύς. in Midian. p. 524. §. 10. al.

ῄσεις. καὶ ἐνενόησα τότε ἄρα καταγέλαστος ὤν, ἡνίκα ὑμῖν ὡμολόγουν ἐν τῷ μέρει μεθ' ὑμῶν ἐγκωμιάσεσθαι τὸν Ἔρωτα καὶ ἔφην εἶναι δεινὸς τὰ ἐρωτικά, D
οὐδὲν εἰδὼς ἄρα τοῦ πράγματος, ὡς ἔδει ἐγκωμιάζειν ὁτιοῦν. ἐγὼ μὲν γὰρ ὑπ' ἀβελτερίας ᾤμην δεῖν τἀληθῆ λέγειν περὶ ἑκάστου τοῦ ἐγκωμιαζομένου, καὶ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν, ἐξ αὐτῶν δὲ τούτων τὰ κάλλιστα ἐκλεγομένους ὡς εὐπρεπέστατα τιθέναι. καὶ πάνυ δὴ μέγα ἐφρόνουν ὡς εὖ ἐρῶν, ὡς εἰδὼς τὴν ἀλή-

cubi vel levia quaedam eius vestigia in bonis libris comparent, non statim eam revocandam censeant, codicum scilicet plurimorum ignava mancipia. Recte igitur p. 199. A. restitueris ᾔδη et p. 217. C. ἐγκεχειρήκη; nam utroque loco veteris scripturae vestigia exstant; eodemque modo iudicandum est de Republ. I. p. 329. B. Euthydem. p. 271. C. D. Phaed. p. 63. E. Apolog. p. 31. D. p. 36. A. Men. p. 80. D. Euthyph. p. 14. C. Protagor. p. 335. D. aliis locis. Quocirca non possumus accedere iudicio Schneideri Praefat. ad Remp. p. XLII sqq., quod legentes expendant ipsi. Usus est hac forma etiam Aristophan., veluti Acharn. 10. et 323. Ecclesiaz. 32. Dignum est autem, quod memoretur, iudicium Dawesii in Miscellan. p. 427. ed. Kidd. statuentis sub Aristophanis senescentis aetatem hanc formam abiisse in desuetudinem, siquidem Anaxandrides apud Athenaeum XIV. p. 642. B. et Macho XIII. p. 580. C. ᾔδειν eo loco positum habeant, ubi ᾔδη in metrum peccaret.

D. ὑπ' ἀβελτερίας] Sic Bodl. Vat. Δ. Ang. w. V. ἀβελτηρίας. Dein vulgo erat τῶν ἐγκωμιαζομένων, quod mutatum e Bodl. Vat. Δ. Coisl. Par. D E F K. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. s. Vind. 1. 7. Flor. a. b. c. i. Perperam vero Hommel. τοῦ ante ἐγκωμ. delendum putat. Mox Bastius coni. καὶ τοῦτο πρῶτον vel μέγιστον μὲν ὑπάρχειν, sed v. comment.

τὸ τοῦ Ὁμήρου ἐπεπόνθη· ἐφοβούμην —] Apolog. Socrat. p 22. A: ἔπαθόν τι τοιοῦτον· οἱ μὲν μάλιστα εὐδοκιμοῦντες ἔδοξάν μοι — τοῦ πλείστου ἐνδεεῖς εἶναι, ubi v. annot. Respicitur autem ad locum Homeri Odyss. λ', 632., quo Ulysses veretur, ne Gorgus capite adspiciendo in lapidem mutetur, et similitudine nominum Gorgiae sophistae et Gorgus, terribilis illius monstri, facete luditur. Ita locum, temere a Cornario mutatum, bene intellexit Fischerus. conf. Euthydem. p. 298. A: ἦ σὺ εἶ ὁ αὐτὸς τῷ λίθῳ; Δέδοικα ἔγωγε — μὴ φανῶ ὑπὸ σοῦ ὁ αὐτός.

D. καὶ τοῦτο μὲν ὑπάρχειν] h. e. et hoc debere orationi subiectum esse argumentum. Nam verissime Schneider. ad Xenoph. Oecon. XXI. 11. „ὑπάρχειν dicuntur a Platone quaecunque fundamenti loco adesse debent, ubi quis quid exsequi voluerit." v. Menex 237. B. Tim. 30. C.

ὡς εἰδὼς τὴν ἀλήθειαν τοῦ ἐπαινεῖν] utpote veram tenens laudationis cuiuslibet naturam et rationem.

θειαν τοῦ ἐπαινεῖν ὁτιοῦν. τὸ δὲ ἄρα, ὡς ἔοικεν,
E οὐ τοῦτο ἦν τὸ καλῶς ἐπαινεῖν ὁτιοῦν, ἀλλὰ τὸ ὡς μέγιστα ἀνατιθέναι τῷ πράγματι καὶ ὡς κάλλιστα, ἐάν τε ᾖ οὕτως ἔχοντα, ἐάν τε μή. εἰ δὲ ψευδῆ, οὐδὲν ἄρ' ἦν πρᾶγμα. προὐῤῥήθη γάρ, ὡς ἔοικεν, ὅπως ἕκαστος ἡμῶν τὸν Ἔρωτα ἐγκωμιάζειν δόξει, οὐχ ὅπως ἐγκωμιάσεται. διὰ ταῦτα δή, οἶμαι, πάντα λόγον κινοῦντες ἀνατίθετε τῷ Ἔρωτι, καί φατε αὐ-
199 τὸν τοιοῦτόν τε εἶναι καὶ τοσούτων αἴτιον, ὅπως ἂν φαίνηται ὡς κάλλιστος καὶ ἄριστος, δῆλον ὅτι τοῖς μὴ γιγνώσκουσιν· οὐ γὰρ ἄν που τοῖς γε εἰδόσι. καὶ καλῶς γ' ἔχει καὶ σεμνῶς ὁ ἔπαινος. ἀλλὰ γὰρ

τὸ δὲ ἄρα — οὐ τοῦτο ἦν] Bastius τοῦτο in τούτοις mutari volebat, sine idonea causa.

E. οὐδὲν ἄρ' ἦν πρᾶγμα] Coisl. τὸ πρᾶγμα, Sed οὐδὲν πρᾶγμα significat non molestum est. Dein vett. editt. προυρήθη, qui error vel sine codicibus tolli debuerat.

ἐγκωμιάζειν δόξει] Sic edidit Stephanus. Sed libri omnes δόξῃ, quod quomodo defendi possit, alii viderint, ego non video.

P. 199. οὐ γὰρ ἄν που τοῖς γε εἰδ.] ἂν Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p omittunt, non sine applausu Turicensium. Videlicet extruserunt illud qui φαίνοιτο optativum intelligendum relinqui vel non viderent vel moleste ferrent. Novo igitur hic locus argumento est vel optimos codices manum grammaticorum emendatricem expertos esse, ut iis non sine cautione fides habenda sit.

οὐκ ᾔδη ἄρα] Sic Bodl. Vat. Δ. Ang. u. w. et corr. Coisl. Vulgo erat ᾔδειν. Pro ἄρα quod in Bodl. Vat. Δ. Vind. 1. 2. 7. Par.

τὸ δὲ ἄρα — οὐ τοῦτο ἦν] De isto τὸ δέ v. ad Apolog. Socrat. p 23. A. et de ἄρ' ἦν, quo Socrates, sapientiae suae dissimulator, significat hanc opinionem praeter exspectationem falso ac temere ab ipso susceptam esse, ad Phaedon. c. XIII. in. De Rep. II. p. 357. A. VII. p. 527. al. Infra p. 199. A: ἀλλὰ γὰρ ἐγὼ οὐκ ᾔδη ἄρα τὸν τρόπον τοῦ ἐπαίνου. Ceterum hoc Socratis iudicium egregie convenit cum illis Menex. p. 234. C: οἳ (oratores funebres) οὕτω καλῶς ἐπαινοῦσιν, ὥςτε καὶ τὰ προςόντα καὶ τὰ μὴ περὶ ἑκάστου λέγοντες, κάλλιστά πως τοῖς ὀνόμασι ποικίλλοντες γοητεύουσιν ἡμῶν τὰς ψυχάς.

E. προὐῤῥήθη γάρ — ἐγκωμιάσεται] Haec dicta sunt cum acerba irrisione, cuius vim auget etiam urbanum istud ac modestum ὡς ἔοικεν.

πάντα λόγον κινοῦντες] Dictionem κινεῖν et ἐγείρειν λόγον exemplis illustrarunt Wyttenbach. ad Plutarch. de Ser. Num. Vind. p. 83. et Heusd. Specim. Crit. p. 110 sqq.

P. 199. οὐ γὰρ ἄν που τοῖς γε εἰδόσι] Intellige φαί-

ἐγὼ οὐκ ᾔδη ἄρα τὸν τρόπον τοῦ ἐπαίνου, οὐδ' εἰδὼς ὑμῖν ὡμολόγησα καὶ αὐτὸς ἐν τῷ μέρει ἐπαινέσεσθαι. ἡ γλῶττα οὖν ὑπέσχετο, ἡ δὲ φρὴν οὔ. χαιρέτω δή. οὐ γὰρ ἔτι ἐγκωμιάζω τοῦτον τὸν τρόπον· οὐ γὰρ ἂν δυναίμην, οὐ μέντοι· ἀλλὰ τά γε ἀληθῆ, εἰ βούλεσθε, ἐθέλω εἰπεῖν κατ' ἐμαυτόν, οὐ B
πρὸς τοὺς ὑμετέρους λόγους, ἵνα μὴ γέλωτα ὄφλω. ὅρα οὖν, ὦ Φαῖδρε, εἴ τι καὶ τοιούτου λόγου δέει, περὶ Ἔρωτος τἀληθῆ λεγόμενα ἀκούειν, ὀνόμασι δὲ καὶ θέσει ῥημάτων τοιαύτῃ, ὁποία δ' ἄν τις τύχῃ ἐπελθοῦσα. Τὸν οὖν Φαῖδρον ἔφη καὶ τοὺς ἄλλους κελεύειν λέγειν, ὅπῃ αὐτὸς οἴοιτο δεῖν εἰπεῖν, ταύτῃ.

DK. Ang. w. Vat. p. r. desideratur, et omissum item in Turic. est, Flor. b. i. Ang. u. Vat. n. habent ἔτι. Sed habet ἄρα plus elegantiae et urbanitatis, quam ut criticis deberi videatur.

B. εἴ τι καὶ τ. λ. δέει] V. δέῃ. Par. K. δέοι. Mox Vind. 1. ὀνομάσει δὲ καὶ θέσει, quod non debebant probare Bastius l. c. et Schaeferus ad Dionys. de Compos. verbor. p. 28.

ὁποία δ' ἄν τις τύχῃ ἐπ.] V. τύχοι, praeter fidem codicum fere omnium. Praeterea codd. omnes praeter Vat. s. et Flor. n. ὁποία δ' ἄν τις, probante Astio. Vett. editt. cum Vat. s. Flor. n. ὁποία τις, omisso δ'. Posterioris aetatis scriptoribus hunc usum vindicat Bastius Epist. crit. p. 219. ed. Lips. Sed dubitare licet, an etiam Platonis aetate δέ relativis ita adiunctum sit. Certe exempla rei a Bernhardyo Syntax. p. 483. allata alius generis sunt. Nihilominus servandam duximus librorum lectionem, in qua fortasse ὁποία δή latere iam olim suspicati sumus. Quamquam id nollem ab Hermanno continuo in Platonis orationem invectum esset. Caussa certe adhuc est controversa.

νοιτο. De particulis οὐ γὰρ ἂν που — γε v. ad Apolog. Socrat. cap. V. in. coll. supra p. 182. A.

ἡ γλῶττα οὖν ὑπέσχετο] Respicit ad nobilissimum versum Euripidis Hippolyt. 612: ἡ γλῶσσ' ὀμώμοχ', ἡ δὲ φρὴν ἀνώμοτος. Cicero de Offic. III. 29: iuravi lingua, mentem iniuratam gero. Mox de vulgari οὐ μέντοι ἀλλὰ v. Viger. p. 464. Sed melius visum est post οὐ μέντοι denuo inferre interpunctionem, ut sit anadiplosis. Hipp. Mai. p. 292. B: οὔ μοι δοκεῖ, ὦ Ἱππία, οὔκ, εἰ ταῦτά γε ἀποκριναίμην. Odyss. γ', 27: οὐ γὰρ ὀΐω, οὔ, σε θεῶν ἀέκητι γενέσθαι. Aristoph. Nub. 1067: εἴληφε — ἀλλ' οὐ μὰ Δί', οὔ, μάχαιραν. Rann. 28. 1308. al. Mox οὐ πρὸς τοὺς ὑμ. λόγους est: non ut contendam cum vestris orationibus.

B. τἀληθῆ λεγόμενα ἀκούειν] Addita haec sunt ἐπεξηγήσεως χάριν paullo liberiore orationis conformatione. Pendent autem e verbo δέει. Proxima sic intelligas: ὀνόμασι δὲ τοιούτοις καὶ θέσει ῥημάτων τοιαύτῃ. Mox quod legimus ὀνο-

"Ἔτι τοίνυν, φάναι, ὦ Φαῖδρε, πάρες μοι Ἀγάθωνα σμίκρ' ἄττα ἐρέσθαι, ἵνα ἀνομολογησάμενος παρ'
C αὐτοῦ οὕτως ἤδη λέγω. Ἀλλὰ παρίημι, φάναι τὸν Φαῖδρον· ἀλλ' ἐρώτα. Μετὰ ταῦτα δὴ τὸν Σωκράτη ἔφη ἐνθένδε ποθὲν ἄρξασθαι.

Cap. XXI. Καὶ μήν, ὦ φίλε Ἀγάθων, καλῶς μοι ἔδοξας καθηγήσασθαι τοῦ λόγου, λέγων, ὅτι πρῶτον μὲν δέοι αὐτὸν ἐπιδεῖξαι, ὁποῖός τίς ἐστιν ὁ Ἔρως, ὕστερον δὲ τὰ ἔργα αὐτοῦ. ταύτην τὴν ἀρχὴν πάνυ ἄγαμαι. ἴθι οὖν μοι περὶ Ἔρωτος, ἐπειδὴ καὶ
D τἆλλα καλῶς καὶ μεγαλοπρεπῶς διῆλθές οἷός ἐστι, καὶ τόδε εἰπέ· πότερόν ἐστι τοιοῦτος, οἷος εἶναι τινὸς ὁ Ἔρως ἔρως, ἢ οὐδενός; ἐρωτῶ δ' οὐκ, εἰ μητρός τινος ἢ πατρός ἐστι — γελοῖον γὰρ ἂν εἴη τὸ ἐρώτημα, εἰ Ἔρως ἐστὶν ἔρως μητρὸς ἢ πατρός — ἀλλ'

σμίκρ' ἄττα ἐρέσθαι] V. μίκρ' ἄττα, quod unus fere Par. E. tenet. Dein Vat. n. ἀναλογισάμενος. Flor. b. i. ἀναλογησάμενος.

D. εἶναι τινὸς ὁ Ἔρως ἔρως] V. ἔρως ὁ ἔρως. Coisl. Paris. DEFK. Ang. u. Vat. n. p. s. Flor. b. c. ὁ ἔρως, altero ἔρως neglecto. Bodl. Vat. Δ. Ambr. Ang. w. Vat. r. Vind. 1. 2. ὁ ἔρως ἔρως, quod etiam altera lectione confirmatur, qua ἔρως omissum est.

μητρὸς ἢ πατρός] Hunc ordinem tuentur Bodl. Coisl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. r. Vulgo erat πατρὸς ἢ μητρός.

E. Ὁμολογῆσαι καὶ τοῦτο] ὁμολογεῖσθαι Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 7. Par. EF. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. r. s. Flor.

μολογησάμενος παρ' αὐτοῦ, alia huius loquutionis exempla consignavimus ad Gorg. p. 489. A.

C. καθηγήσασθαι τοῦ λόγου] Eadem verbi constructio est Lachet. p. 182. C. Epist. II. p. 312. C.

D. οἷος εἶναι τινὸς ὁ Ἔρως] Similis argumentatio est Lysid. p. 221. D sqq., quam contulisse iuvabit. Ostendit autem Socrates deinceps Amorem semper ad aliquid referri, neque in se absolutum esse ac semet ipso contentum. Quod ubi Agatho concessit, ille porro argumentatur Amorem iis, ad quae referatur, carere. Iam vero Agatho ipse quum antea Amorem tanquam pulcherrimum laudavisset, Socrates porro acutis conclusiunculis efficit, ut Amor existimandus sit ad pulcrum referri ideoque eo carere. Pulcrum autem et bonum quum arctissima necessitudine coniuncta sint, Amorem etiam bono carere intelligitur. Quibus ita disputatis, deinde inde a c. 22. Diotima docet quaenam vis et natura Amoris sit.

εἰ αὐτὸ τοῦτο — ἠρώτων — εἶπες ἂν δήπου] De aoristo verborum loquendi, respondendi, quaerendi in sententia conditionali sic cum

ὥςπερ ἂν εἰ αὐτὸ τοῦτο, πατέρα, ἠρώτων, ἆρα ὁ πατήρ ἐστι πατήρ τινος, ἢ οὔ; εἶπες ἂν δήπου μοι, εἰ ἐβούλου καλῶς ἀποκρίνασθαι, ὅτι ἔστιν υἱέος γε ἢ θυγατρὸς ὁ πατὴρ πατήρ· ἢ οὔ; Πάνυ γε, φάναι τὸν Ἀγάθωνα. Οὐκοῦν καὶ ἡ μήτηρ ὡςαύτως; Ὁμο- E
λογῆσαι καὶ τοῦτο. Ἔτι τοίνυν, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, ἀπόκριναι ὀλίγῳ πλείω, ἵνα μᾶλλον καταμάθῃς ὃ βούλομαι. εἰ γὰρ ἐροίμην, Τί δέ; ἀδελφός, αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἔστιν, ἔστι τινὸς ἀδελφός, ἢ οὔ; — Φάναι εἶναι. Οὐκοῦν ἀδελφοῦ ἢ ἀδελφῆς; Ὁμολογεῖν. Πειρῶ δή, φάναι, καὶ τὸν Ἔρωτα εἰπεῖν. ὁ Ἔρως ἔρως ἐστὶν οὐδενὸς ἢ τινός; Πάνυ μὲν οὖν ἔστιν. 200
Τοῦτο μὲν τοίνυν, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, φύλαξον παρὰ σαυτῷ μεμνημένος ὅτου· τοσόνδε δὲ εἰπέ, πότερον ὁ Ἔρως ἐκείνου, οὗ ἔστιν ἔρως, ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ,

a. b. c i. ὁμολογεῖσθε Par. D. ὡμολογείσθω Par. k. et pr. Vat. p. Et recepit Rückertus ὁμολογεῖσθαι, quem ita secutus est Hommelius, ut tamen de scripturae veritate dubitaret. Enimvero passivum verbum hic quidem vix habet locum. Quocirca nisi ὁμολογεῖν καὶ τοῦτο scribendum, certe ὁμολογῆσαι retineri debet. Coniecturam nostram recepit Hermannus, nobis ipsis ille audacior.

ὀλίγῳ πλείω] Sic Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Ven. 2. Par. DK. Vat. p. Legebatur ὀλίγα. Paullo post Bas. 2. Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. r. pro τί δαί recte τί δέ; Additur enim superioribus fratris mentio, nec animi aliqua commotio vel affectus proditur.

imperfecto consociato v. Euthyphron. p. 12. D: εἰ μὲν οὖν σύ με ἠρώτας — εἶπον ἂν ὅτι κ. τ. λ., ubi plurima exempla huius structurae comparavimus. Videlicet imperfectum indicat id, quod nunc fieret, si fieret: aoristus autem significat rem ita esse comparatam, ut e vestigio posset perfici et absolvi. — αὐτὸ τοῦτο, πατέρα, h. e. πατέρα, αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἐστιν, ut mox loquitur. Vult autem cogitari de patris notione, qualem mente informatam habemus.

E. Οὐκοῦν καὶ ἡ μήτηρ ὡςαύτως;] i. e. οὐκοῦν καὶ ἡ μήτηρ ὡςαύτως ἐστὶ υἱέος γε ἢ θυγατρὸς μήτηρ;

εἰ γὰρ ἐροίμην — ἢ ἀδελφῆς;] Omissa est apodosis, quod post sententias conditionem aliquam indicantes apud optimos quosque scriptores non raro fieri solet, minimum autem habet offensionis in familiari colloquio. Prorsus sic infra p. 204. D. c. XXIV. init., ubi post εἰ δέ τις ἡμᾶς ἔροιτο — τῶν καλῶν τί ἐρᾷ; intelligas: τί ἂν φαίης; Protag. p. 311. E. Crat. p. 392. C. Phaedr. p. 268. B. v. Gregor. Corinth. p. 47 sqq. Lamb. Bos. de Ellips. p. 803. intpp. ad Aristoph. Plut. v. 468. Intelligere possis: φαίης ἄν, ἢ οὔ;

P. 200. ἐπιθυμεῖ αὐτοῦ;] Vid. annot. ad p. 195. A.

ἢ οὔ; Πάνυ γε, φάναι. Πότερον ἔχων αὐτό, οὗ ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ, εἶτα ἐπιθυμεῖ τε καὶ ἐρᾷ, ἢ οὐκ ἔχων; Οὐκ ἔχων, ὡς τὸ εἰκός γε, φάναι. Σκόπει δή, εἰπεῖν τὸν Σωκράτη, ἀντὶ τοῦ εἰκότος εἰ ἀνάγκη οὕτως, τὸ ἐπιθυμοῦν ἐπιθυμεῖν οὗ ἐνδεές ἐστιν, ἢ μὴ ἐπιθυμεῖν, ἐὰν μὴ ἐνδεὲς ᾖ. ἐμοὶ μὲν
B γὰρ θαυμαστῶς δοκεῖ, ὦ Ἀγάθων, ὡς ἀνάγκη εἶναι. σοὶ δὲ πῶς; Κἀμοί, φάναι, δοκεῖ. Καλῶς λέγεις. ἆρ' οὖν βούλοιτ' ἄν τις μέγας ὢν μέγας εἶναι, ἢ ἰσχυρὸς ὢν ἰσχυρός; Ἀδύνατον ἐκ τῶν ὡμολογημένων. Οὐ γάρ που ἐνδεὴς ἂν εἴη τούτων ὅ γε ὤν. Ἀληθῆ λέγεις. Εἰ γὰρ καὶ ἰσχυρὸς ὢν βούλοιτο ἰσχυρὸς εἶναι, φάναι τὸν Σωκράτη, καὶ ταχὺς ὢν ταχύς, καὶ ὑγιὴς ὢν ὑγιής, — ἴσως γὰρ ἄν τις ταῦτα οἰηθείη καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα τοὺς ὄντας τε τοιούτους καὶ

P. 200. B. *ἐκ τῶν ὡμολογημένων*] Sic Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. Par. DK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Flor. a. b. c. i. et ed. Bas. 2. Legebatur *ὁμολογουμένων*.

ταῦτα οἰηθείη] V. *ταυτί*, quod e Vat. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ang. w. Vat. p. mutatum.

C. *τούτοις γάρ, ὦ Ἀγ.*] Sic Bodl. Vat. Δ Vind. 2. Par. DK. pro vulg. *τούτους*, quod alteri et propter librorum auctoritatem et quia dativus in accusativum facile mutari potuit, contrarium fieri non potuit, haud dubie anteponendum est. Frustra Rückertus tuetur accusativum. Dein *ἕκαστα* pro *ἕκαστον* praebuerunt Coisl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. Ambr. Ang. w. Vat. p. r., quod restituit Bekkerus.

B. *θαυμαστῶς — ὡς ἀνάγκη εἶναι*] Ne quis miretur *ὡς* tanto intervallo ab *θαυμαστῶς* remotum, alia huius generis exempla notavimus ad Phaedon. p. 95 A.

Εἰ γὰρ καὶ ἰσχυρὸς ὢν β.] Rursus deest apodosis. Volebat addere fere haec: *ἐπιθυμοίη ἂν οὗτος ὢν ἤδη ἔχει, καὶ βούλοιτ' ἂν ἃ ἐν τῷ παρόντι κέκτηται καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον κεκτῆσθαι.* Quum autem interiecta parenthesis animum a sententia paullulum avocaverit, deinceps ita rem explicare pergit, ut nullam amplius rationem habeat structurae verborum antea inchoatae. conf. Apol. p. 29. C.

C. *καὶ τούτου γε δήπου*] Notandum *δήπου* in interrogatione positum. Nimirum sententia verborum haec est: *οὐ γὰρ δήπου τούτου γέ τις ἐπιθυμήσειεν*, ut voculae vis et significatio nemini obscura esse possit. Eundem usum notavimus ad Remp. IV. p. 439. A. Ceterum antea ad *ἐν τῷ παρόντι ἀνάγκη* intelligas *ἐστί*, quae verbi omissio post *ἀνάγκη* longe est frequentissima.

D. *ἄλλο τι ὁμολογοῖ ἄν;*]

ἔχοντας ταῦτα τούτων, ἅπερ ἔχουσι, καὶ ἐπιθυμεῖν. C ἵν' οὖν μὴ ἐξαπατηθῶμεν, τούτου ἕνεκα λέγω. τούτοις γάρ, ὦ Ἀγάθων, εἰ ἐννοεῖς, ἔχειν μὲν ἕκαστα τούτων ἐν τῷ παρόντι ἀνάγκη, ἃ ἔχουσιν, ἐάν τε βούλωνται ἐάν τε μή, καὶ τούτου γε δήπου τίς ἂν ἐπιθυμήσειεν; ἀλλ' ὅταν τις λέγῃ, ὅτι Ἐγὼ ὑγιαίνων βούλομαι καὶ ὑγιαίνειν, καὶ πλουτῶν βούλομαι καὶ πλουτεῖν, καὶ ἐπιθυμῶ αὐτῶν τούτων, ἃ ἔχω, εἴποιμεν ἂν αὐτῷ, ὅτι Σύ, ὦ ἄνθρωπε, πλοῦτον κεκτημένος καὶ ὑγίειαν καὶ ἰσχὺν βούλει καὶ εἰς τὸν ἔπειτα D χρόνον ταῦτα κεκτῆσθαι, ἐπεὶ ἐν τῷ γε νῦν παρόντι, εἴτε βούλει εἴτε μή, ἔχεις. σκόπει οὖν, ὅταν τοῦτο λέγῃς, ὅτι Ἐπιθυμῶ τῶν παρόντων, εἰ ἄλλο τι λέγεις ἢ τόδε, ὅτι Βούλομαι τὰ νῦν παρόντα καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον παρεῖναι. ἄλλο τι ὁμολογοῖ ἄν; Συμ-

βούλομαι καὶ ὑγιαίνειν] Adieci καὶ e Bodl. Vat. Δ. (quem Bastius narrat ita scriptum habere) Par. DK. Vind. 1. 7. Ambr. Ang. u. w. Flor. a. b. c. i. Vat. n. p. r. Indidem etiam ante πλουτεῖν inserui. Nam vulgo ab utroque loco abest. Errat autem Rückertus voculam ab ipsa sententia putans alienam esse. Gravissime enim significat eorum perversitatem, qui, quum prospera corporis valetudine et divitiarum copia fruantur, tamen eadem bona insuper sibi expetant.

D. ταῦτα κεκτῆσθαι] ταῦτα om. Par. EF. Vat. s. ἐν γε τῷ νῦν Par. DK. ἔχῃς Bodl.

ἄλλο τι ὁμολογοῖ ἄν] ὁμολογοῖ' cum Steph. habent Par. K. Ambr. Ang. w. Vat. r. s. ὁμολογοῖτ' ἂν Ald. Bas. 1. 2. Flor. n. ἄλλο τι ἢ ὁμ. pr. Coisl.

Nicht wahr, das würde er zugeben? Sic ἄλλο τι etiam mox p. 200. E. 201. A. et innumeris aliis locis positum. Solent enim Graeci cum alacritate interrogantes ἄλλο τι dicere pro pleniore ἄλλο τι ἢ vel ἄλλο τι ἢ ὅτι. v. Hermann. ad Viger. p. 731. et quae dixi ad Euthyphron. p. 104 Ad proximum Συμφάναι intelligas ὅτι ὁμολογοῖ ἄν. Perperam enim Stephanus ὁμολογοῖ' ἂν edidit. Nam quaerit Socrates, quid ille, qui hoc modo interrogetur, Agathoni videatur responsurus esse, non quid Agatho ipse responsurus sit. Nec necesse est, ὁμολογοίη scribas, quum altera forma Atticis haudquaquam displicuerit. In proximis ὃ οὔπω ἕτοιμον αὐτῷ ἐστιν οὐδὲ ἔχει, pronomen ὅ sic est positum, ut simul subiecti atque praedicati partes agat, de quo genere loquendi ad Charmidem diximus. Deinde haec: τὸ εἰς τὸν ἔπειτα χρ. κ. τ. λ. relativo pronomini per appositionem adiecta sunt, quum proprie deberet scribi τοῦ τ. κ. τ. λ. Sed non ita raro fit, ut appositio neglecta parte enuntiati primaria pronomini relativo accommodetur, v. ad Phaed. p.

φάναι ἔφη τὸν Ἀγάθωνα. Εἰπεῖν δὴ τὸν Σωκράτη, Οὐκοῦν τοῦτό γ' ἐστὶν ἐκείνου ἐρᾶν, ὃ οὔπω ἕτοιμον αὐτῷ ἐστιν οὐδὲ ἔχει, τὸ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ταῦτα
E εἶναι αὐτῷ σωζόμενα τὰ νῦν παρόντα; Πάνυ γε, φάναι. Καὶ οὗτος ἄρα καὶ ἄλλος πᾶς ὁ ἐπιθυμῶν τοῦ μὴ ἑτοίμου ἐπιθυμεῖ καὶ τοῦ μὴ παρόντος, καὶ ὃ μὴ ἔχει καὶ ὃ μὴ ἔστιν αὐτὸς καὶ οὗ ἐνδεής ἐστι, τοιαῦτ' ἄττα ἐστὶν ὧν ἡ ἐπιθυμία τε καὶ ὁ ἔρως ἐστίν. Πάνυ γ', εἰπεῖν. Ἴθι δή, φάναι τὸν Σωκράτη, ἀνομολογησώμεθα τὰ εἰρημένα. ἄλλο τι ἔστιν ὁ ἔρως πρῶτον μὲν τινῶν, ἔπειτα τούτων, ὧν ἂν ἔν-
201 δεια παρῇ αὐτῷ; Ναί, φάναι. Ἐπὶ δὴ τούτοις ἀναμνήσθητι, τίνων ἔφησθα ἐν τῷ λόγῳ εἶναι τὸν Ἔρωτα. εἰ δὲ βούλει, ἐγώ σε ἀναμνήσω. οἶμαι γάρ σε οὑτωσί πως εἰπεῖν, ὅτι τοῖς θεοῖς κατεσκευάσθη τὰ πράγματα δι' ἔρωτα καλῶν. αἰσχρῶν γὰρ οὐκ εἴη ἔρως.

Οὐκοῦν τοῦτό γ' ἐστίν] Quod vulgo post *Οὐκοῦν* inserebatur *δή*, id abiecimus cum Vat. Δ. Vind. 2. Par. DEFK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. s. Flor. a. b. c. i.

τὸ εἰς τὸν ἔπειτα χρ.] *τὰ* Bodl. Vat. Δ. Par. DK. Ang. w. Vat. p.

E. *τὰ νῦν παρόντα*] *σωζόμενα μοι π.* Bodl. Vat. Δ. Par. DK. Ang. w. Vat. p. *τὰ καὶ π.* Coisl. Par. EF. Ambr. Vat. n. Ang. u. Flor. a. b c i. Hermann *τὰ νῦν παρόντα* cancellis circumdedit utpote ex antecedentibus male repetita. Mox Bodl. et alii nonnulli rursus *ἔχῃ*, per errorem.

66. E. Apolog. Socr. p. 41. A. Itaque non assentior Rückerto interpunctionem post *αὐτῷ ἐστιν* inferenti.

E. *Ἴθι δή, φάναι τ. Σ.*] Utitur nunc Socrates ad refutandam Agathonis sententiam hac argumentatione. Quae cupimus, inquit, ea nondum possidemus. Amorem autem quum dixeris pulcritudinis cupiditate teneri, necesse est, eam ille non habeat. Alioquin enim non cuperet. Quum autem pulcrum atque bonum idem sit, caret Amor etiam bono. *Ἀνομολογεῖσθαι* est ea, de quibus convenit, paucis repetere; sich noch einmal in kurzem über etwas verständigen, v. Graser Advers. p. 82.

P. 201. *τίνων ἔφησθα — τὸν Ἔρωτα*] h. e. *τίνων ἔρωτα ἔφησθα εἶναι τὸν Ἔρωτα.* Dixi de hac ratione ad p. 196. D. Respicitur autem ad verba Agathonis p. 197. B.

αἰσχρῶν γὰρ οὐκ εἴη ἔρως] In his optativus pro accusativo cum infinitivo positus est, frequentissima constructione. Cf. mea ad Phileb. p. 191 sq. Matthiae §. 529. 3.

*οὐχ οὑτωσί πως ἔλεγες; Εἶπον γάρ, φάναι τὸν Ἀγά-
θωνα. Καὶ ἐπιεικῶς γε λέγεις, ὦ ἑταῖρε, φάναι τὸν
Σωκράτη. καὶ εἰ τοῦτο οὕτως ἔχει, ἄλλο τι ὁ Ἔρως
κάλλους ἂν εἴη ἔρως, αἴσχους δ' οὔ; Ὡμολόγει. Οὐ-
κοῦν ὡμολόγηται, οὗ ἐνδεής ἐστι καὶ μὴ ἔχει, τούτου
ἐρᾶν; Ναί, εἰπεῖν. Ἐνδεὴς ἄρ' ἐστὶ καὶ οὐκ ἔχει ὁ* B
*Ἔρως κάλλος. Ἀνάγκη, φάναι. Τί δέ; τὸ ἐνδεὲς
κάλλους καὶ μηδαμῇ κεκτημένον κάλλος ἆρα λέγεις
σὺ καλὸν εἶναι; Οὐ δῆτα. Ἔτι οὖν ὁμολογεῖς Ἔρωτα
καλὸν εἶναι, εἰ ταῦθ' οὕτως ἔχει; Καὶ τὸν Ἀγά-
θωνα εἰπεῖν, Κινδυνεύω, ὦ Σώκρατες, οὐδὲν εἰδέναι
ὧν τότε εἶπον. Καὶ μὴν καλῶς γε εἶπες, φάναι, ὦ
Ἀγάθων. ἀλλὰ σμικρὸν ἔτι εἰπέ· τἀγαθὰ οὐ καὶ καλὰ* C
*δοκεῖ σοι εἶναι; Ἔμοιγε. Εἰ ἄρα ὁ Ἔρως τῶν κα-
λῶν ἐνδεής ἐστι, τὰ δὲ ἀγαθὰ καλά, κἂν τῶν ἀγα-
θῶν ἐνδεὴς εἴη. Ἐγω, φάναι, ὦ Σώκρατες, σοὶ οὐκ*

ὧν ἡ ἐπιθυμία] ὅ Vat. Δ. Idem deinde cum Par. F. *ἀνομολογησόμεθα.*

πρῶτον μὲν τινῶν] V. *τινων.* Recte Bodl. *τινῶν.* Dein Par. K. *ἔπειτα δὲ τούτων* male.

P. 201. *αἰσχρῶν γὰρ οὐκ εἴη ἔρως*] *ὁ ἔρως* Vat. Δ. Par. K. Vat. p. r.

Ὡμολόγει. Οὐκοῦν ὡμ.] Par. DK. Vat. p. *ὡμολογεῖτο.* Bodl. rursus *ἔχῃ.*

B. *Τί δέ; τὸ ἐνδεές*] *δαὶ* Coisl. Vat. n. Flor. b. c.

ὁ Ἔρως κάλλους ἂν εἴη ἔρως] Poterat etiam hoc loco *ἔρως* omitti. Rectissime tamen ponitur, quo conclusio ista maiorem accipiat vim et perspicuitatem. Dein *οὗ ἐνδεής ἐστι καὶ μὴ ἔχει* sic dictum, ut *ὅ* apud *ἔχει* repetendum sit, de qua constructione v. Matth. Gr. §. 428. 2. Eodem modo Latini v. Beier. ad Cic. Offic. I. c. 42. 151. II. 6. §. 21. Otto ad V. de Fin. 9. §. 26.

C. *τἀγαθὰ οὐ καὶ καλὰ δ.*] Pulcrum atque bonum Graecis arctissimo vinculo colligatum visum esse, qui sciunt quid sit *καλοκάγαθία*, noverunt omnes. Et apud Platonem quidem saepissime pulcrum et bonum idem esse dicitur. v. Tim. 87. C. Lysid. p. 216. D. Hipp. Mai. p. 296. A sqq. Menon. p. 77. B. Legg. IX. p. 859 D. adeoque quibus causis et rationibus ea coniunctio nitatur, subtiliter disputatur Phileb. p. 64 sqq. Idem argumentum Socrates deinceps diligentius illustrat ex persona Diotimae. Itaque non miraberis ab Agathone concedi quod Socrates sumit, bonum et pulcrum inter se nihil differre atque unam eandemque habere vim et naturam.

ἂν δυναίμην ἀντιλέγειν, ἀλλ' οὕτως ἐχέτω, ὡς σὺ λέγεις. Οὐ μὲν οὖν τῇ ἀληθείᾳ, φάναι, ὦ φιλούμενε Ἀγάθων, δύνασαι ἀντιλέγειν· ἐπεὶ Σωκράτει γε οὐδὲν χαλεπόν.

C. *Οὐ μὲν οὖν*] V. *Οὔμενουν*, quod e Par. D. Ang. w. Vat. p. r. correxi praeeunte Bekkero.

Οὐ μὲν οὖν τῇ ἀλ.] h. e. imo vero contra veritatem non potes disputare; nam contra Socratem quidem tibi facile est. Sic *μὲν οὖν* positum Gorg. p. 466. A. E. Euthydem. p. 304. E. al.

D. *Μαντινικῆς Διοτίμας*] Diotima — de cuius nominis genitivo v. Bekkeri Anecdot. III. p. 1201. — vocatur hic et p. 211. D. *Μαντινική*, quum proprie deberet *Μαντινίς*: unde evenit, opinor, ut grammatici scriberent *μαντικῆς*. Nec tamen hoc praeter usum et consuetudinem factum est, siquidem nomina possessiva non raro pro nominibus gentilibus ponuntur, de quo loquendi genere v. Davis. ad Max. Tyrium p. 588. et Fischer. Animadv. ad Welleri Grammat. T. III. P. I. p. 299. conf. etiam Holstenium et Berkelium ad Stephanum Byzant. in *Μαντίνεια*; Davisium ad Max. Tyr. Diss. XXIV. 4. p. 460. T. I. ed. Reisk. Wernsdorf. ad Himer. p. 357., qui ex scriptoribus aetatis posterioris receptam scripturam satis firmarunt. Vehementer autem dubitatum est, quaenam fuerit illa Diotima. Et multi quidem in ea fuerunt opinione, ut eam totam putarent a Platone ad praesentis disputationis usum fictam esse, ne Socrates ex sua ipsius persona disserere videretur, quae ab eius philosophandi ratione alieniora essent. Cuius sententiae suae argumenmentum attulerunt hoc, quod de muliere ista nulla ad nos pervenerit notitia, nisi quae aut ducta ex Platone sit aut a recentioribus Platonicis profecta. Quod licet facile largiamur nonnihil ponderis habere, tamen non videtur id efficere quod illi volunt. Nam primum quidem per se non est credibile Platonem, qui alibi homines, qui vere vixissent vel vixisse crederentur, ut Aspasiam et Epimenidem, ad caussam similem adhibuit, in hac re persona usum esse mere commentitia. Imo verisimile est eum mulierem dudum inter Athenienses altioris sapientiae et sanctimoniae fama celebratam cum Socrate convenire iussisse, quantumvis largiendum sit Socratis sermonem cum ea institutum pariter esse praesentis disputationis gratia confictum, atque conficta est oratio, quae in Menexeno tribuitur Aspasiae. Deinde Plato ipse quod eam vocat Mantineensem, satis aperte prodidisse videtur, cogitasse se de illustri aliqua femina, quae non temere a se excogitata aut conficta esset, sed revera aliquando vixisset. Denique ne verum quidem est, quod vulgo dictitant, non aliam notitiam de Diotima extare nisi quae ab ipso Platone repetita sit. Nam supersunt sane praeter alia, quae memorat Davis. ad Maxim. Tyr. T. I. p. 459. duo antiquitatis testimonia, unde aliquatenus certe coniicere liceat, quaenam Diotima fuerit, alterum Procli, alterum scholiastae Aristidis. Et Proclus quidem in Platonis Remp. p. 420. eam annumerat Pythagoreis; quo

Cap. XXII. *Καὶ σὲ μέν γε ἤδη ἐάσω· τὸν δὲ λόγον τὸν περὶ τοῦ Ἔρωτος, ὅν ποτ' ἤκουσα γυναικὸς Μαντινικῆς Διοτίμας, ἣ ταῦτά τε σοφὴ ἦν καὶ* D

D. *Μαντινικῆς Διοτίμας*] Sic Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Ang. u. Vat. n. Flor. a. b. c. i. et marg. Par. E F. Vat. s. Vett. editt. *μαντικῆς*.

testimonio usi sunt Fabricius Bibl. Gr. Vol. II. p. 403. et Fr. Schlegel in libro: Griechen und Römer p. 253 sqq. Opp. univ. IV. p. 90 et 106. Scholiastes Aristidis autem apud Creuzerum Lectt. Plat. ad calcem Plotini de Pulcrit. p. 527. = p. 468. ed. Dindorf eam narrat fuisse sacerdotem Iovis Lycaei in Arcadia culti, de quo v. ad Remp. p. 565. D. Boeckh. in Min. p. 55 sqq. Creuzer Symbol. T. II. p. 139. et 466 sq. Quas quidem narrationes Creuzerus in Annal. Vindobb. Vol. 56. a. 1831. p. 149. ita conciliare inter se studuit, ut Diotimam et sacerdotem et Pythagoream fuisse ostendere conatus sit. Admonet enim nos Aristocleae vel Theocleae, quae quum esset sacerdos Delphica, tamen teste Porphyr. Vit. Pyth. §. 41. p. 41. ed. Kust. Diogen. Laert. VIII. 8, 21. Suida in *Πυθαγόρας*, cum ipso Pythagora necessitudine quadam fuerit coniuncta. Idem vir doctus etiam docuit his testimoniis non adversari, quod Aristides in oratione adversus Demosthenem ab Angelo Maio in Scriptor. Vet. Vatic. Collect. II. p. 30. publicata Diotimam vocat *τὴν ἐκ Μυλίτου*. Verissime enim arbitratur I. Geelium Biblioth. Crit. Nov. Vol. IV. p. 93. corrigendum censuisse *τὴν ἐκ Μιλήτου* atque in eam disputavisse sententiam, ut Diotimam a rhetore illo cum Aspasia permutatam esse credibile sit. Iam vero haec si vera sunt, cur Plato mulierem ad rem praesentem adhibuerit, non difficile est ad coniiciendum. Nam etsi minime accidisse credimus, quod Creuzerus suspicatur, ut Socrates olim cum ea revera sit conversatus et subliniores quasdam de amore sententias ab ea acceperit, tamen eam ad ipsam rem accommodatissime nunc disserentem induci nobis plane persuasimus. Primum enim quum de coelestiore amore instituatur disputatio, qui ultra vulgarem istam cupiditatem longissime evehitur, quid tandem potuit fingi aptius aut elegantius excogitari, quam quod Socrates sese simulat totam rem acceptam referre sacerdoti alicui sanctiori, quae, quemadmodum olim Athenas lustrationibus a peste liberaverit, ita etiam animum ipsius ab humilis cupiditatis cogitatione ad divini illius atque coelestis amoris notitiam traduxerit eoque modo veluti expiaverit? Deinde prudentissime Socrates ea tribuit Diotimae, mulieri vatidicae et fama sanctitatis apud Athenienses nobilitatae, quae ad interiorem quandam hominum cum diis atque rebus divinis coniunctionem pertinent, de quibus omnibus ita loquens inducitur, ut sacerdotem aliquam cum divino furore nobis de amore oracula fundentem audire videamur. Denique haud scio, an veri quid perviderit Astius De Vita et Scriptis Platon. p 312. Diotimam existimans a Platone etiam ideo Socratis in amore magistram factam esse, ut vulgares isti amoris praecones perstringerentur. Nempe isto modo hi nunc a femina edocen-

ἄλλα πολλά, καὶ Ἀθηναίοις ποτὲ θυσαμένοις πρὸ τοῦ λοιμοῦ δέκα ἔτη ἀναβολὴν ἐποίησε τῆς νόσου, ἣ δὴ καὶ ἐμὲ τὰ ἐρωτικὰ ἐδίδαξεν, — ὃν οὖν ἐκείνη ἔλεγε λόγον πειράσομαι ὑμῖν διελθεῖν ἐκ τῶν ὡμολογημένων ἐμοὶ καὶ Ἀγάθωνι, αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ, ὅπως ἂν δύνωμαι. δεῖ δή, ὦ Ἀγάθων, ὥςπερ σὺ διηγήσω,
E διελθεῖν αὐτὸν πρῶτον, τίς ἐστιν ὁ Ἔρως καὶ ποῖός τις, ἔπειτα τὰ ἔργα αὐτοῦ. δοκεῖ οὖν μοι ῥᾷστον εἶναι οὕτω διελθεῖν, ὥς ποτέ μέ ἡ ξένη ἀνακρίνουσα διῄει. σχεδὸν γάρ τι καὶ ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἕτερα τοι-

αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ] Sic Coisl. ex corr. et Par. K. supra versum. Vulgo erat ἀπ' ἐμαυτοῦ, mea sponte, quod tuetur Hermannus, ἀπ' ἐμαυτοῦ falso dicens omnium librorum scripturam esse Correxit Bastius. Vat Δ. Ang. w. ὑπ' ἐμαυτοῦ.

δεῖ δὴ ὦ Ἀγ.] δεῖ οὖν Par. DK. Vat. p. δειλὴ Bodl. et pr. Vat Δ.

E. ὥς ποτέ με] Bekk. invitis libris plerisque dedit ὥς ποτ' ἐμέ.

ἤλεγχε δή με] δὲ cum vett. editt. perperam tuentur Par. EF. Ambr. Vat. r. s. Flor. a. d. i. n.

tur, qui sit verus atque coelestis amor. Atque his ita explicatis quid de tota caussa existimandum sit, vix cuiquam dubium poterit videri. Verisimillimum enim est Diotimam revera vixisse, colloquium autem eius cum Socrate per speciem veritatis esse confictum. Ceterum cum his nostris non poenitebit comparavisse, quae de eodem argumento disputarunt Heusdius Initt. Philosoph. Plat. Vol. I. p. 186 sqq. et Groen van Prinsterer Prosopograph. Platon. p. 125 sq. Ast. Platons Leben u. Schriften p. 313. C. Fr. Hermann. De magistris Socratis p. 16. et Geschichte u. System der Plat. Philos. I. p. 523. ann. 591. Creuzer ad Plotin. p. 527. et ex antiquioribus Fabricius Bibl. Gr. II. p. 403 sq.

Ἀθηναίοις ποτὲ θ. πρὸ τοῦ λοιμοῦ] Intelligitur sine dubio pestis illa, quae primis annis belli Peloponnesiaci Athenas misere vastabat. v. Thucyd. II. c. XLVII sq.

ὃν οὖν ἐκείνη ἔλ.] Redorditur abruptum sermonis filum ita, ut quae illustrationis causa addidit, ea nunc paucis comprehendat, illata particula οὖν. Nam omitti poterant haec: ὃν οὖν ἐκείνη ἔλεγε λόγον. v. ad Apolog. Socrat. p. 29. C. p. 40. D. Prot. 341. B. Euthydem. 285. A. De Rep. II. 367. C. Lysid. 223. B.

αὐτὸς ἐπ' ἐμαυτοῦ] ipse per me conabor, v. Schaeferi Melett. Critt. p. 21 sq. et p. 83. Hermann. ad Viger. p. 813. Vulgo ἀπ' ἐμαυτοῦ, quod est: mea sponte. Alcib. I. p. 114. B: αὐτὸς ἐπὶ σεαυτοῦ.

ὥςπερ σὺ διηγήσω] h. e. quemadmodum tu praeivisti. P. 195. A: οὕτω δὴ τὸν Ἔρωτα ἡμᾶς καὶ δίκαιον ἐπαινέ-

αὖτα ἔλεγον, οἷάπερ νῦν πρὸς ἐμὲ Ἀγάθων, ὡς εἴη ὁ Ἔρως μέγας θεός, εἴη δὲ τῶν καλῶν. ἤλεγχε δή με τούτοις τοῖς λόγοις, οἷσπερ ἐγὼ τοῦτον, ὡς οὔτε καλὸς εἴη κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον οὔτε ἀγαθός. καὶ ἐγώ, Πῶς λέγεις, ἔφην, ὦ Διοτίμα; αἰσχρὸς ἄρα ὁ Ἔρως ἐστὶ καὶ κακός; Καὶ ἥ, Οὐκ εὐφημήσεις; ἔφη· ἢ οἴει, ὅ τι ἂν μὴ καλὸν ᾖ, ἀναγκαῖον αὐτὸ εἶναι αἰσχρόν; Μάλιστά γε. Ἦ καὶ ἂν μὴ σοφόν, ἀμα- 202
θές; ἢ οὐκ ᾔσθησαι, ὅτι ἔστι τι μεταξὺ σοφίας καὶ ἀμαθίας; Τί τοῦτο; Τὸ ὀρθὰ δοξάζειν καὶ ἄνευ

ἢ οἴει] V. ἤ, recte adversantibus Coisl. Ven. Ξ. Vind. 1. 2. 7. Vat. r. et, sicut narrat Bastius, Vat. Δ. Dein εἶναι αἰσχρὸν codd. omnes praeter Ven. Ξ. Flor. n. qui cum vett. editt. tuentur αἰσχρὸν εἶναι.

P. 202. Ἦ καὶ ἂν μὴ σοφόν, ἀμ.] Coniecerunt: ἢ ὅ τι ἂν μὴ σοφόν, sed v. ann. Hic pro vulg. ἢ recte Coisl. Ven. Ξ. Ambr. Vat. r. suppeditarunt ἦ.

Τὸ ὀρθὰ δοξάζειν] ὀρθοδοξάζειν Bodl. Vat. Δ. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Flor. b. Vind. 7. ὀρθῶς δοξάζειν a pr. m. Ven. Ξ. δοξάζειν ὀρθῶς Vind. 2.

σαι, πρῶτον αὐτόν, ἔπειτα τὰς δόσεις.

E. ἕτερα τοιαῦτα ἔλεγον] h. e. itidem talia dicebam. Phaedon. p. 58. D: καὶ τοὺς ἀκουσομένους γε τοιούτους ἑτέρους ἔχεις. De Rep. X. p. 601. A. ubi v. annot. — μέγας θεός, h. e. omnis generis virtutibus ornatus. Frustra Sydenhamus ἀγαθὸς θεὸς coniecit, Wolfio non improbante. Idem deinde lapsus est verba εἴη δὲ τῶν καλῶν sic explicans: εἴη δὲ ἐκ τῶν καλῶν. Imo καλῶν pendet ex Ἔρως, quod etiam hic positum est ut p. 196. D., ubi v. annot.

P. 202. Ἦ καὶ ἂν μὴ σοφόν] h. e. ἄν τι μὴ σοφόν. Nam τι e superiore ὅ τι facile intelligas. Hommelius tamen deleta post σοφὸν interpunctione sibi videtur pleniorem audire orationem hanc: ἦ καὶ ἂν οἴοιο μὴ σοφὸν ἀμαθές; Sed vereor, ut idem alii sint audituri, qui linguae leges diligentius perpenderint.

Τὸ ὀρθὰ δοξάζειν —] Nam ἡ δόξα (die sinnliche Vorstellung) refertur ad res sensibus subiectas neque efficit veritatis cognitionem nomine suo dignam; ἐπιστήμη autem pertinet ad τὰ ὄντως ὄντα, h. e. ideas, quarum contemplatione nanciscimur sola scientiam veritatis. Quum autem δόξα pertineat ad res in sensus cadentes, et Platonis sententia neque omnis veritatis expers sit neque habeat verae scientiae (ἐπιστήμης) firmitatem et constantiam — neque enim τῆς δόξης certam rationem reddere quisquam potest — apparet, cur ea μεταξὺ φρονήσεως καὶ ἀμαθίας interiecta esse dicatur. v. Theaetet. p. 190. A. sqq. Sophist. p. 263 sqq. Phileb. p. 37. A sqq. De Rep. V. p. 477. A. sqq. VI. p. 506. C. sqq. Verba: καὶ ἄνευ — δοῦναι sic interpretor: vel sic, ut nesciamus reddere eius (rectae opinio-

τοῦ ἔχειν λόγον δοῦναι οὐκ οἶσθ', ἔφη, ὅτι οὔτε ἐπίστασθαί ἐστιν· ἄλογον γὰρ πρᾶγμα πῶς ἂν εἴη ἐπιστήμη; οὔτε ἀμαθία· τὸ γὰρ τοῦ ὄντος τυγχάνον πῶς ἂν εἴη ἀμαθία; ἔστι δὲ δήπου τοιοῦτον ἡ ὀρθὴ δόξα, μεταξὺ φρονήσεως καὶ ἀμαθίας. Ἀληθῆ, ἦν δ' ἐγώ, λέγεις. Μὴ τοίνυν ἀνάγκαζε ὃ μὴ καλόν
B ἐστιν αἰσχρὸν εἶναι, μηδὲ ὃ μὴ ἀγαθὸν κακόν. οὕτω δὲ καὶ τὸν Ἔρωτα ἐπειδὴ αὐτὸς ὁμολογεῖς μὴ εἶναι ἀγαθὸν μηδὲ καλόν, μηδέν τι μᾶλλον οἴου δεῖν αὐτὸν αἰσχρὸν καὶ κακὸν εἶναι, ἀλλά τι μεταξύ, ἔφη, τούτοιν. Καὶ μήν, ἦν δ' ἐγώ, ὁμολογεῖταί γε παρὰ πάντων μέγας θεὸς εἶναι. Τῶν μὴ εἰδότων, ἔφη, πάντων λέγεις ἢ καὶ τῶν εἰδότων; Ξυμπάντων μὲν οὖν. Καὶ ἡ γελάσασα, Καὶ πῶς ἄν, ἔφη, ὦ Σώ-

τὸ γὰρ τοῦ ὄντος — εἴη ἀμαθία] Desunt haec in Par. DK. Vat. p. haud dubie ob ὁμοιοτέλευτον. Pro πῶς ἂν εἴη, ut habent Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. DK. et w. p. vulgo erat πῶς δ' ἂν εἴη. Dein ἀμαθίας καὶ φρονήσεως Par. EF. Ang. u. Vat. n. s. Flor. a. b. c. i.

B. οὕτω δὲ καὶ τὸν Ἔρ.] δὴ Vind. 1.

C. εὐδαίμονα θεῶν εἶναι] θεῶν Bodl. Vat. Δ. Coisl. Par. DFK. Ang. u. w. Vat. n. p. et a pr. m. Ambr. Vat. r. Legebatur θεόν, quod fuit qui sic defenderet, ac si θεὸν ὄντα vel alio ordine τινα

nis) rationem. Fieri enim posse, ut quis rectam sequatur opinionem, nec tamen causas et rationes eius habeat perspectas, id vero Plato quum in aliis libris, tum in Menone certissime demonstravit.

ἄλογον γὰρ πρᾶγμα —] De repetita parenthesi v. Fritsch. Quaest. Luciann. p. 97 sqq.

τοῦ ὄντος τυγχάνον] Cave de ideis cogitaveris. Imo τὸ ὂν nunc intelligitur τὸ ἀληθές, ut Rep. I. p. 334. E. Xenoph. Anab. III. 2, 39. Nam qui ὀρθὰ δοξάζει, is opinione non fallitur attingitque verum. Deinde ne quis malit μεταξύ τι ἀμαθίας, ut mox dicitur ἀλλά τι μεταξὺ τούτοιν, eodem modo infra p. 202. D: ἀλλὰ τί μήν; μεταξὺ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου. Mox μὴ ἀνάγκαζε est i. q. μὴ ἀναγκαῖον νόμιζε, v. Heindorf. ad Euthyd. p. 432. C.

B. Τῶν μὴ εἰδότων — λέγεις] h. e. πότερον λέγεις παρὰ πάντων τῶν μὴ εἰδότων ὁμολογεῖσθαι ἢ καὶ τῶν εἰδότων. Praepositio saepenumero ex alterius disputatoris verbis repetenda. Cratyl. p. 408. D: ἀπαλλαγῶμεν ἐκ τῶν θεῶν. Herm. τῶν γε τοιούτων, εἰ βούλει. Sophist. p. 243. D: περὶ τοῦ μεγίστου — πρῶτον νῦν σκεπτέον. Theaet. τίνος δὴ λέγεις, ubi v. Heindorf. Gorg. p. 449. E. p. 450. A. Politic. p. 283. C. p. 295. B. p. 297. E. p. 304. E. al. Dein μὲν οὖν est imo, v. ad p. 201. C. et Criton. 44. B.

κρατες, ὁμολογοῖτο μέγας θεὸς εἶναι παρὰ τούτων, C
οἵ φασιν αὐτὸν οὐδὲ θεὸν εἶναι; Τίνες οὗτοι; ἦν δ' ἐγώ. Εἷς μέν, ἔφη, σύ, μία δ' ἐγώ. Κἀγὼ εἶπον, Πῶς τοῦτο, ἔφην, λέγεις; Καὶ ἥ, Ῥᾳδίως, ἔφη. λέγε γάρ μοι, οὐ πάντας θεοὺς φῂς εὐδαίμονας εἶναι καὶ καλούς; ἢ τολμήσαις ἄν τινα μὴ φάναι καλόν τε καὶ εὐδαίμονα θεῶν εἶναι; Μὰ Δί' οὐκ ἔγωγ', ἔφην. Εὐδαίμονας δὲ δὴ λέγεις οὐ τοὺς τἀγαθὰ καὶ τὰ καλὰ κεκτημένους; Πάνυ γε. Ἀλλὰ μὴν Ἔρωτά γε D
ὡμολόγηκας δι' ἔνδειαν τῶν ἀγαθῶν καὶ καλῶν ἐπιθυμεῖν αὐτῶν τούτων, ὧν ἐνδεής ἐστιν. Ὡμολόγηκα γάρ. Πῶς δ' ἂν οὖν θεὸς εἴη ὅ γε τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἄμοιρος; Οὐδαμῶς, ὥς γ' ἔοικεν. Ὁρᾷς οὖν, ἔφη, ὅτι καὶ σὺ Ἔρωτα οὐ θεὸν νομίζεις;

θεὸν μὴ φάναι scriptum legeretur. v. Hermann. ad Sophocl. Aiac. v. 977.

οὐ τοὺς τἀγαθὰ καὶ τὰ καλά] Articulum τὰ inserui ante καλὰ e Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Ang. w. Possunt enim haec tanquam a se invicem disiuncta enumerari. Apud Stobaeum est ἀγαθὰ καὶ καλά. Vind. 1. et Flor. n. τοὺς ἀγαθοὺς καὶ τἀγαθά.

D. Πῶς δ' ἂν οὖν] δ' om. Bodl. Vat. Δ. Vind 2. Ven. Ξ. Par. DK. Ang. w. Vat. p. Pro ὅ γε τῶν Bodl. Vat. Δ. Ang. w. ὀγεγ' ὧν. Vind. 2. ὅ γε ὧν.

C. Ῥᾳδίως, ἔφη] h. e. ῥᾳδίως λέγω, h. e. sic, ut res facilem habeat explicationem. In proximis οὐ post λέγεις positum non debebat offendere viros doctos: intelligitur enim contrarium, ἀλλὰ τοὺς τἆλλα.

D. Ὡμολόγηκα γάρ] Nam Socrates p. 201. E: σχεδὸν γάρ τι καὶ ἐγὼ πρὸς αὐτὴν ἕτερα τοιαῦτα ἔλεγον, οἷάπερ νῦν πρὸς ἐμὲ Ἀγάθων.

Ὁρᾷς οὖν, ἔφη, ὅτι καὶ σύ —] h. e. siehst du nun etc. Sic Apolog. Socrat. p. 24. D: τὸν δὲ δὴ βελτίους ποιοῦντα ἴθι εἰπὲ καὶ μήνυσον αὐτοῖς τίς ἐστιν. ὁρᾷς, ὦ Μέλητε, ὅτι σιγᾷς καὶ οὐκ ἔχεις εἰπεῖν; Menon. p. 80. E: μανθάνω, οἷον βούλει λέγειν, ὦ Μένων· ὁρᾷς τοῦτον ὡς ἐριστικὸν λόγον κατάγεις; Gorg. p. 475. E. Aristoph. Rann. 1136. Vesp. 392. Nubb. 662. 691. Pac. 330. Sophocl. Philoct. v. 860. ibiq. Brunck. Eurip. Orest. v. 581. ibique Porson. In his locis omnibus ὁρᾷς ita praemittitur reliquis verbis, ut alterum rei praesentis statum et condicionem ipsum iam perspicere indicet non sine aliqua admirationis vel irrisionis significatione. Paullo alia ratio est eorum locorum, in quibus ὁρᾷς mediae orationi interponitur ita, ut alterum tibi non posse non concedere significes, de qua re v. Heindorf. ad Protagor. p. 336. B.

Cap. XXIII. *Τί οὖν ἄν, ἔφην, εἴη ὁ Ἔρως; θνητός; Ἥκιστά γε. Ἀλλὰ τί μήν; Ὥςπερ τὰ πρό-*
E *τερα, ἔφη, μεταξὺ θνητοῦ καὶ ἀθανάτου. Τί οὖν, ὦ Διοτίμα; Δαίμων μέγας, ὦ Σώκρατες· καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον μεταξύ ἐστι θεοῦ τε καὶ θνητοῦ. Τίνα, ἦν δ' ἐγώ, δύναμιν ἔχον; Ἑρμηνεῦον καὶ διαπορθμεῦον θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων καὶ ἀνθρώποις τὰ παρὰ θεῶν, τῶν μὲν τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβὰς τῶν θυσιῶν. ἐν μέσῳ δὲ ὂν ἀμφοτέρων ξυμπληροῖ, ὥςτε τὸ πᾶν αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι. διὰ τούτου καὶ ἡ μαντικὴ πᾶσα χωρεῖ καὶ ἡ τῶν ἱερέων τέχνη τῶν τε περὶ τὰς*

Ὥςπερ τὰ πρότερα, ἔφη] *ἔφην* Bodl. Vat. Δ. Ven. Ξ. Vind. 2. Par. K. Vat. p.

καὶ τὴν μαντείαν] *μαγγανείαν* coni. Geelius apud Kapeyne van de Capello Obss. in Xenophon. Hieron. p. 33 sq.

E. *ξυμπληροῖ, ὥςτε τὸ πᾶν —*] Orellius I. c. p. 331.

Τί οὖν ἄν, ἔφην, εἴη ὁ Ἔρως;] De hac collocatione *ἂν* particulae v. Reip. p. 327. C: *οἴει ἄν τινά σε, ἔφη, ἀφεῖναι.* Ibid. p. 333. A: *ὑποδημάτων ἄν, οἶμαι, φαίης.* conf. etiam ad Criton. p. 52. D. et ad Phaedon. p. 87. A.

E. *καὶ γὰρ πᾶν τὸ δαιμόνιον*] Doctrinam de daemonibus Plato quum aliis locis attigit, tum Politic. p. 271. p. 539. et Epinom. p. 984 sqq. = 510. ed. Ast. Quae hoc loco traduntur, ea multi scriptores posteriorum temporum respexerunt, veluti Plutarch. de Isid. p. 361. B. C. p. 480. ed. Wyttenb. Aristides Oratt. II. p. 106. ed. Iebb. Maxim. Tyr. XIV. 8. p. 266. Lactant. Instit. II. 14. Minucius Fel. Octav. XXVI. 11. et alii, quos nominarunt Astius ad h. l. Wyttenbach. ad Eunap. p. 110 sq. et Creuzerus Mytholog. T. III. p. 67. ad Proclum in Alcibiad. I. c. 11. Proclus in Parmenid. ap. Bentlei. Epist. ad Millium p. 455. ed. Lips. haec omnia e doctrina Orphicorum repetita esse narrat. Quae quidem sententia quum confirmetur quodammodo eo, quod carminis Orphici fragmentum ap. Clem. Alexandr. Strom. V. p. 724 fere eadem continet, quae Diotima hoc loco Socratem docuisse narratur; eo minus de huius narrationis veritate dubitamus, quo certius exploratum habemus Platonem non raro ad Orphicorum doctrinam respexisse. Idem de hac causa visum est Creuzero l. c.

θεοῖς τὰ παρ' ἀνθρώπων] Non dixit *παρ' ἀνθρώποις* et *παρὰ θεοῖς*: nam alteram constructionem requirebat verbum *διαπορθμεῦον.* v. Apolog. Socr. p. 32. B. Phaedon. p. 76. D. ibique annot.

ξυμπληροῖ, ὥςτε τὸ πᾶν —] In his *ξυμπληροῖ* absolute positum est, er füllt aus, i. e. bildet die Ausfüllung. Quocirca nil egit qui scribendum censuit: *ξυμπληροῖ τὸ πᾶν, ὥςτε αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι*: magis etiam a vero aberravit

θυσίας καὶ τὰς τελετὰς καὶ τὰς ἐπῳδὰς καὶ τὴν μαντείαν πᾶσαν καὶ γοητείαν. θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται, ἀλλὰ διὰ τούτου πᾶσά ἐστιν ἡ ὁμιλία καὶ ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους, καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι. καὶ ὁ μὲν περὶ τὰ τοιαῦτα σοφὸς δαιμόνιος ἀνήρ, ὁ δὲ ἄλλο τι σοφὸς ὢν ἢ περὶ τέχνας ἢ χειρουργίας τινὰς βάναυσος. οὗτοι δὴ οἱ δαίμονες πολλοὶ καὶ παντοδαποί εἰσιν, εἷς δὲ τούτων ἐστὶ καὶ ὁ Ἔρως. Πατρὸς δέ, ἦν δ' ἐγώ, τίνος ἐστὶ καὶ μητρός; Μακρότερον μέν, ἔφη, διηγήσασθαι· ὅμως δὲ σοι ἐρῶ. ὅτε γὰρ ἐγένετο ἡ Ἀφροδίτη, εἱστιῶντο οἱ θεοί, οἵ τε ἄλλοι καὶ ὁ τῆς Μήτιδος υἱὸς Πόρος. 203 B

coni. *ξυμπληροῖ το πᾶν, ὥςτε αὐτὸ αὑτῷ ξυνδεδέσθαι.*

P. 203. *ἢ περὶ τέχνας*] Sic Bodl. Vat. Δ. Coisl. Ven. Ξ. Vind. 1 2. 7. Par. DK. Ambr. Ang. u. w. Vat. n. p. r. Flor. a. b. c. i. n. Legebatur *ἢ περὶ τὰς τέχνας.* Mox Coisl. *καὶ μητρὸς τίνος ἐστίν;*

B. *εἱστιῶντο οἱ θεοί*] *ἡστιῶντο* Bodl. Vat. Δ.

qui ante *ξυμπληροῖ* inseri voluit nuperrime *τὰ ὅλα.* Videlicet viri optimi nimis anxie Ficini vestigia presserunt, qui haec ita reddidit: In amborum medio constituta totum complet, ut universum secum ipso tali vinculo connectatur. — *τὸ πᾶν*, universa rerum natura, h. e. dii et homines. De re ipsa v. Creuzer. Dionys. I. p. 73 sqq.

P. 203. *θεὸς δὲ ἀνθρώπῳ οὐ μίγνυται*] Sunt enim daemones inter deos atque homines medii. — *καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι.* Ingeniosa est coniectura Heusdii, qui Specim. Crit. p. 65. legendum censet: *ἡ διάλεκτος θεοῖς πρὸς ἀνθρώπους καὶ ἀνθρώποις πρὸς θεούς, καὶ ἐγρηγορόσι καὶ καθεύδουσι.* Quod legisse aut certe optasse etiam Proclus videtur Commentar. in Parmen. T. IV. p. 60. ed. Cousin. Quanquam defendi potest lectio vulgata ita, ut verborum constructionem dicamus conformatam esse potius ad sententiam ipsam, quam ad grammaticam subtilitatem ac diligentiam. Quum enim dicatur *ὁμιλεῖν τινι* et *διαλέγεσθαί τινι*, etiam *ὁμιλία* et *διάλεκτός τινι* recte dici potuit. Et quum antea non dixisset: *πᾶσά ἐστι θεοῖς ἡ ὁμιλία καὶ ἡ διάλεκτος ἀνθρώποις*, sed perspicuitatis causa usus esset praepositione *πρὸς* addito casu accusativo, nunc ad legitimam constructionem revertens, neglecta grammatica diligentia, dativum post accusativum recte inferre potuit. Ceterum *διάλεκτος*, colloquium, etiam Theaet. p. 146. B. De Rep. V. p. 454. A. ita dicitur.

B. *ὅτε γὰρ ἐγένετο* —] Multos haec fabula iam antiqua aetate nacta est interpretes. Laudant Plutarch. de Isid. et Osir. p. 374. C sqq. Maxim. Tyr. X. 4. p. 107. Themist. Orat. XIII. p. 162. B. C. Origen. c. Cels. IV. p. 532. Euseb. Praep. Ev. XII. 11. Plotin. Enn. III. lib. 5. p. 160. p. 293. A. p. 295. C. p. 296. F. p. 298. B sqq. p. 317. B. Porphyr. ap. Stob. Eclog. T.

ἐπειδὴ δὲ ἐδείπνησαν, προςαιτήσουσα, οἷον δὴ εὐωχίας οὔσης, ἀφίκετο ἡ Πενία καὶ ἦν περὶ τὰς θύρας. ὁ οὖν Πόρος μεθυσθεὶς τοῦ νέκταρος, οἶνος γὰρ οὔπω ἦν, εἰς τὸν τοῦ Διὸς κῆπον εἰςελθὼν βε-

προςαιτήσουσα] Bodl. Vat. Δ. Ang. w. προςαιτῆς οὖσα, quod commemoramus, ut appareat, quam amice saepe hi codices vel in apertis erroribus consentiant.

II. p.826. Damascium περὶ ἀρχῶν p. 302. ed. Kopp. Qui quemadmodum non uno modo de hac narratione statuunt, ita ne ii quidem, qui recentioribus temporibus eam illustrare conati sunt, inter se consentiunt. Vid. praeter alios, quos laudavit Astius, Sydenhamus apud Wolfium p. 75 sqq., quibus addantur Mendelssohn. Oper. philos. T. I. p. 148. Schelling. Brunon. p. 188 sq. Astius ad h. l. Albertus Iahnius, Bernas Helvetius, Dissertat. Platonica, qua tum de caussa et natura mythorum Platonicorum disputatur, tum mythus de Amoris ortu, sorte et indole in Convivio narratus explicatur. Bernae 1839. 8. Gust. Schwanitz. Observatt in Platonis Conviv. Isenaci, 1842. 4. Sommer. Ien. Lit. Zeit. a. 1844. N. 249. et 250. Qui omnes in diversas partes disputaverunt. Nos vero nondum poenitet eorum, quae ante hos viginti ferme annos de re maxime controversa ad h. l. commentati sumus, quae quidem etiam nunc repetere tanto magis lubet, quod ea non sine laetitia animadvertimus etiam Ed. Zellero in libro: Die Philosophie der Griechen, Vol. II. p. 167 sqq. eximie probata esse. Sunt autem haec. Primum quidem apparet hanc fabulam eo consilio esse insertam, ut clarius intelligeretur quod antea dixerat Diotima, Amorem medium esse inter deos atque homines ideoque in numero daemonum haberi oportere. Quocirca ut pateret, qui factum esset, ut natura eius inter perfectam et imperfectam medium quasi locum teneret, philosophus eum filium esse iussit Pori et Peniae, Consi et Paupertatis. Qua quidem fictione quid significetur, partim ex eo intelligitur, quod Porus Metidis filius vocatur, partim exinde, quod Penia vocatur οὐ σοφὴ καὶ ἄπορος. Etenim Porus Amoris pater esse dicitur, quia hic insatiabili quodam pulcrioris sapientiorisque vitae tenetur desiderio adeoque omnia tentat et experitur, quo ad pulcri et boni possessionem perveniat (v. infra D. ubi πόριμος, consilii potens, vocatur): Penia autem eiusdem mater est, quia quod cupit ac desiderat, id ipse non possidet adeoque multos ideo perfert labores atque aerumnas: carere enim dicebatur antea pulcro ac bono, ut quod perpetuo sectaretur. Quae quum ita sint, tantum abest, ut cogitari possit de placitis Orphicis atque mysticis, ut, nisi forte consulto caecutire cupias, manifestum esse debeat, Porum fingi numen aliquod divinum, verae pulcritudinis, bonitatis, sapientiae, cuius desiderio perpetuo Amor tenetur, capax illud atque particeps, ideoque Metidis filium appellari: Peniam autem informari mulierem, coelestibus illis pulcritudinis, bonitatis, sapientiaeque bonis prorsus destitutam ideoque inopem. Quum igitur Amor

βαρημένος ηὗδεν. ἡ οὖν Πενία, ἐπιβουλεύουσα διὰ τὴν αὑτῆς ἀπορίαν παιδίον ποιήσασθαι ἐκ τοῦ Πόρου, κατακλίνεταί τε παρ' αὐτῷ καὶ ἐκύησε τὸν Ἔρωτα. C *διὸ δὴ καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἀκόλουθος καὶ θεράπων*

βεβαρημένος ηὗδεν] V. *εὗδεν*, quod auctoritate Bodl. Vat. Δ. Vind. 2. Vind. D K. Ang. w. Vat. p. mutatum.

natus sit parentibus indole ac natura tam diversis, mirum profecto non est, quod neque ad patris virtutes potuit plane pervenire, neque ad matris imbecillitatem et infirmitatem prorsus delapsus est, remanente aliqua particula virtutum parentis, hoc est pulcri atque boni desiderio inexstincto. Quemadmodum vero haec facillimam habent explicationem, ubi ex ipso scriptore petieris eorum illustrationem, ita nec reliqua ulla laborant obscuritate. Nam quod Amor natus esse dicitur Veneris die natali, id non alia de causa fieri arbitramur, quam ut appareat, cur ille, Veneris comes perpetuus, nil sectetur nisi quod pulcrum sit. Id quod satis declarant verba: *διὸ καὶ τῆς Ἀφροδίτης ἀκόλουθος καὶ θεράπων γέγονεν ὁ Ἔρως, γεννηθεὶς ἐν τοῖς ἐκείνης γενεθλίοις, καὶ ἅμα φύσει ἐραστὴς ὢν περὶ τὸ καλόν, καὶ τῆς Ἀφροδίτης καλῆς οὔσης.* Neque etiam quae de hortis Iovis, de quibus v. Schneider Anmerkungen zum Anacreon p. 214., narrantur, solius ornatus gratia adiecta sunt, sed propemodum necessario commemorari debuerunt. Quum enim Pori atque Peniae natura et ingenium tantopere discrepent, per se parum verisimile videri debuit illum cum hac potuisse habere consuetudinem. Itaque quo narratio maiorem nancisceretur verisimilitudinem, poeta philosophus Porum finxit in convivio illo in Veneris honorem instituto ebrium factum se solum in hortum Iovis contulisse, ibi vero Peniam, quae ei struxisset insidias, sine arbitris convenisse. Vides, quam necessaria sit haec fabulae particula: ut profecto miranda sit operosa industria eorum, qui de istis Iovis hortulis splendida quaedam commenti sunt mendacia. Sed satis haec sunto de fabulae argumento atque fine. Restat, ut aliquid admonendum sit de sensu universae narrationi subiecto. Apparet autem, opinor, ex iis, quae dicta sunt, Platonem hoc mytho voluisse amoris naturam declarare dilucidius et quasi imagine aliqua illustrare. Quum enim intellexisset amorem, hoc est pulcri et boni studium, contineri insatiabili quadam cupiditate rerum maxime expetendarum; verissime duplicem cuiusque amantis esse vidit statum, alterum indigentiae, quatenus studio illi pulcri atque boni nondum satisfactum esset, alterum divini cuiusdam ardoris atque studii, quo correptus animus ferretur atque raperetur ad ea, quae bona atque pulcra esse vidisset quibusque potiri summo studio conaretur. Hanc igitur amoris naturam egregie sane videtur illa narratione illustrasse. Ceterum eandem versibus Latinis celebravit Dan. Heinsius in Monobiblo. Eleg IX.

ἐπιβουλεύουσα—ποιήσασθαι] *Ἐπιβουλεύειν* cum infinitivo iunctum est insidiose

γέγονεν ὁ Ἔρως, γεννηθεὶς ἐν τοῖς ἐκείνης γενεθλίοις καὶ ἅμα φύσει ἐραστὴς ὢν περὶ τὸ καλόν, καὶ τῆς Ἀφροδίτης καλῆς οὔσης. ἅτε οὖν Πόρου καὶ Πενίας υἱὸς ὢν ὁ Ἔρως ἐν τοιαύτῃ τύχῃ καθέστηκε. πρῶτον μὲν πένης ἀεί ἐστι, καὶ πολλοῦ δεῖ ἁπαλός τε καὶ καλός, οἷον οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλὰ σκληρὸς καὶ
D αὐχμηρὸς καὶ ἀνυπόδητος καὶ ἄοικος, χαμαιπετὴς ἀεὶ ὢν καὶ ἄστρωτος, ἐπὶ θύραις καὶ ἐν ὁδοῖς ὑπαί-

C. ἀνυπόδητος] Ambr. Vat. r. tantum non ubique αἰεί. Mox ἀνυποδέτος Ven. Ξ. Vind. 2.

